Collegij romanj S.J.

# C. VALERII FLACCI COMMENTARII PIO, BONONIENSI AVCTORE: CVM CODICIS POETAE EMENDATIONE, EX ANTIQVO EXEMPLARI DACICO ADDITIS LIBRIS TRIBVS: QVI DESIDERABANTVR: ET ORPHEO LATINO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Ad Fulgentiss.Principem.et.R.Iulium Medicem
Florentinum.T T.Sancti Laurentii in
Damaſo Cardinalem Mar
cus Marcellus Picus
Genuen.

Lux tandem orta mihi:et ſuperas rediuiuus in auras
Ex tenebris reuocor Numine ſidereo.
Numen adeſt Medices Præſul rutilantior aſtris:
Iulius auſonio primus in orbe micans.
Huic Pius eloquii decus:aonidumq; ſacerdos
Me dicat:ut melior luce perenne fruar.
Spargitur Antiſtes tua:ſparſaq; in orbe refulget
Gloria:et antiqui uiuida Fama laris.

Collegii romani

# AD .R. IVLIVM MEDICEM FLORENTINVM TT. SANCTI LAVRENTII IN DAMASO CARDINALEM PATRONVM COLEN-DVM: IO. BAPTISTA PIVS BO-NONIENSIS CLIENS.

COGITAVI mecũ, diuqꝫ uolutaui optime ac maxīe princeps
Iuli Medices, quis nã in hoc dialiũ flaminũ auguſtiſſimo Senatu
maioribus ingenii, nobilioribuſqꝫ animi dotibus coruſcaret, quo
auſpice pdiret olim ſemilacer, nũc labore noſtro rediuiuus Flaccus
expeditionis argonauticæ ſuauiſſimus modulator. Nouimus enim
auctori et auctoris interpreti multũ dignitatis adcreſcere, ſi uterqꝫ
ſecunda principis uſus aura honori ſuo uelificauerit: Siquidem ſacra ſunt, quæ ſa-
cris adhærẽt, impietaſqꝫ mancipii ſtatua principis expiatur. In hoc animi ſalo po-
ſito tu ſtatim occurriſti: animũqꝫ labantẽ fulſit maiorum tuorũ in te repullulans
unica ueræ gloriæ ppages, qui in Etruria, cuius habenas feliciſſime moderabant,
prope ſoli muſas obuiis ulnis exceperũt, deſertas, uagas, omnium egenas, ſine ſpe:
ſine ſede, ſine capite. Coſmius Medices, quẽ honoris et amoris gratia non ſine ue-
nerabili ſuſpirio nominauimus, primus muſis ſinus benignos aperuit, neminemqꝫ
in quacũqꝫ diſciplina celebrem inhonoratum, indonatum, ingloriumqꝫ dimiſit.
Nec erubuit cœleſtis animus eũ, a quo ſæpe laceſſitus fuerat, et ore improbo præ-
ſtrictus, oratorem nõn omnimo malũ, cæſarea clemẽtia delenire, ſubleuare, in ſen-
ſus animi penitiſſimos admittere, ſciens uerum deorum cultorẽ, etiam ſacerdotem
uenerari. Laurẽtius quoqꝫ Medices patruus tuus feliciſſimæ uir memoriæ, cui mu-
ſæ cõcordes laureã parnaſiam contexuerũt, quid nõ tentauit? quid non fecit? quid
non perfecit? ut uates, curam priorem, delitiaſqꝫ ſuas, beatiſſimos uideret? In cuius
apollinea lauro nidulatus eſt phœnix unicus æui noſtri Picus Mirandula, longe
ſeptem priſcis ſapiẽtibus eloquentior, clarior, ſanctior, et in omni uitæ, doctrinæqꝫ
genere terſior. Omitto Ficinũ diuini Platonis animã. Politianum græce latineqꝫ
politiſſimũ, et alios innumeros, quos referre impræſentiarum operæ nõ eſt pretiũ.
Hic heros ingenio, prudentia, mentis acumine, animi præſentia, liberalitate, litera-
tura, qualis in occupatiſſimo principe eſſe potuit, cæteriſqꝫ animi bonis excellẽtiã
omnium memoriarum exceſſit patronus poetarum peculiaris, et præſidiũ unicũ.
Pater pacis et Auſoniæ quietis, cuius fama his terminis, quibus hic terreſtris glo-
bus, terminabat. Felix dum uixit, ab obitu felicior Leone Decimo Pontifice Ma-

BIBLIOTECA NAZ. CENTR. VITTORIO EMANUELE ROMA

ximo, gloriæ, uirtutis, modeſtiæ, liberalitatis, continentiæ, ſapientiæ ſucceſſore, ac hærede relicto: qui ſanctitate tãtũ uitæ thronũ Petri, rarũ et inauditũ ſæculis noſtris, aſcẽdit. Ad cuius dignitatis et fortunæ, ut cũ uulgo loquar, famã moleſ, fere ſub ætate ferrea intermortuæ, Laureũ et aureũ ſæculũ ſibi ꝑſagiere. Sed quo piaculo genitoris tui manes obticeo? Quo ingrato ſilẽtio ad ſiderei iuuenis famã fulgẽtẽ cõniueo? in quo præcox ꝑcanaq; uirtus emicuit; ſpecies: robur: gratia: dexteritas, comitas, et ſerenæ frontis ætheriũ iubar, ſingulares in mortalibus dotes. Heu pietas. Heu priſca fides. Oſtẽderũt terris hũc fata: nec ultra ſupereſſe ſiuerũt: magna familiæ Mediceæ et inſigni clade. Cuius laudes et fœcũdi animi decus: Angelus litterarũ latinarũ parẽs: copioſiſſime ueriſſimeq; collegit. Cũq; auitis opibus innutritus eſſet: tãtũ abfuit ut illarũ ſirenis blanditiis a recto calle detorqueret: ut illas ſemꝑ ad benignitatẽ, liberalitatẽq; conferret. Hiſq; honeſtiſſime et i publicũ cõmodũ ẽ uſus. Adeoq; his artibus in cœlũ ſibi ſtrauit iter: ut adhuc ſerpẽte, et malas ueſtiẽte lanugine, a pluribus maturas et prudẽs: ab uniuerſis uero genius urbis nũcuparet. Quæ cauſa fuit: iterãdũ eadẽ iſta mihi ut eius caſus improuiſus et acerbus: ut ſi ſol ex cœlo decidiſſet totã, ubi regnabat, funeſtaret Etruriã. Sed quid ago? qd molior? Quid experior ieiuni et anguſti oris orator? Singulares ac eximiæ corporis ac animi tui dotes illuc me uocant ubi difficilius eſt exitũ q̃ principiũ inuenire. Si bona corporis: quæ Paris Homericus glorioſa uocat: emetior: ſtaturã quadratã: et totius corporis filũ liberale: decorũ grauitatẽ: maieſtatẽ: canas in ætate uiridi cogitationes: cõtinuo genus obſtrepit: ac Mediceæ familiæ nobilitas: qua nulla unq̃ i terris uixit auguſtior: fortunatior: fortior: illuſtrior: liberalior: ad uirtutũ oĩum præſidiũ promptior atq; benignior. Carmen amat quiſquis carmine digna gerit. Videbãt Heroes Indyti: ſeq; ipſos aduertebãt ſolos eſſe, et ꝑterea neminẽ q uera gloria coruſcarẽt; uirtute ſtillarẽt; ſapiẽtia aureſcerẽt: Præcones uirtutis eſſe poetas et oratores, quorũ tuba tranat flumina, iuga muſarũ pẽnato gradu tranſuolat, terræ ac cœli pomœria perſonat: ſedẽ ac locũ ſtabilẽ nõ habet. Herculis, Auguſti, Alexãdri, Themiſtoclis exemplo, æternitatis et famæ, ꝑconibus unice fauebãt. His.n. anguſtis metis, quas nobis natura ad uiuẽdũ dedit, nõ potuere eſſe cõtẽti. O diuina uis ingenii quomodo priſcorũ decora uirorũ ſuperares excogitaſti. Accedit ad felicitatis tuæ cumulũ Maxime Princeps qd Florẽtiam patriã magno cœli indulgentiſſimoq; fauore ſortitus es, unã in omnibus terris florẽtiſſimã uirtutis, opulentiæ, dignitatis, etruſciq; imperii domum. Quæ plures in omni uirtutum genere ſapientes, q̃ tota protulit Italia. Quam Arretinus, in hac quidem parte uanus aruſpex: a Sullanis poſitam dicit. Impar error Franciſcũ Petrarcham inuoluit, qui epiſtolarum ſenilium libro nono ad Vrbanum Pontificem ita ſcribit. Patria quoq; mea urbs, quod uerbum ſonat, florentiſſima, pondum tamen rep. Ro. florente fundata. Laurentius Vallenſis alter Romanæ linguæ Camillus: aſſertor uidelicet eloquentiæ, in epiſtola quadam prodit: cui Danthes Alegerius adſtipulatur, homines aquarũ penuria, et loci mitioris deſiderio ex Feſulanis mon

tibus et uicinis, iuxta Arnũ conſediſſe, et a loci ſitu fluẽtinos, ut præterfluẽti Arno appoſitos, initio dictos, ſicut in uno eo Plinio conſtare uideo. Mox florente beatius, et arridente fortuna, Florentinos appellatos, quomodo Corn. Tacitus, Ptolemæus: Procopiuſq; nominitauit. Eam deinde Romani Triũuiri Coloniam deduxerunt, quod Auctor antiquus in cœnobio Bobienſi: cura ac induſtria Merulæ Alexãdrini: repertus aperte notificat his uerbis. C. Cæſaris auſpiciis et M. Antoni, et. M. Lepidi Florẽtia deducta. III. uiris adſignata lege Iulia. Cẽturiæ Cæſarianæ in iugera per Cardines et Decumanos. Termini rotundi pedales, et diſtant a ſe pedes. II. CCCC. Laudanti et admiranti fortunam tuã ac extera bona princeps omnium principum maxime, interpellãt animi ueræ ſemper laudes, ac ingenii dotes innumeræ, quantæ in nullo unq̃ principe rutilarunt. Siquidem uita tua mera cenſura eſt. Aditus ad te tantæ facilitatis ut Auguſtum, Arthoxerxem Philippum, poſt amiculæ monitus ſaluberrimos, longe ſuperes. Apud benigniſſimas aures tuas nemonon quãtũ uoluit, dixit. Vnum ſupereſt miraculo proximũ q̃d quæ diſſipata reges, ac heroicos uiros affatim ornãt et redimunt: Tu diuitẽ et pupula coniugaſti, et animum uirtutum uarietatẽ, uelut aſtrorum fulgoribus, illuſtraſti. Cyrũ memoria famæ uindicat æternæ. In te memoria ꝓſentiſſima: cuius uirtute felici, ſubditorũ curas, et aliena negocia ꝑcurris. Anaxarchũ patientia æternat. Hac tu fortunã delaſſaſti, et quẽ iamiã manus daturũ ſperauerat exanimaſti, ſtrauiſti, triumphaſti. Fortitudo principũ principẽ facit Achillẽ iracũdũ tamẽ et in danaidũ poculo bibẽtẽ. Tu poſt oppreſſas uulpecularũ inſidias, quod ſingularis fortitudinis ẽ ſpecimẽ, teipſum ſuperaſti. Cũ oĩa poſſis, ut Chriſtiani imperii moderator et arbiter, honeſtũ tãtũ uelis. Iuſtitia Lucifero clarior Ariſtidẽ eximit humanis, et ſuperis inſerit, in te certe teſtimonio uniuerſi generis humani uirtus hæc irroborauit, ut pace pteritorũ ꝓſentiũq; principũ dictũ ſit, nullus ĩ hac uirtute ſit excellẽtior. Qua tu nõ mõ cũctos antecellere gloriari potes, uerũ cũ Bonon. legatũ agas, patriã noſtrã hac una uirtute feliciſſimã reddidiſti ꝓſertim quo hæc ſcribebã tpe, cũ diuino conſilio Tertiũ Catonẽ, Lygurgũ, Solonẽ, Zaleucũ, Pyttacũ nobis. R. Bernardũ Ro. tiũ dictatorẽ, ſummũq; magiſtratũ et ꝓlegatũ eẽ uoluiſti: qui affabilitate comiſſima æq̃tate libratiſſima, Iuſtitia, ſanctitate, ſeditiones, odia, latrocinia, parricidia, moſtraq; urbana inurbaniſſima: ut Hercules Augiæ ſtabula cõuertere, luſtrareq; nõ dubitauit. Doctus, eloquẽs, ſeuerus, clemẽs, princeps ad unguẽ factus, fortis, et imꝑterritus ĩprimis paſtor gregis egregius, et q̃ maxime uiciis iraſci põt, quoniã his maxĩe caret. In quo populus Bonon. tibi cõcorditer applaudit, et ſeruatã iã iã ruẽtẽ patriã adſcribit. Sed iã unde digreſſa eſt, reuertat oratio. Fabriciũ Temperãtia colluſtrat quã ĩ uirtute tu regnas, Catonẽ Camillũq; nedũ Fabriciũ relinquẽs. Sed iam nimis longũ loquor dũ ſingula cõnumero quæ fatũ benignius, et cœli aſſenſus indulgentior in te unũ cõgeſſerũt, quo fit ut appellatione Archiflaminis Roma ſagax et naſuta, Iulium Medicem intelligat eũq; adeo ſuſpiciat, ut ſidera iter mortales ambulãtia, nõ maiorẽ motura ſint admirabilitatẽ.

Accipe igitur ilari: qua clientum tuorum omnia ſoles, fronte, munuſculū Pii clientis, quē iampridē tanti benignitas tua fecit, ut a ſecretis eſſe uoluerit et titulo familiari decorauerit. Accipe inquā ſerenus ac exultās Flaccū, Valerium Argonauticæ latinæ uocaliſſimum preconem, nomini tuo peculiari nuncupatione dicatū, ut Virbium Hippolytum ab orci faucibus diligentia noſtra reuocatum. In quo tot mendæ: lituræ, caluitia, defectus uerum ſenſum interuerterant, ut Flaccus in Flacco, ſicuti de Samnio prouerbialiter circunfertur, quæreretur nec inueniretur. Orpheus poeta græcus, Rhodius lucubratiſſimus auctor, Rhodiiq; interpretes me plurimū iuuerunt. Nonnihil et Codex caſtigatior, quem Liberalitas. R. Farneſii utraq; literatura perinſignis, quem principem ingenii ac uirtutis appellare ſoleo: mihi perliberaliter obtulit: Lima Pomponii Læti induſtrii ac perfacūdi profeſſoris elimatū. Aliū quoq; multis in locis manu Fabricii Varrani epiſcopi Camertis, emaculatum. Adminiculum quoq; nō paruum attulit Iacobus Orodryinus ſcriptor apoſtolicus, quem tranſmarina, latinaq; uenus laureola parnaſide decorarūt, oblato codice Dacico ſuſpiciendæ antiquitatis. quibus, ut Zeuſis ex diuerſis corporibus, unam, et ni fallor, integram formam, et rediuiuam imaginem recidiuo Flacco præſtitimus. Tu felix ac ſapientiſſime princeps munus quātulūcūq; a Pio clientulo oblatum: æqui boniq; facias, qui cum maiora iniquitate ſortis et ætatis ſuæ quæ donet nō poſſideat, ſe ipſum, ingenium ſuum, induſtriam, ſtudiū, obtulit, qui uirtutum tuarum memoriā præconiumq; pollicetur. Nec in puſillo magna expectes, et tuo fulgore cōdigna. Sed animi tibi deditiſſimi fidē, propēſamq; uoluntatem. Hac ego cōtentos auguror eſſe deos, quorum in numerum adſcitus, utinam ſerus, cœlum aſtro rutilantiſſimo colluſtrabis. Vale et uiue terfelix, et ſupra Neſtorē ſeneſce: Memor in horas orbis fere totius oculos in te, non ſecus ac pontificem maximum, eſſe conuerſos, Platoniſq; ſubinde ſentētiam illā auream: habeas in ore, quam in quadam ad Dionyſium epiſtola reperies his uerbis. Non eſt negligendum a nobis, ſed curam habendam temporis ſubſequentis. Fit enim natura quadam ut ignauiſſimi homines nihil curent, quæ ſit de ipſis futura opinio. Probatiſſimi autem uiri cuncta faciunt quo in futuris ſæculis bene de ſe loquentes homines audiant. Quam ego coniecturam facio eſſe aliquē ſenſum his qui mortui ſunt rerū noſtrarū. Quoniam optimi animi ſic forte diuinant, deterrimi autem nequaquam. Quare Princeps optime multo magis uerere quid de te hinc ad annos ſexcētos loquent hiſtoriæ, q̄ eorū hoium qui hodie uiuunt rumuſculos ineptos. Iterū Vale terbeatus.

# C. VALERII FLACCI VITA AVCTORE PIO AD INTEGERRIMVM VLYXEM MVSOTVM PATRONVM CAVSARVM BONONIENSEM.

ALERI Flacci Argonautarũ doctiſſimi uatis:iudicio Fabii Quintiliani omnium ingeniorum cenſoris:obitu prępropero et immaturo:latina res plurimum amiſit. Sunt qui Patauinum uel Aponenſem uelint his epigrammatici poetę perſuaſi uerbis.

O mihi curarum pretium non uile mearum
Flacce Anthenorei ſpes et alumne laris:
Pierios differ cantuſq;:choroſq; ſororum.
Aes dabit ex iſtis nulla puella tibi.
Quid tibi cum cyrrha? quid cum permeſſidos unda?
Romanum propius:diuitiuſq; forum eſt.
Illic ęra ſonant. At circum pulpita noſtra:
Et ſteriles cathedras baſia ſola crepant.

Hi nihilo ſecius altero Valerii Martialis allecti epigrammate:cuius principium hoc eſt.

Si quis forte mihi poſſit pręſtare roganti
Audi quem puerum Flacce locare uelim.

(ueneris pollētem illecebris pullum miluinum deſcribit) Amazonium in delitiis habuiſſe contēdūt. Alii priſcorum exemplariũ titulo perſuaſi:a Setia urbe Campānię: Setinũ dicūt:quę eodem nunc quoq; nomine cenſetur:uino nobilitata generoſo: Haud procul uelitris.

Ego uero magnam elegantiſſimo poetę conflatā iniuriam ferre non poſſum:qui cum Romanus ciuis ſit:capite diminuitur:et in municipia falſo tranſcribitur:quod fato quodam ſecundo:dum iſta meditarer in opido Ruſcinone ſenex indigena oblato peruetuſto nomiſmate:exploratiſſime oſtendit. C. Val. Flacci iuuenis et prętoris erat effigies ut ex titulo demonſtrabatur: capillo ſubcriſpo:oris filo ingenuo ac uirginali:aſpectu uegeto non citra modeſtię notam. Humeri habiles et quadrati: Ceruix thoroſula:ſucculentaq; non pinguis. Pectus non improbum: nec oſtentationis: ut Plinius ait: pectoroſę:ut conſilii et modeſtię:ita continentis alacritatis index. Singula perpendentes commodum exclamauimus ego et Romulus Amaſęus muſarum Pancratiaſtes inſignis:quem platonicum cygnum familiariter dicere ſoleo:uir utraq; lingua doctiſſimus:inter muſarum duces primi ſubſellii profeſſor ſi leporē:ſales:eruditionē:ac eloquentiam excutias:in te uno in cauſarum patrociniis longe primario: Politicis moribus:cognitione legũ nō uulgari:nec protrita:fide ac ſanctitate morum prope ſocratica:ut in uiua:ac ſpiranti imagine:peruideri. Te uāq; uir pręſtantiſſime conſenſus patrię peculiari cognomento patronum ueritatis appellat. Tibi corporis inſignis:ac quidam ſenatorius decor. Tibi forenſiũ ducũ anteſignano:longe ſuppetit labor in negociis:fortitudo in periculis:induſtria in agendo. celeritas in conficiendo: conſiliũ in prouidendo:in tuendis clientibus ſingularis et pręſtabilis fides:rarum in hoc artificio bonum. Et quis ambigit Valeriorũ Flaccorũ familiā fuiſſe romanā? quā a Sabinis ueniſſe Fabius innuit:apud quē ex Valeſiis factos eſſe Valerios legímus. In quibus. L. Valerius Flaccus Catonis ſenioris amicus cōnumeratur:qui cum ex Thuſculis in urbem romam uocauit:et inſtruxit: ut Plutarchus docet. Idē Cōſul:auctore Liuio libro quarto de bello Macedonico:cũ ſuo reptitio:nouoq; ciue Catone circa Mediolanum:cum Gallis inſubribus et Bois:collatis ſignis dimicauit:in quo bello decē hoſtiũ milia ceciderūt. Cumq;:ut refert idem Liuius:lex oppia de abrogando mũdo muliebri uentilaretur:contra collegam ſuum Catonem Flaccus obtinuit(fruſtra renitente Catone:et probra in mulierem:ut animal indomitum:iaciente)ne quid matronis fraudis et ignominię ſtatueret. Sub Leuino militauit aduerſus Annibalē. Fruſtra conarer:et ſupra rem facerem:ſi Flaccorũ Valeriorũ percelebrē familiam caſſo ac inani labore:poſteritati cōmendarē. Satis conſtat eum:qui primus Flaccus ſit dictus:flaccidis hoc eſt languidis:ac dependentibus fuiſſe auribus:multis etenim corporis uicia indidere cognomen:ut ſcaurorum:uaciarum: Labeonum:et id genus ſexcenta. Pręturа ergo perhonorifice defunctus eſt:in qua uel cœli fauore:uel induſtria peculiari:annonam uberem expertus eſt. quod Nomiſma ſuperius aduocatum teſtatur:in quo ex aduerſo Cereris imago uiſitur capite coronato: in cuius dextra ſpica pręgnans aſpicit:quę laxitatis annonarię indicium eſſe ſolet. Decemuirũ ſibyllinũ ſunt qui credunt fuiſſe. C. Flaccũ:hiſq; uerſiculis teſtatiſſimũ uolunt:qui poſiti ſunt apud eundem libro primo in hęc uerba.

Phœbe mone:ſi cumeę mihi conſcia uatis
Stat caſta cortina domo:ſi laurea digna
Fronte uiret.

Quid uero ſup hac re ſentiamus ĩ cōmētariis noſtris expreſſimus. Nō ualuit Flaccus nouercāte fortuna:fato raptus acerbo:et dis iniquiſſimis exemptus humanis:opi cœpto ſupremā manum imponere:nec octauũ quoq; pficere potuit. Cuius conatus egregios mirati ſimul:et miſerati

latinos:qui fonté latiũ unde aquã ad hos potus hauriát:nó habét:in publicá ſtudioſorũ utilitaté ex Apollonio Rhodio:integrá historiam in decé libros minute digeſſimus. Appédiculas aũt noſtras nó ſine uenia legét q̃ nó uires:ſed animũ metient. Feci quod Mulus Atticus:itá generoſo labori cũ me imparé cernerẽ:laboraturis ducatũ et exemplũ prębui:et aquaturis:ad fonté digitũ intédi. Orpheũ iam latine loquété addidi:ut expeditionis argonauticę cognitio ueniret abſolutior:qué nó ſemel imitatus é poeta noſter:ſępe tamé:nó ut uulgus ſemp putat: Apollonium:quod noſtris I Flaccũ cõmétariis oſtédimus. Character ac ſtilus auctoris preſſus é:doctus:acutus:canorus:elatus imprimis calore ac entheo furore tonás:ardés:bellicoſus.raro ſedatior. Sed iam finis ſit. Spero lectores non fore Oedipodas:aut Abderitanę pectora plebis habituros. Vale.

## De Aureo Vellere.

a Vrei uelleris gręci ac latini ſcriptores historiá fuiſſe dicunt huiuſmodi. Oues ſcilicet in regione Colchica fuiſſe uilloſas:ex quarũ lanitio paſtores indigenę aureo lucro locupletabátur. Aliqui a cõſuetudine incolarũ regionis illius manaſſe putant:qui demiſſis pellibus in auriferos amnes:aurũ conquirebát. Alii memorant ingeniũ:barbarorũq; naturam per oues auricomas ſignificari:quos bruto ingenio et ſocordi.ſed fortunatos eos eſſe cõſtat: Diogenes canis uero uocabulo:oues aureo uellere dictitabat. Franciſcus Petrarcha diuino uir ingenio:cõminiſcitur Maroné effinxiſſe ſibi Phrygem Aeneam diuina uirum prudentia ad aurũ per ſiluá eũtem:hoc eſt ſcopulos et ſordes humanas eluctanté:ad ſapientiá contendiſſe:quę idétidé in ſacris literis auri appellatione notatur. Si quis in dactylotheca lignea anulum et gemmá quęrit:nó his uulgatioribus cõtentus aſſeret Iaſoné ad pellem auream cõtendenté:uirũ forté:laudatum: magnanimũ:a Flacco deſcribi:qui omni:quod aiunt pede:ad ſapiétiá nititur. Si quidé auctore Venuſino Satyro. Vilius argentum eſt auro:uirtutibus aurum. Apocalypſeos liber myſteriorũ plenus per aurum ſapientiá intelligit cũ ibi Angelo Philadelphię cuſtodi ſuadetur aurũ emere ignitum et probatũ ut locuples fiat. Candelabra templi aurea iuuenum facies habétia:memorant. Aurea Homeri caténa uim elemétorum ſignás nónullis:aurea. Aurea Dianę ſcutica. Deus ipſe de cœlo Moſen alloquens pręcipit deaurari ſibi arcam intus et foris auro mũdiſſimo. Aureã fabulá accipe cum Plinius Cecilius ait:auri appellatione pręſtantia dicta ſignificauit.

## Ex Lucillo Torręo:Procillio:et Theone Argumétũ historię Argonauticę.

t Yro Salmonei filia peperit ex Neptũno Neleum et Peliam:deinde nupſit Cretheo Aeoli filio:et peperit ex ipſo Aeſonem:Pherętũ. Amythaonem. Ex Aeſone generatur Iaſon. Ex Phereto Admetus. Ex Amythaone Melampus. Iaſon uero datus eſt Chironi nutriendus:a quo didicit Iatricen hoc eſt artem medicam. Aeſon pater Iaſonis regnũ proprio fratri Pelię reliquit:annuitq; ut Theſſalię dominaretur:donec a Chirone reuerteretur Iaſon. Cũ uero Pelias Apollinis oraculũ accepiſſet:ut caueret Monopedilon hoc eſt unũ tantũ calceũ habenté: Accidit Iaſonem iam adultũ uenire ad fratré patris:regnũ paternũ repetiturus:dumq; Anaurũ uadári uellet:eſt hic Theſſalię fluuius:reperit in ripa Iunoné uetulę aſſimilatá tranſire timenté. Iaſon miſericordia ductus baiulans eam in ulterioré ripam deportauit. In fluuii Anauri tráſitu calceũ reliquit in cœno. Ita adiit urbé monopedilos. Iaſonem in ſacrificio publico altero pede nudo Pelias aſpiciés:oraculi recordatus eſt:dumq; ipſum tollere de medio cuperet:certamen egregium propoſuit:in Scythiam uidelicet iret:aureum uellus auferret:ſcilicet reuerſurum nunquam ſperans. Quo glorię cupidus profectus Iaſon uictor pręter ſpem reuerſus eſt: et a Medea magicis artibus Pelia perempto:regnum paternum recuperauit.

## Genealogia Iaſonis ex ſuperioribus auctoribus.

a Thamas filius Aeoli frater Crethei ex coniuge priori Nephele duos genuit filios: Phrixũ et Hellen. Mortua uero Nephele:duxit alteram uxorem Ino:quę cum nouercalibus odiis perſequeretur Nepheles filios:pręcepit eius regionis fœminis ſemina corrumperent. Vnde facta eſt ingens penuria tellure frumentariá annoná nó ſuppeditáte:quo ut miraculo motus Athamas cauſę neſcius miſit in Delphos ſuper ſterilitate conſulturos. Ino uerſuta mulier donis legatos corrupit:ſubornauitq; ut dicerent diis uiſum ad ſterilitaté tollendá nihil eſſe pręſentius q̃ ſi Hellen et Phrixũ immolaret. His ergo fidé adhibens Athamas: Hellen et Phrixum aris adſtituit. Quos miſerati dii eos cũ auricomo ariete p aera rapuerũt: Quibus Helle hęrere impotés:in Helleſpontum decidit. Phrixus autem in Colchos euaſit:ubi ſacrificauit Arietem Ioui Phyxio.i.fugę duci. Et hoc pacto nouercę furorem effugit. Duxit dein Chalciopen filiam i Aeetę Scytharum regis:ex qua genuit filios quatuor Argum Cytiſſorum:Melanem et Phrontim.

# IOANNES BAPTISTA PIVS BONONIENSIS IN VALERII FLACCI ARGONAVTICA.

## ARGVMENTVM PRIMI LIBRI VALERII FLACCI.

VNO netulam fingens obtulit ſe Iaſoni Anaurum:nel ut alii dicũt:enipeũ transfire uolenti:qui repentinis imbribus factus erat concitatior. Iaſon illam ſuſpicatus mortalem:et ad tranſeundum inhabilem ſuccollans in ulteriorem fluminis ripam tranſtulit:quo beneficio conciliata Iuno eſt:et fauere cępit Iaſoni. euenit caſu ut cũ Iaſon fluuiũ tranſiret illũ:in limo relinqueret crepidã ſiue calceum:ſine quo cum ad regem Peliam ſe cõtuliſſet:non minus ei pauoris ꝗ admirationis intulit. Audiuerat enim ut monopędilon.i. unum calceũ habentẽ caueret. Rex ergo ſibi:regno ſuo:et poſteritati timens:inſidias molitur Iaſoni:quem ut honeſtius perderet ſeuocatum hortatur: accingeret ſe colchicae expeditioni glorioſę ac ingentem famam pariturę. Addit eſſe iuſtiſſimã:quoniã æetes pellem auream reddere recuſat:et Phrixi theſauros ſupprimit ut quos ſępe interpellatus:reddere recuſauit: ablatos Phrixo cõſanguineo:in hoſpita menſa:iure hoſpitii calcato:ab Aeeta iugulato:ut ita eũ hoc auro circũſcriberet. Iaſon cum glorię uoto:tum miſericordia ac indignitate motus conſanguinei:libenter expeditionẽ ſuſcipit in Colchos. Iuno omnes gręcię heroas concitat ad hanc omniũ pulcherrimam expeditionem. Conueniũt:nomina dant tranſtris:nec Hercule quidẽ deficiẽte. Pallas Argo nauim fabricat:quam aſcendunt heroes:et uela dant uentis: quorum omni laude florentiſſimorum catalogum contexet Flaccus. Iaſon ſtimulis famę concitatum Acaſtum puerum Pelię filium ſecum ducit inſcio tamẽ patre Pelia:quo facto rex ira pręcipiti incenſus:ad mortem ab Iaſone raptũ putãs: parentes eius Aeſonem et Alcymedem iugulat.

Anaurus. Monopędilos. Aeſon. Alcymede

Prima deum magnis canimus freta peruia nauits,

PRima freta. A primis argonautis nauigata. Argo nanqꝫ prima nauis fuit: cuius inuentor Argus. Plinius libro ſeptimo naturalis hiſtorię inquit nauẽ primũ in gręciã ex Aegypto Danaũ aduexiſſe: ante ratibus nauigabatur inuentis in mari rubro. Reperiuntur qui Myſos et Troianos Priores excogitaſſe in Helleſpõto putẽt:cum tranſirent aduerſus Thracas: Longa naue Iaſonem primũ nauigaſſe Philoſtephanus auctor eſt. Huic adſtipulatur Lucanus in tertio.

Argo nauis.

Theſſalus ęmoniam nomer proſcindit Iolchon.
Inde laceſſitum primo mare:cum rudis argo
Miſcuit ignotas temerato littore gentes:
Primaqꝫ cum uentis:pelagiqꝫ furentibus undis
Compoſuit mortale genus:fatiſqꝫ per illam
Acceſſit mors una ratẽ. Ouidius ſecundo amorum.
Prima malas docuit mirantibus ęquoris undas
Peliaco pinus uertice cęſa uias.

Scribit interpres Apollonii libro primo Argonauticon:argo a rhodio poeta ſic dici ab artifice Argo. Pherecydes uero ab Argo filio Phrixi. Hanc dicunt primã nauẽ longã fuiſſe. Alii aiũt Danaũ primum elaboraſſe:unde et Danais uocitatur. Eã Rhodius Eucathedran a pulchris ſedilibus:uel ab ordine fabricę dictitat. Manlius.vii. Nobilis Argo in cęlũ ſubducta:mari qa prima cucurrit. M. Cicero libro.ii.de natura deorũ inducit paſtorẽ uiſa tum primum argo naui ut diuino et nouo uehiculo primo admiratum et perterritum:hoc modo loqui. Tanta moles labitur fremebunde ex alto ingenti ſonitu et ſtrepitu:pręſe undas euoluit uertices ui ſuſcitat:ruit prolapſa: pelagus reſpergit: perfluit. et quę longe pulcherrima ſecũtur. Poſſumus et prima pro primum exponere:ut ſit ordo. Canimus freta primum peruia:hoc eſt prima nauigatione aperta. Freta ſunt anguſta maria undique littoribus procurrentibus compreſſa.quę maiori feruore latrant:a quo ſortiũtur etymon:longeqꝫ proceſſit uis huius dictionis ut fretum a ſimilitudine uocetur ęſtus:et fluctus cogitationis humanę cũ mens eſt incerta. Exempli gratia mens eſt in freto hoc eſt i cogitationis dubio. Hęret incerta ſalebra. Magnis. Regiis: heroicis:magnificis:pręſtãtibus:eximiis. Magnũ enim immo maximum fuit tẽtare : auſum eſſe cęca maria:inauſa:intentata. Peruia. Acceſſu facilia:aperta:ad humanã ꝓfectionẽ parata. Peruiũ id dicitur quod itineri noſtro eſt obuiũ:facile:et apertũ. Nautis. Magni nautę ſunt minyę:ut qui heroes:iuuentutis gręcę flos. Sunt tamẽ qui profitentur ſe legiſſe exemplaria priſca et mihi i romano gymnaſio hoc artificiũ liberale profitenti uiri literatiſſimi et affirmarunt:et conſtãtiſſime propugnãti applauſerũt ſe ita ſcriptum offendiſſe in priſca lectione aduertentes. natis uidelicet non nau/

Eucathedra argo.

tis:quæ lectio ſincerior eſt. Alexander grammaticus Parmenſis uir bene doctus:idem affirmat. Et
Nati dis argonautæ. profecto nati deorum fuere Minyæ:uel a dis originem ducétes· Valerius Flaccus infra. Et preſſam re
gibus alnum. Expreſſius inferius Iaſon ad Aeetam. deûq; Nos genus eſſe rates magnę ſenſere mi/
neruę.alibi. Nouimus et diuis geniti quibus. Item. Iugentes animę. Deum. Deorum natis hoc é
argonautis a dis originem trahentibus. Canimus. Rem magnam et epicam .i. heroicam. ſemper
hoc uerbum cano quid diuinú ac
magnum ſignificat:ut ad oraculum extendat. Quare magna in/cohaturi poetę : quorum ſpiritus
Argo fatidica. nó eſt ſine enthuſiaſmo:et afflatu diuino:canere dicunt poemata.

Fatidicamq; ratem ſcythici quæ phaſidis oras
Auſa ſequi:medioſq; inter iuga cócita curſus

Fatidicam raté. Argo diuiná et argonautis futura uaticinantem. quoniá uocale lignum in fundo
habuit:qd ex dodonęa ſilua ex arbore ſacra huius nauis carina compacta fuit:quam arborem nunq̃
diuinitas originis ſacrę deſeruit. Apollonius Rhodius libro quarto Argonauticon facit ex fago cari/
nę argus emanaſſe uocem ſic.

αὐτίκα δ' ἄφνω
ἴαχεν ἀνδρομέῃ ἐνοπῇ μεσσηγὺ θεόντων
αὐδῆεν γλαφυρῆς νηὸς δόρυ. τό ῥ' ἀνὰ μέσσην
στεῖραν ἀθηναίη δωδωνίδος ἥρμοσε φηγοῦ. Statim ex improuiſo crepuit humana uoce interio/
ris nauis lignum concauú:quod per mediam carinam Pallas adaptauit ex fago dodonide. Sophocles
in Trachiniis: dodonęam quercum πολυγλῶσσον appellauit. Claudianus Cęſo teneri Iouis au/
Argo garrula pica. gure luco arbore pręſaga tabulas animaſſe loquaces. Lycophron Argo nauá garrulam picam nó ob
aliam cauſam uocitauit. ad quod rectiſſime trahi poteſt illud alterius Senecę in medea. Ipſaq; uocem
perdidit argo. Ratem. Carinam interpretare ex fago arbore confectam:quę in luco dodonęo nata
fuit:cuius natura loquaciſſima eſt ut ęs dodonęum in garrulos tranſlatum hinc quidam uelint:nó ſa/
tis recte tamen. de quo prouerbio in noſtris annotamentis nó pauca collegimus. cum Callimachi in/
Phaſis. terpretatione:etiam Auſonii. Phaſidis. Fluuius Colchorum apud quos erat uellus aureum.
Scythici. Originem ducentis á Scythia. Oras. Regiones litorales. Auſa. Nimię animoſitatis na
uis ut quę prima ignotum cucurrit iter imperterrita. Medios curſus rumperet. Irrumpere ac auſu
Cyaneę temerario ingredi currendo per medium Cyanearum inſularum concurrentium. Medios curſus in/
tellige ſuos.i.nauis argus:quę ipſamet auſa eſt mediú curſum tenere. Rumpere proprie é p uim in/
gredi et temere. Infra. q̃ Cyaneos perrumpere montes. Inter iuga. Inter inſulas ſymplegadas et
mótanas inter ſe confligentes et celeri colliſione compugnantes:quas petras Apollonius uocat. Oui
dius ſecundo amorum cautes. ſic.
Quę concurrentes inter temeraria cautes
Conſpicuá fuluo uellere uexit ouem. Erant enim uerius ſcopuli q̃ inſulę. Concita. Celeriter com/
mota. auctore Plinio libro quarto na. hiſt. Helleſpontus inſulas nó habet in Europa dicédas. In pon
to duę. M.D. paſſibus ab Europa. xiiii. milia ab hoſtio:cyaneę ab aliis Symplegades appellatę:tradi/
tęq; fabulis inter ſe concurriſſe:quoniá paruo diſcretę interuallo ex aduerſo intrantibus geminę cer
nebantur:paulumq; deflexa acie coeuntium ſpeciem prębebant. Hęc Plinius. Sunt uerius ſcopuli q̃
Cyane lapis. inſulę unde Flaccus iuga concita nuncupauit:quare Apollonius in primo κυανέας πέτρας appel/
lauit. Dę cyaneis meminit Homerus in .M. Cyane ut hoc obiter addam gemma eſt illa : quę paſſim
Turchina nuncupatur. Flammifero olympo . Cęlo ſtellato:lucido:coruſco. Ait tandé nauem ar/
go poſtq̃ plures ęrumnas et labores exhauſit:in templo Neptúni Iſthmiaci in cęlum euolauit:de qua
et a Ruſo:ut opinor:dictum. Et ituram in ſidera puppim. Manlius in ſeptimo. Tum nobilis argo in
cęlum ſublata:mari quia prima cucurrit. Flaccus infra. Scádere flammiferú uictor permiſit olympú.
Huius:inquit Hyginus:hyemalem circulum et maioris canis caudam contingens inferiori parte no/
uiſſime nauis inclinata antarcticum circulum tangit occidens ſagittario et capricorno exorto ut in ma
ri collocata exoriens cum uirgine et Chelis. Hęc habet in puppi ad ſingula gubernacula ad primum
ſtellas quinq;:ad alteram quatuor. Circum carinam quinq;:alibi quinq;. ad malum quatuor. Ita to/
Argo unde. ta ſtellarú eſt uiginti triú. Argo hanc nónulli pp celeritaté gręce dixerút appellatá. Alii quod Argus
eius fuerit inuentor. Hanc auté primam in mari fuiſſe complures dixerunt et ex hac re maxime ſtel/
lis eſſe decoratam figuratáq;. Hác nauim factam Pindarus ait in Magneſia oppido:cui Demetria no
men eſt. Callimachus autem in iiſdem finibus ad Apollinis Actii templum:quod Argonautas profi
Pagaſe. ciſcentes feciſſe exiſtimatur:in eo loco:qui Pagaſe uocatur:ideo quod nauis Argo ibi primum com/
pacta dicitur:quod eſt gręce Pagaſe. Homerus autem eundem locum in Theſſaliæ finibus eſſe demó
ſtrat. Eſchilus autem et nonnulli aiunt a Minerua quandam materiam loquentem eodem eſſe coniun/
ctam:ſed huius tota effigies inter aſtra uidetur. Diuiſa autem a puppi uſq; ad malum ſignificans ne
homines nauibus fractis pertimeſcerent. Viderit tamen Hyginus. Ego alluſiſſe hiſtoriæ putauerim
priſcos. Conſtat enim a collidenti ſymplegade eliſam partem Argus poſteriorem.i.caudam.

Olympo. Plinius in quarto. In Theſſalia ſunt quatuor et triginta montes: quorum nobiliſſimi Cer
ceti: olympus. Pierus: oſſa: cuius ex aduerſo Pindus: et Othris lapitharũ ſedes ad occaſum uergentes. Olympus.
Ad ortus pelios: omnes theatrali modo caueati. De olympi montis altitudine: collibus eius innũis: reli
quiſq; ad eum ſpectantibus meminit Liuius libro. viii. de bello macedonico. Quanta fuerit altitudo
montis olympi lege Plutarchum in. P. Aemilio. Iupiter: quod obiter dictum ſit: olympius appellatur
Pindaro pro eodem numine Io
uis ſoſpitatoris. Olympus dictus
pericles ab orãdi ui. Tãdẽ. poſtq̃
exhauſit et tolerauit in mari tot
tantoſq; labores: quibus meri
to cęlum deberetur. Conſedit.
Reſpexit formam nauis: quę eſt
preſſę curuitatis: ut ſedere potius q̃ ſtare uideatur: cum naturaliter iaceat.

Rumpere, flammifero tandem conſedit olympo.
Phœbe mone, ſi cumeæ mihi conſcia uatis
Stat caſta cortina domo, ſi laurea digna

Phœbe mone. Poſt propoſitionem conſequitur Inuocatio poetica: qua potiſſimum deum carmi Innocatio.
minum: et uaticiniorum apollinem inuocat: adſit: faueatq; uati heroica minyarum geſta cantaturo. Eſt Cumęa ua
enim: ut ait iterpres Apollonii: mos a dis προοιμιάζεσθαι ideſt prohœmiũ facere. Rhodius: ut mos tes.
eſt gręcorum inuocationi propoſitionem inuoluere: ſic incipit. Ἀρχόμενος σέο φοῖβε παλαιγενέων
κλέα φωτῶν μνήσομαι. i. incipiens a te Phœbe ueterum geſta uirorum memorabo. Phœbum inuo
cat uel quia poeta: uel quia duumuir librorum ſibyllinorum erat: ut infra patebit ex quorundam ſentẽ
tia. Ordo. Phœbe faue ſi cortina uatis cumęę ſtat mihi caſta domo. Cumęam uatem norunt eſſe ſibyl
lam cumanam: quę Cumis colebatur prope ſolenniter. in cuius antro: quod adhuc uiſitur: captaban Cornelius
tur affatus diuini. Quę nam tamen fuerit illa ſibylla: quę libros populi Romani fatales compoſuerit: ſylla.
non liquet. Multi Cumanam uolunt: cuius libri in rebus dubiis aditi attulerunt populo Romano plu Sullaturuſ
rimum adiumenti: quibus adeundis uiri aliquando duo: aliquando decem: aliquando quinq; pręfuerũt: pro Cice
inter quos olim fuit quidam Cornelius: qui inde dictus eſt ſibylla: mox extrita ſyllaba Sulla: unde co rone.
gnominis Sullarum origo manauit. Cum. M. Tullius in epiſtolis ad Atticum inquit Pompeiũ ſulla Rutilius
turum: Tu intellige proſcripturum et ſullam imitaturum: et animum eius tyrannicum ac proſcriptorẽ. Numatia
Lego apud Rutilium Claudium Numatianum Stiliconem auara Vandalorum gente oriundũ molitu nus.
rũ res nouas in honorium: ſibyllinos exuſiſſe libros: ne inde opẽ ferre poſſet. Eius lepidiſſimos uerſus Stilico li
atq; rariſſimos ſubtexere libuit. bros ſibyl
Quo magis eſt facinus diri Stiliconis acerbum: linos exuſ
Proditor arcani qui fuit imperii. ſit.
Ipſa ſatellitibus pellitis Roma patebat:
Et captiua prius q̃ caperetur erat.
Nec tantum geticis graſſatus proditor armis:
Ante ſibyllinę fata cremauit opis.
Aſinus Cumanus prouerbialiter dicitur uel apud cumanos. i. εἰς τοὺς παραδεχομένους in eos: qui cũ ſint Aſinus cu
nihili apud alienigenas et ignotos propter nouitatẽ cẽſent. Vel in inſolentes ex fortuna. Cuius adagii manus.
Demoſthenes in olynthiacarum prima: Et uates Aeſchylus meminerunt. Tractum prouerbiũ ab aſi Pro Maro
no: qui apud cumanos cũ pellẽ mortui leonis inueniſſet: ſe pro leone geſſit: mox cognitus riſum protu ne.
lit. In eo maroniano uerſu. Et tandem Euboicis cumarum allabitur oris: in codice peruetuſto uatica
nę bibliothecę ſcriptum ẽ cymarum: non inaccurate. Si ſtat mihi domo: Si in domo mea. Quidam
uati ſcribunt nõ uatis: ordine tali. Si mihi uati ſtat domo: Hoc eſt. Si ego uates dignus ſum phœbum
attingere. Cortina cõſcia. Si mihi uati ſtat domo caſta: cortina cõſcia. i. ſi ego caſtus et purus uates Cortina.
merui cõmouere cortinã Phœbi. Si me licet eſſe uatẽ: qui domi colo phœbũ. Conſciã diuinã et uatici Conſcia.
nam intelligit: quę nouit ſecreta deorum. Papinius. Si conſcia detur Pirene. quę uerba apud Statium Papinius
uix in alium ſenſum detorqueri poſſunt. Stat. Vel nũc quia ſum decẽuir ſibyllinorũ librorum. Vel apertus.
ſtat pro colit: quoniã poetę domi in larario colũt phœbũ ut deorũ prçcipuũ ac tutelare numen: ubi cor
tinam habebãt tanq̃ phœbi ſacerdotes: poetę et oratores. Tacitus libro de oratoribus: de Hercule paul
gatis iam omnibus cũ uix in cortina quiſq̃ aſſiſtat: qui non elementis ſtudiorũ ſi nõ inſtructus: at certe
imbutus ſit. Caſta domo. mea: pia: integra: impolluta: Caſtũ decet eſſe: inquit Catullus: piũ poetã:
uel caſtam domum intelligit templũ capitolinum ubi ſeruabant: quẽ locũ adibat poeta. Cortina: quod
ſupereſt exponendum: tripos eſt Apollinis: dicta qđ cor teneat: uel qđ tripos ſeptus erat corio ſerpen
tis: aut certe ſecũdũ grçcam etymologiam ἐπὶ τὸν κόρην τείνειν. qđ extendat puellã: ut illud maronia
num ſexto ęneidos. maiorq; uideri: nec mortale ſonans. Delphici Tripodis figurã reperi apud Diodo Tripodis
rum in libro: quem perpaucorum manus terunt in hęc uerba. Oraculum ſic inuentum prędicant. Vo figura.
ragine quadam in immenſum dehiſcente eo loci ubi nunc ſacrarium eſt: quod adytũ uocãt. et capris cir
ca ea gramen depaſcentibus: cum delphi nundũ incolerentur: capram uoragini appropinquantem cũ
in eam proſpexiſſet exultare ac deferri miro quodã modo: uocemq; priori diſſimilem emittere. hac in
audita re admiratum paſtorem uoragini propius uiſendi gratia acceſſiſſe: cumq; inſpexiſſet pari modo

exagitari cępiſſe. Caprã nemp● uelut lymphatico quodam furore concitari ac moueri: et illam pariter quę futura eſſent prędixiſſe: Fama inter finitimos uulgante: quę loco illi appropinquantes paterentur plures aduenisſe: reiq; incredulitate propius delatos experiri uoluiſſe: omneſq; id expertos ſimili furore eſſe concitos: ob hęcq; ſacrarium admiratos: et telluris oraculum eſſe dignoſcẽtes per multum temporis naticinandi cauſa ad illud acceſſiſſe: Appropinquantes adinuicem edidiſſe oracula. Poſterius uero multis ex furore concidentibus intra hiatum illũ: nec uſq; apparentibus uiſum eſt his: qui locũ accolebant: quo periculũ auerteretur: mulierẽ diuinis inſtitutã pręeſſe loco: et ex eius ore oracula eẽ proferenda. Eam uero inſtituiſſe

Fronte uiret. Tuq; o pelagi cui maior aperti
Fama, caledonius poſtquam tua carbaſa uexit
Oceanus, phrygios prius indignatus Iulos

machinã: per quã tutus in ſpecum eſſet aditus: et furore concita uolentibus futura poſſet edicere. Machinam autem ex tribus conſtare gradibus et ob id tripodem appellatam eſſe. Fere etenim totius machinę fabricam haud diſſimilem eſſe his: quibus nunc utimur ęreis tripodibus. Diuinare uero antiquius uirgines: et reſponſa reddere ob naturę incorruptionem et Dianę eiuſdem generis coniunctionem uulgatum eſt. Apud Plinium cortina capitur pro uaſe in quo lanę coloreſue ponunt. Cortinã plumbeam Cato pro uaſe plombeo aut ſtãneo uidetur accipere: quo oleum influit. Cortinę apud Hieronymum ſunt uela ad theatrum integendum: et locus tectus ubi recitatores ſe ſe oſtendebant populo. Maro. Magni cortina theatri. cortinale locus apud Columellam ubi cortinę defruti calent.

Cortinale

Si laurea digna fronde uiret. Scribe. Fronte. Si in mea fronte laurea digna uiret. Digna pro digne. nomen pro aduerbio. Hoc eſt ſi dignus laurea ſum. Si mereor in fronte poetica mea geſtare laurum arborẽ Phœbo dicatam. Tuq; o pelagi. Inuocat Flauium Veſpaſianum: ad quem ſcribit condigne et apte pro ſimilitudine geſtorum. Quemadmodum inquit Veſpaſiane canto primam nauim Argo: quę inauſa et intentata maria prima cucurrit et aperuit: perinde et tu qui britannicum mare primus aperuiſti: pręſta fauorem: et adeſto promptiſſime. Ordo. Et tu Flaui eripe me populis: cui maior aperti fama.

Maior fama. Pro magna qui retuliſti famam immortalẽ ex aperto mari britannico. Vel maior fuit fama tuaq; argonautarum: qui pro re futili tantum laborarunt. Tu pro Britannia noſtro imperio adiungenda: quę alter orbis terrarum dicebatur Albion uocãtibus. Quare Maroni dictũ. Et penitus toto diuiſos orbe britãnos. Claudianus. Et a noſtro ſeiuncta britãnia mũdo. habuit et britãnia regẽ arturũ: qui menſa utebatur rotunda ne diſcumbentibus heroibus cõſeſſus honeſtioris naſceretur ex ambitione diſcordia. Aperti. Romana claſſe peruii: et noſtris ducibus redditi: noſtroq; imperio ſubacti.

Albion Britannia.

Caledonii

Caledonius oceanus mare britannicum. Caledonii ſunt populi Britannię. Silius.

Huic pater ignotam donabit uincere Thulen:
Inq; caledonios primus traher agmina lucos.

Iulius Cęſar ſtipendiariam britanniam intrans effecit quãuis naufragio conflictatis nauibus. Claudius domum uictoria elatus filium britannicum uocauit. Lucanus. vi. Aut uaga cũ Tethis: rutupinaq; littora feruent: Vnda caledonios fallit turbata britanos. Claudianus in laudẽ Stelicouis libro ſecũdo.

Inde caledonio uelata britannia monſtro.

Epigrammaticus poeta. Nuda caledonio ſic pectora prębuit urſo. Claudius tamen nõ ductu ſed auſpicio britanniam uicit. Nam iſtuc miſſus eſt Flauius auctore Tranquillo: qui ſic ait. Claudio principe Narciſſi gratia legatus legationis in germaniam miſſus eſt: inde in britanniam tranſlatus: tricies cum hoſte conflixit. Duas ualidiſſimas gentes: ſuperq; uiginti oppida: et inſulam uectem britãnię proximã inditionẽ redegit: Partim Auli Plautii conſularis legati: partim Flauii ipſius ductu. Quare triumphalia ornamenta et in ſpacio breui duplex ſacerdotium accepit. Hegiſppi uerba libro tertio. Veſpaſianus Britanniam Romano imperio armis acquiſierat: cuius triumpha tæ opibus Roma ditior: Claudius conſultior eſtimabatur. Aruiragum regem Britannię uictum deſcribit Beda unde exiit illud Satyri: Et de Temone britanno Excidet Aruiragus. Tua carbaſa. Naues roſtratas et bellicas: quibus afflixiſti britanniam. metonymia figura. Carbaſa uela ſunt tenuiſſima. Linum mirę tenuitatis eſt carbaſus in Hiſpania primo repertũ. Cicero. Tabernacula carbaſeis inteſta uelis. Scribit Curtius Indos et Arabes carbaſeis corpora uelis integere. Addit Marcellus Carbaſum eſſe paliũ quo flaminicę amiciuntur opulentię cauſa Maximus Valerius. Aemylię uirginis diſcipulam extincto igne tutã ab omni reprehenſione ueſtę numen pręſtitit. Qua adorante cum carbaſum: quem optimũ habebat: foculo impoſuiſſet: ſubito ignis emicuit. Foeminini generis quidam putant: quidam uirilis: quidam incerti.

De Aruirago pro ſatyro.

Carbaſus.

Iulos phrygios. Cęſares ab ęnea phrygio ducentes originem. Forte alludit hiſtorię. Et enim Iulius Cęſar in britanniam traiiciens paſſus eſt maximam ſtragem quaſſatis inuicẽ colliſiſq; nauibus: cuius oceani prior inſolentia nunc uirtute noua Veſpaſiani imminuta uidetur et domita.

Prius. Superioribus temporibus pręſertim Iulii Cęſaris tempore. Indignatus. Cum indignatione paſſus: quod oſtendit ab euentu: ut qui eius Iulii uidelicet: naues colliſit et diuexauit.

Eripe me populis. Sancte pater Veſpaſiane eripe me ab hac humana colluuie: ſorde: cótagione: in monteſq; abducas aonios: et in cęleſtẽ meditationem: a cuius loci ſpecula humana deſpiciam: oblitus meorum: obliuiſcendus et illis: ubi nihil cogitem atq; cócipiam prater ſublime: diuinum: heroicum: grandiloquum, operis maieſtate códignum. Populis. Sordibus et uilibus meditationibus: infimis: quales ſunt populi curę: quæ craſſę ſunt: et circa uiliſſima uerſantur. Quare dictum rectiſſime a poeta. Pingui nil mihi cum populo. Et a Perſio. Nec te quęſiueris extra. Nam Romæ eſt quis non?

Eripe me populis, et habenti nubila terræ
Sancte pater, ueterumq; faue ueneranda canenti
Facta uirum, uerſam proles tua pandit Idumen,

Et habenti nubila terræ. Ordo. Eripe me terræ habenti nubila. hoc eſt mortalitatem: tenebras: inſcitiam habẽti corpori: et humano contagio eripe me: et ad ſuperas cogitationes extolle: ubi ciues habitant æther ei. Quod Maro reſpiciens facit Aeneam pro ſcopo uirtuti dediti hominis excogitatum: ſepelire Miſeni cadauer: hoc eſt humanas perturbationes: quæ παθη græci uocant ante deponere q̃ perueniat ad elyſios hoc ẽ felicitatem: quod cum innuerent platonici philoſophorum dei: dixerunt σῶμα corpus appellari quaſi σῆμα hoc eſt animæ ſepulchrũ: cui nec diſſenſit Chriſtianorum doctiſſimus Origenes: quod Hieronymus amuli impatiens: ferre non potuit: Nubila dixit hic Poeta: Maro Siluam pro inſcitia tenebrante mentes. Quare Lactantius infit. O mentes cimmeriis tenebris atriores. Et quidnam aliud hereſeos platonicæ præcipuus adſtipulator Maro innuit his.

Cur ęneas Miſenū ſepelit.

Soma corpus unde?

Aſpice nanq; omnem: quæ nunc obducta tuenti
Mortales hebetat uiſus tibi: et humida circum
Caligat: nubem eripiam. Et apud Lucium Apuleium Homerus. Soli conſpiſcua eſt. aſt aliorum nemo tuetur. Solus heros prudens et ſolers uidebat ſapientiam: quam cæteri nube illa præſtricti uidere non poterant. Sancte pater. Veſpaſiane optime ac ſinceriſſime imperator. Fuit enim ſanctiſſimus uir Flauius ut qui in uita: auctore Tranquillo: miraculis coruſcauerit. E plebe quidam luminibus orbatus: item alius debili crure ſedentem pro tribunali pariter adierunt: orantes opem ualetudini demõſtratam a ſerapide per quietem: reſtituturum oculos ſi inſpuiſſet: confirmaturum crus ſi dignaretur calce contingere: cum uix fides eſſet rem ullo modo ſucceſſuram: ideoq; ne experiri quidem auderet: extremo hortantibus amicis palam pro concione utrunq; tentauit: nec euentus defuit. Modeſtus: obliuioſus inimicitiarum: dictorum: geſtorumq; contra eum ſemper fuit. Clementiſſimus: neq; cæde cuiuſq̃ unq̃ lætatus: iuſtis ſuppliciis illachrymauit etiam et ingemuit. Laudatur et a magnificentia: quod in omne hominum genus liberaliſſimus fuit. Vigil: patiens: continens: ſobrius: ieiunans ſingulorum menſium diem unam. ſuper menſam comiſſimus: etiam perurbanus. Quid miramur igitur ſi ſanctum uocauit? Patrem et paſtorem populorum ut reges probat Homerus. Vel patrem dicit ut excludat ſanctiſſimum filium Titum. Veneranda. Admiranda: ita ſuſpicienda ut ſtupeas. Quare molem amphitheatri uenerabilem perq̃congrue uocat Epigrammaticus poeta: qua nihil uſpiam par aut ſecundum uidetur: etiam cóſpicuam dicit ab altitudine turres æquante: ne dicam ſuperante. ut quæ eminus conſpiciatur.

Flauius ſanctiſſimus imp.

Flauii miracula.

Ieiunat flauius.

Venerabile amphitheatrum cur.

Facta. Geſta magna: et omni laude digniſſima. Veterum ducum. Aemulatus eſt id Apollonii παλαιγενέων κλέα φωτῶν. i. ueterum geſta uirorum. Verſam. Euerſam. auſpiciis Neronis: ductu uero Veſpaſiani: cuius belli glorię poema compoſuerat in patris fratriſq; laudem Domitianus.

Proles tua. Domitianus intelligendus: qui geſta fratris heroico carmine decantabat. Tranquillus. Poeticæ ſtudium tam inſuetum antea ſibi q̃ poſtea ſpretum et abiectum: inire ſimulauit: recitauitq; etiam publice. Quintilianus libro quarto de Domitiano. Ne fefelliſſe in his uidear principem ut in omnibus: ita in eloquẽtia quoq; eminentiſſimum. Italicus quoq; tertio puuicorum in laudẽ huius imperatoris ſic heroico uerſu conſurgit. Huic ſua muſæ ſacra ferunt: meliorq; lyra cui ſubſtitit hebrus Et uenit Rhodope Phœbo miranda loquetur. Epigrammaticus poeta et his adſtipulatur.

Domitianus poeta.

Poſſe deum rebus pariter: muſiſq; uacare
Scimus: et hęc etiam ſerta placere tibi.
Feruates Auguſte tuos. Nos gloria dulcis:
Nos tua cura prior deliciumq; ſumus.

Libros naturalis hiſtoriæ Tito dicans Plinius infit. Quantus in poetica es. Quemadmodũ fratrem imitareris excogitaſti. Pandit. Canit: diſſerit: explicat uictoriã aduerſus iudęos: uirtute et fortitudine Veſpaſianorum: pręſertim Titi: ſubactos. Idumen. Locus iudęæ: cui nomen Hedon. Quare a Marone dictum in georgicis. Primus idumeas referam tibi Mantua palmas. Gazaq; et arbuſto palmarum diues idume dictum a Lucano libro tertio. Eſt. n. frequẽs palmis idume. Palmeta ſunt illic tũ frequentia: tum formoſa. Sunt qui tradãt idumęos qui ſub caſio habitabãt ſeditione orta migraſſe Hieroſolymas: et cum iudæis habitaſſe. Hinc Hieroſolimæ dictæ idumeæ. Plinius in quinto Syriæ terrarum maxima pars eſt idumæa. Silius.
Palmiferamq; ſenex, bello domitabit idumen.

Idume.

Palmeta.

Nanq; potens. Scribe. Poteſt.ut ſit interpoſitio. Subintellige facta tua cantare: quoniā ualde profecit in poetica Domitianus. Ita uideri uolebat: unde interfuit certaminibus liberaliū artificum auctore Tranquillo: uel teſtante Papinio ſic. Palladio tua me manus induit auro. Nigrātem puluere fratrē. Subintellige potens eſt tua proles paudere atq; deſcribere fratrē Titū nigrātē.i. puluerulentū: ſudantem: puluere hoc eſt certamine Martis crebreſcentis. Milites nigri ſunt a ſole: et ſub dio durati. Et ſicuti Candidus in nauta turpis color. æquoris unda Debet et radiis ſideris eſſe niger: perinde miles debet ſole: ſudore: puluere nigreſcere. In quā ſentētiā manauit id Horatianū Puluerē martio nigrū Merionen. Debemus.n. apud Horatiū Merionen nō memnonem legere ut habēt mēdoſi codices. De pugnaciſſimo heroe Merione græco ſubinde meminit Homerus: quod nos alibi docuimus.

Nigri milites.

De Merione locus Horatii apertus.

> Nanq; potēs ſolymo nigrantem puluere fratrem
> Spargentemq; faces, et in omni turre furentem.
> Illa tibi cultusq; deum, delubraq; genti
> Inſtituet, cum iam genitor lucebis ab omni
> Parte poli, neq; enim in tyrias cynoſura carinas

Solymo puluere. Bello hieroſolymitano. Res cum puluere fieri dicitur quando cum labore: pugnando uidelicet: obtinetur .i. κονί τι. Sine puluere hoc eſt aconiti quando facile tranſigitur: Martialis quinto. Et grauis in ſiculo puluere fuſus eryx. Idem libro octauo. Hic ſtetit arctoi formoſus puluere belli Purpureum fundens Cęſar ab ore iubar. Ouidius primo amorum.

Sine puluere.

Nou me more patrum dum ſtrenua ſuſtinet ætas
Pręmia militię puluerulenta ſequi.

Solyma. Solymeno Iudęæ toparchię decem.

Sólyma ciuitas aſſyriorum inquit Stephanus. gentile ſolymenus. Indęa reliqua a Paleſtina et Idumęa diuiditur in Toparchias decem: quarum una Norine: in qua fuere hieroſolyma longe clariſſima urbiū orientis. Fratrem. Suum Titū. Pādit ac aperit famę Domitianus. Spargētē faces. Vt propugnacula: et turres propugnatorias exureret. Faces. Alimenta ignium. Furentem. Furore bellico ſęuiētem machinis: ut arietibus: onagris: ut illas impetu furibundo diſiiceret. In omni turre. Erāt enim ut leges apud Ioſippum in bello iudaico multę turres hieroſolymis: quas in ea obſidione tollere neceſſe fuerat ut facilius mœnia diruerentur: et in urbem penetraretur. In oppugnatione huius urbis Titus non ſolum egit ducem prouidum: ſed ſtrenuum ac bellaciſſimum militem: quippe innuente Suetonio nouiſſima hieroſolymarum oppugnatione. xii. propugnatores totidem ſagittarum cōfecit ictibus. Ioſephus in ſeptimo tradit captam Hieroſolymā fuiſſe ſexies a barbaris regibus et a magno Pompeio mox a Tito iu qua uictoria cum uellent Titum coronare recuſauit: uictoriam memorans acceptā deo iudęis irato. Quod Apollonius magus ſummopere laudauit: quod ſanguinariā coronam reſpueret.

Hieroſolyma ſexies capta.

Illa tibi. Proles tua iuſtruet tibi cultus deum. præoccupatio immo diuinatio poetica. Illa proles tua poſt tuam apotheoſin. relationem in ſidera. Hoc eſt ab obitu tuo et flaminē tibi dicabit: et proprios honores: quod euenit. Tibi inter deos relato. Cultus deum. Deorū honores. Delubra. Templa gēti Flauiæ. Extat Scazon apud Epigrammatiſtam in laudem huius delubri.

Templa flauia i foro.

Manebit altum Flauiæ decus gentis
Cum ſole et aſtris: cūq; luce romana.
Inuicta quidquid condidit manus: cœlum eſt.

Et paulopoſt ita repetiuit Elego.

Quid loquar Alciden: Phœbumq; pioſq; laconas?
Addita quid latio flauia templa foro?

Inſtituet. Decernet puluinar templum et flaminem flauiæ genti ut Iulo Cæſari dicauit Antonius quod Cicero uellicat in philippicis. Cum iam genitor, Fiet hoc cum tu O Flaui Veſpaſiane iam a filiis fueris in numerum deorum receptus. Alii ſcribunt. Cum tu genitor. res parui momenti.

Genitor. O pater aurei ſæculi et tantæ ſobolis. Lucebis. Irradiatus ſidereis luminaribus ſtellificatus. Ab omni parte poli. Declarat lucem et radiorum fulgorem immēſum: qui totum orbem colluſtrat ignibus æternis et cœleſtibus. Neq; enim. Profecto ſtellæ regentes naues anxias non maioribus radiis rutilabunt: q̄ ſidus tuum: quod reget nautarum curſum: ut etiam poſt mortem mortalibus prodeſſe non deſinas. Ordo, Lucebis ab omni parte poli: ita ut Cynoſuram et Helicen exuperes. Priſci et reuerendæ uetuſtatis codices habēt. Ne quę. Lucebis ab omni parte mundi: ne quę cynoſura aut alta ſtella magis explendeat. Cynoſura. Sidus quod phœnices ſecuntur. alter polus. eſt duplex polus helice et cynoſura. Germanicus ni memoria labor. Dat grais helice curſus maioribus aſtris.

Phœnicas cynoſura regit. Ouidius in faſtis.
Eſſe duas arctos: quarum cynoſura petatur
Sidoniis: helicen graia carina notet.

Senſus. Lucebis mirabiliter ne quæ cynoſura certius lucendo nautas in portum dirigat. De cynoſura lege quæ ſcribit Higinus.

Certior. Ad certiorem et tutiorem portum dirigens. Certior dicitur ſagitta quę melius deſtinata fe rit. Ouidius. Vna illa ſagitta certior: in uacuo quę uulnera pectore fecit. In tyrias carinas. Ad ſidonias naues dirigendas. Grais magiſtris. Gręcis gubernatoribus et nauium rectoribus. Iuxta illud ouidianum. Helicen graia carina notet. et illud. Dat grais helice curſus. Helice. Vrſa ſeptentrio: q uertex nobis eſt ſublimis ſemper et inocciduus: a trahendis nautis dicta ut quidam putat: quare helicopes gręci dicti qd eam ſecuntur.

Certior aut graiis Elice ſeruanda magiſtris.
Seu tu ſigna dabis, ſeu te duce graecia mittet
Et Sidon, Niluſq; rates: Nunc noſtra ſerenus
Orſa iuues, haec ut latias uox impleat urbes:
Aemoniam primis Pelias frenabat ab annis
Iam grauis, et longus populis metus illius, omnes

Hanc Caliſto dictam filiā Lycaonis regis Arcadiae: Diana: inquit Hyginus: in urſam mutauit qd a Ioue pręſlorata fuiſſet. quod utero tumenti indicabat. Eā arcton: filiū arctophylaca noiarunt. Hoc ſignum ut plures dicunt nō occidit. Anetus autem Tegeates hiſtoriarum ſcriptor non Caliſto ſed Megiſto dictam ait: et non lycaonis neptem: Pręterea Cetea ipſum Engonaſin nominari. Seu tu ſigna dabis. Zeuzma ab inferiori. Sumendū eſt uerbum. Orſa iuues. Faue: inquit: operi meo Veſpaſiane ſiue relatus in numerum ſiderum eris uel helice uel cynoſura. Dare ſigna dicuntur helice et cynoſura quādo radiis ſuis et inoccidua luce mortalibus nautiſq; demonſtrāt quem nā curſum tenere debeant et in quā partem nauim dirigere. Te duce. te auſpice et itineris gubernatore. eris etenim ſidus Martis amicum.

Mittet rates. Emittet in nauigationem: Siue eris helice: quā gręci ſecuntur. Sidon. Vrbs phoenicię. Lucanus libro tertio. Et Tiros in ſtabulis: pretioſaq; murice ſidon. Stephani uerba. Sidon ciuitas **Sidon.** Phoeniciae. Hecateus Aſiae. Ciuis Sidonius per o magnū et per o paruum: et ſidonis foemininum: ſed et Sidon gentile. Serenus. Clarus et propitius. Orſa. Cępta: argonautarum enarrationem.

Haec ut latias uox. Vt haec uox impleat latias urbes: ut ſtilo etiam latino: meo uidelicet quāuis tenui et ieiuno argonautarum geſta perueniant ad latinorum aures et notitiam. Vt ponitur pro conceſſo qd. Alii tamen latini ſcripſerunt argonautica: infelici tamen: ut patuit: exitu. quoniā non ſuperfuerunt ad poſteros: niſi Catulli deſultorium poema: iuſtum putemus opus: qui ut canis niloticus bibit et fugit. Aemoniam. Incipit narrare poeta cum ſuperius propoſuerit et inuocauerit Peliā tyrannum **Narratio.** memorans Theſſaliam metu potius q̄ amore tenuiſſe: Aeſonem non fraterne coluiſſe Iaſonis filii metu: quem ſuſpicabatur patris ignominię ultorem: fatoq; ita uolente ipſo expulſo in regione theſſalica regnaturum. Deſcribit eius imperium: uiolētum ac tyrannicam naturam: fines regni: aſtum et calliditatem: quibus uſus eſt ad impellendum Iaſonem in colchicam expeditionem ſub pretextu uelleris aurei: quod familię ſuę debebatur propter phrixum auri illius poſſeſſorem eius conſanguineum. Apparatum Iaſonis primo libro deſcribit Apollonius: nomina: cognationes: ac patriam ducum: qui electi ex omni gręcię flore ſecuti ſunt iuuenem Aeſonium. Aemonia uero dicta eſt Theſſalia ab Aemone rege: **Aemonia.** de qua Plinius quarto nat. hiſt. Hellas eadē Theſſalia et Driopis ſemper a regibus cognominata: mutatis ſaepe nominibus: ęmonia eadem pelaſgicum argos. Ibi genitus rex nomine gręcus: a quo gręcia. Ibi hellen: a quo hellenis. Hos eoſdem Homerus tribus nominibus appellauit: myrmidonas: et Hellenos: et Achęos. Primis ab annis. Ab ętate puerili regnum ſub ſpecie tutoris inuaſit. Frenabat. Moderabatur: regebat. metaphora deducta eſt ab equite: qui freno: cui nomen eſt lupatum: equos co **Lupatum.** hibet. Infrenare naues apud Plinium ē anchora retinere: quod Maro libro ſexto fundare dixit. Hora **Infrenare.** tius de equis loquens. Equi: inquit: frenato eſt auris in ore. Iam grauis. In aetate ſenili conſtitutus: a qua graues. i. grādęui dicūtur. Virgilius libro quinto. Hic grauis Entellum dictis caſtigat Aceſtes. **Grauis.** Graue ſignificat grauidum: plenum: foecundum: frugiferum: ponderoſum: amarum: multum: moleſtum: nocens: triſte: forte: utile: ſolidum: firmum: ſapiens cum auctoritate: neceſſariū. Poſſumus etiam exponere apud Flaccum iam grauem dici Peliam qd eſſet amarus: triſtis: et nocens populis: quos tyrānice regebat: quoniam ſequitur. Longus populis. Semper taxatur a Tyrannide Pelias.

Longus. Immodicus et immanis populis metus. Legendū tamen ex codice antiquiſſimo: populum metus: ut ſit hic ſenſus. Omnes populi Ionium quicūq; petunt longo metu illius uexabantur: et ſubintelligitur uerbum erat. et poſt dictionem metus ſiſtendum eſt. Quidā legūt longus metus illius: deinde addunt. Illius oēs Ionium quicunq; petunt: quę lectio ſola ſincera eſt: et elegantiam Valerianā redolens: ut ſit hic ſenſus. Cuncti amnes. i. fluuii quicūq; petunt Ionium mare: quod faciunt theſſalici ſunt in ditione regis Pelię. Si ſequimur primam interpretationem: petunt exponamus cōmercii cauſa tendunt. Si ſecundam fluuii exonerantur in Ionium. Ionium pelagus eſt inquit Stephanus cir **Ionium.** ca Italiam dictum ab ionio illyrico uel ab Ione Italo. uocatur et adriaticum. Ionius ſinus ad gazam uſq; ęgyptum. Ne putes nos intelligere omnia flumina quę decurrunt in ionium fuiſſe ſubdita Pelię: ſed omnia duntaxat theſſalica: quę influunt Ionium. Cum enim uolumus ſignare alicuius regionis regem poetice dicimus eum pterlabēti fluuio dominari: ut infra. Iā rex ego diuitis hebri. Ille. Pelias.

**Otrys.** Otryn et Hæmum. Plinianæ uerba libro.iiii. In Theſſalia ſunt quatuor et triginta montes: quorũ nobiliſſimi Cercetii: olympus: Pierus: oſſa: cuius ex aduerſo Pindus et Otrys lapitarũ ſedes ad occaſũ
**Hæmus.** uergẽtes: ad ortus Pelios: oẽs theatrali modo cauati. Hæmũ. Mons perinde Theſſaliç: de quo Epigramaticus poeta. Venit ab Orpheo cultor Rhodopeius hæmo. Imum olympũ. Bene dixit Imũ ex peritia agriculturæ quoniam latifundia montibus ſubdita ſolent eſſe feliciſſima. Præterea apud Liuiũ lego dorſa infima mõtis olympi fuiſſe cultoribus frequentiſſima cum ſummas partes eius gelicidia ac niues occuparẽt. Felix. Felicis ac fertilis regni dominus.

Ionium quicunq; petunt. ille Othryn et Hæmum,
Atq; imum fœlix uerſabat uomere olympum.
Sed non ulla quies animo, fratriſq; pauenti
Progeniem, diuumq; minas. Hunc nam fore regi
Exitio uateſq; canunt pecudumq; per aras
Terrifici monitus iterant. ſuper ipſius ingens
Inſtar fama uiri, uirtuſq; haud læta tyranno.
Ergo anteire metus, iuuenemq; extinguere pergit
Aeſonium, letiq; uias ac tempora uerſat.

Verſabat. Arabat. hoc ẽ regnabat: qua figura loquẽdi Papinius uſus eſt libro primo Thebaidos in hæc uerba. Dumq; uter anguſtæ ſqualletia iugera Dirces Verteret. id eſt regeret. Vomere. Aratoribus theſſalicis imperaret: et theſſalos agros regeret. metonymia figura eſt quæ fit quotieſcũq; pars pro toto ponit. Vomis et uomer utriuſq; generis a uomẽdo dicit quoniã reſupinãdo terrã uomere uidet. Sed nõ ulla quies aio. Pe
**Acaſtus.** lias qeſcere nõ poterat iã ſenex uirtutẽ et robur Iaſonis admirãs ætateq; iuniorẽ regno ĩhiãtẽ. Cũ ecõtra uideret filiũ Acaſtũ uixdũ puberẽ: pſertim cũ oraculo fuiſſet admonitus: caueret Iaſonẽ ſucceſſorẽ ſuũ. Reperit ergo uiã qua eũ amãdaret ac extingueret. Animo. Peliç. ſubintelligit: erat. Pauẽti. aio regis timẽti. Fratris. Aeſonis. Progeniẽ. Iaſonẽ. Diuũ minas. Deorũ oracula formidoloſa. quoniã acceperat a delphico oraculo nepotẽ poſt ſe regnaturũ. Hũc. Iaſonẽ. Regi. Peliæ. Exitio. Morti: ruinæ. Canebãt oracula Iaſonẽ tyrãno futurũ exitialẽ. Vates. Præſagi et diuini ſacerdotes. Ca
**Vaticini furores.** nũt. Præ dicũt: pſagiũt. Canere dicunt illi: qui diuino afflati numine futura pfant. Maro lib. vi. Aeneidos. Horrẽdas canit ambages: et ab Ouidio in libris metamorph. uaticini furores nũcupant: diuinantũ uerba. uel canũt qm̃ auctore Plinio: carmen heroicũ delphico oraculo debemus. Pecudũ p aras. Per extiſpicia et imolationẽ uictimarũ apud aras iugulatarũ: ex quarũ fibris et ext ineñtibus extorũ par
**Tagetici libri.** tibus Hetruſci futura cõiectabãt. Extipiſcinã Tages inuenit terra natus ut auctor ẽ Ouidius: cuius libri ad huiuſmodi diſciplinã pertinẽtes Tagetici uocati ſunt. Die qua Cæſar dictator trucidatus ẽ i cu
**Cor.** ria ſacrificãti cor defuit in extis: qm̃ Cęſar religionẽ ut ſolebat irridẽs: excepit. nõ eſſe mirãdũ ſi pecudi
**Pro Trãquillo.** cor defuiſſet: pculdubio ludẽs in hac uoce. Cor: quæ rẽ notã ſignificat et ſapientiã: quaſi Cæſar apud Traquillũ innuere uoluerit ſtolidiſſimũ genus aialiũ brutorũ nõ habere cor. i. ſolertiã: qua urbanita
**Iocus epigrãmatiſtę** te pſtrinxit curioſos Ariolos. Cuius leporis ſimilitudo extat apud Epigrãmatiſtã mittẽtem ſtolido cor bubulũ: his uerbis. Accipe cor quod habes: et Auſonius inuectus in rudẽ grãmatiſtã: Reminiſco pro
**Cordati.** reminiſcor dicente: aut: diceret cor ſi cor haberet. Quid nõne cordatos priſci ſapiẽtes appellat: et corculus auctore Plinio libro. vii. nat. hiſt. Adde plautinũ in ciſtellaria codicẽ eſſe mẽdoſum his. Vnde ẽ tibi
**Pro Plauto.** cordoliũ memora obſecro? Cor neq; ego habeo: neq; quiſq; alia mulier: ut perhibẽt uiri. Reſpondet Sileniũ. Si quid ẽ quod doleat: dolet: ſin aũt nõ eſt: tamẽ hoc hic dolet. Vbi nos emẽdauimus: cor neq; habeo: legebat perperã: qđ. Terrifici monitus. Oracula deorũ faciẽtia terrorẽ: incutiẽtia ſolicitudinem
**Iterare.** regi Peliæ. Iterãt. Repetũt: renarrãt. Iterare ẽ repetere quaſi iterũ dicere uel facere. Sidera cur iterẽt ruſticanũ uerbũ de ſecũda aratiõe: pma aratione dicit pſcindere: mox iterare: tertiare: lirare. Sup. iſũ: inſup: amplius. Nõ ſolũ mouebat deorũ oraculis minãtibus: ſed inſuper angebat et cruciabat fama: ac
**In Tyrannos.** uirtus Iaſonis ut herba irrigua creſcẽs. Ipſius. Iaſonis inſtat: ſtimulat: inſtigat. Fama uiri. Virtus Iaſonis cælũ ac terrã penetras: locũ ac ſedẽ ſtabilẽ nõ habẽs. Haud læta Tyrãno. Virtus quã odere tyrãni: qui ſimiles uitioſos diligunt: cũ ſapientiæ ſtudioſus ac pbitatis aſſectator ambire: lenocinari: ad gratiam loqui: productor eſſe: aquariolus: ſpinthria: anteambulo: leno: ſcurra: ridiculus. et ſuper oia con
**Purpuratę ſimiæ.** ſcius: cõmeſſator: ſalutigerulus: nũtius ac renũtius: interioris lecticæ ſponſa uel maritus: fortunæ mancipiũ: quadruplator: fumorũ emptor ac uẽditor purpuratæq; ſimiarũ nec eſſe uelit nec poſſit. Regia res
**Corax.** ſcelus eſt ut inquit Ouidius: Et magna bellua imperiũ: in quod facilius ẽ dicere q̃ abſtinere: ab his pſer
**Colax.** tim nõ philoſophis: ſed philoſomatis: ut obiter hos colacas ne dicã coracas palatiuos Platonis et Palladæ taxatione præſtringã: qui ad alienũ ſtomachũ uiuitare potius uolũt q̃ ad ſuũ uiuere: ſtolidi: fungi: bardi: bleni: buccones: ut Plautus ait. Ergo. qm̃ uotis ſuis obſtat et quieti: habetq; æmulũ impii: præterea ut cõſulat filio adoleſcẽti: Anteire metus. Præuenire timorẽ et occurrere ſolicitudini: hoc ẽ tollere Iaſonẽ de medio ut deſinat timere. Iuuenẽ Aeſoniũ. Iaſonẽ filiũ Aeſonis. Extinguere pergit. Perſeuerat in propoſito ut extinguat. Sunt qui ſcribũt quærit pro machinat. Priſci codices habẽt pgit.

Leti uias. Modũ quo letum inferat iuueni. Verſat. Volutat: cogitat quo pacto extinguat Iaſonem.

Sed neq bella uidet. Cogitat in bellum dubium et periculoſum Iaſonem trudere: uerũ non uidet illa inſtare bella: quę periculum afferre poſſint Iaſoni. non uidet ulla ſupereſſe monſtra: quibus eũ obiciat. Cuncta nãq cernit Herculis uirtute domita. Neque. repete uerbum uidet. Neq monſtra ulla. Supereſſe uidet. Cleonęo iam tempora clauſus hiatu Alcides. Scribendum. Clauſit uel cluſit hiatu. Hoc ſenſu. nulla monſtra ſupererãt: et iam Hercules clauſerat ora leoni cleonęo. Dicitur Hercules clauſiſſe tempora leoni quã do Leonis pellem ſibi conſuerat: unde ex capite galeã ſibi conficeret. Poſſumus et defendere clauſus: et ſubintelligere erat. Dicitur Hercules eſſe cluſus uel clauſus tempora hyatu leonino: quando ex pelle capitis leonis ſibi galeam facit: et caput in ea collocat ut ſit munitior et magis in procinctu: tanq̃ diceret. Iam Hercules ſemet inuoluerat atq munierat pelle leonis nemięi. Cui ſuccinit Seneca de Hercule loquens. Non argolico apta leoni Fulua pellis cõtenta iuba Leuos operit dura lacertos. ualantq feri tempora dẽtes. Apollonius libro quarto argonauticon herculem animo et corpore horrendum deſcribit: trucem oculis: crudelẽ: leonis terribilis pellẽ indutũ crudã: habẽtẽ oliuę ramũ: et arcũ in humeris. Cluſus hiatu. Clauſus et circũdatus in ore leonis pro galea. hyatũ uocat rictũ leoninũ. Imitatio Titi Lucretii ex libro. v.

Sed neq bella uidet graias neq monſtra per urbes
Vlla cleonæo iam tempora cluſus hiatu
Alcides. olim lernæ defenſus ab angue
Arcas et ambobus iam cornua fracta iuuencis.

Spẽs Herculis.

Quid nemeęus enim nobis nunc magnus hyatus Ille leonis obeſſet. Cleonęo. Leonino. Epitheton leonis apud Cleonas ciuitatẽ Arcadię uicti ab Hercule. unde a loco cleonęus appellatus. Lucanus.

Cleonęus leo.

Ille cleonęi proiecit terga leonis. Papinius in libris thębaidos.
Illius in ſpeciem quem per theumeſia tempe
Ante cleonęi ueſtit' pręlia mõſtri. Eteni Hercules domuit Theumeſiũ leonẽ ante hũc cleonęũ. muris ſpecioſam cleonen uocat Homerus poſt corinthi mentionẽ. quare alii dicũt ab Argo et Comatho parũ diſtare. Plinius libro. iiii. nat. hiſt. Clitoriũ et Cleonẽ ait eſſe oppida Arcadię: inter quę ẽ Nemea Bembina: Dia olim uocata: unde Bẽbinatides bellua leo ille dictus. Fuit enim uicus nemeę bembina: unde nemeęus leo a poetis bembinites dictus. Panyaſſis poeta. δέρματα ἐκέου βεμβινίταο λέοντοσ. Mendũ ẽ ĩ pliniano codice libro. iiii. cũ legit'. regio memea tembinadia. legat'. nemee: bembinadia. Plautus in milite glorioſo. Quẽ ego ſeruaui in campis curnculis: ubi bembinatidis bellue inſtar arcadins erat imperator neptũni nepos. Olim lernę. Praeterea Pelias obicere nõ poterat hydræ argiuæ iuuenẽ: quoniã iam Hercules monſtrũ tale debellauerat. Lerna palus argiuorũ: in qua ſtabulabatur bellua ſeptem capitum hydra: quã Hercules mutilauit: unde natũ prouerbiũ. Lerna malorum: de uitioſis: qui uitia unã cumulauerant. Strabo libro octauo lernam paludem tradit argiuorũ ac myceneorum agro cõmunẽ: in quẽ rudera cõmuniter: et purgamẽta cõiiciebant': unde locus datus ẽ adagio. Hanc belluã hydrã tradit Heſiodus filiã Typhonis in perniciẽ Herculis a Iunone nutritã. Hominem igitur ſceleratum ut peſtem honorũ lernã nũcupamus: de qua Maro in ſexto cecinit. Et bellua lernę. Interpretare igitur anguem lernæ hydram. Hanc latini excetram cum Plauto dixerunt: quoniam ceſo uno capite noua renaſcebantur et excreſcebant. Ita interpretatus eſt Seruius: quod Merula alioqui doctiſſimus ignorauit. De hac hydra Lucretius intellexit libro quinto de rerum natura. ſic.

Theumeſius leo.

Bembina.

Bembinatides leo.

Plinius emendatus.

Pro Plauto.

Hydra.

Excetra.

In Merulã.

Deniq quid cretæ taurus: Lernęaq peſtis
Hydra: uenenatis poſſet uallata colubris.
Hoc reuera non fuit animal: ſed locus occupatus ab aquis: quem Hercules exiccauit. Ex corpore hydrę lernęę comminiſcuntur poetę centum ſerpentum capita prodiſſe: quorum ſingulis cęſis duo renaſcebãtur: ob eamq rem minime uinci uidebat' poſſe cum pars amputata ualidior redderet'. qua difficultate permotus Iolaus inciſam ceruicẽ face ne ſanguis efflueret iuſſit. Plato in Euthydemo ſcribit hydram fuiſſe Sophiſtam: aduerſum quem et Carcinum nuper aduectum naui pugnauit Hercules: a quo cum ad ſiniſtram angeretur: uerbiſq acriter morderetur nepotis ſui Iolai auxilium implorauit: qui ei enixe ſuccurrit. Arcas. Populus Arcadię: quem ab Hydra defendit Hercules.

Hydra.

Carcinus ſophiſtæ.

Iolaus.

Ambobus iam cornua fracta iuuencis. Nec poterat Pelias illum obiicere tauro cretenſi: nec Acheloo qui in taurum conuerſus contra Herculem dimicans: mutilatus eſt uno cornu: quod nymphæ floribus plenum uariis: copię dicarunt: de quo intellexit Ouidius ita canens.
Naides hunc pomis: et odoroflore repletum
Sacrarunt: diueſq meo bona copia cornu eſt.
Licet nonnulli ad cornu Amalthęę caprę nutricis Iouis hoc referant: unde prouerbialiter αἰξ οὐρανία dicitur: hoc eſt capra cęleſtis in copioſum. Alter taurus fuit ille quem Paſiphae amabat. cum ex Creta deduxit Hercules in peloponeſſum nauigans: uſus Minois auxilio. Iuuencis. Aetate uirili robur ſubintelligitur animalis. nã iuuenci et iuuẽcæ iuuenes nuncupant': ut apud Ouidiũ Helena ab Oenone: graia iuuenca: uidelicet Helena muliercula uocatur. A Plinio iuuẽcę gallinę. iuuencus equus

Cornucopiæ.

Amalthea.

Taurus cretenſis.

Iuuenca.

Ouidius enarratus.

Iuuencus equus.

a Lucretio pro iuuene ſimpliciter. A Catullo Floſculus iuuenculorum uocatur adoleſcentulus:

Pontus unde

Ira maris. Quoniã uidet nulla ſupereſſe monſtra terrena: quibus nepotem obiiciat: placet uti ulto/re ponto: in quẽ miſerũ trudat Iaſonem. Placent. Peliæ uidelicet. Diſcrimina. Pericula. Ponti. Maris. a dictione græca πόνος quaſi labor: qđ erumnoſa ẽ nauigatio: uel à ποντίζω ſummergo. Iu/uenẽ. Iaſonẽ. Trãquilla timẽs. etiã pacata formidans. non erant hæc pauenda: quoniã Iaſon nihil timendũ moliebatur. Sunt qui legunt tuens reſpiciens: tanquã oculo et aſpectu miti et benigno Iaſonem intueretur quod ẽ Amoris indicium. Exemplaria tamen antiqua: timens adhuc ſeruant.

Nec fronte timendus. Fronte ilari et ſerena ut uultum fingeret et perſonam amicam iuueni.

Occupatio

Occupat. Incipit et anticipat: inde occupatio figura rhetorica.

Dat uultũ et pódera. Fingit pſonam hoĩs optãtis Iaſonis gloriã: honorem: et emolumentũ ſuum. Dare uultum uerbis eſt effingere os ſecũdũ uerba ne aliud in uultu appareat: aliud in uerbis. in quam ſententiam Papinius id protulit. Vultumꝗ meo ſumebat ab ore.

Ira maris, uaſtiꝗ placent diſcrimina ponti.
Tum iuuenem tranquilla timens, nec fronte timendus
Occupat, et fictis dat uultum et pondera dictis.
Hanc mihi militiam, ueterum quæ pulchrior actis
Annue, daꝗ animum. noſtri de ſanguine Phryxus
Creteos ut patrias audis effugerit aras.
Hunc ferus Aeetes, ſcythiam phaſimꝗ rigentem
Qui colit: heu magni ſolis pudor: hoſpita uina
Inter, et attonitæ mactat ſolennia menſæ,
Nil noſtri, diuumꝗ memor. Non nuncia tantum
Fama refert. ipſum iuuenem tam ſæua gementem,

Pondera. Auctoritatem quæ ſequitur uerba ſi corporis geſtu conformi adiuuetur. Dictis. Sunt qui uerbis ſcribunt: quoniam in dictis et uictis eſt quædam annominatio comica potius ꝙ heroica.

Hanc mihi. Pelias alloquitur Iaſonem docens eũdem omnino decere ad expeditionem colchicam proficiſci: uel qđ uindicãdus eſt Phrixus in menſis regis Scythæ iugulatus: uel qđ minime decet aurum hereditarium cõtemnere. Militiam. Expeditionem. Annue concede: pollicere: ne detrectes.

Veterũ quæ pulchrior actis. Quæ militia pulchrior eſt omnibus geſtis et expeditionibus: belliciſꝗ laudibus antiquorum. Da animum. Animoſe concede: et mihi hunc laborem condona. Noſtri Cretheos. Crethei uictrici mei. erat enim Pelias filius Crethei ut patet ex ſuperioribus: iuxta quorũ

Cretheus.

ſeriem nõ Pelias erat ex ſanguine Crethei: ſed attingebat ea linea: qua uitricum priuignus attingit.

Vt. Quomodo. auxilio uidelicet quorum arietem ſummittentium: qui Phrixum et Nephelẽ aſportaret. Audis. Audiuiſti fortaſſis a nobis. In hoc urrbo Audis ſecunda intenditur: quoniam quartæ

Audis.

coniugationis eſt uerbum. Propertius. Nõ audis et uerba ſinis mea fundere. quod cognoſcitur exploranti numerũ multitudinis: Auditis: quãuis alibi Propertius dixerit. Cum qua dormis amica ſimul et Satyrus. Cũ poſſis honeſtius illic: et ſi: dormit: nos alibi legerimus. Aras. Superius affatim declarauimus inſtinctu nouercæ: quæ dicebatur Ino Athamantem uittatos altaribus impoſuiſſe iuue/

Aeetes.

nes immolandos: a quibus ope deorum effugerunt. Oxtas legendum Aeetas uel Aeetes. i. ἀέντης.

Ordo. Ferus æetes qui colit ſcythiam: Phaſimꝗ rigentem: mactat hunc inter hoſpita uina: et ſolẽnia menſæ attonitæ. Rigentem. Frigidum: quod omnis illa plaga eſt frigidiſſima. Heu magni ſolis pudor. proh ſceleratum et impium regem: pudorem et dedecus ſolis patris: quem magnum uocauit propter numinis primarii poteſtatem auguſtã. Fuerũt enim qui ſolem et lunã coluerint: alterũ maſcu/

Thei unde Planetarii

liũ: alterũ fœmineum ſidus eſſe putantes: quod innuere Maro uidetur libro georgicon primo cũ inqt Liber et alma Ceres: et apud Platonem θεοὺς lego deos appellatos quoniã planetæ qui colebantur

Iupiter hoſpitalis. Caſtores hoſpitales.

æterno uolumine uagabantur: quorum cultores Auguſtinus planetarios appellat. Inter hoſpita uina. Inter menſas hoſpitales: quas antiqui ſacras habuerunt: et uiſtar aræ. Iouem colebãt hoſpitalẽ quẽ uiolare nefariũ putabãt: unde Virgilius primo Aeneidos: Iuppiter hoſpitib9 nã te dare iura loquunt. Fuerunt poſtea caſtores hoſpitũ pſides ut Pindarus inducit ode tertia: cuius principiũ. Τυνδαρίδαις

Xenius. Proxenia. Philius iupiter.

φιλοξείνοις. Apollonius Rhodius libro tertio monet uereamur Iouẽ hoſpitalẽ: ſic. ξεινίου αἰδεῖσθαι ζηνὸς θέμιν ἠδὲ ἀλεγίζει. Xenius iupiter hoſpitalis. Hoſpitium publice cõtractum proxenia uoca/tur. Iouem amicitiæ preſidem Philium: ſodallitatis heterium: fœderis enhorcion uocatum conſtat.

Heterius. Enhorcius

Mactat. Imolat. iugulat. Solennia. Sacra: quoniam ſacras menſas habebant ut diximus.

Menſæ attonitę. Vel Iouis hoſpitalis attoniti tali carnificina: uel menſam poſuit pro conuictoribus: qui dum aſſiderent menſę regię defixi ſunt: et obſtupuerũt ad cędem Phrixi: uel more poetico dat animam rebus inanimatis. Noſtri. Scepti et imperii theſſalici: cõtemnens mortales et deos. Immemor. Oblitus hoĩes ac deos curare mortalia: Confutationis initium eſt: et narratio incipiẽs a perſona.

Fama refert. Non hoc tantum nobis fama nuntiauit: ſed uidimus in ſomnis Phrixum laceratum et ſanguinolentum totam ſceleris materiã non ſine gemitu narrantem. Gementem tam ſæua. La/

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

chrymantē et dolentem tam crudeliter fuiſſe peremptū: tam ſæua pro tam ſæuiter ut diximus tam crudelia facta lachrymātem. Recurre ad illud uerbū aſpicio. Ipſum ego. Repetitio maioris affectus ē: ipſum ipſum aſpicio gemētē tam ſæua. Serus. Nocturnus ſopor: ſomnus. Alligat. Innodat et implicat. Dicitur ſomnus ligare membra quādo impedit ea torpētia: ne proprio fungantur officio. Feſſos. Diurno labore. Vmbra. Lacerata: mutilataq́ gladio tyranni ſcythici. Queſtibus illius: conquerendo de feritate eius uel illius: iungitur cum umbra: ut ſi dicas. umbra phrixi: ſubintellige excitat me a ſomno. Helle puella quæ decidit in mare ſoror phrixi fratrem iugulatum ægre ferēs facta dea maris: Neptunū rogat ulciſci uelit mortem fratris a tyranno perempti. Numen maris. Neptūnū deum. Hic notandum non arietem uexiſſe Hellen: ſed naniculam Crion nomine: quē admodū nō taurus rapuit Europā ſed ταυεόμορφεντύπωμα: nauis uidelicet taurinam formā inferēs. de nauigiis in Libya criis et tragis meminiſ me legiſſe.

Ipſum ego cum ſerus feſſos ſopor alligat artus
Aſpicio. lacera aſſiduis nanq; illius umbra
Queſtibus: et magni numen maris excitat helle.
Si mihi quæ quondam uires, uel pendere pœnas
Colchida iam, et regis caput hic atq; arma uideres
Olim annis ille ardor hebet: nec dum mea proles
Imperio, et belli rebus matura mariq;:
Tu cui iam curæq; uigent animiq; uiriles
I decus, et pecoris nephilæi uellera graio
Redde tholo, ac tantis temet dignare periclis:
Talibus hortatur iuuenem, propiorq; iubenti
Conticuit, certus ſcythico concurrere ponto
Cyaneas. tantoq; ſilet poſſeſſa dracone
Vellera, multifidas regis quem filia linguas

Helle.

Crios nauis.

Excitat. Stimulat: inſtigat ad ultionē. Si mihi. Argumentū maxime ſuſcitās iuuenilē calorē: quo excitat̃ Iaſon mitēdū ad uirtutē eē dū robur iuuenile pſtat. Tale eſt illud apud Virgiliū. O mihi pteritos referat ſi Iuppiter annos. Vires. Subintellige eſſent. Quæ quondā. Supple fuerūt quādo pugnaui quondā in Pelloponeſſo: uel ἀπλῶς cū florebā robore iuuenili. Pendere. Luere: dare. Maro. Tum pendere pœnas Cecropidæ iuſſi. Tractū a cōſuetudine priſcorū: q adhibito libripēde ſoluebāt: unde ipēdia et diſpēdia dicta ut Plinio placet. Colchida. regionē colchicā. Iā penetraſſe i colchicā regione decuit: et illā igni ferroq; uaſtaſſe. Et regis caput. ſcribēdū: aut regis uel feciſſe hoc uel hoc: quoniā pposuit uel: pticulā diiūgētē. Hic. in theſſalia. Arma. Opima ſpolia regi ſcithyco detracta: et noſtris tholis affixa. Olim. qui olim uiguerat i nobis. tāq́ innuere uellet illud: qđ ē infra. Tēdite dū rerū patiēs calor. Ardor. Vis et aius pugnādi. Hebet. Frigeſcit unde hebes et hebetudo et uerbū hebetare: qđ ē retūdere. Gladius hebes dicit̃: cuius acies ē retūſa: ut a Hieronymo ſcribit̃: Acumē oi piſtillo retuſius. Hebes ingeniū p ſecordi ponit̃. Nec dū mea. Acaſtus filius meus tūc puerulus: q tñ iuuito patre comitatus ē Iaſonē. Matura impio. Tēpeſtiuæ et idoneæ ætatis ut tēdat in hāc expeditionē et impet exercitui. Macedones tamē uſi puero rege i aciē in cūnis pducto uicerūt hoſtes. Sed hoc rarū eſt. In ſacris literis deus iſortunū minatus inqt: dabo uobis regē puerū. Mari. Ad labores maritimos tolerādos: qui ſūt imodici. Curæ uiriles. cōſiderationes: cogitatiōeſq; impatoriæ. Animi. Audacia pmptitudoq; ſubeūdi piculi qđcūq; obuenerit: multa. n. eueniūt i bello. Sunt q legūt anni hoc ē ætas bello cōgrua. I decus. Vade ad hoc decus: uel futurū decus familiæ noſtræ: ut ſit uocādi caſus decus. Nephelæi. Velleris aurei: ut ſi dicas phrixæi. a Nephele matre phrixi. Graio. Theſſalico. Tholo. græca dictio. Maro libro nono æneidos. ſi q̃ ipſa meis uenatib9 auxi: Suſpēdiue tholo. Ouidius. vi. faſtorū. Mox didici fuluo nullo ſubeſſe tholo. Seruius. Tholus pprie ē ueluti ſcutū breue: quod i medio tecto ē: in quo trabes coeūt: ad qđ dona cōſueuerūt ſuſpēdi. Martialis libro primo. Et Cybeles puto ſtat corybāte tholus. Dignare. Dignū te puta: qui tātis piculis opponi debeas: magna uāq; negocia: expeditiones igētes: magnis uiris mādari ſolēt. Tātis picli. q̃ta picula ſūt intrare colchon et exhaurire tot ærūnas: cōtra taurū pugnare draconē: barbaros oi tauro ac dracone ſæuiores. Iuxta illud plautinū. Magna ē pda cū magno malo. Hortat̃. Pelias. Iuuenē. Iaſonē. Propior. ſimilior. Iubēti. Poteſtas regia cū rogat: iubet. neq; iſta magis erāt hortamia q̃ iuſſa: cū ouidio. pcibuſq́ minas regaliter addit. Quid ſi legas: rubēti. Quāuis eēt efferus et uerbis uultū ɔformē poſſet adſtruere Pelias: nihilominus natura cogēte. erubuit: ut qnō ignorabat illū i manifeſta mittere diſcrimina: ut Claudianus iqt: Cōfeſſus ſecreta rubor. Sūt. n. naturales affectus iſti pallere: rubere: et huiuſmodi: q ſimulationibus obtegi nō poſſunt. ſuapte ſpōte iuitis erūpētes. Certus. ſciēs: gnarus: unde erubuit quoniā ſciebat iuitaſſe ad decus Iaſonē: cū tacuiſſet obices quos euitare nō poterat. Cōcurrere. collidi: ſimul cōplodere. Cyaneas. Symplegadas iſulas de qb9 ſupra nō pauca. Silet. inuoluit ſilētio Pelias. Tāto. tā uaſto: q iſomnis uelleris aditū cuſtodiebat. Poſſeſſa. Cuſtodita: ut poſſeſſor agellū. Quē. Draconē. Ordo. quē uibrantē linguas multifidas filia regis Aeetæ cantamina pollens.

Hebes.

Hebere.

Rex puer in aciē prodit

Nephelæū uellus.

Tholus.

Vibrantem ex adytis cantu dapibuſq́ uocabat,
Et dabat heſterno liuentia mella ueneno,
Mox taciti patuere doli: nec uellera curæ
Eſſe uiro ſed ſeſe odiis immania cogi
In freta. Qua iuſſos ſectantem quærere colchos
Arte queat? nunc aerii plantaria uellet
Perſeos, aut curru ſæuos frenaſſe dracones,
Creditus ignaras Cereris quo uomere terras

Vibrantem linguas. Emittentē cū uelocitate: ut dracones facere ſolent. Eſt. n. uibrare crebro mo-
Vibrare. uere. Simile eſt illud maronianum de ſerpentibus. Sibila lambebãnt linguis uibrãtibus ora. Qua-
Vibriſſę. re uibriſſę pili ſunt narium dicti quod interuellendum quatitur et mouetur prę dolore caput. Dicitur
et uibrare nates pro cęuere. Multifidas. In multas partes ſciſſas: ut apud Maronem. Quadrifidasq́
faces: in quatuor partes ſciſſas. Anguibus aiunt linguã eſſe unam: ſed tamen uelociter uibrari: ut duę
treſq́ eſſe uideãtur. unde manauit illud maronianũ. Et linguis micat ore triſulcis. Ex adytis. ex penetralibus et interioribus locis ubi ſtabulabatur. Adytum ab a pticula ſteretica dicitur: et δύω ingredior qđ illuc non patet acceſſus. Cantu. Carmine: incãtatione. Maro. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Dapibus. Buccellis medicatis: quod apud Lanuuiũ factitaſſe uirgunculas teſtis eſt Propertius cũ ait. Virginis in palmis ipſa caniſtra tremũt. Lanuuiũ annoſi uetus eſt tutela draconis. Liuentia mella. Ideo magis liuida qa heſterna die infuſum uenenũ erat. Si qd ex reliquiis heſternę diei ſupfuerat draconi dabat cũ cęteris mellitis ofellis ammixta ut ex afflatu ſerpẽtino maxime placerent. Mellita náq́ draconibꝫ placẽt: ut ipſa Medęa dicet inferius. Mella dabã. et Maro de cerbero tamẽ cane. Melle ſoporatam et medicatis frugibus. Priſci codices habent heſterno. i. draconi peregrino ab humanitate: uel heſterno ueneno dabat mella hoc ē mellitas offas: quę afflatu heſterno ueneni liuẽtes erãt. Quãdo. n. uorabat draco illas offas: reddebantur oblitę exteriore ueneno oris draconis illius. Patuere. Iaſoni. Vidit Iaſon ſe a Tyrãno decipi. Taciti. uellati: contecti. Vellera. Non curare Peliã uellus aureum: ſed in diſcrimen uocare iuuenẽ. Odiis. Inimicitia. Immania. Vaſta: periculoſa: procelloſa. Cogi. Trudi. In freta. In expeditionẽ maris calamitoſam. Qua iuſſos. Hoc a ſuperiori ſeiungendũ. Ordo. Nunc aerii plantaria uellet Perſeos: aut currus Triptolemi: qua arte ſic tãdem queat quęrere colchos a rege iuſſos. Senſus eſt. quãq̃ cognoſcit Iaſon ſe i periculum mitti: tamen ut ē animi pſentiſſimi uellet et deſideraret alas: ut illud periculũ ſubiret: animo uirili ac generoſo omnes difficultates ſuperante. Qua arte. Quorum talariorum: pennarũq́ artifici remigio. Sic quęrere. Auxilio illius uolatus petere. Tãdem. Poſt emenſum laborem. Erat enim uia inuia et inacceſſa. In codicibus priſcis legitur ſectantẽ: non ſic tandẽ: quod ſi probas pendebit a ſuperiori ſic. Taciti patuere doli: et agnouit non uellera eſſe curę uiro: ſed ſe in immania freta cogi: dico ſe ſectantem quęrere. i. perſeuerantem ut quęreret iuſſos colchos: qua arte ut queat quęrere: uellet plantaria Perſei. Lectio tamen ſuperior ſimplicior ē et apertior. Nunc. Aliquãdo: ut quęrere poſſet. Perſeos aerei. Perſei ſoliti talaribus nitendo uolare per cęlum et aera. Perſeus Iouis et Danaes filius dono acceptis a Mercurio Harpe: quam ideo Cyllenidẽ uocat Ouidius: et talaribus: uolucer effectus Pallade ſorore comitante alis innixus penetrauit ad Gorgonas: et Meduſę caput abſcidit. Scribit Ouidius libro quarto metamorph. Natũ ex Danae grauida facta Ioue in ſinum puellę aurea pluuia defluẽte. Quare ab Iaſone. Neq́ enim Iouis eſſe putabat Perſea: quem pluuio Danae cõceperat auro. Quare chryſogenes a gręcis: a Sidonio decenter Aurigena: cum matrem impleret filius Aurigena. Ex Ouidio in quinto metamorphoſeos. Hactenus Aurigenę comitẽ Tritonia fratri Se dedit. Plantaria. alas: quę plantis implicant: talaria uocant: gręci pedila. Vellet. Affectaret habere. Frenaſſe curru. Iungere currui. Dracones. Triptolemi. Ceres ut auctor eſt uates ingenioſus libro metamorphoſeos quinto: poſt repertam Proſerpinam lętior reddita: Triptolemum regis Attici filium curribus draconibus tractis impoſuit, ut in mœſtitia ſemina corrupta reſarciret: et ſemẽtem triticeam per orbem terrarum ſpargeret. Idem alibi. Nunc ego Triptolemi cuperem conſcendere currus. Sparſit in ignotã qui rude ſemen humum. Creditus. Qui currus commodatus et commiſſus imbuit terras aratro: hoc eſt proſciſſa terra: et lirata. quamuis nõ currus imbuerit ſed Triptolemus: cui commiſſus ē currus.

Ignaras. Arari: ſed excipere prius ſementem ſolebant auctore Cerere: cultu et aratri labore minime. Ignaras cereris. Expertes frumenti. Imbuit. Inchoauit: imbui dicuntur ea: quę primam impreſſionem accipiunt et ſaporem: ut imbui uas dicitur quãdo haurit primum infuſum liquorem: cuius intime conditam naturam uſq́ et uſq́ retinere ſolet. Quare peritiſſime protulit Horatius. Quo ſemel eſt imbuta recens: ſeruabit odorem Teſta diu. Imbutamenta illos primos rudatus ſiue rudimenta Fulgentius appellat: quę greci προγυμνάσματα: Latini pręexercitationes. Vomere. Aratione. In codicibus antiquis. Creditus. iungitur cum ſuperiori ſic. Vellet plantaria perſeos: qui creditus eſt curru ſęuos frenaſſe dracones. Verum legaẽ. Et curru. non aſſt. habẽt et exemplaria priſca. Quo uomere: quod parui momenti duco.

Marginal notes: Chryſogenes. (beside "Quare ab Iaſone"); Aurigena.; Pedila.; Triptolemus.; Imbutamenta.; Progymnaſmata.

Damnauit

Damnauit. Refutauit quercũ: eligendo ſpicam. Mutauit glandes utiliore cibo. Eſus panis pernicioſiſſimus eſt nõ aſſuetis: ut nunc ſyris: qui pane comeſo moriuntur: ut audio: niſi paulatim aſſueſcant. Gregorius libro. xxx. Panis qui uitam fortium roborat: paruulorum necat. Rem miſerabilem ſimul ac ſcitu dignam lego apud Procopium. Gilimer rex uãdalorum ſcribens ad pharam romanẽſem militem rogauit cytharam mitteret panẽ unum et ſpongiam qd his ſibi opus eſſet. Panem cupiebat qd ex eo tẽpore quo ad mauruſios trãſfugit nullũ coctũ uiderat panem: quo illi nõ utunt̃. Spongiã ei neceſſariã qd alterũ oculũ lachrymarũ copiã offuſum maxime doleat. Citharam petit ut muſicus cũ ſit bonus prẽſentem calamitatem flebilibus numeris demulceat. Sunt qui dicant et nobis panem fore nocuum niſi uinum antipharmacũ haberemus. Quod nõ puto ꝓpter abſtemios. Auguſtinus lib. duodeuigeſimo de ciuitate dei. Regnãte Argo cẽpit uti frugibus grẽcia: et habere ſegetes in agricultura: delatis aliunde ſeminibus: fulminato quodam homogyro quod primus ad aratrum boues iũxit. Triptolemum alii referunt. Tibullus apud ægyptios oſyrin. his uerſibus.

Primus aratra manu ſolerti fecit Oſyris:

Et teneram ferro ſollicitauit humum.

Syri pane comeſo moriuntur.
Panis.
Gilimer uãdalus.
Spongis.
Cithar
Homogyrus.
Oſyris aratri inuẽtor

Imbuit, et flaua quercum damnauit ariſta.
Heu quid agat? populum ne leuem, ueteriq; tyranno
Infenſum, atq; olim miſerantes Aeſona patres
Aduocet? an ſocia Iunone et Pallade fretus
Armiſona, ſuperet magis, et freta iuſſa capeſſat,
Siqua operis tanti domito conſurgere ponto
Fama queat, TV ſola animos mentemq; peruris
GLORIA. te uiridem uidet immunemq; ſenectæ
Phaſidis in ripa ſtantem iuuenesq; uocantem.
Tandem animi incertum, confuſaq; pectora firmat
Relligio, tendensq; pias ad ſidera palmas

Alani truces populi panem non edunt: non quia non habent: ſed quia nolunt. Auctor Euſebius libro ſexto prẽparationis euangelicẽ. Ariſta. Spica. cum tamen ariſta ab ariditate dicta ſint eminẽtia corniculа a ſpica. Heu quid agat. Eſt diaporeſis hoc ẽ addubitatio: heu miſellũ iuuenẽ Iaſonẽ qd cũ agere oportet. Cognoſcit ſibi dari uerba: ſentit in manifeſtũ ſe exitiũ trudi: et ꝓcauere nõ põt. Cõuocet ne populũ in Peliã: qui iã diu deturbatũ a moderamine imperii regẽ æſona miſerat̃: nec tamẽ ſuccurrit: et latẽter parũ ſpei reponẽdũ in populo innuit. Leuẽ. Qui cito mouet̃ et leuiter: ſed incõſtãs ẽ: et quo fortuna: eo populi fauor inclinat. Infenſum. Inimicũ. populus. n. noua ſemp appetit. Quare a Papinio dictũ primo thebaidos. Et qui mos populis uẽturus amat̃. Aduocet patres. Inuocet patrũ et optimatũ auxiliũ ut ab his ſenatoriẽ dignitatis hoĩbus fauorẽ exoptet. Olim. iampridẽ. Miſerãtes Aeſona. Dolẽtes Aeſonẽ deturbatũ ab adminiſtratione regni: nec tamẽ re certa: ubi re opus ẽ: adiuuantes. Quid attinet miſereri cum ad rẽ auxiliũ ſit emortuũ: ut cũ Plauto iocari libet. Fretus. Cõfiſus. bonam ſpem collocãs. Socia. Vel aſſociãte iuuenẽ ut ope ꝓſenti iuuet: uel ſocia pallade: quẽ fauore iuncto cũ Pallade illi opitulabat̃. Armiſona. Quatiẽte arma crepitãtia. quatit enim haſtã Pallas et Aegida. Superet. Peruincat oẽs mãdatorũ ꝗuis crudeliũ difficultates: uel maris atrocẽ curſũ. Fera iuſſa. Mandata regis immania atq; crudelia. Codices reuerendẽ uetuſtatis habent freta iuſſa: hoc ẽ profectionem maris iniunctam. Capeſſat. Expediat: et ad ea accingatur. Si qua operis tãti. ſi forte ex tanto opere et labore fama ſurgere queat: quẽ illum parta ex domito mundo uictoria reddere poſſit immortalem. Tantum opus appellat prouinciam tendẽdi ad rapiendum uellus aureum: quo nihil difficilius.

Alani panẽ nõ edũt

Armiſona

Tu ſola. Apoſtropha ad gloriam: quẽ ſola mortales ducit in pericula: et animum bene ac liberaliter inſtitutum immortalitatis aculeis agit in prẽceps. Ouidius. Ardua per prẽceps gloria uadit iter. Lucretius. Sed acri percuſſit thyrſo laudis ſpes magna meum cor. Et ab altero Seneca. Vrit miſerum gloria pectus. Quin et Silius. Traxitq; uirum fax mentis boneſtẽ gloria. Animos mentemq;. Spiritum humanum et conſilium. Lucretius. Conſilium quod nos animum: mentemq; uocamus.

Gloria.

Peruris. Acribus ac uemẽtibus facibus incendis. Viridem. Cõcipit mente gloriam ſemper uireſcere: in dies magis magiſq; iuueneſcere: ſeneſcere neſcire: ut ait Cicero: Floreſcere ſemper ac fieri uiuidiorem. Immunem ſenectæ. Exortẽ finis ac exitus: ſemper iuuenem et ſenectute liberam. Thucydides. Sola magnanimitas ſeneſcere neſcit. Phaſidis in ripa ſtantem. Famam: quã deſiderant anxiẽ auguſti animi iuuenes cernere uidebãtur in ripa phaſidis claſſicum incinere: quo Iaſonem uocaret ad immortalitatẽ. Iuuenes. Regios. argonautas. Vocantem. Ad uictoriam parandã laceſſentẽ: prouocantẽ: hortantẽ. Ponitur Iaſon pro typo hominis ad laudẽ et uirtutẽ nati. Tãdẽ animi incertum. Iaſon tãdẽ fluctuãs animo ac æſtuans ad regem cõuerſus turbatum animum ſedauit firmauitq;.

Confuſa pectora. Iaſonẽ habentẽ mẽtẽ ancipitem: uariiſq; cogitationibus fluctuãtẽ. Pectus in hoc loco ꝑ ſentẽtia et opinione ponit̃. Religio. Animus inclinatus et obnoxius reuerẽtiẽ diuinẽ religioſẽ. Et. n. ꝑpe domeſtice Iunonẽ colebat Iaſon. Pias. Religioſas. Pietas. n. cultus diuinus appellat̃.

Omnipotens regina inquit, quam turbidus atro
Aethere, cœruleum quateret cum Iuppiter imbrem
Ipſe ego præcipiti tumidum per Enipea nimbo
In campos et tuta tuli: nec credere quiui
Ante deam, quam te tonitru nutuq; repoſci
Coniugis: et ſubita raptam formidine uidi,
Da ſcythiam phaſimq; mihi. Tuq; innuba Pallas
Eripe me. ueſtris egomet tunc uellera templis
Illa dabo: dabit auratis et cornibus igni
Colla pater, niueiq; greges altaria cingent.

Oratio Iaſonis ad Iunonem.

Omnipotens regina. Oratio Iaſonis ad Iunonem quã rogat opem ferat ſibi ad expeditioné colchicam feſtinanti: eius memorię ſuggerens qualiter aucto theſſalico torrente pluuia: Iunonem in ulteriorem ripã tranſportauit: quod Rhodius Apollonius elegantiſſime retulit. Turbidus Iupiter. aer turbulentus et piceus multum demittens imbris. Iupiter enim quandoq; pro aere feculento et nubilo ponitur: quod patet teſtimonio Maronis in georgicis: Tum pater omnipotens fęcundis imbribus ęther Coniugis in gremium lętę deſcédit: ubi Auguſtinus interpretatur aquam deſcendere in ἥραν quod hera gręce Iuno dicatur: pro terraq; ponatur. unde dicunt heroes locupletes et dites: qui cęteros antecellunt et pręſtant. Scribit Apuleius libro de mundo aeré actum in nubem nubilum denſare: et eã craſſitudidem aquarũ fœtu grauidari: imbré exprimi cum inter ſe urgentur nubium denſitates.

Hera.
Heroes.
Aer.
Aether.

Atro ęthere. Turbido nimboſo aere. Poetę confundunt: cum ęther ſit purior aer et ſupior: ęterna: et inoccidua luce reſplendens: nullas uices patiés dictus ab ęthe quod eſt uoluo: non ut quidã ſenſere ab αἴθω quod eſt ardeo: tanq̃ illic eſſet elementum ignis: immo potius quod in ętherea ſede cælum uertitur. Quateret. Cum ruina deiceret imbré cęruleum nigram pluuiam et piceam. Ipſe ego. Cum torrentes magno ſtrepitu ferrentur præſertim Enipeus: ego Iunonem in anum conuerſam tranſtuli et ſuccollaui in planiciem tutã nullis aquarũ periculis obnoxiã.

Nimbus.

Præcipiti nimbo. Aqua torrentis rapidiſſime fluétis. Nimbus differt a pluuia: qd ea iugis é. Nimbus quãto repentinior eſt tanto uehementior et quãto improuiſior et pręcipitatior: tanto citius reſtinguitur. Ouidius primo amorũ. Duplicataq; nimbo flumina. Tumidum. Auctum ſubitarũ aquarũ incremento. Eniphea. Scribédũ: enipea. Eſt enim enipeus Theſſalię fluuius ab Ouidio dicitur irrequietus. Concinit Apollonio: qui cum huiuſmodi religionem pietatéq; deſcribe[...]: iuuenis uidelicet Iunonem traſportãtis: ita cecinit. χείμαρροι κατὰ ἀχλὺν κυλινδόμενοι φέρεντο. Hoc eſt. Torrentes cum ſonitu deuoluti ferebantur. Aduertendum tamen hoc accidiſſe non in enipeo: ſed in anauro Theſſalię fluuio: ſi credimus Apollonio: ſed huiuſmodi minutula uates magnos nõ mouent aut morantur. Satis eſt ſi conſtat apud theſſalicũ torrenté hoc accidiſſe. Maro quarto georgicon. Et caput unde altus primũ ſe erumpit enipeus. Appianus libro. ii. bellorũ ciuilium. Cęteros omnes inter pharſalũ oppidum: enipeũq; fluuiũ ad pugnam inſtruit. In campos. In planicié campeſtré ab aqua nõ occupatã.

Enipeus.
Chimari.

Tuta. Securũ perfugiũ. Quiui. Nõ potui credere te Iunoné eſſe: niſi te repeti tonitru audiuiſſem: uoce uidelicet Iouis. Nutu. Significatione: reuocationeq; Iouis mariti: quæ ſignificatio p tonitrua facta fuit. Repoſci. Repeti: reuocari. Coniugis. Iouis. Raptam. In cœlum euectã: inuolutã aere piceo formidine ſubita Iaſonis horrentis: formidantiſq; numinis pręſentis maieſtatem: quo mortalem iuuené dignata é: cum ſe raris offerãt numina: nec multos ſinãt corpora ſua aſpiciétes: quod in Actheone thyreſiaq; patuit: lege Saturni ita ſanciente: ut ex Callimacho in Palladis lauacris conſtat. Apuleius in Dęmonio Socratis. Pars deorum obtutu hebeti uiſũtur: ut ſidera. Subdit mox. Eſt aliud genus deorũ: quos natura uiſibus noſtris denegauit: tantum intellectu eos mirabundi contemplamur acie mẽtis acrius cõtéplãtis: quorũ in numero ſunt noie in duos uerſus ab Ennio coarctati
Iuno: Veſta: Minerua: Ceres: Diana: Venus: Mars:
Mercurius: Iouis: neptunus: Vulcanus: Apollo. Da ſcythiã. Affer auxiliũ quo fretus ut diuino audeã in ſcythiam penetrare. Innuba Pallas. Et tu Pallas caſta faue generoſis uotis atq; conatibus. Innubã uocat Pallada qd nunq̃ nupſit. Eripe me. aufer ſublimẽ hinc in colchos. Tu ingeniorũ pręſes ac domina hoc facile poteris efficere. Illa dabo. Vellera arietis aurei ego téplis ueſtris dedicabo. Quin et arieté imolabo pro ſymbolo animalis: quod illuc phrixum uexit. Dabit pater. Aeſon dabit igni et holocauſto uictimas auratis cornibus. Colla. Iugulabit uictimabitq; hoſtias me reuertente parta ex ſubacta ponto uictoria. Auratis cornibus. Hoc ab hiſtoria romana tractũ. Triũphãtiũ mos erat cũ ad capitolinũ Ioué laurea uictrix deferebat̃ pcedere uictimas cũ auratis cornibus. Niuei greges. Ioué uictorię largitoré antiqui colebant cognométo nicophoron hoc eſt uictoré: ſiue uictoriã ferétem. Victimę candidę ſuperis imolant̃: inferis furuę. Albus color Ioué decet Lucetiũ. obiter hoc addere ſcitu digniſſimũ nõ ab re eſſe duxi priſcos Herculé cognométo Alexicacon: hoc é malorũ depulſorem coluiſſe. Ille etenim tyrannos: mõſtra teterrima: pernicioſaq; domuit: ille orbem baculo oleagino: perulaq; comitatus obiit: et expiauit. Quin diuinũ Apolloniũ epheſii céſentes: ſub Herculis Alexicaci

Duodecim Dii.
Innuba Pallas.
Nicophoros.
Hercules Alexicacos

titulo: etiam ſimulacro conſtituto: adorauerunt. Nam expurgare animum inani metu: ac terriculis animalibus: hoc eſt ſuperſtitione detentum: uota domare laſciua: uirtutis iter pręparare: fluctus ac animi pturbationes ut monſtra: domare: ęrumnis Herculis proximum accedit: ut Lucretius inſit. Altaria cingent. Ambient et circundabunt ueſtras aras tanto numero immolabunt. Accepere deę. Pallas et Iuno accepere promiſſa: et annuerunt utriq; pollicitis. Accinguntq; ad opem Iaſoni ferendam nauis magiſtrũ inueniẽdo: qua transportentur argonautę. Celeri lapſu. Veloci diſcurſu atq; uolatu. Diuerſas. Iuno ad Minyas conuocãdos et incitãdos ad opus egregiũ ex tota macedonia et gręcia. Pallas ad fabrũ Argũ: cui ad fabricã ingenioſam ſe ſe accingatur: pręcipit. Pernix. Velox: unde pernicitas. Maro. Pernix Saturnus: quod epitheton non tam ad equũ referẽdũ eſt quã ad naturã ſideris: cui fortaſſis ideo repertionẽ equi aſſignarunt: ſi modo maximũ ſpatiũ metiens: computata diſtãtia: breuiori ſpatio tranſigit: ut ſi curſor ſeptem ſtadia ſeptem horis emetitus ſit: pernicior erit eo: qui unũ quinis. Mœnia Theſpiaca. Ciuitatem Theſſalię Theſpiam. Theſpia inquit Stephanus ciuitas Beotię: alia Theſſalię: tertia in Sardinia. Ciuis Theſpicus et Theſpiacus et Theſpis. Deuolat. Velut ex loco ſuperiori in inferiorem. Argum. Sic appellatus eſt artifex Theſpius: a quo nauis nuncupata. Tritonia. Pallas qd apud Tritonem Libyę palũdem nata eſt: Vocatur et Tritogenia. Iubet. Pallas. Hunc. Argum. Moliri. Parare: mente concipere formã Argus. eę imagunculę et parua ſimulacra ligneola domuum faciẽdarum: Ichnographię: et lignea pęgmata dici poſſunt. Quidam autumant eſſe hyſteron proteron. Demittere ferro robora. Decidere ligna: amputare materiem pro naui fabricanda. Peliacas undas. Scribendum umbras pro arboribus ingentibus et umbroſis: pręfrondiũ multitudine ac denſitate. Seneca in tragœdiis. Quis quis audacis tetigit carinę Nobiles remos: nemoriſq; ſacri Pelion denſa ſpoliauit umbra. Flaccus idẽ libro ſeptimo. Ante meus cęſa deſcendet caucaſus umbra. Idem libro. viii. Nulla tua fulgentia dona ſub umbra. Apollonius. Τὴν γὰρ ἀθηναίη τεχνήσατο δούρατα τμήξαςα κορυφῆς πέρι. Palladã uidelicet fabricaſſe ligna ex uertice peliaco. Exit comes. Egreſſa eſt in nemus comitata fabrũ Argũ. Tãtus erat amor Palladi cõſtruere nauẽ. Sũt q legũt hęſit hoc ẽ adhęſit Argo. Argo ſe iunxit ad id opus.

Accepere deæ celeriq; per æthera lapſu
Diuerſas petiere uias. in mœnia pernix
Theſpiaca et charum Tritonia deuolat Argum.
Moliri hunc puppem iubet et demittere ferro
Robora peliacas etiam comes exit in umbras.
At Iuno argolicas pariter macedumq; per urbes
Spargit inexpertos tentare parentibus auſtros
Aeſoniden iam ſtare ratem remiſq; ſuperbam
Poſcere quos reuehat rebuſq; in ſæcula tollat
Omnis abit quæ iam bellis ſpectataq; forma
Turba ducum primae ſeu quos in flore iuuentæ
Tentamenta tenent nec dum data copia rerum

At Iuno. Iuno uero profecta eſt ad inuitandos ad arma gręcos iuuenes. Macedum. Sunt qui contendunt Macetum eſſe ſcribendum propter hęc uerba Stephani. Macedonia regio a Macedonia Iouis filia et amyna Deucalionis. Gẽtile macedon. Macedonis fœmininum: et macedon pro macedonius. Dicitur et macedonicus et macedonica regio. legitur et Macetes maſculinum: macetis fœmininum: et macęſſa: ut inquit Heraclides. et macetta per duo. ττ. Spargit. In populum diſſeminat.

Aeſonidem. Iaſonem. Inexpertos hauſtros parentibus. Iaſonem uentis contemptis a maioribus ſuis intentatis audere maritimum iter capeſſere. parentes Iaſonis numq̃ experti fuerant uotos: quoniam primus ille naue longa ſulcauit undas. Iam ſtare ratem. Iam nauem eſſe compactam ad hoc opus. Fama enim: cuius nunc perſonam fert Iuno: facta atq; infecta canit: et ueris aliquid adiicit: a rate ratiarium uocant Iuriſconſulti ut nauicularium. Stare. confectam et contextam eſſe in portu.

Remis ſuperbam. Eam iam remis et ordinibus nauticis eſſe adornatam. Poſcere. Inuitare ad maritimam profectionem. Dicitur nauis poſcere uectores: quando parata ad procinctum eſt in portu.

Reuehat ut inuitaret ardentius reditum pollicebatur illis et immortalitatem. Rebus. A ſe geſtis facinoribus inauſis prius et inauditis: quibus gloria cœlum ſublime uolando penetret.

In ſecula. Ad memoriam poſterorum: ad diuturnitatem infinitam. Tollat. Euehat in cœlum.

Omnis auet. Quiſq; deſiderat et affectat comes eſſe tantę glorię. Sunt qui legũt: abit: hoc eſt propere faceſſit a patria ad ducem theſſalicum futurus tantę glorię particeps. Notãdum omnis pro quiſq; poſitum: niſi ita iungamus. omnis turba ducum ſpectata bellis et forma illuc abit. Bellis ſpectata. bellicoſa et excellens in martio puluere. Spectata forma. Egregio corpore cõſpicui. Qui animi dotibus et corporis excellebãt illi nitebantur ad colchos. Tentamẽta tenẽt. Tẽtantia gloria. et ſentiũt quędam incitamẽta et prolectibilia glorię. Nec dum data copia rerum. quibus nondũ permiſſę ſunt habenę et moderamina regni: ſed adhuc ſub patria uiuũt cura: qui nõ ſũt ſui iuris: et ſub alieno degũt imperio.

Pernix ſaturnus pro Virg.
Theſpia.
Argus theſpius.
Tritogenia
Ichnographię.
Pægmata lignea.
Vmbræ.
Macedũ an macetum.
Macetes.
Macetis.
Maceſſa.
Ratiarius.

*Miles qualis esse debeat.*

At quibus. Ordo. Iuno ſtimulat hos: quibus ſtudium eſt aruorum: et inſontis aratri. Aruorũ ſtudium. Coloni enim ſunt optimi milites: ut Vegetius inquit. Sed qui perpenſius rem trutinantur aiunt militem debere eſſe corpore ruſtico: et animo nobili. Cato in re ruſt. At ex agricolis et uiri fortiſſimi et milites ſtrenuiſſimi gignuntur. Ad militiam eligebantur agricolæ qd durata corpora habeant ſole: pluuiis: uigiliis: inedia: ſiti: omni patientia. Inſontis aratri, Qui agriculturam colebant: et aratrum ſine ſcelere et noxa. Inſons aratrũ uocat agriculturam rem innocétem: piam: et queſtum iuſtiſſimum. Libet audire Porcium Cenſorium in ueſtibulo agriculturæ ſuæ ita loquétem. Ex agris maxime pius queſtus ſtabiliſſimuſque conſequitur: minimeq; inuidioſus: minimeq; male cogitantes ſunt: qui in eo ſtudio occupati ſunt. Mercator ſtrenuus: ſtudioſuſq; rei quærend e: uerum pericoloſus et calamitoſus. Magna laude. Maxime imprimiſq; laudanda naue argo. quoniam Iuno non poterat arua cuncta peruagari: iuſſit faunos a fando uocatos: in omnibus ſiluis pronunciare diſceſſum atq; expeditionis apparatum. Ordo. Fauni manifeſto in lumine iuſſi canunt ratem magna laude. Ratem. Fabricatam et abſolutam fuiſſe. Canunt per luſtra. Prædicãt per loca nuia et inacceſſa. Luſtra dicuntur loca remotiora. Iuſſi. a pallade nauis illius facere præconium a magis ac magis illam collaudare: Manifeſto in lumine. Mortalibus apparentes ut manifeſte agnoſcerentur: quod raro mortalibus contingit propter eorum impietatem. Pia tamen offerunt ſe numina uidenda: ut Socrati: Bruto: Caſſio Parmenſi. Pythagorici mirabatur ſi quis diceret ſe dæmona nõ uidiſſe. Siluarum deæ. Quales ſunt Oreades: Hamadryades: et huiuſmodi numina ruſtica: ut Iaſoni libyæ cuſtodes: et Triton: Heſperides: Tethys Peleo. Elatis cornibus. Fluuii habentes cornua taurina: unde ab Horatio uocatur tauriformis Aufidus. Cornua pro fluminum brachiis ponuntur.

*Laus agriculturæ.*

At quibus aruorum ſtudiumq; inſontis aratri
Hos ſtimulat. magnaq; ratem per luſtra uiaſq;
Iuſſi laude canunt manifeſto in lumine fauni,
Syluarumq; deæ, atq; elatis cornibus amnes.
Protinus inachiis ultro Tirynthius argis
Aduolat, arcadio cuius armata ueneno
Tela puer, facileſq; humeris gaudentibus arcus
Geſtat Hylas: uelut ille quidem, ſed dextera nondum
Par honeri, clauæq; capax. quos talibus amens
Inſequitur, ſolitoſq; nouat ſaturnia queſtus.

*Pythagorici deũ uidebant.*

*Tauriformis.*

Protinus. Statim Hercules uel inuita Iunone affuit etiam non uocatus: cuius præcellentiſſimus animus factis glorioſis ac ingentibus alebatur. Argis Inachiis. Ab argis ubi regnauit Inachus rex ionis pater. Vltro. Non laceſſitus: neq; diu uocatus. Tirynthius. Hercules a patria. Aduolat. Celeriter accurrit. Cuius. Herculis. Armata. Lege ex emendatiſſimis et antiquiſſimis exemplaribus flammata: hoc eſt ardenti ueneno temperata: et inuſta ueneno lernęo atq; flammifero.

Arcadio ueneno. Tabe ueneni lernęi. Gaudentibus humeris. Pro ipſe gaudẽs ferre in humeris.

Faciles arcus. Mediocres: quos humeri puerıles faciliter ferre poſſent. Immo qui quis eſſent immodici ut pote herculanei: tamen facillime ferebat: tanta erat indoles in puero. Ordo. Aduolat Hercules: cuius arcus: et tela flammata ueneno arcadio puer Hylas geſtat gaudentibus humeris. Velit ille quidem. Hylas arcum geſtare poteſt in humeris licet herculaneum: ita uellet experiri lunare: flectere: exercere: facilitate qua flectebat Hercules et miſſile torquebat. ſed uires puerili animo non reſpondent.

Velit ille quidé. Subintelligere debes arcũ inflectere: ac experiri. Legit uelut ille. i. Hercules. Par honeri. æqua arcui honeroſo. Clauæq; capax. Capere et ſtringere clauam idonea. Quos. Herculem et Hylã. Amens. Furibunda: Amenti dolore percita. Talibus. Probris. Inſequitur. Inſectatur. Nouat. Integrat. alias enim ſępe doluit Herculé tot obiecta ſupaſſe mõſtra. Saturnia. Iuno

O utinam. Vtinã inquit Iuno deſperatiſſima: gręcię proceres in expeditionem colchicam non tenderent: profecto ego nunc fulminibus: nymbis: tempeſtatibus herculem obruerem: cui nunc non parco qd parcitum uelim. Concitare tempeſtatem non poſſum quin alios ſecum obruam. Non omne decus iuuentę. Tota gręcię nobilitas. In noua fata. Ad hanc nouam expeditionem fato et uoluntate deorum conceſſam. Noſtri Euryſtheos. Qui rex Argiuus Herculem iuſſu noſtro mittit in monſtra. Iuſſa forent. Qui ſoli imperat Herculi cum eo nulluni mittens: cuius uitæ timendum ſit. Imbrem. Concitaſſem: contorſiſſem ex arce cœli.

O utinam graiæ rueret non omne iuuentæ
In noua fata decus, noſtriq; Euryſtheos hæc nunc
Iuſſa forent. imbrem et tenebras, ſæuumq; tridentem

Tenebras. Piceam procellam et uorticem: nauem qua uehitur Iaſon peſſum et in naufragium rotantem. Tridentem. Fuſcinam et omnem Neptunni poteſtatem.

Iam iam. Statim: actutum. Torſiſſem. Vt miſſile inieciſſem. Ignem. Fulmen ardens: qui Iunonis appellatione continetur: concipiunt: et inde cadunt fulmina. Et ſi i nube: inquit Plinius in ſecũdo: luctet flatus aut uapor tonitrua edi. Si erumpat ardẽs: fulmina. Si longiore tractu nita ẽ: fulgetra. Sed hæc bruta ſunt: et nulla ratione naturę uenientia. quæ uero a Ioue ueniant ex dei conſilio cadunt: quare phyſice Iuno uellet iaculari non ſuum: hoc eſt nubilum fulmen. ſed cõiugis ſui. Quod ex his plinianis uerbis ſcrutatus ſum ex eodem libro ſecundo. Iacet pleroſq; magna cœli affectatione compertum a principibus doctrinæ uiris ſupernorum trium ſiderum ignea eſſe: qui decidui ad terras fulminũ nomen habeant: Sed maxime ex his medio loco ſiti: fortaſſis quoniam contagium nimii humoris ex ſuperiore circulo: atq; ardoris ex ſubiecto per hunc modum egerat. ideoq; dictum Iouem fulmina iaculari. Ergo ut flagrante ligno carbo cum crepitu: ſic a ſidere cœleſtis ignis expuitur præſcita ſecum afferens: ne abdicata quidem ſui parte in diuinis ceſſante operibus: idq; maxime turbato fit aere: quia collectus humor abundantiam ſtimulat: aut quia turbatur quodam ceu grauidi ſideris partu.

Tonitrua unde
Fulmina.
Fulgetra.
Bruta.

Iam iam ego et inuiti torſiſſem coniugis ignem.
Nunc quoq; nec ſocium noſtræ, columen ue carinæ
Eſſe uelim, Herculeis nec me unquam fidere fas ſit
Auxiliis, comiti et tantum debere ſuperbo.
Dixit et æmonias oculos detorquet ad undas.
Feruere cuncta uirum cœtu, ſimul undiq; cernit
Delatum nemus, et docta reſonare bipenni
Littora, iam pinus gracili diſſoluere lamna
Theſpiaden, iungiq; latus, lentoq; ſequaces
Molliri uidet igne trabes, remiſq; paratis

Nec ſocium. Nolo: inquit Iuno: hunc Herculem aut ſociũ aut ducem nauis meæ. Noſtræ. Quam nos: ego et Pallas: adornamus. Columen. Fultura: ſuſtentaculum: ut ſunt hi qui ducatum præſtant. Plautus in caſſina. Egreditur ſenati columen. Tractum a colũnis: quæ domum ſuſtinent: unde Serui Columellę: qui ſunt ſuſtentatio rei Herilis. Catullus. Theſſaliç columen Peleu. Fidere fas ſit. Non eſt honeſtum ut confidam. auxiliis herculis fidere non debeo.

Columen.
Columellę
Serui.

Tantum debere. Tanquã ſine eo ut maximo: et præcipuo fidere nõ deceat. Comiti ſuperbo. Herculi: qui per arrogantiam ac ſuperbiam omnia ad ſe trahat: uel ſuperbo magno: qui ſibi ſoli adſcribat omnia: nec laudem communicaturus ſit. Hęmonias. Theſſalicas ubi nauis fabricabatur in loco: cui nomen eſt Pagaſe: unde a poeta melico dictum: Pagaſe naualibus Argo egreſſam longe phaſidos iſſe uiam. Feruere. Frequentari: celebrari: exerceri. Feruere dicuntur illa quę frequentantẽ. Frigere quę deſtituuntur: et a paucis celebrantur: quo pacto dixit Auguſtus forum aleatorium feruere in ſaturnalibus. Frigere Perſius quæ relinquuntur inculta. Caue ne maiorum tibi forte limina frigeſcant. Quẽadmodum Quintilianus frigidum nuncupat: quod eſt ſuſq; deq; faciendum. Ex Ariſtotele: qui in poetica Pſichron appellat. Sed quoniã Quintilianum attigimus eius uerba libro primo poſita excutiamus. Eadem inquit in uerbis quoq; ratio comparationis: ut ſi quis antiquos ſecutus: feruere breui media ſyllaba dicat: deprehendatur uitioſe loqui qđ oia: quæ. e. et. o. literis finiendi modo terminantur: ſi eadem ſi infinitis. e. literam media ſyllaba acceperunt: utiq; productam habent. prandeo: pendeo: prandere: pendere. At quæ. o. ſolam habent dummodo per eandem literam in infinito exeant: breuia fiunt. lego: dico legere: dicere. Etiã ſi apud Lucillium. Feruit aqua: et feruet: feruit nũc: feruet ad annum. Sed pace dicere hominis eruditiſſimi liceat: ſi feruit putat illi ſimile currit et legit: feruo dicetur ut curro et lego: quod nobis inauditũ eſt. Sed nõ eſt hæc uera cõparatio. Nã feruit illi ẽ ſimile ſeruit: quã ꝓportionẽ ſequẽti dicere neceſſe ẽ: feruire ut ſeruire. Dixit tamen Maro pręcellẽtiſſimus auctor. Feruere Leucaten: Lucilliũ ſecutus. nec pluris fecit grammaticã ꝙ uatem ꝓnobilem. Quin et ſi feruo dicatur uocandũ ne erit ob hoc ad capitale. Cernit. Feruere: et delatum eſſe nemus. Vndis. Ab omni parte arborum peliacarum. Delatum. Ad pagaſen litoralem ex Pelio deportatam. Nemus. Nemorenſem: montanamq; materiam. Docta. Artifici: magiſtra: quæ ſciat delibrare ligna et aptare nauigio.

Pagaſe.
Feruere.
Frigere.
Pſichron.
Lucillius defenſus a calumnia.

Reſonare. Strepere ex ictibus bipennis. Bipenni. Securi. inſtrumentum utrinq; acutum.

Iam pinus. Ordo. Iam uidet Theſpiaden diſſoluere pinus lamina gracili. Theſpiades argus appellatur a patria Theſpiis ut quidam autumant. alii a patre Theſpio. Pinus. Quarum arborum materia eſt nauibus accommoda. Gracili. Tenui: ſubtili: ut in lignum penetrare ualeat. Diſſoluere. In diuerſas partes ſoluere: diſſecare. Lamna. Lamina. Horatius. Nullus argento color eſt auaris Abdito terris inimice lamnę Criſpe. Iungi latus. Laterales tabulas compaginari: compingi: committi. Maro. Dat latus. Ouidius. Nec leuius laterum tabulę feruntur ab undis Quam graue baliſtæ mœnia pulſat bonus. Sequaces. Lentas: flexibiles: quem flexum ignis modice ſubditus adiuuat. ſequacem materiam ita uocat ſubinde Plinius: flexibilem et curuari facilem. Hederas ſequaces Perſius appellat flexipedes: et ſequentes qua ducuntur. Seneca. Leo pontifex ſequaces aſſeclas et addictos: quam latiſſime ipſi uiderint. Molliri. Curuari: tenereſcere. flecti.

Theſpiades argus.
Lamna.
Sequaces.

Bracbia / conſtit / subiē / honor

Pallada. Repete uerbum uidet. Brachia. Antennas. Malo uelifero: Arbori ferenti uela.
Conſutit ut longo. ut ſe firmauit nauis imperuia et inacceſſa mari: et aquę multæ. Quidam codices habent: longe. Interpretatare longe non imperuia: multum nou peruia et penetrabilis. Vt conſtitit puppis moles longe non peruia pouto. Tenues cerę. Liquefactę cęrę. Pinguntur nauigia ad decorē: antiqui cęra liquida et penniculo naues pingere ſolebant. Subiere. Subintrauere per illas rimas: nauiūq; commiſſuras. Latētia lumina.

Pallada uelifero quærentem brachia malo.
Conſtitit ut longe moles non peruia ponto
Puppis, et ut tenues ſubiere latentia ceræ
Lumina picturæ uarios ſuperaddit honores.
Hic ſperata ſedens tyrrheni tergore piſcis
Peleos in thalamos uehitur thetis. æquora delphin
Corripuit, ſilet hæc deiecta in lumina palla,
Nec Ioue maiorem naſci ſuſpirat Achillem.

Rimas: commiſſuraſq; minime latentes. Honores. Decora: ornamenta. Hic. Inter nauis huius picturas. Conueniēs eſt ut in re maritima: marina pingantur argumenta. Sperata. In codice priſco legit̄ ſpectata. Potes et defendere deſiderata: uel ſponſa tethis: quę uecta delphine contendit ad Peleum. Inter ſperatam et ſpōſam ut ait Marcellus: hoc intereſt quia uirgo poſtq̄ petit̄ ſperata dicit̄ Plautus i Amphitryone. Vxorem ſalutat ſperatam ſuam. Dehinc promiſſa dicta uel ſponſa dici poteſt. Virgilius ſecundo ęneidos.

Sperata. Sponſa.

Dicta.

Cui pater et coniunx quondam tua dicta relinquor. Idem alibi. Et gremiis abducere pactas.

Sedens. Ouidius inquit Tethim inſediſſe delphina non quando nuptum ibat: ſed quando Peleus inuaſit ut potiretur. Carmina ſunt hęc. Eſt ſpecus in medio natura factus an arte
Ambiguum: magis arte tamen: quo ſępe uenire
Frenato delphine ſedens Theti nuda ſolebas.
Illic te Peleus ut ſummo uicta iacebas
Occupat: et quoniam precibus tentata repugnas
Vim parat: innectens ambobus colla lacertis. Valerius tamen Flaccus uidetur innuere cum ad Peleum ſponſa perexit Tethis: inſediſſe delphina. Sunt quidam codices: qui habent: non ſedens: ſed uago. Iungitur cum tergore. Rem ad poſteros reiicio. Tyrrheni piſcis. Delphinis. Tyrrheni nautę: ut ait Ouidius: mutati ſunt in delphinos. Vehitur. Pompatice delphini inſidens aduehitur in thalamos Pelei.

Corripit ſgrā.

Corripuit ſilet hęc. Codices antiqui. Corripit. At ſilet hęc. iſto ſenſu. Delphin ſecat maria: ipſa uero pudibunda Theſſaliam annauigat. Corripere ęquora eſt raptim ſecare et undas pręterire.

Silentium ornat mulieres.

Silet. Silentium decet mulierē: Quare infit Euripides ſilentium mulieres ornare: pręſertim ſponſas Papinius ſponſas deſcribens ſic graphice cecinit.
Ibant inſignes cultuq;: habituq; decoro
Candida purpureum fuſæ ſuper ora ruborem:
Deiectæq; genas. Tacite ſubit ille ſupremus
Virginitatis amor: primęq; modeſtia culpę
Confundit uultus. Tunc ora rigantur honeſtis
Imbribus et teneros lachrymę iuuere parentes.

Deiecta palla. Habens pallam et ueſtē deiectam. Sunt qui reiecta legūt. Reiiciunt ſiue deiiciūt nouę nuptę palla in oculos: quos uirgineo pudore celant: et ruborem inuitis erumpentē: conſciis etiam culpæ futuræ: Vel ueſte lachrymas detergent: quas elicit parentum deſertorum deſiderium.

Prometheï meritus.

Achilles nat' ex thetide

In lumina. In oculos: circa oculos. Nec Ioue maiorem. Et ſuſpirat q̄d Ioui non nubat: quod ſi fieret Achilles naſciturus erat maior Ioue. Scribit Lucianus in dialogis deorum Iouem ut miſceretur Tethidi pergentem occurriſſe Prometheo in caucaſo compedito: admonitumq; ut abſtineret a deę congreſſu: quippe cum filius ex ea oriturus: patre maior futurus eſſet. Foreq; ut ab eo filio expectarent ea Iouem: quæ ipſe in patrem Saturnum patrauit. Tunc egit gratias Prometheo Iuppiter: abſtinuit a Thetide: ex qua natus Achilles patre maior: proq; admonitionis fideliſſimæ mercede Iupiter iuſſit a Vulcano Prometheum diſſolui: quāuis hoc Herculem feciſſe ſcribatur inferius. Ouidius tamen libro metamorphoſeos undecimo inquit Proteum hæc ceciniſſe non Prometheum: ita fabulæ uariant.

Panope.

Panope. Dea maris: q̄d aqua perſpicua: Sic enim uerbum id ſonat. Nympham eſſe marinam Panopen docet Maro primo georgicon his.
Votaq; ſeruati ſoluent in littore nautæ
Glauco et Panopæ ac Inoo Melicertæ.

Doto. Clothos

Aq̄ anima terrę.

Doto. q̄d aqua eſt anima terræ: et mortalibus omnia munera præſtat. Quid ſi Clotho ſcribis ex illo Maronis libro Aeneidos. ix. Mortalem eripiam formam magniq; iubebo
Aequoris eſſe deas: qualis Nereia Clotho:
Et Galatęa ſecant ſpumantem pectore pontum.

Vel hic mendum eſt uel in Virgilio. tamen in Homeri libro decimoctauo Iliados Doto ſcriptum eſt in principio libri: qui nymphis maris hæc nomina facit. Glauce: Thalia: Cymodoce: Neſęa: Spio: Thoe: Halie: Cymothoe: Actee. Limnoria: Melite: Ięra: Amphithoe: Agaue: Doto: Proto: Pheruſa: Dinamene: Dexamene: Amphinomena: Callianira: Doris: Panope: Galatęa: Nemertes: Apſeudes: Callianaſſa: Climene: Ianira: Ianuſſa: Męra: Orithia: Amathia: De Panope et Galene deabus maris: extat Luciani dialogus. Iactata.

Pro Virgilio.
Noia nympharū maris.
Galene.

Hanc Panope, Dotoq̨ ſoror, iactataq̨ fluctu
Proſequitur nudis pariter Galatea lacertis
Antra petens, ſiculo reuocat de littore Cyclops.
Contra ignis, uiridiq̨ thorus de fronde. dapeſq̨
Vinaq̨, et æquoreos inter cum coniuge diuos
Aeacides pulſatq̨ chelyn poſt pocula Chiron.
Parte alia Pholoe, multoq̨ inſanus iaccho
Rhœtus, et Attracia ſubitæ de uirgine pugnæ,
Crateres menſæq̨ uolant, araeq̨ deorum,

Ventilata ab aquis. Priſci codices lætata: quæ gaudet et geſtit uehi per aquas ſibi congenitas.

Petens Cyclops. dum proſequitur ſponſam comitaturq̨ Galatęa, Polyphemus indignatus abeuntem dominam petit antra ſolitaria: it mum ſeceſſum ſine Galatęa aſpernatus. Lucianus in dialogis marinis Dorida inducit alloqui Galatęam: et Polyphemum irridere qui ſit hirſutus: informis et monoculus: quem ipſe μονόφθαλμον appellat: qui et ſi filius dei ſit nihil habet amabile: cumq̨ uidere ſoleat omnia candida et lacti ſimilia formoſam putat: ut Galatęā: et ſubdit ſententiolam uerisſimā Οὐκ ἐπαινεῖται δὲ τοῦτο: ἤν μὴ ἐπιπρέπῃ αὐτῷ καὶ τό ἐρύθημα. Hoc eſt non uideri ſibi decentem candorem ni rubor interdeceat. Quare ab Ouidio ſcite dictum. Et in medio miſtum candore ruborem. Et a Marone. Indum purpureo ueluti uiolauerit oſtro Si quis ebur. Dicitur et ab eadem Doride cyclops κινάβρας hoc eſt hircoſus. ὠμοφάγος item: ideſt crudiuorus. Qui cum neruos circa collopas annexuit aliud ipſe: aliud lyra ſtrepit. ubi collops lignum teres appellatur exiguum cui figurā Cylindraceam habenti fides annectitur. Nudis lacertis. more nympharum: quę et lacertos et pedes nudos habent. Maro. Nuda genu: nodoq̨ ſinus collecta fluentes. Reuocat. Indignatur enim dominę et amicę diſceſſum. Ignis. uel ignis lychnorum uel ignis domeſticus: uel ut ſentio: ignis qui addebatur in connubio cum aqua: de quo ab Ouidio.

Polyphemus.
Monophthalmos.
Rubor cū candido.
Cinabras.
Omophagos.
Collopes.
Ignis i cōnubio.

Quos faciet iuſtos ignis et unda uiros.

Quęre cauſam a Plutarcho in problematis: et Lactantio libro: ni fallor: ſecundo diuin. inſtit. Papinius libro primo ſiluarum hoc intellexit in nuptiis ſtellę. Procul ecce canoro Demigrāt Helicone deę: quatiuntq̨ nouena lampade: ſolennem thalamis coeuntibus ignem. Aeacides. Peleus. Poſt pocula. Hoc antiqui factitare conſueuerunt: poſt cibū lyrā circunferre: cuius cū ſe imperitū profeſſus eſſet themiſtocles: habitus eſt indoctior. hoc apud Orpheum factitauit Chiron: Phyllirę et Saturni filius fuit. Scribit Suidas Chironem centaurū fuiſſe: qui primus medicinā reperit per herbas et uerba: qui Achillem erudiit. χειρώνειον ἕλκος hoc eſt chironium ulcus ab eodem dicitur pro inſanabili. Obiit enim chiron inſanabili uulnere in pede accepto dum neglegenter ſagittas tractaret herculeas: nec artes medicę domino profuerunt. Chiron pater fuit Machaonis uti ſcribit Iliados libro quarto uates Homerus.

Lyra circūferebatur.
Chironiū ulcus.
Chirō machaonis pater.

Parte alia. Ab alia parte nauis erant centauri: eorumq̨ pugna in Theſeum atq̨ Pirithoum. pro rapta Hippodamia. Pholoe. Mons Theſſalię: Inſanus rhœtus. Vinulentus. Rhœtus centaurus ille cantatiſſimus temulentia correptus omnia conturbabat. Ouidius. Ardeſcunt germani cęde bimembres Certatimq̨ omnes uno ore arma arma locuntur. Vina dabant animos et prima pocula pugna Miſſa uolant: fragileſq̨ cadi: curuiq̨ lebetes. Rhætus. Centauri nomen celeberrimum. Ouidius. Ecce rapit mediis flagrātem Rhętus ab aris Primitium torrem. Atthracia uirgine. Theſſalica hippodamia. Ouidius. Atthracis æmonios traxit i arma uiros. Papinius libro primo thębaidos. Qualis per nubila phœbes Atthracia rubet arte labor. Atthracius inquit Lutatius Theſſalię rex et pater Hippodamię quā Pirithous duxit uxorem: qui primus artem magicam apud Thraciam conſtituit. Ergo Attrhacia eſt magica ſcientia. Plinius tamen libro quarto. n. h. Atracem oppidū ait eſſe Theſſalię: quem ſi ſequi uolumus ut uolumus: Atracia per. t. ſimplex: ſine afflatu ſcribendum erit. Subitæ pugnæ. Subito furore commiſſę. Crateres. Ouidius libro metamorph. duodecimo.

Pholoe.
Rhætus.
Atracia. uirgo.

Forte fuit iuxta ſignis extantibus aſper
Antiquius crater: quem uaſtum uaſtior ipſe
Suſtulit ægides. Cum inquit Maro. Et magno hylæum lapithis cratere minantem: ſubdit Seruius: bonum ſchema. Menſæ uolant. abaci et diſcubitoria iaciuntur altrinſecus. Arae deorum. In nuptialibus autem erigebantur aræ ubi auſpex nouam nuptam conſecrabat: ut patet in ouidiano carmine.
Ecce rapit mediis flagrantem Rhætus ab aris. Præterea menſæ habebantur pro aris.

Vaſcularii.

Pocula. Neſtoris erat hoc poculum ut ex Ouidio colligo: Homero: Euſtathio: de quo ab epigrãmatico poeta dictum. Pollice de Pylio trita columba nitet. Hoc cratere ferox commiſit prçlia Rhœtus cum lapithis: pugna debile cernis opus. Inſignis ueterũ labor. Nobilis ac elaborati artificis opus ut myos ac mentoris: qui fuerunt egregii uaſcularii. Sic enim uocamus eos qui uaſa ſculpunt ac celant uel auctore Propertio diuerſis in locis ita canente. Et myos exiguum flectit Achantus iter. Idem. Leſbia mentoreo uina bibas opere. His Peleus. Supple erat uel uiſebatur.

Poculaq; : inſignis ueterum labor: optimus haſta
Hic Peleus. hic enſe furens agnoſcitur Aeſon.
Fert grauis inuito uictorem Neſtora tergo
Monycus ardenti peragit clarus Antora quercu,
Nigro Neſſus equo fugit acclinisq; tapetis
In mediis uacuo condit caput Hippaſus auro.
Hæc quanquam miranda uiris, ſtupet Aeſone natus,

Enſe furẽs. Rotans enſem ſanguineum furore Martis incitatus Aeſon belletor egregius: quo facto ſenſim et clanculum ſtimulatur Iaſon ad çmulationem paternç uirtutis. Grauis. Triſtis: ut qui inuitus hoſtem ſuum portare cogebatur. Inuito tergo. Pro ipſe inuitus: qui dorſum habebat equinum: planum: et ut ait Naſo: ſeſſilem.

Monycus.

Monycus. Nomen cẽtauri: de quo Iuuenalis. Quantas iaculetur Monycus ornos. Ouidius de hoc meminit in transformationibus in hçc uerba. Dedecus ingens Monycus exclamat: populus ſuperamur ab uno Vixq; uiro. Quo artificioſe poeta facilitatem docet inferendi mortem: et principis uires maximas oſtẽdit. Ouidius infra. Semicremoq; nouat repetitũ ſtipite uulnus. Peragit. Trãſigit: expedit. Sunt qui ſcribunt peradit. i. conſauciat a per et adeo: intro. Prior lectio tum antiquior: tum melior. Clarus. Exemplaria uetuſta ſeruant adhuc clanis. Sunt qui Ouidii auctoritate ducti contendunt. Cromis. eſſe ſcribendum: propter illum uerſiculum primo metamor. libro poſitũ. Huic Cromis amplexo tremulis altaria palmis Decuſſit enſe caput. Antora. Antor nomen ẽſt uiri interfecti in pugna. Ardẽti quercu. Ex Ouidio qui dixit: Semicremo ſtipite: Semicremum nãq; ſtipitem truncum arboris appellamus ſemicombuſtum. Neſſus nomen Centauri: qui dorſum equinum nigrum habuit. Acclinis. Acclinari: ad terram inclinati. Idem libro quarto. Inclinis cçdit malas. Quis prohibet poetas a uerbo inclino inclinem ducere: et ab acclino acclinem. Pudet me accliuem legere ut audentiores grammaticuli ſolent: prçſertim cum uetuſtiſſimus codex hic: Acclinis: habeat: et inclinis in quarto. Tapetis. Quibus aula nuptialis erat ornata. Dicimus tapes tapetis uel ex eo maroniano. Pendentq; tapetibus altis. Tapetum. ti. proprio uocabulo quç a parietibus dependent ornamenti gratia periſtromata uocantur uel Peripetaſmata. Plautus: Tapetia belluata: uocat. quod ſimulacris belluarum peregrinarum condecorantur arte Polymitta intextis: ut in telis delphinum et thunnorum effigies acu pinguntur. quos ideo Catullus Catagraphos uocitauit: quæ ſudariola peculiari dictione Sethaba dicit qd deportabantur a Sethabi Hiſpaniç urbe telç tenuiſſimç: quæ propterea nomen hoc indiderunt uel auctore Silio Italico ita canente. Sethabis et telas arabum ſpreuiſſe ſuperba. In mediis. In medio tapete caput abſcondit credẽs ſe totum abſconſum qualẽ Struthocamelum ferunt: non phaſianũ: ut ſemidoctum uulgus allucinatur. Operçprçtium eſt Claudiani in Eutropium libro. ii. uerſiculos hoſce ſubtexere.

Cromis. Semicremum. Acclinis. Periſtromata. Peripetaſmata. Belluata tapetia. Catagraphi. Sethabis. Struthus caput occulit.

Vaſta uelut libyç uenantum uocibus ales
Cum premitur: calidas curſu tranſmittit harenas:
Inq; modum ueli ſinuatis flamine pennis
Puluerulenta uolat. Si iam ueſtigia retro
Clara ſonent: oblita fugæ: ſtat lumine clauſo
Ridendum reuoluta caput: creditq; latere

Quod non ipſa uidet: Struthionẽ oſſibus nutriri prodit magnus Albertus libro quarto meteororum. Scribit Diodorus libro tertio Syriã ferre animalia duplici ſpecie miſta: quorũ aliquos appellat Struthiocamelos: unde et nomẽ trahũt magnitudine ad cameli creſcentes modũ. propter grauitatẽ nãq; altius extolli: neq; uolare poteſt hçc auis. Equites inſequẽtes lapides pedibus iacto ut funda feriunt. Aetiopes eos comedunt unde Struthophagi dicti. In Auſonio ſic legendum puto. Non taurus: nõ mulus erat: non ſtruthocamelus. eundem uocat marinum paſſerem his. Ouum tu quoq; paſſeris marini. Auro uacuo. Inter plicas Tapetum auro neto contextorum. innuit poeta Hippaſum centaurum abdidiſſe ſe ideſt poſt tapetia auro uariegata. Caput. Perſtat in optima metaphora centauri caput abſcondentis inſtar paſſeris marini hoc eſt ſtruthi.

Struthophagi.

Aeſone natus. Iaſon mirabatur nec admiratio ſine cauſa: quoniam magna erant: et quç prçſtantiores heroas in admirationem inducere poſſent. Sunt tamen qui non. Nec quamquam: ſed hæc quamq; legunt: ut ſit hic ſenſus. Nec ſatus Aeſone miratur hçc: quis etiam uiris miranda ſint: quoniam ipſe maiora concipit q̃ quç picta uideat: maiorem patre animum gerens: ut ſit hic ordo. Natus Aeſone nec ſtupet ſubintellige ea quæ uidet in naui picta quamquam miranda uiris: ſed potius ſtu-

pebat et miſerabatur qđ in aqua luctari cogeretur: cum pericula terrę ſint prope ludicra et leuia ſi maritimis calamitatibus conferantur. Quare felices dicit parentes ſuos: quibus benignitate ac indulgentia fatorum datum eſt terreſtria ſubire certamina. Et ſecum. Supple illachrymans et dolés iſta refert.

Heu miſeros. Cum per maria et cęca et inacceſſa ſumus penetraturi plenaq̨ periculis omnigenus: filios noſtros: et minyarum omnium: qui mecum proficiſcentur: proculdubio parentes ſunt amiſſuri. Infelices perinde parétes noſtros qui filiis: re cariſſima: pariter orbabuntur. Natum noſtrum expone natos noſtros. Haccine. hacne naui: qua tá periculoſa ac ęrũnoſa mittimur in pelagus inexpertum et intentatum: et Pelias Acaſtuſq̨ filius domi quietiſſime uiuent laborum noſtrorum ſecuri immo gaudétes. Nos animę faciles. Nos animę uiles: nos corpora plebeia: quorum iactura facilis eſt Pelię: qui an uiuamus an moriamur ſuſq̨ deq̨ habendum putat.

Et ſecum. Heu miſeros noſtrum natoſq̨ patreſq̨
Haccine nos anim æ faciles rate nubila contra
Mittimur? in ſolum nunc ſaeuiet Aeſona pontus?
Non iuuenem in caſus, eademq̨ pericula Acaſtum
Abripiam? inuiſae pelias freta tuta carinæ
Optet, et exoret noſtris cum matribus undas.

Contra nubila. Cótra cœlum nubiloſum: quod mari pręcipue dominatur: in quo nubila ſtabulari uidentur. Nunc ſæuiet. Scribendum: nun ſęuiet. Eſt interrogatio plena ſtomachi et indignationis. Mare inquit ſolum ne terrebit Aeſona? profecto non terrebit. adducam mecum Acaſtum Peliæ: ut pater eius diſcat Aeſonis filium nó ſolum moriturum: ſed Acaſtum ſecum. Abripiam. Raptim abducá.

Optet freta tuta. Subintellige faxo. cum Acaſtum abduxero faciam Pelias deſideret profectionis noſtræ tráquillitatem: ſaltem miſeratus filii: ſi uon mei: qui eadem naui uectabitur. Inuiſę carinę. Naui: quam oderit et deteſtabitur Pelias. Cum matribus noſtris. Cum matres minyarum pacatum argonautis mare precabuntur: faciam ut ſecum Pelias: licet nó lubens: deos oret: faueát nobis ut filio ſuo faueant. Vndas. Maritimos deos tempeſtatum pręſides. Cum tanti. Scribe conanti: hoc eſt ui quadam et dolore mentis exprimenti. Aduenit lęuum. Venit ad lęuum latus. hoc eſt in partem ſiniſtram euolauit. Augurium a leua parte ſolet eſſe proſperũ: qđ a leua parte nobis ortus mũdi perhibetur. Macrobius libro quinto Saturnalium Flaccum noſtrum oppugnare uidetur: ita loqués. Virgilius nec homericę aquilæ omen aduertit: quæ a ſiniſtra ueniens uincentium prohibebat acceſſum. Quæ uerba ſignificare uidentur aquilæ uolatum ad ſiniſtram: acceſſum prohibere: cum tamen augurium hoc datum Iaſoni: ſit ad ſiniſtram. et nihilominus minyæ accedent in colchos: cui Ennius adſtipulari uidet̃ his uerbis. Intonuit leuum bene tempeſtate ſerena. Plautus cóſimiliter ait. Auſpicio liquido: aui ſiniſtra. Cur auſpicia leua ſint meliora: cauſam ex Plutarcho require in queſtionibus. Dionyſius antiquitatũ libro ſecundo. Ponunt inquit: Romani fulgura: quæ a ſiniſtris in dextram cadunt proſpera: ſiue ab etruſcis docti: ſiue pręcipientibus eis patribus tali quadam: ut puto: ratione: qđ ſedes quidem: ſtatioq̨ optima eorum: qui per auguria deorum conſulunt: ea eſt: quę in orientem proſpicit: unde ſolis relationes fiunt et lunę aliorumq̨ errantium atq̨ ſtellarum fixarum. Orbis quoq̨ circumuolutio: per quam ſupra terram quádoq̨ omnis: quę in eos fiunt: quádoq̨ intra: ſumpto inde principio circularem motum reddit. In ortum enim ſpectantibus dextrę partes in ſeptétriones fiunt: leuæq̨ in meridiem uergunt: pretioſiora autem natura ſunt priora poſterioribus. Attollitur autem a ſeptétrionis parte: ac ſi ipſius polus circa quem fit orbis cóuerſio: et ex quinq̨ circulis ſphęram ambientibus: is qui uocatur arcticus nobis ſemper apparet: deprimiturq̨ ab auſtrali parte is: qui uocatur antarcticus nobis ille non apparés. Veriſimile eſt autem cœleſtium et ſublimium ſignorũ ea eſſe optima: quę ex optima ſunt parte. Addit mox Dionyſius cur ſiniſtra fulgura ſint bona: docetq̨ apud priſcos conſtitutum fuiſſe neminem regnum aut magiſtratus capere: niſi deus eis eorum auctor fieret. manſitq̨ diu a Romanis cuſtoditus hic mos auſpiciorum: nec ſub regibus tantum: ſed ſub regum egeſtione conſulum et priorum creatione. Obſoleuit autem ętate noſtra niſi quatinus imago eius quędam adhuc relicta eſt: quę ſit huius religionis cauſa. Collocantur enim qui ſunt magiſtratus accepturi: exurgenteſq̨ ſub lucem precationes quaſdá faciunt aperto cœlo: pręſentiumq̨ aliquis auſpicum: qui mercedem de publico accipiunt fulgur eis indicare a ſiniſtris dicitur: etiam ſi nullum fuerit. Illi autem capta ex auſpicio uoce ad magiſtratus capeſſendos abeũt.

Leuum augurium.
Priora poſterioribus pręſtátiora
Auſpiciorum rõ mutata p Lucano.

Iouis armiger. Aquila: quæ in bello giganteo fulmina Ioui contra gigantes ſubminiſtrauit. Scribit Plinius uitulos marinos ſolos ex marinis animantibus fulmine non percuti: ſicut nec e uolucribus aquilam: quę ob hoc armiger huius teli fingitur. Aquila quidem quæ Ganymedem rapuit ſignum eſt in celo conſpicuum: ut legimus in gręco etymologico. Aetos quę dictio ſignificat aquilam. deriuatur ab ἀισσω: quod eſt impello: et impetum facio: quod in uolatu impetuoſa eſſe ſoleat aquila. αἰτός et αὐτός dicitur: uel παρά τὸ ἀεὶ ἔτεος εἶναι: ideſt. Qđ ſemper augurium aquilę ſolet eſſe ueridicum. Dicitur autem aquila Ioui ſignum ueritatis attuliſſe. Eſt ſpecies herbæ aquila.

Aquila.
Aetos.
Aquila ſignũ ueritatis.

Talia conanti, læuum Iouis armiger æthra
Aduenit, et ualidis fixam erigit unguibus agnam.
At procul e ſtabulis trepidi clamore ſequuntur
Paſtores, fremituſq; canum. citus occupat auras
Raptor et Aegæi ſuper effugit alta profundi.
Accipit augurium Aeſonides, lætuſq; ſuperbi
Tecta petit peliæ. prior huic tum regia proles
Aduolat, amplexus fraternaq; pectora iungens,
Ductor ait, non degeneres: ut reris: Acaſte
Venimus ad queſtus, ſocium te iungere cœptis
Eſt animus. neq; enim Telamon, aut Canthus, et Idas
Tyndareuſq; puer mihi uellere dignior helles.
O quantum terræ: quantum cognoſcere cœli
Permiſſum eſt, pelagum quantos aperimus in uſus

Aethra. Aquila coquit oua. Gagates lapis pro Lucano. Aetites nō ętites. Excharta-bula. Altiuola. Humiuola

Aethra. Serenitas aeris altiſſimi. Solet enim aquila ętherias plagas iuolare. Propterea a Virgilio di-ctum. Aetherea quos lapſa plaga Iouis ales aperto turbabat cœlo. Subdit Seruius: Iouis ales aquila: quę in tutela iouis eſt: quia dicitur dimicanti ei contra gigantes fulmina miniſtraſſe: quod ideo fingitur quia per naturam nimii eſt caloris: adeo ut et oua quibus ſuperſedet poſſit coquere niſi admoueat gaga-tem lapidem frigidiſſimum: ut teſtatur Lucanus. Tepefacta ſub alite ſaxa. Sed ut obiter hoc pro appen-dicula noſtris addam commenta-riis: ſcito gagatem lapidem: quem Lucius i Apologetico tradit mor-bo comiciali prodeſſe: et eſſe qui in aquilarum nidis iuenitur: quē Plinius ab aeto, i. aqla cēſet aeti-ten quadriſyllabum appellari: nō ętiten: ut habēt grammatiſtarum exchartabula. ἀετος ὑψιπετ-της dicitur ab Homero: hoc eſt aquila alte uolans. Latini altiuolā dicere poſſunt: ut humiuolā: quæ prope terrā uolitat. Maro duabus dictionibus homericā uocē unā: expreſſit. ſic. Viq; uolans alte ra-ptum cum fulua draconem Fert aquila.

Aethra. Emēdatus ſacer hym-nus.

Aethra pro aere lucido et ſuperiori ponitur: Maro perinde. Neq; lucidus ęthra ſiderea polus. In hymno in Soterem noſtrum. Terra: pontus: ęthera: ſcribēdum canoniſmo grammatico id exigē-te. Terra: pontus: ethraq;. Fri-git. In ſublime ſuſtollit. Quidam legūt eripit: quidam gerit. alii uehit. nō abſurde omnia. E ſtabulis. Paſtores erūpētes ex mapalibus et locis ubi ſtabulantᷣ armēta et greges cōclamāt: et aquilā agnū iuun-cātē: ut ait Lucius: abſterrēt: ne poſſit: aut audeat auferre.

Iuncare.

Inūcare. n. ē: ut hoc te ſuperpōdio remittā ho-nuſtū: unguibus uncis arripere. Trepidi. Feſtini accelerātes. Fremitus. Subintellige ſequitᷣ: ut ue-locitate ſua canes relinquere cogāt arreptū agnū: anteq̄ ſe tollat i al s. Citus raptor. Aquila uelox ra-piens greges.

Aegęū mare. Fuga. Superbū.

Aegęi. quoniā hoc augurīū fiebat in ęgęo mari p quod i colchos moturus ē Iaſon. ęgeū mare uel a morte ęgęi Theſei pris: q i illud ſe pcipitauit: uel a ſcopulo ſpeciē capræ pſeferēte: nūc uulgo uocatᷣ Archipelagus. Effugit. Euolat. fuga ē diſceſſus celer auctore Marcello: Plautus in aſinaria. Fe-ſtina et fuge. Alta. Magna ac ingētia ſpatia. Accipit. In bonū uertit: ſibiq; a Ioue pſperū ſignū offer-ri putat Iaſon. Lętus. pp felix auguriū. Superbi. Marcus Tullius inquit ſupbū uocē eſſe: cui ſubeſt quidqd ē neqtię: ſceleris: elationiſq; tyrānicę: uolētes Tarquiniū uitiis oībus ſcatētē ſignificare: dixere ſuperbū. Et ſi me nō pterea opinio Liuii: qui ſuperbū Tarquiniū cognominatū autumat qd ſocerū ge-ner ſepultura phibuit. Seruius honoratus interpres tradit Maronē Tibur appellaſſe ſuperbū hiſtoriæ ueteri decēter alludētē. Cum. n. Tiburis municipes cauſam elate in ſenatu dicerēt: reſpondere patres: ſuperbi eſtis tiburtes: nec alio ſunt dignati reſponſo. Plautus in amphitryone ſuperbū uocat mortuum quoniā defuncti feretro tolluntᷣ. Humeris uiſpillonū: ſuperq; aliorū capita feruntᷣ. Flaccus igitur Pe-liam inhumaniſſimū tyrannū cum Cicerone nūcupauit ſuperbū hoc eſt ſcelerū colluuie refertiſſimum.

Tiburtes ſuperbi.

Huic. Ad hunc Iaſonē uenientē. Regia proles. Acaſtus regis Pelię filius. Aduolat. Accelerat. Fraterna. Patruelica et conſanguinea. Ductor. Iaſon. Degeneres. Viles et muliebriter flētes. Vt reris. Cōiicis et putas. Acaſte. Nō accedimus ad te more fœminarū flētes: qd a te fratre cariſſi-mo diſcedimus. Frat Pelię filius Acaſtus: quem ueniſſe nō inuitatum ab Iaſone: ſed amore laudis: pa-triq; uerba dediſſe ſcribit Apollonius in primo. Ad queſtus. Ad lachrymas: ut cōqueramur qd diſiun-gimur. Cœptis. Immortalibus et glorioſis: ne tibi inuidere uidear hanc gloriā. Neque enim. Senſus eſt. Nō putabimus fortiſſimū Telamonē ſinguloſq; minyas eſſe digniores hac expeditiōe q̄ noſter Aca-ſtus Ante annos animūq; gerēs: mentēq; uirilē. Addēdo laudes incitat eū: et ad gloriam ſtimulat. De Telamonis: Canthi: Idę genere et origine dicemus inferius. Tyndareus puer. Caſtor: qui fuit mor-talis: et lynceo cōcidit enſe: Tyndari filius: Pollux: et Helena iouis. Mihi dignior. Supple. habetur.

Acaſtus.

Vellere Helles. Pelle aurea Phrixi fratris Helles. Quātū terrę. O di boni quantū ſpatiū cœli: et locorū ſub peregrino cęlo poſitorum. Permiſſum ē. Cōceſſum ē nobis. Quātos aperimus I uſus. In quātā mortaliū utilitatem aperimus mare. Aperire mare eſt intactum prius reperta nauigatione facere peruium. Vſus. emolumenta aperti maris: commercia mandi: quę ſecantur rationem nauigandi ab Iaſone repertam.

Aperire mare.

Nunc forſan graue reris opus. Nũc forſitan exiſtimas aperire mare eſſe difficile: operoſum: erũnoſum: quod ego non diffiteor: ſed cum parta uictoria naue coronata redibimus: tunc dulciſſimũ uidebitur nauigaſſe. Cum enim: ut ſanctiſſime Fauorinus: uel Taurus ut alii uoluut: dicere ſolebat: facimus aliquid per laborem ſiue dolorẽ: abit dolor: remanet uoluptas. Lęta. utpote uictrix: triumphans.

Recurret. Reuertetur. Reddet. Reſtituet incolumem in patriã. Iolchon. Patriã Iaſonis regiam Theſſaliç. Ouidius. Iolchiacos repetet cũ coniuge portus. Iolchus inquit Stephanus: ciuitas theſſaliç ab Iolcho Amyri filio: a quo amyricon locus lariſſeorũ. Gentile iolchius et iolchis et iolchias. Quis pudor. Puderet te ceſſaſſe ut meticuloſum et degenerem: nec ad gloriam nobiſcũ properaſſe: deſides plumas: pr̃is: patriçq; delicias uirtuti: famęq; pręponentẽ. Heu. Epiphonema interpoſitum artificioſe: ut uideat̃ amisereri acaſti gloriã contẽnẽtis: ſine gloria uicturi.

Nunc forſan graue reris opus, ſed læta recurret
Cum ratis, et charam cum iam mihi reddet Iolchon
Quis pudor heu noſtros tibi tunc audire labores?
Quas referam uiſas tua per ſuſpiria gentes?
Nec paſſus rex plura uirum. ſat multa parato
In quęcunq; uocas. nec nos ait optime ſegnes
Credideris, patriis ue magis confidere regnis
Quam tibi, ſi primos duce te uirtutis honores
Carpere, fraternæ ſedeatq; adcreſcere famæ.
Quin ego nequa metu nimio me cura parentis
Impediat, fallam ignarum, ſubitusq; paratis
Tunc adero primas linquet cum puppis harenas.
Dixerat. ille animos promiſſaq; talia lætus
Accipit, et greſſus auidos ad littora uertit.
At ducis imperiis Minyæ, monituq; frequentes

Tunc. Poſt uictoriã nobis reducibus. Quas. q̃ memorãdas et ſcitu digniſſimas. Per ſuſpiria. Te ſuſpirãte qd̃ tam bonã: tã iuſtam quęrendę glorię deſerueris auſã. Rex. Acaſtus regius puer. Infra. Et preſſam regibus alnum. Sic Maro Ariadnã reginam uocat quaſi regis filiam: his. Magnũ reginę ſed enim miſeratus amorẽ Dędalus. Sat multa. Subintellige uerba feciſti mihi ad nauigationem parato. Sine exordio: ſine narratione eſt reſponſio: pueriliter.

Iolchos. Iolchius. Iolchis. Iolchias.

Rex. Regina.

Parato. mihi qui ſum paratus: et ego potius freno q̃ calcaribus. In quęcunq;. Diſcrimina: pericula. Vocas. Inuitas: hortaris. Optime. Rebatur Acaſtus inuitari ad gloriam participandam affectu optimo: non aſtu: non uaframentis. Segnes. Tepidos et iacentis animi. Quaſi ſine igne.

Confidere. Non magis ſpem meam in patre: in regno paterno: q̃ in amore tuo colloco. Confirmatio eſt quę ſequitur. Auget amorem Iaſonis. Contra reddit eum certum ſummę beniuolentiæ.

Quam tibi. A quo habere potero quidquid ducem facit admirandum: inſignem: pręclarum. qui me ad laudem introduces: et erudies περὶ τὰ τάκτικα. Si ſedeat carpere. Si mihi placebit: ut placebit: pręripere occaſionẽ ad uirtutẽ militarẽ. Si ponitur ꝓ quia. Primos honores. τὰ προγυμνάσματα pręexercitamẽta uidelicet et rudimenta prælibare ac imbui in militaris ſcientiæ rudimẽtis. Sedeatq; adcreſcere famæ. Cõtra ſi placeat tibi me docere ut tecum cõcreſcã ad uirtutem. Dicitur quis adcreſcere famæ alterius: quãdo apud illũ gloriæ et ſtudio nauat operã: ut accreſcere ſit apud et iunctim creſcere. In codice pantiquo legitur. Fraternę eueniatq; adcreſcere famę. In emendato. Fraternæ liceatq; hęreſcere famę: hoc eſt hęrendo tibi ad famę tuę participationẽ peruenire liceat: Tu ex diuerſis lectionibus elige qd̃ aio tuo ſedeat. Sedere cũ dãdi caſu ſignat placere. i deuteronomio uerba ſunt hęc. Sin aũt poſtea ſederit animo tuo: dimittes eam liberam. Maro. Idq; pio ſedet Aeneæ. Anhelandũ ad famam a generoſis animis monet Silius libro quarto punicorum de Romanis loquens. Sic.

progymnaſmata.

Sedere. Anhelãdũ ad famã.

Iuuat ire periclis
Ad decus: et dextra memorandum condere nomen
Quale dedit nunquã rebus fortuna ſecundis.

Quin. Etiam. immo fallam patrem ignarum: hoc ẽ ignaro patre faceſſam. Cura parentis impediat. Curam in hoc loco pro diligentia ponit. ne parentis mei cura a propoſito diuertere poſſit: ignarum patrem decipiam. Metu nimio. Quoniã patrẽ de me curioſum ualde formido. Subitus. Fere improuiſus. Paratis. Vobis cum eritis in procinctu: et ita fecit ut auctor eſt Apollonius.

Primas harenas. Cum eritis in procinctu diſcedendi: et cõmodum orã ſoluentis. Dixerat. Finierat Acaſtus. Ille. Iaſon. Accipit animos. In bonam partem accipit iuuenis animoſi reſponſa ad gloriam nitentia. Greſſus auidos. Pro ipſe auidus graditur. Ad littora uertit. Ad mare cõuertit.

AT ducis. Incipit hic Minyarum ad famam gloriamq; tendentium profectio in expeditionem colchicam. Minyæ. Argonautæ: heroes q̃nquaginta. Monitu ducis. Sic Iaſone monente. Frequentes. Pro frequenter.

Minyarum expeditio.

Puppem humeris ſubeũt. Nõ humeris ferũt: ſed humeris trudũt et ꝑpellũt ĩ pelagus. Apollonius ꝭ
Τῶν δ' ἐναμοιβαδὶς αὐτοὶ ἐνίσταιεν ἀμφοτέρωθεν στέρνας ἐμοῦ καὶ Χεῖρας ἐπὶ λασσον.
Phalanges Hoc eſt ad opus ſurrexerunt utrinq; pectore: humero: et manu trudebant. Addit Rhodius impoſitꝭ
Trudes. phalanges. i. trudes fumigaſſe cum Argo procurreret. Tento. Explicato: tracto: quod fit in enixu.
Poplite proni. Ex Orpheo: qui ſic minyas hortatur. Eia agite inuictis pectoribus funes alacriter im
pellite: et ſolida ueſtigia gradiẽdo
figite: ſumma pedum extendendo
geminis pedibꝰ innixi. Locus ab
aſcenſu Argonautarum dicatus
Embaſius eſt Apollini Embaſio. Decur
Apollo. runt. In maris harenam primam
connituntur. Anhelis. Anhelã
tibus argonautis ex labore nimio.
Nauticus. Celeuſma dicit: cla
mor Helciariorum ab Epigrãma
Helcium. tario hoc eſt illorum: qui Helciũ
Helciarii. id eſt funem laqueatũ circũdan
tes humeris per litora nauem tra
hunt: unde Helciũ ſparteũ Apu
leio pro circulo: qui collo equo
rum currus et carpenta trahentiũ
apponi ſolet: ut cõmodius carru
cam moueant.

Puppem humeris ſubeunt, et tento poplite proni
Decurrunt, intrantq; fretum. non clamor anhelis
Nauticus, aut blandus teſtudine defuit Orpheus.
Tum læti ſtatuunt aras. tibi rector aquarum
Summus honor: tibi cæruleis in littore uittis
Et Zephyris, Glaucoq; bouem, Tethydiq; iuuencum
Deiicit Ancæus, non illo certior alter
Pinguia letifera perfringere colla bipenni.
Ipſe ter æquoreo, libans carcheſia patri
Sic ait Aeſonides, O qui ſpumantia nutu

Blandus orpheus. Qui Argonautis blandiendo: dulceq; carmen et demultoriũ inci
nendo laborem omnẽ abſtergebat: uegetioreſq; reddebat ad opus. Egregios heroas appellando et rogã
Orpheus. do nauim Argo ſequatur melos et lyram mellitam: quam olim ſecuta ſunt ſaxa: quercus: quo uelut au
dito palladia carina mota diſiecit phalanges trabium denſas: Hoc eſt trudes: quę ſubter iacebãt uno fu
ne pręſentę. Ingreditur lętabunda portum: et littore cedit repercuſſo. Cicero ſcribit in libris diuinatio
Certon. num Ariſtotelem docere nunquã fuiſſe Orpheum: id carmen pythagorçi ferunt cuiuſdam fuiſſe certo
nis. Lęti. minayę propter nauẽ alacriter abeuntem. Statuunt aras. Apolliui Embaſio: congeſtãq;
aram ex maris lapillis paſſim collectis. Rector aquarum. Neptũne. Summus honor. Summum
ſacrificium adhibetur: ut qui in omnia quæ ad mare ſpectant ſummum habes imperium. Cęruleis
uittis. ut eſſent Neptũno maris deo concolores. Et Zephyris. ut fauentes habeat: et iugiter afflantes
nitui ſuę. Ordo. Ancęus deiicit tibi O neptũne et zephyris bouem et Thethidi iuuencam redimitus:
ſupple uittis cæruleis. Glauco. Deo maris: ex piſcatore herba guſtata. unde inquit ille. Tactaq; quẽ
Foemina li ſubito fecerat herba deum. Tethidi iuuencum. Quidam codices habent: iuuencam: ut ſexus tethi
tabat. di magis congruat. Adde qđ foemineus in ſacris ſexus magis litabat: ut in tibicinis patet. Quin ſi ma
Piacularis ſculus ſexus nõ placabat: ſuccedebat hoſtia fœmina piacularis. Deiicit. ſternit: iugulat: occidit. An
Ancęus. cęus. Ancęus: ut ait iterpres Apollonii lib. ꝑmo: Lycurgi et Antinoes filius cũ fratre Epiocho. Colitẽ
apud Archades ut inqt Ariſtomenes. Huius lycurgi meminit Homerus. fuit uates. Orpheus auctor ẽ
ab Archadia coactũ a patre nauigaſſe cũ minyis ancęũ. Illo. Ancęo. Certior. Certiori loco feriens.
Alter. Sacrificulus et uictimator. Perfringere. cędere. Letifera bipẽni. cultro uictimario: cui no
Vepennis. mẽ ſeceſpita utrinq; acuto uel inuẽte Tibullo. Ipſa bipẽne ſuos cędit uiolẽta lacertos. Cęterũ Epigrã
Verenlla. maticus poeta uepeñẽ paruũ uocat penẽ: quẽ Lucius Apuleius ueretillã dixit: cũ Hieronymus Traql
Pro Mar lusq; teſtes locupletiſſimi ueretrũ ꝑ uerẽdis uſurpẽt: ſemidoctũq; uulgus paſſim dictitet. Quãuis apud
tiali. urbaniſſimũ poetam modo pipina: modo bipennis a mutis et orbis magiſtris perperam legeretur. Se
Seceſpita. ceſpita uero: ut hoc incidenter non ignores: gladius eſt quo uictimę conficiunt: unde uictimator ſecepi
Seceſpita tator appellatur: qui et Popa uocatus eſt. In quam ſententiã prolatum illud a Propertio libro quarto.
tor. Succinctiq; calent ad noua lucra popę: quod interpretes prorſus ignorarunt: et nos affatim in noſtra
Popa. congeſſimus annotamenta. Ter. Eſt enim trias ſiue ternio ut inquit Auſonius numerus ſacris accõ
Enarratus modus utpote primus impar: cum monas numerum non faciat: unde reſultant numeri perfecti. A lati
Propertius nis etiam Celio Ternio uocitatur. Triada gręci uocant. Carcheſia. Pateram Plautus interpretatur
Ternio. uas faſtigatum utrinq; anſatum: de quo Macrobius multa: et nos alibi copioſius Patri æquoreo.
Monas. Neptunno. Quatis. Iaſonis oratio ad Neptunnum graphice decenterq; conuerſa: cum Apollo
Trias. nius libro primo ad Apollinem flectat. His pene uerbis. Iaſon m. uebat hortatus patrium Apollinẽ.
Carcheſia Audi rex pagaſen ciuitatem et Aemoniam habitans a noſtro parẽte cognominatam: qui mihi pythiam
Enoſich cõſulenti iuſſiſti ſperare profectionem in colchos: et quę ſecuntur. Bene dixit: quatis: qđ Neptunnus
thon. ἐνοσίχθων: et Enoſigeus appellatur: a latinis Telluriquaſſo et Tellurimoto qđ aquam credebant anti
Enoſigeus qui eſſe cauſam terręmotus: Primariam Ariſtoteles et magnus Albertus uentos poris terrę concluſos:
Tremoris exiſtimarunt. Romani deo incerto ſacrificabant cauſam terrę trementis ignorantes. De motibus terrę
terrę cauſa. Marcellinus: Apuleius: Seneca: Plinius in ſecundo naturalis hiſtoriæ: meminerunt.

Completeris

Complecteris. Circũdas et ambis. Terra enim ut inſula aquis circuluitur. Salo. Mari. Prouerbium eſt. Mens eſt in ſalo: fluctuat uidelicet et ambigit. Illicitas. Intentatas: et humano generi denegatas. Homo nãq; animal eſt terreſtre non aquaticum. Hyemem. Tempeſtatem, qđ repugnante natura et fatis pelagus ingredior. Sed non ſponte feror. Inuitus penetro fatis huc trahentibus: nõ ex animi mei ſentẽtia. Eſt excuſatio ſceleris: magni quidem. ſed admiſſi ab homine coacto. Nam ut inquit ille. Contra quis ferat arma deos? Mens eſt in ſalo.

Regna quatis, terraſq; ſalo complecteris omnes,
Da ueniam: ſcio me cunctis e gentibus unum
Illicitas tentare uias, hyemem'q; mereri.
Sed non ſponte feror, nec nunc mihi iungere montes
Mens tumet, aut ſummo depoſcere fulmen olympo.
Ne peliæ te uota trahant. ille aſpera iuſſa
Repperit, et colchos in me luctum'q; meorum.
Illum ego tu tantum non indignantibus undis
Hoc caput accipias, et preſſam regibus alnum.
Sic fatus pingui cumulat libamine flammam.
Protulit ut crinem denſis luctatus in extis
Ignis, et aſcendit ſalientia uiſcera tauri
Ecce ſacer totuſq; dei per littora Mopſus.

Iungere montes. Monti montẽ ſuperponere quod antiqui fecere gigantes. Demoſthenes auctor eſt gigãtes homines fuiſſe furioſos et dementes: qui dis immortalibus bellum inducere ſunt crediti: quoniã iuſtitię iudicibuſq; non obtemperabant. Mens tamen. Scribo refragrantibus omnibus exemplaribus: quę hactenus uiderim. Mens tumet quo ſignificatur non eo tumore ac elatione animi: et ſuperbia: Iaſonẽ efferri ut tentando hactenus maria inexpta: deos maritimos capere et uexare prǽſumat: ut ſuperbi terrigenę factitarunt: qui ſuperis Iouem deturbare conati ſunt. Quos gigãtes uidelicet Mythologi dixerũt fuiſſe bellicoſos homines: qui campeſtrem planitiem: et ualles incolẽtes in Iouẽ regẽ mouerũt: qui olympi montis ſuperiorẽ partẽ inſederat: unde locus fabulę datus ſerpẽtinos pedes habuiſſe: et ut Ouidius appellat anguipedes: qđ ab imo ad ſupiora more ſerpẽtũ tẽdẽbãt et Olympi excelſitate anſam fabulę accõmodãte. Gigantes. Depoſcere fulmen. Inducere Iouẽ iniuſta depoſcendo ut in audentiſſimos mortales fulmina cõtorqueret. Potes et interpretari qđ gigãtes depoſcebant cũ cęlũ peterent ut ipſi nõ Iuppiter: eſſent fulminatores. Olympo. Vel ex cœlo depoſcere uel ſupimpoſito cęteris mõtibus olympo enti i cęlũ. Vota Pelię. Iniuſta et iniqua. Trahãt. Flectãt te neptũnũ i ſniam ſuã. Cupet. n. Pelias ut me i ſalſo ęquore ſũmergeret. Ille. Pelias. Aſpa bella repperit. Inuenit quõ me et meos occideret iubendo aſpera maria perſulcare. Colchos in me. In fata mea et exitiũ pfectionẽ colchicam excogitauit. Luctum. Cladẽ lugubrem meorũ: ſanguinis mei uel minyarum. Illum ego. Eclipſis eſt: hoc eſt defectus ſermonis: et cõgruę qui iraſcitur pturbata mẽte eſt. ut illud. Me me adſum. Idem alibi. Incipit effari: mediaq; in uoce reſiſtit. Terẽtius. Quẽ quidẽ ego ſi ſenſero. Maro libro primo æneidos. Quos ego. ſed motos pſtat cõponere fluctus. Significat ergo. Illũ puniã Peliã: et ulciſcar iniuriam: ſed cũ minime deceat coram deo alterius mortẽ exoptare: cum reuerẽdę uetuſtatis exemplaribus legamus. Ille metu: hoc ſenſu. Repperit colchos in me luctumq; meorũ: et ille repperit hoc metu. i. cœlo et coruſcatione regni iſtaq; pronominis epanaphora facit incrementum canino ſtomacho.

Tantũ hoc caput accipias. Rogo folũ accipe hoc caput: hoc eſt me ipſum et uitam meã: ut Maro. Vnũ pro cunctis dabitur caput. Preſſam. Honeratã regibus minyis regũ filiis. Alnũ. Nauim. Alnus enim arbor in aquis cariem non ſentiens. Pingui libamine. Hoſtiis pinguibus et extis interaneiſq; uictimę adipe plenis. Regrebant. n. huiuſmodi uictimę ad ſacrificiũ: ppterea omẽtũ liquefiebat: et in ſacris peculiariter adhibebat: de quo a Catullo dictũ. Omẽtũ in flãma pingue liquefaciens. Cui ſuccinit Perſius. Iunicũ omẽta liqueſcãt. Apollonius quoq; rhodius libro primo: de ſacrificio eodem ab Alceo procurato tradit lignis ſiccis combuſiſſe huiuſmodi: ut reor: exta. Libamen uero uocat quidqđ libat. Omentum. Libamen.

Cumulat flãma. Accumulat ignẽ ſuperimpoſitis extis: quod Apollonius inquit κατὰ σχίζῃσι.

Vt. Poſtq̃. Protulit crinẽ. Exeruit uerticẽ: et radios altiores: et innuit pyromãtiã pcuratã ab Iaſone: de qua meminit Seneca et Apuleius. Sidonius ignĩſpiciũ dicit. Luctatus. Ignis cõceptus tãdem conatus erũpere. Luctari: ẽ egredi conari uel puincere. Ouidius. Luctatuſq; diu miſerãdos ſpiritus artus Deſerat: et longa torqueat ante mora. Eluctari quoq; in eadẽ ſignificãtia ponit. Auſonius. Tãdem eluctati retinacula blãda moratũ: Deluctari Plautus inquit. Vis uerbi a lucta tracta eſt: in qua magno conatu res agit. Denſis. Pinguibus. Aſcẽdit. qđ ignis in altũ erũpit. Saliẽtia. Palpitãtia. quoniã recens taurus cęſus erat. Ecce. Significat ſemper rẽ mirãdã et nouã: ut nũc diuinatio numine correpti. Totus dei. Omni ex parte a deo poſſeſſus: ſunt qui repugnãtibus tamẽ exemplaribus: Plenus dei. Pyromãtia. Ignĩſpiciũ.

Mopſus. Quẽ Cicero in diuinationibus inq; fuiſſe augurũ optimũ. de quo Apollonius lib. primo. Mopſus.
ἦλυθε δ' ἀμπυκίδης μόψος Τιταρήσιος ὃν περὶ πάντων Λητοΐδης ἐδίδαξε θεοπροπίας οἰωνῶν
ideſt Venit et Mopſus Titareſius: quẽ prę oibus Apollo docuit auſpicia. Fuit Ampyci filius et Chlo

ridis. Titaron. i. τιτάρων inquit Stephanus ciuitas Theſſaliæ: quā Titaron Lycophron ait. gētile Titaronios. Eſt et Titareſus fluuius Theſſaliæ gentile Titareſius a quo Mopſus dictus Titareſius.

Immanis uiſu. Terribilis ad uidendū. Creſcūt. n. ora correptis numine. Maro in ſexto. Sed pectus anhelū: et rabie fera corda tumēt: maiorq́ʒ uideri: nec mortale ſonās afflata ē numine qn̄ iāppiore dei.

Vittam rotat. Vittatū caput circūligat: et circinat: uel circūagit: quod furentes ſolebāt et diuinaculi

Corybātia

quam corybantian græci dixere.

Immanis uiſu, uittamq́ʒ comamq́ʒ per auras
Surgentem, laurus q̄rotat, uox reddita tandem
Vox horrenda uiris. tum facta ſilentia uati.
Heu quænam aſpicio? noſtris modo concitus auſis
Aequoreos uocat ecce deos neptunus, et ingens
Concilium. fremere et legem defendere cuncti
Hortantur. ſic amplexus, ſic pectora fratris
Iuno tene. tuq́ʒ ó puppem ne deſere pallas,
Nunc patrui nunc flecte minas. ceſſere, ratemq́ʒ
Accepere mari. per quot diſcrimina rerum
Expedior. ſubita cur pulcher harundine crines
Velat Hylas? unde urna humeris? niueoſq́ʒ per artus
Cœruleæ ueſtes? unde hæc tibi uulnera Pollux?
Quantus Io tumidis taurorum e naribus ignis?
Tollunt ſe galeæ, ſulcisq́ʒ ex omnibus haſtæ,

Surgētem. Eleuatā et erectam. Poteſt referri ad uittā etiā ad comā quæ horrore percitis aſſurgit: un/de Manauit illud. Diriguere comæ Et. non comptæ manſere comæ. Laurus. Erat coronatus lauro Mo/pſus: quæ arbor eſt dicata Phœbo uatum deo: quam Fulgentius teſtatur ſuppoſitam capiti dormiētis fa/cere ut uera ſomnia uideat. Reddita. Oraculum profatū a Mopſo. Horrenda. Ab attonitis audita. Viris. Minyis. Tum. Tūc cū uox Mopſi recidebat. Facta ſilētia. Ab argonautis. Cōticuere oēs loquēte Mopſo. Vati Mopſo loquē/ti facta ſunt ſilentia. Heu oraculum Mopſi formidoloſi: qui futurā tempeſtatē fœdiſſimam p̄cinebat. Quare ab epiphonemate dolendo auſpicatus eſt orationē. Videbatur enim aſpicere neptunnū: aut poſtq̄ audiuit mortales: tūc primū fabri/cata lignea mole auſos conatu temerario ingredi regnū ſuū p̄danter et hoſtiliter: quare cōcilio marinorum deorū conuocato: accingit̄ ad obruēdā Argo qd̄ celeriter feciſſet: ni eū Pallas exoraſſet. Quænā aſpicio? quę mōſtra: q̄ terribilia: quę īfortunia uideo nobis inſtare. Cōcitus neptunus. Cōcitus et p̄uocatus laceſſitus ad irā. Noſtris auſis. Noſtris audacis et temeritatibꝰ uocat eſſe: cōuocat ut adſint cōueniātq́ʒ ad cōciliū. Priſci codices habēt: Ecce: ut ſit ſchema Mopſi credētis argonautas uidere poſſe: quos ipſe uidet: et ideo uelut oſtēdēs: q ipſe uidebat inq̄t. Ecce Neptūnū cōuocāte deos. Ingēs cōciliū. Vel ē uel uocat Neptunnus. Fremere. Repete uerbum aſpicio: uel fremere pro fremunt aut fremebant.

Legem. Maris: qua cauetur mare inacceſſum eſſe. Defendere. Tueri. manutenere ut iuriſperiti dicunt. uolūt dii maris legē: iuſq́ʒ ſuū propugnare ne ab immortalibus occupetur. Hortant̄. Neptūnū hortantur ut defendat. Sic amplexus. Quēadmodū Mopſus Ampycides aſpiciebat nauē periclitari dis maris inſurgentibus: perinde cernebat Iunonē amplecti fratrē Neptunnū: rogare ut ei parceret. Tene amplexus ita ut facis. tene. i. perſeuera amplexando fratrē Neptūnū ut p̄cibus tuis delenitus naui ſluctuāti parcat. Pectora. Amplexu circūdata. Fratris Neptūni ne ſęuiat in minyas. Infra Neptū/nus. deliberabundus ſeruare nauē ſic inquit. Hanc mihi Pallas: et ſoror hanc: inquit: mulcēt mea pectora fletu abſtulerunt. Nunc. O Pallas. Patrui. Pro Neptūni. Repetit nūc: ad maiorē energiam.

Ceſſere. Dei maris uicti ſunt precibus Palladis et Iunonis: ceſſerūt ac indulſerūt eidem ut perambularet quacūq́ʒ uellet. Diſcrimina. Pericula. Videbat̄ etenim Mopſus afflatus numine intus bacchāte huc et illuc trahi: de periculo in periculū. Expedior. Extrahor ex periculo in periculū. Trāſibat enim de Scylla in Charibdim. Subita. Subito innata: quoniā factus ē deus aquarū. Videbat Mopſus Hylā detrahi a Fōtana nympha: et in aquarū deū trāſformari. Velat. Operit ac tegit. Vnde. Cui O Hylas mitteris aquatū cū urna. hyſteron proteron. prius ē ut aquetur: poſt ut urnā ferat. Cęruleę ueſtes. ſunt. Iterū indutus erat cęruleā ueſtē et undulatā Hylas cū trāſiit in numen aquarum. Vnde hæc tibi uulnera Pollux. Pollux lacedęmonius cū Amyco innani ac ſtauroſo rege bebrycū cęſtu certaminq̄ aſtu et agilitate ſuperatū ac delaſſatū proſtrauit quidē minyis ac bebrycibus admirātibus. Accepit tamē in aſſultu Pollux nōnulla uulnera: quare libro quarto inquit. Dūq́ʒ ea dicta ferūt: tenues tamē ire cruores Siderea de fronte uident; nec ſanguine Pollux Territus: aduerſo ſiccabat uulnera ceſtu. Io. Proh bone Apollo. uox bacchātis. Quātus. Quā admirabūdus. Videt ſingillatim ærūnas: et ab Iaſone diſcrimina exhauſta. Inſignis. Subintellige: emergit ac egredit̄. E naribꝰ tumidis. Tumefactis: quod fit ab equo et tauro ſuccēſentibus: quod indicatur p̄ flatu uariū. Subintellige: prodit: egreditur. Ouidius. Ecce adamantęis Vulcanū naribus efflant Aeripedes tauri. Tollūt ſe galeę. Hoies armati tumēte terra ſcaturiūt ac exiliūt. Nota fabula quēadmodū Iaſon domitis tauris: Dracone uigili occiſo: eius dētes terræ per ſationē cōmiſit: unde ſtatim armati hoies prodierunt. Haſtæ. Hoies ac milites haſtati: inter

ſe pugnaturi:ac proprio Marte mox caſuri. Iam iam. Partiliter:ut pars poſt partem prodiret Humeri. Surgebāt e ſulcis. Quem Martē:uel martiū anguem:uel Martis arā:ubi erat aureū uellus. Apollonius quarto inquit uellus poſitum in nemore ubi templum dicatum a Phryxo Διὶ φυξίῳ. Hoc eſt Ioui fugæ comiti. Idq; aurum immenſa phago ubi poſitum erat ſimile nubi cum ſolis radiis illuſtratur:quod imitatus eſt Maro. Talis erat ſpecies auri fulgentis opaca Arbore: ſic leni crepitabat bractea uento. Cōtra inquit Apollonius ſerpens longum extendebat collū:oculis inſopitis. Hoc addidi ut Ouidiū intelligas:qui libro metamor. ſeptimo ſic canit. Peruigilē ſupereſt herbis ſopire draconem Qui criſta:linguiſq; tribus præſignis:et uncis Dentibus:horrēdus cuſtos erat arboris aureę. Nonnulli male curioſi arietis aurei emendarunt proceleumaticum pedem perperam inſerentes:qui Apollonium non legerant. Reſipiſcant igitur:et ſua iugulent:quod ſapientes factitare ſolent ut inquit Ariſtoteles. In phago glandifera ſuſpēſam fuiſſe pellem auream docet itidem Orpheus. Nec ab re fuerit illic Martis aram fuiſſe:qui pater Aeetę fuit:ſed de hoc plura inferius. Quęnam. Intelligit Medeam quæ uecta draconibus per aera ferebatur.

Phyxius Iupiter.

Locus Virgilii.

Et iam iamq; humeri,quem circum uellera Martem
Aſpicio?quænam aligeris ſecat anguibus auras
Caede madens?quos enſe ferit,miſer eripe paruos
Aeſonide,cerno thalamos ardere iugales.
Iamdudum uates minyas ambage,ducemq;
Terrificat,ſed enim contra phœbeius Idmon
Non pallore oris,non ullo horrore comatum

Ouidiana lectio deféſa.

Iugulanda errata ſua.

In fago ſuſpenſa pellis

Aligeris anguibus. Serpentibus alatis:a.te magica formatis. Cędemadens. Filiorum. Medęa poſtq̄ ſe ab Iaſone deſpectam uidit ſuperducta Creuſa ſiue Glauce:filios proprios occidit:dein euolauit auecta ſerpentibus. Archię uatis in Medeam extat epigramma tenerū:molle:ingenioſum:in quo miratur hirundinem ſub Medeæ ſtatua nidificaſſe:quę nec quidē propriis filiis pepercit. Gręca auctoris uerba ſubtexere libuit.

Hirundo ſub ſtatua Medeę.

Α᾿ιαν ὅλην ἀνύουσα διιπταμένη σὺ χελιδὼν
Μηδείης γραπτῇ ξυντίδι νοσσοτροφεῖς.
Ε᾿λπῃ δ' ἠ ὀρταλίχων πίστιν σέο τήνδε φυλάξειν
Κολχίδα: μηδ' ἰδίων φεισαμένην τεκέων. Latine ſic. Terram omnem cū circūuolaueris hirundo ſub Medeę tabella picta filios teneros nutris. Speras ne in pullos tuos fidem ſeruaturam Colchida:ne propriorum quidem miſertam natorum? Quos enſe ferit. Non agnoſcebat Mopſus qui nam eſſent hi:quos Medea cędebat:uidebat tamē eſſe tenellos et impuberes. Miſer Aeſonide. Iaſon euētu miſer:ut cuius filii iugalabantē. Videbat Mopſus uel Iaſoni ſimiles eſſe:unde ſuſpicabatē eſſe cognatos:uel Iaſonē uidebat accurrētē filiis ſuppetiatū. Eripe. Medeę iugulanti. Thalamos ardere iugales. Video iratam Medeā poſt filios trucidatos ignē in thalamos Iaſonis iniicere:et regiā corinthiā exurere una cū Creuſa noua nupta. Hoc innuit his uerbis Plinius libro ſecūdo nat. hiſt. Similis ē natura Naphthę: ita appellari circa Babyloniā:et in auſtagenis Parthię profluēs bituminis liquidi modo. Huic magna cognatio igniū. Trāſiliūtq; protinus in eā undecūq; uiſam. Ita ferūt a Medea pellicē crematam:poſtq̄ ſacrificatura ad aras acceſſerat:corona igne rapta. Huic alluſit Apuleius libro pmo metamor. Et ut illa Medea unius dieculę a creonte impetratis induciis:totā eius domū:filiāq; cū ipſo ſene flammis coronalibus deuſſerat. Galenus Naphthae meminit:quia Medea ulta eſt pellicem:aitq; conſtare ex ſulphure et aſphalto hoc eſt bitumine. Cum Iaſone decem annos fere medea uixit:quatuorq; filios procreauit: Didymum: Theſſalū: Alcimenū:et Tiſandrū. Ex illo incendio quo Creon et Creuſa conflagrarunt ſolus euaſit Iaſon: Huius incendii meminit Horatius in epodo. Diodorus radice herbę magicę:cuius uis eſt ad incendiū accōmoda:ignē iniectū thalamis coniugalibus Creuſę putat. Sunt qui prodant Medeę filios dona ueneius illita ad nouercam tuliſſe. Quę cū geſtaſſet ſponſa Creuſa:incidit in ęgritudinē: cui cū pater auxiliū ferre tētaret:et ipſum illo ueneno tactū obiiſſe:cui peculiariter hiſtorię alludūt hęc horatiana. Cur dira barbarę minus uenena medeę ualēt:quibus ſupba fugit ulta pellicē magni Creontis filiā. Cū palla tabo munus indutū nouā incendio raptam abſtulit. Iugales. Cōiugales. cōiugis Creuſę. Arſit. Cōflagrauit. n. Corinthus Creontis regia. Vates. Mopſus. Ambage. Dictis implexis:et ad percipiendū difficilibus. Ducē. Iaſonē. Terrificat. Terroribus afficit ei ſua mala pręſagiēdo:mortem filiorū et incēdia. Lucretius utitur hoc uerbo. Contra. Ex altera parte prodit Idmon uir diuinus quidē:ſed qui patrē Phœbū quietius:mitius:trāquilliuſq; ſpirabat. Phœbeius. Phœbi filius uel diuinus Idmon. Intepretis Apollonii uerba ſunt hęc. Chameleon inqt Theſtorē: Idmonēq; a ueteribus uocari pp experiētiā. Alii dicūt et Theſtorē nauigaſſe cū Argonautiſ. Deiochus et Amphiaraū. Hic āt Idmon ut tradit Pherecydes filius fuit Aſterię Coronis filię et Apollinis. Interfectus fuit apud Maryandinos ab Apro. Auſonius Gallus de hoc itellexit illo uerſiculo. Idmona qd̄ uatē:medicū qd̄ Iapiga dicūt. ἰδμωσύνη ſciētia dicit̄: unde Idmon dictus. Viris. Scribēdū oris. Nullā habebat in ore rabiē. Cęterū pacatis erat et Trāquillus. Horrore. Terribili ueſania:ac furore reformidādo:qualis eſſe ſolet i

Naphtha.

Pro Apuleio.

Filii medeę

Horatius explicatus.

Idmon.

eo:qui a ſpiritu corripitur. Phœbo quieto. Afflatu mitis Apollinis. Cui. Idmoni. Genitor. Phœbus. Tribuit. Indulſit:conceſſit. Pernoſcere omnia. Auguria præſcire:et auium uoces. Omen proprie eſt in cantu auis:et ab ore deducitur. Confunditur tamen alias a poetis: ut apud Maronem. Et uolucrum linguas:et prępetis omina pinnæ. Monitu diuum. Dis per os auis mortales admonentibus. Seu flammas. Pyromantiā intelligit: de qua ſupra. Exta. Extiſpicium intelligit:cuius inuētor fuit Tages. Lubrica. uel ad tactū mollia:quę natura eſt extorum. Vel lubrica incerta immo potius adprehendi difficilia: uel quę in aliam partem recidunt q̄ putent. Comminus. Prope. Qui rimatur exta is adſtat:et proximus contemplatur. Plenum aera. Cœlū uolucribus plenum. Serpētes intelligit:quę uolatu futura prędicunt. Interroget. Diſquirat : ſciſciteť explorando futura ex auium uolatu. Certis pennis. Volatu auium certum pręſagiū ferēte. Sic canit. Sic pręcipit orandum Idmon ut uidebitis. Quantum augur Apollo. Hic incipit Idmonis diuinatio ad argonautas. Quantum : inquit Idmon:docet augurii deus Apollo et pyromantia hoc eſt diuinatio per ignem:quam ex flamma prima cōiectaui argonautis cū labore:timore:ſudore omnia ſuccedēt:ſed quæ diſcrimina tandem uirtus et nauis laborioſa fulta numine Palladis ſuperabit.

Terribilis plenus fatis Phœboq; quieto,
Cui genitor tribuit monitu prænoſcere diuum
Omina, ſeu flammas, ſeu lubrica cominus exta,
Seu plenum certis interroget aera pinnis.
Sic ſociis Mopſoq; canit. Quātum augur Apollo,
Flammaq; prima docet præduri plena laboris.
Cerno equidem, patiens ſed quae ratis omina uincet.
Ingentes duratæ animæ dulceſq; parentum
Tendite ad amplexus. lachrymae cecidere canenti,
Quod ſibi iam cluſos inuenit in ignibus argos.
Vix ea fatus erat, iungit cum talia ductor
Aeſonius. Superūm quando conſulta uidetis
O ſocii, quantiſq; datur ſpes maxima cœptis,
Vos quoq; nunc uires animoſq; afferte paternos.
Non mihi theſſalici pietas culpanda tyranni,

Durate. Cerno. Video quidem omnia plena laboris:ſed quem tamen ſuperabit argo. Ingentes animæ. Regii iuuenes:ſpiritus heroici: qui nulli difficultati cedere ſciunt. Durate. Perſeuerate. Maro. Durate et uos met. r. ſ. s. Tendite. Ite:enitimini. Sperate uos demum poſſe repedare: et ut priſci dicebant:domuitionem capeſſere. Patiens ratis. Metonymia. Continens pro contento. Si argonautæ patientes erunt:et perdurabunt certi non cedere iniquitati fatorū: Omnia. Aduerſa fata:et nouercantem fortunā. Cecidere. Defluxere. Canenti. Oraculū præcinenti.

Iam modo Iam. Modo:mox. Iam modo dicit pręneſtinus auctore Plauto. Cluſos argos. Clauſum reditum in patriam. Dicitur cui eſſe clauſa Bononia: quādo ꝑcluſus eſt in patriā reditus:et denegatum

De piis maioribus. eſt Bononiæ mori et conſeneſcere. Quod ſæpe maioribus meis ob factiones contigit:ut cōteſtabili Andalo imperialis factionis duci:qui plebecula urgente cum Forliuium cum tota ſe Bononienſi nobilitate:optimatibuſq; contuliſſet populi tumultu eiectis mox cum eodem populo conflixit dux cōcordibus

Cōteſtabilis Andalus. omnium nobilium exulum ſuffragiis electus:et egregiā uictoriam retulit. Quoius cineribus diuis ut de ſanguine noſtro optime meritis ſic in Threno patris applauſimus.

Imperiales Hinc conteſtabilis patriis decoratus opimis
Calcauit plebem:quo iam duce Liuia tellus
Patritias merito iactat fouiſſe catermas
Cū fera detumuit poſito plebs obruta faſtu.

Cū romani ciuili diſcordia laceri:mutili:et acephali:reipſuę uellent moderari:et cū tandē moderatorē romanū recuſarēt:foris quęrēdū Tertiū Catonē cenſuerunt:qui ſapiētia:conſilio ꝓſenti:animo:manu primarius eſſet:ex maioribus meis Andalum elegerūt. Sed canēdū receptui:ne gloriolas uenari uidear:et aliena potiuſq̄ mea fama uelle clareſcere. In ignib. In pyromātia. Diuinabat enim ꝑ igniſpiciū Idmon. Argos. Patriā ſuā argiuā. Nā obiit ipſe anteq̄ rediſſet in patriā. Iungit. Addit. Ductor Aeſonius. Iaſon aliquid addidit. Superū. Superorū: decorū. Quādo. Cū ſit. Cōſulta. Volūtates. Eſt oratio Iaſonis ad Argonautas ut progrediantť quādo deis placet iſta nauigatio. Cōſulta. Cōſilia:ſecreta. Datť ſpes cęptis. Offerť a dis ut ſperare poſſimus. Vos quoq;. Vos deos fauētes ſequimini: et uiribus ueſtris arripite: inſtateq; fauori numinum.

Animos paternos. Mihi aio:et uolūtate paterna cōſulite. uel regios:uiriles:quales erant patrū ueſtrorum. Non mihi. Antea O Argonautæ:inquit Iaſon:Oderam Peliam:cuius artifici dolo in mare trudebar ad manifeſtum. ut ita loquar:exitium. Nūc uero cum audio Mopſum et Idmona ex nutu deorum meam expeditionem fuiſſe canētes:qui:ut omnia mortalia:ſic etiā Peliam regūt:nō odi Peliā:qui eſt uoluntatis deorum miniſter: ſed uos hortor uiribus et conſilio iuuenem adiuuate. Tyranni. Peliæ. Impietas. Eſt quidem impius:ſed fruſtra foret niſi fata uellent.

Suſpecti. Prius ſuſpicationem mouebant: nunc minime mouent. Hæc. Hanc expeditionem per honorificam. Omine dextro. Propter dextrū aquilæ auguriū a læua: de qua in ſuperioribus affatim poeta cecinit. Voluit cōmercia. Deus per hanc nauem uoluit miſcere cōmercia toti mundo. nā nauibus inuentis factū eſt ut terræ terris hęrerent. Miſcere. Cōiungere: componere: nauibus huc et illuc diuerſis litoribus pererratis mundum aſſociantibus: diuerſaq; mortalium ſtudia. Labores tantos. Quot ſunt peregrina obire litora: cum labore nautico nihil ſit calamitoſius. Viri. Virilis animi pubes heroica. Euincite. Peruincite: ſuperate. Dubiis rebus. in anguſtiſſima fortuna: in qua ad pręſens collocati ſumus. Quę meminiſſe iuuet. Illa ſcilicet quæ meminiſſe libeat: et ſeris nepotibus iuuet enarrare. Inſtent. Stimulēt: ſuſcitēt: urgeant. Hanc uero. Nocte ſequēti iuuenes ludite: bibite: pergręcamini: curate corpora: die craſtini nauigabimus: et labores inibimus. Venientem. Sequentem. Læti. Lætitia pleni. Dulcibus alloquiis. Sermonib; feſtiuis et cōuiualibus: qui debent eſſe uel amœni uel βιωφελοι hoc eſt utiles uitæ degundę. aliter ex cōuiuio fit cōuicium. Hominem conuiualē et amœnū Plautus i milite glorioſo deſcripſit ſub perſona ſemiſenis periplectomenis in hęc uerba. Viopheli. Côuiuiú. Côuicium

Suſpecti ue doli: deus hæc deus omine dextro
Imperat. ipſe ſuo uoluit commercia mundo
Iuppiter et tantos hominum miſcere labores.
Ite uiri mecum dubiiſq; euincite rebus,
Quae meminiſſe iuuet, noſtriſq; nepotibus inſtent.
Hanc uero ſocii uenientem littore læti
Dulcibus alloquiis ludoq; educite noctem.
Paretur. molli iuuenes funduntur in alga.
Conſpicuuſq; thoris Tirynthius. exta miniſtri
Rapta ſimul uerubus, cereremq; dedere caniſtris.
Iamq; aderat ſummo decurrens uertice Chiron
Clamantemq; patri procul oſtentarat Achillem.

Ego: inquit periplectomenes: amatoris aliquātulum habeo: humoriſq; etiam in corpore: neq; dum exaruī ex amoris rebus et uoluptariis. Vel cauillator facetus: uel conuiua cōmodus item ero. Neq; ego oblocutor ſum alteri in conuiuio. Incommoditate abſtinere me apud conuiuas commode commemini: et meæ orationis iuſtā partem perſequi: et meam partem itidem tacere cum aliena eſt oratio. Minime ſputator: ſcreator ſum itidē: minime ſuccidus. Poſt epheſi ſum natus. non enim in Apulis: non ſum in Vmbria. Neq; ego unq̄ alienum ſcortum ſubagito in conuiuiū. Neq; præripio pulpamentū: neq; præuerto poculum. Neq; per uinum unq̄ ex me oritur diſſidium in cōuiuio. Si quis ibi eſt odioſus: abeo domum: ſermonem ſegrego: uenerem: amorem: amœnitatemq; accubans exerceo. Educite. Tranſigite: eximite: traducite. Paretur. A minyis. Funduntur. Sternuntur circa aram Apollinis Embaſii ut inquit Apollonius. Alga. Litora herboſa ab alga maris herba. Conſpicuus. Extantibus et eminentibus muſculis bene habitus: conſpiciendus lacertoſa totius corporis fortitudine. Toris. Muſculis lacertorū et ceruicis quod fortitudinis ē indiciū: ut docet Ariſtoteles in libro qui τὰ φυσιογνωμικὰ inſcribitur. Toroſi muſculoſi dicuntur. Multumq; toroſa iuuentus ingeminat tremulos naſo criſpante cachinnos. Troſſuli quā uox pro equite quidem ponitur romano: ſed molli: et delicato. Perſius item. Troſſulus exultat tibi per ſubſellia læuis. Miniſtri. Orpheus a Chirone factum inquit: qui minyis diſtribuit aprorum carnes: et agile carnem ceruorum et aprorum: quæ ſapit aſſa. Summo uertice. Ex cacumine montis Pelii et antro oppidi pelethronii ubi nutriebat Achillem. Chiron. Peleus anteq̄ nauiget rogat argonautas ut ſibi liceret filium Achillem uiſere: quem Tethis mater erudiendum Chironi tradiderat: quod Argonautæ fecerunt et apud Chironem tentarunt; ſuper quo Chirone ſic Orpheus inuit Peleo minyas ſic alloquente, Saluo. Toroſi. Muſculoſi. Troſſuli. Ceruorū carnes.

Cernitis excelſo collem ſub uertice amici
In medio umbroſum ſpatio. Iuſtiſſimus illic
Centaurorum habitat ſpelunca in margine Chiron
Quicunq; in pindo: aut Pholoe uerſantur opaca.
Iuſtitiæ ſtudet: et nobis medicamina præbet. Chiron in ſtus.
Qui etiam Phœbi citharam quandoq; canoram
Mercurii ue lyram plectro pertentat eburno:
Iudicia in rebus mortales edocet omnes.
Vſq; adeo Tethis ut nuptis argentea noſtrum
Quem q; enixa recens natum complexa ſub ulnis
Pelion aſcendens ulerit Chironis ad antrum
Quo ſciat et prudenter ali: et conſtanter amari.

Clamantem. Voce heroica et ſublata muſicos modulos incipientem: niſi quod perplacet manis leges

Achilles cā-
tor.

re cantantem. Scribit enim Orpheus a Peleo patre filiū Achillem inuentum eſſe cātantem: meditātēq; lyricos modos: quos acceperat a Chirone pręceptore. Hoc tacet Apollonius. Sūt tamē qui dicāt tēpora καὶ τοὺσ συνχερνίσμενοσ nō congruere: quod adhuc Achilles nō prodierat in lucē. Orpheus tamē: et ſi priſcum illum myſtagogon: et Thracem multi non putant: tamen grauis et perſacūdus auctor Flacco noſtro concinit: et Rhodius Apollonius his.

σὺν καὶ οἱ παράκοιτις ἐπωλε/
νῶν φορέουσα πηλείδην ἀχιλ/
λῆα φίλῳ δειδίσκετο πατρί

Vt puer ad notas erectum pelea uoces
Vidit, et ingenti tendentem brachia paſſu,
Adſiluit, caraq; diu ceruice pependit.
Illum nec ualido ſpumantia pocula Baccho
Sollicitant, ueteri nec conſpicienda metallo
Signa tenent, ſtupet in ducibus, magnumq; ſonantes
Haurit, et herculeo fert cominus ora leoni.
Lætus at impliciti Peleus rapit oſcula nati,
Suſpicienſq; polum. placido ſi currere fluctus
Pelea uultis ait. uentoſq; optare ferentes,
Hoc ſuperi ſeruate caput. tu cætera Chiron
Da mihi. te paruus lituos et bella loquentem
Miretur, ſub te puerilia tela magiſtro
Venator ferat, et noſtram feſtinet ad haſtam.

Hoc eſt. Simul cū Chirone uxor ſub ulnis ferēs Pelidem: caro oſtē/debat patri. Non erat infans Achil/les: quoniā auctor ē Orpheus: can/taturo Chironi ipſummet lyrā tu/liſſe: deprehenſumq; eſſe cantitan/tem. Vbi exemplum memoratu dignissimum legi Chironem uide/licet, Orpheo ſuaſiſſe ut lyrā attre/ctaret. erubuiſſe coram Chirone id facere. Procul. Vxor oſtendit iu/xta Apollonium non Chiron.

Orpheus erubeſcit corā Chi/rone canta/re.

Puer. Achilles. Cum primū ui/ſit Achilles ad eius cantilenā patrē attentum: et ex lętitia brachia pan/dentem in filium: occurrit colla pa/tris implicitурus. Notas uoces. nati ſui uocalā muſicā et armoni/cam. emendant aliqui: Erectus: hoc ſenſu. Puer erectus hoc eſt in canti/lena expergitus et excitus ad uoces notas Chironis cum uocātis uti aſſiſteret patri: adſiluit: quam lectio/nē nō pbo: quippe cū filio magis propriū ſit pēdere ex collo patris: quā patrē ex filii. Tēdētē brachia. porrigentē et explicantem. Ingēti paſſu. Cōparatione filii pueriliter incedētis: uel militari ac heroico.

Adſiluit. Saltu in collū patris exiliuit: emicuit: inuolauit. Cara. Paterna. Hoc et Orpheus. Pe/pendit. Maro. Dulces pendēt circū oſcula nati. Illum. Achillē. nota pueri pelidę egregiā indolem: ut quē nec arma picta: pocula: ſimulacra auertebant a patre: ſed uultus ſoli et ora ducū: quę ut tātę uirtutis admirator ſimul ac amator attonita mente ſtupebat. Valido baccho. Vino indomito: ut leſbiū: maro/nęum: Vicit me uinū inquit Terētius in eunucho. Spumātia. Signū præſtātiſſimi uini. pingue uinū hodie uocāt inſubres et orobii: generoſitatiſq; notā eſſe demonſtrāt: quo id propertianū trahūt. Et me/thymnęi grata ſaliua cadi. Plinius. xiiii. A ſetino ſaliua naſcitur quis pro ſapore qdā accipiāt ut Per/ſianū huc uerſum trahere nō dubitēt. Et tenues ſolers turdorū noſſe ſaliuas. hoc p explorato nō affero.

Saliua.

Solicitant. Inuitāt: attrahūt: illiciūt. Veteri. Priſcorū artificum. Signa. Quę in uaſis uinariis erant: in armis etiā: in clypeis: quos antiqui pingebāt auctore Plinio: unde nomē: nō ut ꝓpoſtera grammaticorū interpretatio a cluēdo: quod ē pugnādo. Tenēt. Occupant: et in admirationem inducunt.

Clypei.

Stupet in ducibus. Hęret admirādo duces memorādos ac percelebres. Magnū ſonantes. Egregia facinora memorātes. Haurit. Imbibit oculis aſpiciēs: et auribꝰ accipiēs corū pugnas prędicata. Herculeo leoni. Aſpicit et tractat pellē leonis herculanei extrilidus: ut priſci dicūt: hoc eſt imperterritus.

Extrilidus.

Ora. Oculos: aſpectū. Lętus. non meticuloſus. Rapit. Raptim et celeriter delibat. Impliciti. In amplexu cohęrētis. Placido ſi currere fluctu. Si uultis di ut Peleus dextra nauigatione fruatur: ſeruate filiū: quo ſeruato tempeſtatē nullā ſentiā: et ſi omnes procellę ingruerint. Legendū tamē Placidos ſi quęrere fluctus. Si uultis me cito ſtudere nauigationi: lętā tēpeſtatē optare: et operā dare ut reuectar: ſeruate hoc caput. Iuuabit me reuerti ſi uiuet filius: Sin aliter accidet: quod di omen obruant: nō libens Iolchū recurrā. Pelea. Me patrē. Ferentes. In patriam referentes: propitios. Superi. Dei cęlites: uultuoſe proferēdū: ſchemate oculorū in cœlum cōuerſorū. Hoc caput. Hanc uitam filii.

Cętera. Iuſtitiā: prudentiam: animi generoſitatē: uirtutem: artē bellicā. Da mihi. Inuigila ut filio meo proſis. Paruus. Achilles. Lituos. Tubas martias: conſequēterq; bellicū puluerē. Loquentem. Diſerentem: docentem tactica ſtrategemata. Puerilia tela. Apta lacertis teneris uenabula.

Venator. Venationem ſummopere Plato collaudat: qua corpus exercetur: eſt ut ita loquar pręcurſoria militię. In decretis tamē canonicis traducitur clericus uenator. Noſtram haſtā. Quæ maxima fuit. ad eam poſt rudimenta militaria feſtinet natus Achilles. Papinius primo Achilleidos.

Venatio p/curſoria militiæ.

Illic ni fallor Lapitharum prœlia ludit
Improbus: et patria iam ſe metitur in haſta.

Calor. Feruor: uoluntas feruida. Ire per altum. Nauigare. Magna mente. Forti animo ac conſtanti. Abſens uellus. Promittebant omnes ſe reuerſuros cum phrixęo uellere. Auratis. Vel ꝓpter uellus aureum: quo nauis reuertens decorabitur: ut eminus lętitiæ ſignum expectantibus ſuis oſtentēt. Quidam per corymbos auratos intelligunt hederā: qua nauis: quę feliciter nauigauerat; coronabatur: propter illud ouidianū. Ecce coronatę portum tetigere carinę: Traiectę ſyrtes: anchora iacta mihi ē. quā inquit Plinius libro. xvii. nat. hiſto. uocari ab aureo fructus colore chryſocarpum. Subditq;. Aliis ſemen eſt crocatū. Subit tamē interpretatio cōmodior: ut aurata corymba uoces partem nauis inauratā ad exprimendā lętitiam: quoniā infeſtius minyęeā coronarūt lauro feſta die. Sunt enim corymba: ut autumāt aliqui: pars in naui ouata orbicularis. Ipſi uiderint. Ego quid nauticum inſtrumētū: uel partē nauis intelligo: fultus auctoritate eiuſdem poetę noſtri infra libro quarto Saxa ſed extremis tamen increpuere corymbis. Cui ſuccinit Apollonius Rhodius libro argonauticon ſecundo.

Omnibus inde uiæ calor additus. ire per altum
Magna mente uolunt. Phryxi promittitur abſens
Vellus: et auratis argo reditura corymbis.
Sol ruit et totum Minyis lætantibus undæ
Deduxere diem; ſparguntur littore curuo
Lumina nondum ullis terras monſtrantia nautis.
Thracius hic noctem dulci teſtudine uates
Extrahit, ut ſteterit redimitus tempora uittis.
Phryxus, ut, iniuſtas contectus nubibus aras
Fugerit, Inoo linquens Athamanta Learcho,
Aureus ut iuuenem miſerantibus intulit undis
Vector, et adſtrictis ut ſedit cornibus Helle.

Ἔμπης δὲ ἀφλάςοιο παρέθρισαν ἄκρα κόρυμβα νωλεμὲς ἐμπλήξασαι ἐναντίαι. i. tamē puppis inciſa ſunt ſumma corymba: dum cōtrario ictu percutiuntur. Polydeuces: Interpres Apollonii: quod mirū ducimus: pariter tacuerūt: niſi qd Rhodii cōmētator inqt. νωλεμὲς βιόων συμπεσοῦσα τὰ ἀκροςόλια ἀπέκυψαι. i. uiolenter collidens acroſtolia abrupit. Acroſtolia interpretant̄ iſti fori ſūmitatē: et nauis extremitatē. Acroſtolia Sudas inquit appellari ſūmitatem nauis etiā anteriora ratis: et eſſe προέμβολα hoc eſt apud prorā nauis uelut ἀκρόθεμα. Cenſeo tamē eſſe apud gręcos eadē: quę acrocorymba. Sunt aūt roſtra nauiū acrocorymba: ut omnibus liquet: perinde corymba. Auratis ergo corymbis apud Flaccū interpretare roſtris nauis: quę ad lętitiā uel pulchritudinē inaurari ſolebant: quod innuere uidetur Arrianus ita ſcribēs. τά τε ἀκροςόλια τῆς βασιλίδος νεὼς χρυσᾶ. Partē tamē nauis inferiorē et caudā ſignificat corymbū Apollonio libro. ii. ut quę ſymplegadibus hęſit: cęterū omnia ſumma uocare corymba poſſumus uel Herodoto teſte: qui montis corymbū. i. apicē dicit: ſic et homero placuiſſe uideo. nauiū coryphas: quos latine uertices dicere poſſumus: nomine corymbi notatos inuenio. Lętantibus. Qd hilari nauigabāt aio. Vndę deduxere diē. In aqua ſol fulgentior uidet̄. Lumina. Per litus illud ſinuoſum reuerberata. Nō ullis terras monſtrātia nautis. quę nondū monſtrauerāt terras ullis nautis: quoniā ante hos nemo nauigauerat. Sol non illuxerat aliis nautis: quoniā hi primi fuerūt. Thracius uates. Orpheus qui teſtudine dulciſona et longe mellita laborātes reficere ſolebat: ita in maris introitu nō defuit. Dulci teſtudine. Lyra melliflua. Inuenta teſtudine in nili ſtagnis: neruis intentis molle rēſouante: Mercurius lyram excogitauit. Quare ab Horatio dictū. Tuq; teſtudo reſonare ſeptē callida neruis. Extrahit. Deducit: trāſigit. Steterat. Priſci codices habent: ſteterit. Vittis. Vittatus erat Orpheus ut Apollinis ſacerdos. Phrixus. Materiam cantus aptiſſimā Orpheus aſſumpſerat ſibi; peregrinationē Phrixi ac Helles. Contectus nubibus. Quoſcunq; dii inuiſos; et uelatos eſſe uolunt: nubibus conteguut: ut mortales fallant oculos: quod apud Maronem de Aenea libro primo; et apud Ouidiū reperies ita loquētem libro metamorphoſeos ſexto cum de Apolline Dianaq; loqueretur, ad pœnam Niobes deſcendentibus. Celeriq; per aera lapſu contigerant tecti Cadmeida nubibus arcē. Iniuſtas. patris Athamātis: qui iniuſtiſſime illos aris adſtituerat. Athamanta. Patrem inſanum. Learcho Inoo. Ad perniciem relictum Learchi ex Ino Phrixi nouerca geniti. Nota eſt fabula quemadmodum furore percitus Athamas filio Learcho exitiū molitus eſt. Athamas ex Ino ſuſcepit Melicertam et Learchum. Vector aureus. Aries auricomus. Preterea canit Orpheus ut uector aureus iuuenem intulit undis miſerantibus. Intulit. Trāſportauit ſublime euectum. Intulit in hoc loco ſignificat in altum tulit. Iuuenem Phrixum Athamantis filiū. Vndis miſerantibus. Cum undę miſererentur: et dii maritimi caſum iuuenis: qui dampnatus iniuſto iudicio: etiam exilium immolatione commutauit. Res miſericordia dignæ etiam hoſti: Et adſtrictis. Præterea canebat Orpheus ut Helle inſidebat Arieti præ timore utraq; manu cornua animalis adſtringens. Sedit. Inſedit: inequitauit arietem. Cornibus adſtrictis. Cum ipſa cornua adſtringeret: adpliciore niſu coarctaret.

Corymba
Acroſtolia
Proembola.
Acrocorymba.

Septem aurora uias. Septies curſum ſuũ peregerat aurora.intra ſeptem dies. In fine ſeptimi diei ce
Nox ũbra cidit Helle. Vmbras. Noctes. Nox eſt umbra terræ. Extat apud Orpheũ hymnus in nocté pulcher-
rimus:quo congruentiſſimis epithetis illã collaudat. Peregerat. Tranſegerat:finierat:abſoluerat.
Polo.Per cœlũ. Non æquore uiſa. Paruo ſpatio dirimunť abidos et ſeſtos:adeo ut procul intuẽ-
tibus:quod etiam ſymphlegadibus contingit:ſpeciem coeuntium prçſeferre uideantur. Dirimi. Se-
parari nõ uiſa. Aequore. Ab ma
ri interlucente:quod eſt paruum.

Septem aurora uias, totidemq́ peregerat umbras
Luna polo, dirimiq́ procul non æquore uiſa
Cœperat a gemina deſcendere Seſtos Abydo.
Hic ſoror æoliden æuum manſura per omne
Deſerit, heu ſæuae nequic quam erepta nouercae.
Illa quidem feſſis longe petit humida palmis
Vellera, ſed bibulas urgenti pondere ueſtes
Vnda trahit, læuiq́ manus labuntur ab auro.
Quis tibi Phryxe dolor, rapido cum concitus aeſtu
Reſpiceres miſeræ clamantia uirginis ora?
Extremaſq́ manus? ſparſoſq́ per æquora crines?
Iamq́ mero ludoq́ modus: poſitiq́ quietis
Conticuere thoris, ſolus quibus ordine fuſis

Diſcedere. Separari:in diuerſũ ire. Gemina. Quæ geminata procul aſpicientibus uidetur:coali taq́:et concreta abido. Plinius libro quarto nat. hiſt. Helleſpontus ſeptem ſtadiis Europam ab Aſia diuidens:illic inter ſe contrarias urbes habet:in Europa Callipolin et Seſton:in Aſia Lampſacũ et Abydon. Hic. In Helleſponto. Soror. Helle. Aeoliden. Phrixum filium Athamantis nepotis Aeoli ex patre Cretheo. Manſura. Omni quoq́ tẽporeq́ in aquis manſura. Nequidquam erepta. Fruſtra ſubducta ſçuitiæ Inus:ut quç ex pernicie cecidit in perniciẽ: ex immolatione in naufragium.

Longe petit. In mari cum ſummerſa fuiſſet Helle porrigebat manus arieti ut ex aquis enataret:cum uero aries ſublimis uolaret:apprehendere uellera non poterat:uerum tanq̃ apprehenſura manus extollebat. Feſſis palmis. Vel opem implorando uel nando. Humida. Nõ uellera humida:ſed Helle humida.i.madida et aquis obruta.

Vellera. Arietis aurea:quibus adprehenſis ſe liberaret à naufragio. Bibulas ueſtes. Lanam humorem trahentem:quanq̃ dicitur uuida proprie loquẽdo Plauto in rudente et cæteris. Surgenti. Hel-
Vuidum. le ſurgere et aquis prodire tentanti. nonnulli codices habent:urgenti pondere:hoc eſt ueſte uuida illam
Vueſcere. deorſum trahẽte quis emicare niteretur. à Lucretio ueſtes dicuntur uueſcere quãdo implentur aqua. Se-
Sereſcere. reſcere quando areſcunt et ſiccantur:quod ſpectans Maro ait: Vnde ſerenas uentus agat nubes.i.ſiccas.
Vnda. Mare detrahit:premit. poſſemus interpretari et commodius: Illa Helle labens longe petit.i. ualde adprehendere nititur palmis feſſis:unde ob laſſitudinem nõ poterat amplius adſtringere conuatu humida uellera longe petit:nimium adſtringit lanam arietis auream:ſed uellus tamen quod erat aureum quod humidũ ex afflatu maris deſeruit puellæ manciolas.i. manus paruulas. Sed aqui:immo:un-
Mãciolæ. da trahit ueſtes urgenti pondere et puellæ uiriculas:debileſq́ conatus opprimit:et ita manus labuntur et elubricant:ab auro læui:polito:molli:lubrico:nõ aſpero. Quis tibi Phrixe. Apoſtropha ad phrixum:quem miſeratur in caſu ſororis. Apoſtropha ſimilis illi. Quid mihi tũc animi credis germana fuiſſe. Dolor. Subintellige fuit:quanto dolore percitus es O Phrixe quando ſororem dilectam in mare
Aeſtus. prolabi uidiſti. Rapido æſtu. Tumultu mentis:et fluctu ueloci. Aeſtus appellantur rheumata maris:
Rheumata quç latini reciprocationes:et çſtuaria uocant:quãdo mare it et redit:et reciprocat: Reciprocam.n. tethin
Aeſtuaria. uocat Italicus:et huiuſmodi maritimas uiciſſitudines lunaribus decrementis: et incrementis adſcribit: Cuius uerba ſunt: Luna immiſſis per cerula bigis Fertq́ refertq́ fretum:ſequiturq́ reciproca Tethis. Lucanus libro primo huius çſtus nonnullas cauſas deſcribit.ſic. Quaq́ iacet littus dubiũ:quod terra fretumq́ Vindicat alternis uicibus:cum fundit ingens Oceanus:uel cũ refugis ſe fluctibus aufert Ventus an extremo pelagus ſic axe uolutet. Deſtituatq́ ferẽs:an ſidere mota ſecũdo Tethyos unda uagç lunaribus çſtuet horis. Flammiger an titan ut alentes hauriat undas: Erigat oceanum:fluctuſq́ ad ſidera tollat Quçrite quos agitat mũdi labor. Dicitur quis eſſe ĩ çſtu:cuius mens alternat et fluctuat. Cõcitus. Cõcitatus:commotus:agitatus. Reſpiceres. Ore pio ac miſericordi. Miſerç. Vt pote naufragç. Clamantia. Quiritantia. idest auxilium et opem implorantia. Virginis. Helles. Extremas manus. Quç ultimç obruto ore uidebanť:pandç:pronç:implorantes opẽ. repete uerbũ reſpiceres. Sparſos crines. Qui et ipſi poſtremiſſimi reſtabanť:extollebanť a uertice longe a fluctu. Ludo modus. Subintellige imponiť. Iã argonautç ludo tẽperãtes illũ cũ ſomno cõmutarũt. Sõnus bacche tibi comes additus. A poe. ὕπνου δὲ δὴ ἐκ νύϕας ἐμνώοντο. Hoc ẽ per noctẽ ſomni recordabanť. Quietis. Quietẽ et ſõnũ inuitantibus:uel ipſi quieti. Cõticuere. cõdormiere:unde pars noctis ſopitis omnibus cõticiniũ: quod a Marone deſcribi putatur cũ ita canit. Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris Munere conceſſç diuum gratiſſima ſerpit. Quibus fuſis. Quibus argonautis per ordinem ſtratis.

Ductor. Solus Iaſon uigilabat iuxta illud homericū: Οὐχ εὕδει πανύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα: quod uertens ſic Italicus tranſtulit. Turpe duci totam ſomno conſumere noctem. Grauis. Annis uel moleſtia qd filium abiturū uidebat. Pariter. Cum Iaſone aduigilabat. Alcymede. mater Iaſonis: cuius genealogiam dicemus inferius. Spectant. Ex affectu parentali. Iuxta illud maronianum, Obtutuq; hæret defixus in uno. Pleni oculos. Habentes oculos lachrymis prægnantes.

Turpe duci ſtertere.

Alcymede.

Impatiens ſomni ductor manet. hunc grauis Aeſon
Et pariter uigil Alcymede ſpectantq; tenentq;
Pleni oculos. illis placidi ſermonis Iaſon
Suggerit affatus, turbataq; pectora mulcet.
Mox ubi uicta graui ciderunt lumina ſomno,
Viſa coronatæ fulgens tutela carinae
Vocibus his inſtare duci. Dodonida quercum
Ingredior nec fatidicis auellere ſyluis
Me niſi promiſſo potuit ſaturnia cœlo.
Tempus adeſt, age rumpe moras, dumq; æquore toto
Currimus, I certus ſi nubila duxerit æther,
Iam nunc mitte manus fidens ſuperiſq; mihiq;.
Chaoniiq; uides famulam Iouis æquora tecum.
Dixerat, ille pauens læto quanquam omine diuum
Proſiluit ſtratis: minyas ſimul obtulit omnis
Alma nouo criſpans pelagus Titonia Phœbo.

Illis. Parentibus ſuis. Placidi ſermonis affatus. Alloquia placida: pietatis: humanitatiſq; plena. Suggerit. Subminiſtrat. Turbata. Anxia: ſolicita. Mulcet. Tenet: paſcit: exonerat. Mox. dein. Vbi. Poſtq̃. Victa. Expugnati oculi a ſomno q̃uis conniuere recuſarent. Graui. Vel prægrauante pupillas: uel infeſto ei qui uulgare uelit. Ceciderunt. in ſoporem ſoluta ſunt. Reſoluunt. n. per ſomnum oculi: ut artus unde cadunt. Quare ab Ouidio dictū. Sūmaq; percutiens nutanti pectora mento: Coronatæ. Diximus argo coronatum a Minyis die feſto: hoc lauro factitatum docet Apollonius. Tutela. Naues ſingulæ peculiari numini dicabantur: cuius effigies in naui pingebatur. Ouidius de naui loquens qua auectus eſt in pontum ita cecinit. Eſt mihi: ſitq; precor flauæ tutela mineruæ Nauis: et a picta caſſide nomen habet: quam rem alibi plenius indagantes poſteritati commendauimus. Per tutelam huius nauis intelligit Pallada. Fulgens. Fulgore diuino coruſcans: quod eſt deorum occurrentium. Maro. Plenaq; in luce refulſit. Et hoc peculiariter accidit quādo pio homini ac religioſo numina ſe ſe offerunt: unde myſterium dei Moſi ſe oſtendit in rubo ſub ignis fulgore.

Tutela nauis.

Carinæ. Penſitate dictum carinæ: quæ ex fago Dodonide fuit: oracula ferente: et naturam propriā etiam in argo nou deponente: Inſtare. Vrgere: ſuſcitare: ſtimulare ducem Iaſonē ad procinctum nauigationis. Dodonida quercum. Carinam factam ex arbore ſucciſa in dodona epiri ſilua: ubi a colūbis afflatu Iouis oracula dabantur. Pallas pollicetur Iaſoni: ſoluat imperteritus: et ſalum ſpei plenus ingrediatur: quoniā palladiū numen nunq̃ a ſacro ligno diſcedet in dodona ſucciſo. Maro. Atq; habitæ grais oracula quercus. Propertius. Dodona uerior augur. Ingredior. Ve eius loci cuſtodia futura: et argonautas ſemper protectura. Nec potuit auellere. Iuno miſſa ad cædendas arbores: quibus argo fabricata fuit: nunq̃ me cōuellere: ſuccidereq; potuit: anteq̃ pmiſiſſet me ſublaturā in cœlū. Loquit̃ carina in qua latet palladiū numen. Fatidicis. Dodonęis: fata dicentibus: oracula ferētibus. Me. Carinam. Saturnia. Iuno. Niſi promiſſo cœlo. Niſi prius cœlū promiſiſſet: quod datū ē Argo poſt hāc expeditionē: ut in ſuperioribus affatim pdidimus. Tempus adeſt. Appetit occaſio nauigādi. Age. Eia. hortantis. Rumpe moras. Accelera. Aequore toto. Plena nauigatione. Currimus. Nauigamus. Incertus. Scribēdū. I certus. Vade: ſolue: explica uela certus et ſpei plenus tranquillę nauigationis. Si nubilla duxerit æther. quis cœlum uideris fluctuoſum et tempeſtoſum: tamen i certus: et nauiga oēs minas cœli contemnēs. Duxerit ſignificat contraxerit. Iam nunc. Cōmodum: actutum: repente. Mitte manus. Impone manū remis: accingere. Mihi. Palladi preſidio tuo. Virgilius inq̃t. Chaoniāq; oēm troiano a chaone dixit. Vides. Cernis deā tecū uēturā. Solue ergo retinacula. Quid tuta times? Dis ſecūdis contēde. Famulā iouis. arborē natā in dodona ubi Iupiter colit̃. Aequora tecū. Subintellige ingredi. Secunda apoſiopeſis. Dixerat. Hæc effata fuerat argo. Ille. Iaſon.

Pauēs. Attonitus occurſu numinū. Læto omine. q̃uis hęc uerba nauis argo reſpōdiſſet: et aquila cū cta læta: feliciaq; portēderet. Diuū. Deorū. q̃uis dei lętis ominibus accumularēt omina lętiora. Proſiluit. Proripuit ſe cubili: et lectulo. Stratis. Stragulis: lecto. Mēſas ſimul obtulit omneis. Scribēdū minyas. hoc ſenſu. Titonia criſpās pelagus nouo ſole ſimul cum pſentia Iaſonis obtulit oēs minyas: ut hoc innuat. Aurora: dieſq; cū primū recēs illuxit: recuſſit: expergefecitq; Iaſonem: et minyas. Simul. una cū Iaſone. Obtulit. Obuios dedit Iaſoni. Titonia. Aurora a marito Titone. Maro. Titoni croceum linquens aurore cubile. Criſpans pelagus. Criſpicans: rotans: intorquens. Fluctus criſpantes et agitatos Vetuſtus poeta auctore Gelio uocat multigrumos.

Criſpicare

Multigrumum.

Diſcurrunt. Minyę. Trāſtris. Per tranſtra. Hi. Alii ex minyarū numero: Expediūt cornua. Expedite flectūt et moderant̄. Cornua antennarū ſignificant utrāq̧ partē antēnæ. Virgilius. Cornua uelatarū obuertimus antennarū. Corniculū ſunt qui oppidū iuxta Tarquinos appellatum uelint: a quo municipes corniculani dicti. Inter dona et ornamēta militaria Liuius libro. x. ab urbe con. cornicula numerat. Corniculum oppidum nonnulli Cornetum hodie uocatum credunt. Ego ad peritos reiicio.

Cornicu/ lum.
Cornicu/ la.
Caſtrum Inui.

Diſcurrunt tranſtris. Hi celſo cornua malo
Expediunt. alii tonſas in marmore ſummo
Prætentant: prora funem legit Argus ab alta.
Increſcunt matrum gemitus, et fortia languent
Corda patrum. longis flentes amplexibus hærent.
Vox tamen Alcimedes planctus ſupereminet omnes
Fœmineis tantum illa furens ululatibus obſtat,
Obruit idæam quantum tuba martia buxum.
Fatur et hæc. Nate indignos aditure labores,
Diuidimur. nec ad hos animum componere caſus
Ante datum, ſed bella tibi terraſq̧ timebam.

Aliqui caſtrū Inui: de quo Maro: et a pane cornigero nomē adeptū: cum caſtrum Inui ciuitas ſit: quæ hodie caſtrum uocatur: quod Rutilius Claudius ad Venerū his inuit Iā ceretanos demōſtrat nauita fines

Aeuo dpoſuit nomē agylla uetus.
Stringimus et fluctu et tempore caſtrum.
Iudex ſemiruti porta uetuſta loci:
Prǽſidet exigui formatus imagine ſaxi.
Qui paſtorali cornua frōte gerit.
Multa licet priſcum nomen deleuerit ętas:
Hoc Inui caſtrū fama fuiſſe putat.
Seu pan tyrrhenis mutauit mœnala ſiluis:
Siue ſinus patrios incola faunus init:
Dum renouat largo mortalia ſemina fœtu
Fingitur in Venerem pronior eſſe deus.

Alexandri Farneſii laus.

qđ ſubdit idē Rutilius. Ad cētū cellas forti defleximus hauſtro: Alexāder Farneſius priminois archiflamen et eccleſiæ cardo primarius mecū ſentit: uir tantæ eruditionis ac eloquētię ut Varronē prorſus ac Ciceronem exſcribat: qui non ut multi bibere ſolent: ac fugere: gręcas literas ſalutauit a ueſtibulo: ſed interius ingreſſus opertanea: myſteriaq̧ muſarum: retulit florenti ex Helicone coronam: quam raris donarunt heliconiades. ſub cuius umbra Parnaſia potius q̄ Farneſia ocio poetico indulgeo et hoc quidqd eſt in roſelanis excudo. Sunt neoterici qui Cornnetum uolunt Cornetum nunc dictū. Alii Corythū: de quo Rutilius. per corythi populos arua beata regit. ego ex ruinis tarquinięſibus conditū uidi in loco editiore ac munitiore. Principem in hac ciuitate locum hodie tenent Xanthes ac Ptolemęus Vitelleſci fratres indolis regiæ iuuenes: ſtēmate Ioannis patriarchę Alexandrini oriundi: qui ſolus Numā ac Romulum retulit. Tonſas. Remos. a tundendis fluctibus. Virgilius. Lento luctantur marmore tonſæ. Valerius idē libro. v. Et ad tonſas uicti rediere magiſtri. Marmore ſummo. In ſuperficie maris: prope dorſum maris. Prętentant. Accommodare nituntur. Funem legit. Argus magiſter in deratur omnia ac gubernat: et retinacula: quas imperiti grammatiſtę uocant oras: intra nauem trahit: hoc ē ſoluit retinacula: et prorſus agit in mare nauim. Increſcunt. Augentur: multiplicantur.

Xanthes
Ptolemęus
Vitellii.
Ioannes patriarcha Alexandrinus.

Matrum. Lugentium diſcedentes filios cum Iaſone. Languent. τὸ πρέπον. non enim decet muliebriter ac more pręficarū lugere uiros: ſed triſtari: ingemere: dolorem intus coquere: quod optime explicatur per uerbum languere. Longis. Multis. Hęrent. Filiis abituris aſſiſtunt: amplectiq̧ non deſinūt. Alcimedes. Matris Iaſonis uox cęteras obruebat: ſepeliebat: ſentiri nō ſinebat. Omnes. Aliarū matronarū filios lugentiū. Supereminet. Excedit. Furens. Furor Alcimedes dolor dici poteſt adeo bacchatur et furit. Vlulatibus. Gemitibus immanibus. Obſtat. Obſtrepit: et aliarum gemitus exaudiri non patitur. Obruit. Sepelit: offuſcat: opprimit. Idęam buxum. Cybeleiam tibiam: quę matri deorum: cui nomen eſt idęę matris: dicata fuit. Papinius. Torua celença committere pręlia buxo.

Tuba Martia. Bellica. Maro martium ſonum uocat. Fatur. Alcimede. Nate. Iaſon.

Indignos. Indignos ſorte tua et meritis: etiam ætate. Traheris in mala non te condigna. Nec ad hos. Senſus eſt. Hoc malum; iſta fuga tua fuit pręter ſpem: nec pectus et animum mora temporis decreti cōfirmauit durauitq̧ ad ſubeundā ſiniſtrā fortunā. Iuxta illud maronianum.

Tempus inane peto: requiem ſpatiumq̧ labori:
Dum mea me uictam doceat fortuna dolere.

Comprimere. Aptare: accōmodare ut leuius ferat. Nā mora dat uires. Ad hos caſus. Ad hęc ingruentia mala. Ante. Priuſq̄ opprimerer. Datū. Cōceſſum eſt mihi. Sed bella. Filio meo periculum pręſens nullū ingruere rebar inquit Alcimede: uerum ſi quid putabam: terreſtre erat: ſolitū contingere: non maritimum et inauditum. Terras. Pericula quę accidunt in terra: non in mari.

Facienda. Supple ſunt. Nunc uideo uota aliis dis quam terreſtribus .i. maritimis eſſe facienda.
Reducūt. Reductura ſunt: et in patriā uocatura. Mihi. Ad me in patriā O Iaſon. Trepidis ma/tribus. Anxiis ſemper et oia pro filio pauētibus. Res eſt ſolicitꝰ plena timoris amor. Placabile. Sub/intellige erit. Aequor. æquorei di atqꝫ maritimi. Lucem pati. Obdurare ut uiuam ſperans me filii pręſentia potituram. Longum. Multum: diutinum: ingem. Sin aliud. Quod ſi fortuna ut bruta &

Vota aliis facienda deis. ſi fata reducūnt
Te mihi, ſi trepidis placabile matribus æquor,
Poſſum equidem lucemqꝫ pati; longumqꝫ timorem.
Sin aliud fortuna parat, miſerere parentum
Mors bona dū metus ē, nec adhuc dolor. hei mihi col/chos
Vnde ego, et aueċti timuiſſem uellera phryxi?
Quos iam mente dies, quam ſæua inſomnia curis
Proſpicio? quoties paucos ad littoris ictus
Deficiam, ſcythicum metuens pontumqꝫ cretamqꝫ?
Nec de te credam noſtris ingrata ſerenis
Da precor amplexus, hæſuraqꝫ uerba relinque
Auribus, et dulci iam nunc preme lumina dextra,
Talibus Alcimede mœret, ſed fortior Aeſon
Attollens dictis animos. O ſi mihi ſanguis

et indignorū fautrix tibi aliquid mali molitur: dii faxint ut tibi pꝛ moriar. Miſerere. Auferēdo ui/tam ne has ęrumnas in filii pericu/lo ſubeam. Mors bona dū me/tus eſt. Dulce mori eſt dum time/mus caſum: nec adhuc uenit: quo/niam ē incertus an bene an male cadat. Hei mihi. Epiphonema decenter interpoſitum magnū ha/bens pathos. Vnde ego. Quo/modo ego timere potui filiū meū genitum eſſe ad expeditionē col/chicā? Timuiſſem. Iure timere potuiſſem. Vellera. Pellectura filium auro ſuo. Aueċti. Naui cui tutela aries erat: auctore inter/prete Apollonii. Quos dies. q̄ triſtes. q̄ lugubres: atros. Sæua inſomnia. Triſtibus et ægris ac/cidunt inſomnia nigra: curarum pleniſſima. De ſomniis et ſomno ex Ariſtotelis et aliorum ſentētia compluſcula ſcripſimus in lucretianis cōmentariis nō indigna: ut reor: quę qui ſcire deſiderat illinc mu/tuetur. Quoties deficiā. O quoties intermoriar cū ad minimos fluctuū ictus cōiiciā pelagus exaſpe/rari: uerita ne tempeſtas exurgat: quæ filium Iaſonē opprimat. Ictus littoris. Quos ictus: plagas et aſſultus patiantur illiſa litora. Scythicū pontū. Dubitās ne ſi forte theſſalicū litus exęſtuet: protonca et iraſcatur: maior procella ſit in mari: quod nauigabit Iaſon: cui natura importuoſior eſt et inimitior. Scythicus pōtus: ut inqt Plinius libro quarto: Habet figurā arcus. Pōtūqꝫ Cretāqꝫ. Scribo. Scythi/cum metuens Pontū Cretāqꝫ. alias prima cōiūctiua particula eſſet ſuperuacanea: nec ſenſui ſatis hęre/ret. Prętera mēſus ſyllabicus eſſet incōgruus. Licet oppidū colchorū Cretā nōnulli uelint: diſtinguiqꝫ ſyllabę quātitate ab inſula Creta. Ego tamē nullibi cōperior: nec apud claſſicos: nec plebeios auctores Cretā eſſe Colchorū oppidū. Quinimmo cū Valerius Flaccus infra de oppidis ponti meminit in cata/logo ducū æetę: et Perſis: de Creta nullam mentionem facit. Apollonius libro primo Argonauticon. Creta.
Δάκτυλοι ἰδαῖοι κρηταιέες. οὕς ποτε νύμφη
Ἀγχιάλη δικταῖον ἀνὰ σπέος ἀμφοτέρῃσιν
Δραξαμένη γαίης οἰαξίδος ἐβλάστησε. Dactili idęi cretēſes: quos quondā nympha Anchiale dictęā prope ſpeluncā ambabus manibus carpens terrā oeax ida peperit: Cui ſuccinit ſic Atacinus. Et gemi/nis capiēs tellurē oeaxida palmis. Dicta eſt ab oaxe fluuio: de quo Maro in buccolico ludicro. Pars ſcy/thyā: et rapidū cretę ueniemus oaxē. Codrus grāmaticus apud Maronē legebat. Pars ſcythiā: rapidūqꝫ cretę: quod nō penitus probo. Cretā timebat quoniā cretēſes erāt potētiſſimi maris: unde prouerbio in/crebuit: Creta pelagus: uel pp Talū curſorē ferreū: qui aduenas infeſtabat. Lubēs pontūqꝫ cretāqꝫ lege/rem niſi ſyllaba obſtaret: ſimul ſi reperirē cretā oppidū eſſe colchorū. Reperio apud Hieronymū de ſe/xto gradu eccleſię cretā eſſe ciuitatē macedonię: ſed nihil ad rē: quid ſi legis Pontūqꝫ Cytāqꝫ. Eſt. n. Cy/ta ciuitas colchicā patria Medeæ auctore Stephano: unde Propertius Cyteinis carminibus dixerit. Dactili idæi. Anchiales. Codrus Mutinēſis. Cyta ciuitas.

De te. De ſalute tua nō credā ſerenis noſtris: quoniā putabo alibi ubi tu nauigabis eſſe tēpeſtatē q̄uis hic apud nos ſerenitas ſit. Da amplexus. Hæc dicit cū ſuſpirio et gemitu: repēte irruēs: et i filiū inclī/nata. Hæſura. quæ ſemp aīo meo penitus hęrebunt et infixa erunt. Auribus. Meis: quæ haurient ac ebibent uerba tua. Preme lumina. Oculos claude tanquā iam iam ſim moritura. Quid enim aliud q̄ mortem appellare poſſum uiuere ſine filio. Dulci. Filii dulciſſimi. cara.
Mœret. In mœrorem reſoluitur: ingemit. Fortior. Fortius ingenium ſuſpicor eſſe uiris inquit Ouidius. Aeſon: Pater Iaſonis. Attollens animos. Roborans ac erigens animos ſuos ac ſuorū. Dictis. Talia dicendo. O ſi mihi ſanguis. O dii boni ſi mihi ſanguis: uireſqꝫ calerent: ut olim cal/uere: cum centaurorum ferociſſimos confeci primus Argo nauem conſcendiſſem gloriæ ſupra morta/lēs omnes ſtudioſiſſimus et ocii fugitans. Sanguis. Subintellige eſſet.

Signifero. Habente ſigna ac ſigilla impreſſa in emblemate: et circa orificia ut neſtoreū poculū Homerus: Ouidius: urbaniſſimuſq; poeta deſcripſerunt. Significem ueterum uerborum ſectator ac ęmulus Apuleius: artificem ſignorum appellat. Niſantem. Nomen centauri cui congreſſus eſt Aeſon. Non deſunt qui mimantem ſcribere pręcipiunt: pro nomine ſimiliter centauri. Tholum. Nomē itidē alterius cētauri: quē cratere cōfecit Aeſon. Quid ſi legis Pholū: de quo meminit Ouidius libro meta. duodecimo. Et Pholus et Meuclas et Abas pdator aprorū. Manus hęc. Dycticos. oſtendit manū uaſtam: pręgrandem: heroicam.

(margin: Signifex. Niſas. Mimas. Tholus. Pholus. Abas.)

Quantus erat, cum ſignifero cratere Niſantem,
Non leuiore tholum manus hæc compeſcuit auro,
Primus in æratis poſuiſſem puppibus arma,
Concuſſoq; ratem gauderem tollere remo.
Sed patriæ ualuere preces, auditaq; magnis
Vota deis, uideam noſtro tot in æquore reges,
Teq; ducem. tales tales ego ducere ſuetus
Atq; ſequi, nunc ille dies: det Iuppiter oro:
Ille ſuper quo te ſcythici regiſq; mariſq;
Victorem, atq; humeros ardentem uellere rapto
Accipiam, cedantq; tuæ mea facta iuuentæ,
Sic ait. ille ſuo collapſam pectore matrem
Suſtinuit, magnaq; ſenem ceruice recepit
Et iam finis erat. zephyrumq; ratemq; morantis

Compeſcuit. Furentem ſedauit ac cohibuit. Auro. Patera non leuiore. In ęratis puppibus. Primus cum armis meis nauem aſcendiſſem: puppis appellatur ęrata quoniam roſtrum habet ferreū: ut inquit ille. Spumas uorat ęre tridenti. Concuſſo. remo cōtorto: et adducto ad nauigandum: quod cū fit concuti ſolet atq; cōmoueri. Tollere ratem. producere: promouere. Dū enim remus mouetur impulſu remigis: nauis attollit ac erigit. Patrię preces. Aeſonis patris. Ego ſubinde inquit Iaſon rogaui numina cuncta mihi talem filiū darēt: qui in paternos ſuccederet honores: impetraui: gaudeo: ac dis gratias ago. Magnis. Selectis: coſſentibus: ut Ioui: Neptūno: Iunoni. Duodecim ſunt: inquit Apuleius: duobus uerſibus ab Ennio comprehenſi: quos ipſe ſic attigit in libro de Socratis demonio. Eſt aliud genus Demonum: quod natura uiſibus noſtris denegauit: nec nō tamen intellectu eos mirabundi cōtemplamur: acie mentis acrius contemplantes: quorum in numero ſunt illi duodecim ſuo nomine in duos uerſus ab Ennio coarctati.

(margin: XII. di cōſentes.)

Iuno: Veſta: Mineruа: Ceres: Diana: Venus: Mars:
Mercurius: Iouis: Neptunnus: Vulcanus: Apollo.

Videam. Scribe uideo. Vota noſtra á magnis dis audita uideo nunc minyas florentiſſimos heroas dato filio Iaſone ad egregium opus ammiti. Tot reges. Argonautas filium meum ſequentes. Noſtro. Theſſalico. Te ducem. Te Iaſonem illorum imperatorem: quod eſt longe pręſtantiſſimum. Tales tales. Epanaphora. i. repetitio addens uim orationi per ſe uiolentę atq; concitatę. Iſtos iſtos reges ego ſolitus erā moderari: illis dictare et iura dare. Sequi. Cum uiciſſim doctores eſſemus et diſcipuli.

Ille dies ſuper. Ille dies dico ille dies ſuperſit: ego O utinam uitam protrahā ad illud tempus quo uideam te cum triumpho reuertentem. Det Iupiter oro. Per interpoſitionem. Alii ſimpliciter interpretantur. Ille Iupiter dico ſuper. i. ſuperior: et ultramūdanus det mihi dies hoc eſt ſpatiū ętatis quo poſſim te uidere cum laurea reuertentem. Antiqui ſuper et infer dicebant pro ſuperiori: et inferiori: ut exter hoſtis apud Statiū pro exteriori. Super quoq; ponitur a poetis ſimpliciter pro supereſt: uel ſuperſit. Maro. Nec fuga iam ſuper. Quo. Die: tempore accipiam. Scythici. ętc. Maris. Colchici. Ardentē humeros. Fulgentem circa humeros. habentem humeros ardentes. Vellere rapto. Pelle arietis ex colchis adducta. Mea facta. Victorię meę quāuis egregiiſſimę cedant factis melioribus tuę iuuentutis.

(margin: Super. Infer.)

Sic ait. Aeſon. Ille. Iaſon. Collapſam. Intermortuam matrē prędolore: quę animo molli atq; materno non poterat filii ferre diſceſſum. Suo pectore ſuſtinuit. Prolapſam ſuo fulſit pectore. Recepit ſenem. Et Aeſonem languentē et reclinem obiecto collo ſuſcepit: cum matrem ſuam fulciret: patri pro ſuſtētaculo collū obiecit. Magna. Lata et heroica: quod fortitudinis ac lōgęuitatis ē ſignum: ut ait Ariſtoteles in libro cui titulus eſt τὰ φυσιογνωμικά. Finis erat. Meta imponit errori atq; gemitui iā illuceſcēte die: et ad opus nauticū reuocāte. Vel tuba iā ter illū uocauerat quod quoties fit ſurgimus pperāter ad pcinctū. ex naui ter ſignū dederāt eſſe pperādū et nauigādū. Ita fit hodie ab imperatoribus cū equitādū ē ter ſignū datur. Sūt qui p tertiā tubā: tertiā uigiliā intelligāt: nonā uidelicet noctis horā iam ea in diem eūte. Duodecim tabulis: inquit Cenſorinus de die natali: nuſq̄ nominatas horas inuenies: ſed ante meridiē et poſt: qđ partes diei omnifariam diuiſi meridies diſcernebat: alii die quadripartito ſed et noctes ſimiliter diuidebāt. Idq; ſimilitudo teſtatur militaris: ubi dicitur uigilia prima: item ſecūda: tertia et quarta. Poſt ſupremā dicitur ueſper. Morantis. Argonautas moram trahentes.

(margin: Horę. Meridies. Poſt meridiem.)

Amplexus.

Amplexus. Qui amplexus parentũ: cognatorũ morabantur ratẽ et uentũ felicẽ incaſſum flare ſine/bant. Triſti ſigno. Datis ſignum quod audire argonautis triſte fuit: et parẽtibus a filiorum alloquio amplexuq; diuulſis. Viri. Argonautæ uirili robore ac animo prediti. Dant nõia trãſtris. Perſtat in metaphora militię romanę: cui qui auſpicabatᷣ nomen dabat: interq; milites cenſebatᷣ: ſcribebaturq; in matricula: quo facto numero paganorum eximebatur. Tranſtris. Tabulis tranſuerſis ubi reſidẽt remiges. Quidam iuga uolũt: quo deducunt illud maronianum. Inde alias animas: quę p iuga lenta ſedebant Deturbat.

Soluerat amplexus triſti tuba tertia ſigno.
Dant remo ſua quiſq; uiri dant nomina tranſtris.
Hinc læuum Telamon pelagus tenet, altior inde
Occupat Alcides aliud mare. cętera pubes
Diuiditur. celer aſterion, quem matre carentem
Crethæus gemino fouit pater amne Cometes,
Segnior appidani uires ubi ſentit Enipeus.
Nititur hinc Talaus, fratriſq; Leodocus urget
Remo terga ſui, quos nobile contulit argos.
Hinc quoq; miſſus adeſt, quamuis arcentibus Idmon

Hic incipit Catalogus quin/quaginta Heroum trãſtra ſeriatim occupantium. — Catalogus L. Minyę.

Hinc lęuũ. Catalogi principiũ. A leua parte ſcalmorũ et remorum Telamon fortiſſimus tenet Aeaci et Aeginę Aſopi filius: de quo Or/pheus. — Telamon.

Α᾽υτὰρ ἐπεὶ τελαμὼν συνε/φέσπετο, τὸν ῥα λόχευσεν
αἰακῶ ἀτρύτω κούρη κλυτοῦ ἀσωποῖο
αἰγιν᾽ ἐν κεμάδεσσιν ἀλφεσίβοια σαλαμῖνος. Latine ſic.
Conſequitur Telamon. fortis pater æacus illi:
Splendida cui nubens Aſopi Aegina potentis
Nata dedit pulchrum ſalaminæ in litore partum. — ægina.

Alcides. Hercules: cui tamen Orpheus primum locum tribuit ut decuit. Bene Valerius dat Herculi locum propinquũ uel e regione poſitũ Telamoni: quoniã erãt amici unanimes: ut uiribus ruſũs: et me/lioribus lacertis et paribus: impulſa nauis melius ageretur. Aliud mare. Aliud latus nauis. — Alcides.

Pubes. Iuuentus. pube præſenti cum dicebatur: ſignificabatur populo præſenti. Diuiditur. Di/uiſa ad officia ſua diſcurrit. Aſterion. Conſequitur Telamonem. Orpheus. — Pubes.

Α᾽στερίων δ᾽ ἐπέλασσε πάϊς κλειτοῖο κομήτου
πηνειοῦ μέσσον ξυνὸν ὅθεν εἰς ἅλα πέμπει. — Aſterion.

Triſtãt et aſterion Cometę patre genitus ubi Peneus miſtus fluctus i æquor cõiter exonerat. Rho. ſic. — Cometes.

Ε᾽γκαμὲν ἀπιδανὸν ... μέγας καὶ δῖος ἐνιπεὺς
Α᾽μφω συμφορέονται ἀπόπροθεν εἰς ἓν ἰόντες. hoc ẽ ubi Appidanus magnus et Dius Enipeus confluũt. Crethæus. forte pater Cometæ Crethęus dicebatur: quod nec in Orpheo nec Apollonio comperimus. Cętæus a nõnullis legitᷣ a loco Cęta: de quo Strabo meminit. Ego ſecutus Orpheum Pe/nęus lego. Gemino amne, ad cõfluẽtes fluuiorũ geminorũ appidani et Enipei. Segnior. Tardior Enipeus: niſi cũ in illũ influit Appidanus: tũc fit celerrimus. Lucanus in. vi. Appidanus nũquã; celer niſi iunctus Enipeo. Appidani uires. Curſum Appidani citatiorẽ: qui ſedatũ natura celeriorẽ reddit. — Crethęus. Cæta. Penæus. appidanus

Nititur. Conatᷣ et pro uiribus remis intendit an mũ ac lacertos. Apollonius libro primo.

Α᾽ργόθεν αὖ ταλαὸς καὶ ἀρήιος υἷε βίαντος
ἤλυθον ἴφθιμός τε λεώδοκος. οὓς τέκε πηρὼ Νηληΐς. i. ab argis Talaus et Arcius filii Biantis uenerunt: et inclytus Leodocus: quos peperit Pero Neleis. Orpheus uero ſic. — Talaus.

λαόδοκος τ᾽ ἀλαός τε καὶ ἄρειος εἰσὶ δ᾽ ἅμ᾽ ἄμφω — Arcius.
ἦλθον ἀβαντιάδαι περιώνυμοι. οὓς τέκε πηρώ. — Leodocus.

latine. Laodocuſq; alauſq; et arcius inclyta proles De Pero geniti: et pclari germen abantis. Vides q; in his nõibus Orpheus et Apollonius in diuerſum uiunt. Fratris. Exponũt quidã arcii: ſed falluntur: quoniã in Valerii noſtri catalogo nõ inſeritᷣ. Fratris igitᷣ expone Talai uel Alai ut mauult Orpheus. — Pero Ne/leis. Alaus.

Vrget terga. Sequitur fratrẽ Talaum per ſeriẽ trãſtrorũ. Laodocus. Leodocũ uocat Apollonius: Laodocũ cũ Valerio noſtro Orpheus. Vrget. Inſtat: ſubſequitᷣ pmendo et annitendo. Argos no/bile. Famigeratũ: et regiũ. Argos equis nobile cũ dixit Horatius ſignificauit argos Hippion: qd cam/pos habebat multę pdigos herbę: ut ait Horatius: ideo pollebat equis: et eorũ fæturis: quas pollias Homerus: et iuriſperiti dictitãt: quã uocẽ ignorauit accurſius: unde Euripides theſſaliã pollotrophon hoc ẽ equorũ nutricẽ uocat. Argiui fures puerbio ferũt qd furaces fuerũt argiui ut apd Sudã reperies. Achaię ciuitas argos. Hinc. ab argis quoq; mittitᷣ Idmon infauſtis auſpiciis quę uirili animo cõtempſit quis ut uates ſciret ſe non reuerſurum ab expeditione colchica rurſus in patriam. Arcẽtibus alitibus. in/felici augurio: inauſpicato: prohibẽte illũ cælo: ſed pro gloria mori dulciſſimũ. Idmon. Apollonius. — Vrget. Argos. Hippion. Pollię. Pollotro/phos Theſ/ſalia.

Ἴδμων δ' ὕστατιος μετεκίαθεν ὅσσοι ἔναιον
Ἄργος ἐπεὶ δεδαὼς τὸν ἑὸν μόρον οἰωνοῖσιν ἧκε.
Idmon nouiſſimus iuit argos habitantium: et ſi cognouiſſet auſpiciis propriam mortem. Orpheus.
Δὴ τότ' Ἄβαντος παῖς νόθος ἤλυθε κρατερὸς Ἴδμων
Τὸν ῥ' ὑποκυσαμένη τίκεν Ἀπόλλωνι ἄνακτι
Ἀμβρόσιον παρὰ χεῦμα Φερητίας ἀντιάνειρα. hoc é. Martius Idmon nothus Abantis filius annumeratur: quem olim animoſa
Pheretia. Pheretia ex compreſſu Apollinis generauit: cui Phœbus artem fatidicã indulſit: de quo Idmone extat id Auſonii carmen. Idmona qđ uatem: medicum qđ Iapiga dicunt.

Alitibus, ſed turpe uiro timuiſſe futura.
Hic et naubolides tortas inſurgit in undas
Iphitus. hic patrium frangit neptunius æquor,
Qui tenet undiſonam Pſamathen, ſemperq; patẽtem
Tænaron Euphemus mollisq; a littore Pellæ
Deucalion certus iaculis, et cominus enſe

Timuiſſe futura. Timere futurã mortem: quam cũ reformidas abſtines a laude ac gloria. Naubolides Iphitus. Heros Iphitus Nauboli filius: de quo ſic Orpheus.
Iphitus. Nabolus.
Ἴφιτος αὖ μετὰ τοῖσιν ἐφέσπετο ναυβόλου υἱὸς
Φωκίδος ὅς ῥ' ἤνασσε καὶ εὐπύργοιο Τανάγρης.
latine. Iphitus hos ſequitur de te patre Naubole natus Phocenſis retinens turritæ ſceptra Tanagreæ. Hunc cum Clytio ueniſſe inquit Apollonius. Inſurgit. attollitur inter nauigandum pulchrum ſchema remigis: qui tollitur et deprimitur prout remum trahit aut impellit.

Tortas. agitatas et commotas remi percuſſione. Adde qđ cum primo undę remo percuſſæ deſtituunt in ſpiram connolui ſolent. Hinc. Ex argis perinde. nauigauit Euphemus Neptunni filius.

Euphemus. Frangit. Remo percutit ac lacerat inter remigis officium. Patrium ęquor. Quippe qui erat neptũ
Tænarus. ni filius: cuius nomen regnat in mari. Neptunnus. Neptunni filius Euphemus. Immo ſcribit interpres Apollonii Tęnarum eſſe promontorium Laconię dictũ a Tęnaro Neptũni filio de quo Orpheus.
Ταινάριος δ' Εὔφημος ἔβη μαλειάδος ἄκρης ἐκπρολιπὼν
Αὐλῶνας: ἁλικλύστους τε θεράπνας.
Pſamathe. Vertice Tęnareo uenit maleatidos alto Aulonas linquens ſimul undiſonaſq; therapnas Euphemus.

Tenet. Regit: moderatur: Pſamathen undiſonam. Litoralem partem Laconiæ: ideo poeta uocat undiſonam. De pſamatho oppido Laconię meminit Plinius in decimo. Stephanus Pſamathus. i. ψάμαθος ciuitas laconica. gentile phaſmathontius et pſamathuſius: ut Selinuntius et Selinuſius. Aliter: grę cum fortaſſis auctorem aliquem ſecutus Flaccus: nomen huius dictionis ſcribit.

Tęnaron ſemper patentem. Ideo Tęnaros promontorium Laconiæ ſemper patere dicitur quoniam ex illo ad inferos iter eſt. Maro quarto georgicon. Tęnarias etiam ſedes alta hoſtia ditis: et caligantem nigra formidine lucum. In Tęnaro oppido et promontorio laconię colebatur peculiariter Neptunnus: quare meruit cognomẽtum Tęnarii uel teſte propertio eo uerſiculo. Tęnarius facili preſſit amore deus.

Pella. Molli. Semper madido. Pellę. Ciuitas eſt Macedonię pella littoralis: unde Philippus macedonum rex: et Alexander filius oriundi: et ab ea Pellæi dicti. Iuuenalis. Vnus pellæo Iuueni non ſufficit orbis: hoc eſt Alexandro. Lucanus.
Cingere pellæo preſſos diademate crines.
Cõceſſum. Vbi Alexãdrinũ regnũ intelligit: quod a regibus Macedoniæ habuit originẽ ut Pauſanias ſcribit: et nos in noſtris annotamentis hiſtoriam pleniſſime decripſimus. Cæterum cum nec Orpheus: nec Apollonius ullatenus de hoc Deucalione meminerint nonnullis arridet hæc lectio grauibus aucto
Aſterius. ribus fulta. Mollisq; a litore Pellenę Aſterius: ut ſit uerſus hypermeter una auctior ſyllaba: quam ſequẽs atterat ut ex illo uergiliano in georgicis licere conſtat. Arbutus horrida: et ſteriles platani malos geſſere ualentes. Quod Euripides et poetæ græci ſubinde factitant. Aſterius uero Philaci et Clymenes frater Alcimedes: matris Iaſonis: quare iure nepos Aſterii Iaſon credi poteſt auunculum non uidiſſe. De hoc ſic Orpheus.
Ἀμφίων κλυτόφημος ἰδ' ἀστέριος μενεχάρμης
Πελλήνην προλιπόντ' ἰδ' ἤια πατρίδος αἴης.
Amphion ſimul aſterius pellene relicta
Cultibus et patriis alacres in prœlia fratres.
Quæ quidem ſententia quãuis appoſite tum menti auctoris: tum decoro competere concinereq; uideatur: nihil tamen auſim detorquere codicem: quoniam in priſcis exemplaribus Deucalion habetur et in
Amphion. peruulgatis. Legendum tamen Aſterium docet Orpheus: qui Amphionis fratrẽ appellat: niſi libet credere Valerium cõſulto alteri fratrũ mutaſſe nomen. Certus iaculis. Iaculator optimus et ſagittarius.

Amphion nobilis. Expreſſit epitheton Orphei κλυτέφημος.i. boni nois et recept æ famæ. Apollo.
Ἀστέριος δὲ καὶ ἀμφίων ὑπερασίου υἷες
πελλήνης ἀφίκανον ἀχαιΐδος, ἥν ποτε πέλλης
πατροπάτωρ ἐπόλισσεν ἐπ᾽ ὀφρύσιν αἰγιαλοῖο
Aſterius et Amphion Hyperaſii filii Pellene uenerunt achaica: quam quondam Pelles progenitor ędificauit in ſuperciliis litoris. Vel nobilis eſt epitheton temporarium et peculiare: de Amphione q erat nobilis enſe cominus: qui uidelicet pugnare poterat ppe: et ſtrenue poterat. Pariter. Vno partu: qualem διδυμοτόκον greci dicunt. Latini auctore Peligno poeta gemelliparã. Edidit. Peperit. Hypſo. mater Deucalionis et Amphionis: qui gemini fuerũt. Nec potuit. mater ipſa inter noſcere non poterat: tanta erat in geminis indiſcreta ſimilitudo. Maro ſimillima proles indiſcreta ſuis: gratuſq; parentibus error. Voluit. non curauit diſcernere geminos eodem affectu illos proſequens. Sunt quibus placuit legere ualuit. Tanta inerat geminitudo geminis ut mater uultum diſcernere non poſſet et aliquam diſſimilitudinem educere.

Nobilis Amphion pariter quos edidit Hypſo
Nec potuit ſimiles uoluit ue ediſcere uultus.
Tum ualida Climenus percuſſo pectore tonſa,
Frater et iphiclus puppem trahit, et face ſæua
In tua mox Danaos acturus ſaxa caphareu
Nauplius, et tortum non a Ioue fulmen Oileus
Qui gemit, euboicas nato ſtridente per undas.

Didymotocos.
Gemellipara.
Clytius.

Ediſcere uultus ſimiles. Memoriter tenere aliquam lineamentorum uarietatem: Reperio in emendatis codicibus educere: hoc eſt elicere diſſimilitudinem aliquam. eadem ſentẽtia eſt. Clytius. Subſequũtur dein fratres duo: qui remigio totis uiribus inhęrent Clytius et Iphiclus. Apollonius.
Τῷ δ᾽ ἄρ᾽ ἔπι κλυτίος τε καὶ ἴφιτος ἠγερέθοντο.
Οἰχαλίης ἐπίουροι ἀπηνέος εὐρύτου υἷες.
Inſuper Clytius et Iphitus nauigarunt ab Oechalia filii Euryti: qui arcu prouocabat Apollinem. Vides ut ex compoſito diſcedit ab Apollonio Valerius: qui Iphitum non Iphiclum ponit fratrem Clytii. Tonſa.
Percuſſo pectore. Remum adeo trahebat ut pectus fere Enchiridio percuteret: quod animoſe remigantibus et totis uiribus: euenire ſolet identidem. Tonſa. Remo. Puppe trahit. Impellit puppem. Remum agit in puppi. Face ſęua. Crudeli ac toti gręcię perniciosa. Nota eſt hiſtoria quẽadmodum Palamede Nauplii filio per dolum Vlyxis a gręcis occiſo: pater Nauplius cũ adultionẽ accingeretur: nec par eſſet gręcorum omnium uiribus: commentus eſt hanc ſtropham. Noctu nauigantibus gręcis in ora Euboia: ſuſtulit facem: quam ueluti Pharon cũ claſſis Græcorum ſequeretur: impegit in Caphareum Euboię montem: et naufragio periit: cui non abludit illud propertianum. Nauplius.
Nauplius accenſos per noctem ſuſtulit ignes
Et natat exuuiis gręcia preſſa ſuis.
Et quis illud ignorat. Saxa triũphales preſſere capharea puppes. Senſus ẽ. Adeſt Nauplius: qui poſtea in ſaxa Caphareа gręcos aget. Danaos. Claſſem gręcorum oppreſſa Troia in patriã reuertentium.
Acturus. Impulſurus ſigno ignis eleuato. Caphareu. Vocantis caſus conuerſo ad montem caphareum ſermonem: ad quem illecti ſunt gręci. Saxa. Scopulos. Nauplius. Orpheus. Caphareo.
Ναύπλιος αὖ ἵκανεν ἀμυμώνης φίλος υἱός
Ὅν τέκεν εὐνηθεῖσα περικλυτῷ ἐννοσιγαίῳ.
Nauplius inſequit' Amymones cara propago: quẽ tulit illuſtri Neptuno ſubdita quondã. Apollonius.
τῶν δ᾽ ἐπὶ δὴ θείοιο κίεν δαναοῖο γενέθλη ναύπλιος.
Poſt hunc diuini iuit Danai proles Nauplius. Subdit interpres. Nauplius oriundus a Neptunno et Amymone Danai filia. Et tortum. Vibratum ac emiſſum fulmen. Pręterea ueniet Oileus: qui morietur in mari percuſſus a Pallade fulmine Iouis iracundiſſime contorto. Non ab Ioue. Sed a Pallade. Oileus.
Pallas torquebit ignem in Oileum. Non abludit illi maroniano ex Aeneidos primo. Pallas ne exurere claſſem Argiuum: atq; ipſos potuit ſummergere ponto
Vnius ob noxam et furias Aiacis Oileię
Ipſa Iouis rapidum iaculata e nubibus ignem
Diſiecitq; rates: euertitq; ęquora uentis.
Qui gemet. Qui Oileus lachrymabitur ac deplorabit mortẽ filii Aiacis a Pallade fulmine icti.
Oileus. Orpheus. ἠδὲ κλυτ. δῖος ὀιλεύς. Subſecutus eſt et dius Oileus. Apollonius fortem uocat Oileum in phalanges inclinatas. Hoc eſt qui perduelles inclinatos in fugam perſequebatur.
Euboicas undas. Percuſſus eſt a Pallade Oilei filius Aiax dũ per mare euboicum nauigat. Nato ſtridente. Aiace querente fata ſua. uel ſtridente nato uuluere Aiacis filii emittẽte ſtridorem ex plaga ſanguine auras terebrãte: quod uix placet. uel fulminis ui in aquis luctantis.

Quicq.Preterea cepheus aderat:qui iuuerat herculem ferre aprum Erimanthæum ſocialiter et pariter. Sudantem. Exhauſti laboris magna ſignificatio. Inſudamus his:quę maxime ſunt difficilia.

Pondere. Vel ſarcina uere:uel ęrumna grauiſſima:et ęrumnoſa paleſtra:qualis fuit occidere aprum

Eryman/thęus aper. erymantheum. Monſtri erymanthei. Apri formidoloſiſſimi:et portentoſę uaſtitatis:qualis erat in erymantho. Tertius fuit labor Herculis ut aprum erymantheum Arcadię uaſtantem agros uiuum afferret

Quicq erymanthæi ſudantem pondere monſtri
Amphitryoniaden tegeæo limine Cepheus
Iuuit.et Amphidamas at frater plenior annis
Maluit Ancæos uellus contingere phryxi.
Tectus et Eurytion ſeruato colla capillo,

quod mandatum admodum difficile uiſum eſt.Oportebat.n.cum eo pugnantem adeo uiribus ualidum animoq prouidum eſſe:ut in beſtię congreſſu:caueret ne manibus elapſę dentium diſcrimen ſubiret: ne ue eam perimeret arctius diſtrictam. hoc arduum factu cenſebat. ſed ea prudētia certauit ut beſtiā uiuā ſup humeros ad Euriſtheū deferret:qua conſpecta pauefactus ille:in æreo ſe uaſe cōcluſit:cui Propertius ſic alluſit. Mors tamen incluſum protrahet inde caput. Hoc innuit Lucretius libro quinto de rerum natura.

Quid nemeęus enim nobis nunc magnus hyatus
Ille leonis obeſſet:et horrens arcadius ſus. Amphitryonidem. Herculem Amphitryonis et Alcmenę filium. Tegeęo limine. Domo arcadica. Eſt enim tegeę locus in arcadia ubi ſtabulabatur aper:et

Tegeæ. regnabat Cepheus:qui et ipſe fuit arcas. Tegeas auctore Stephano ciuitas arcadię:cui ſuffragant Pau

Tegeas. ſanias et Homerus. Maſculinum tegeates:fœmininum Tegeatis. Tegeęus et Tegeaticus hinc Mercu

Cepheus. rius appellatur. Cepheus. Apollonius primo.

καὶ μὴν ἀμφιδάμας.κηφεύς τ' ἴσαν ἀρκαδίηθεν
Οἳ τεγέην καὶ κλῆρον ἀφειδάντειον.υἷε δύω ἀλεοῦ

Amphidamas et Cepheus iere ab arcadia:qui Tegeen et regnū Aphidātium habitabāt;filii duo Alei.

Alaus. Subdit gręcus interpres. Tegea ciuitas Arcadię. Alaus Aphidanti filius Arcadis. Aphidas Arcadis

Aphidas. priſci filius:qui imperauit Tegeę a quo regio Arcadię dicta. Duo ſūt Cephei:hic Alei filius:cuius meminit Apollonius. alter autem cuius meminit Hellanicus in libro:quo de Arcadicis agit. De quo Cepheo nec quidem tacuit Orpheus ſic.

κηφεύς τ' ἀρκαδίη ἵκεθ' ἱερὸν τοι πελάσιν.

Amphida/mas. Amphidamas. Hic frater Cephei nauigauit cum fratre:de quo ſupra. Frater Cephei et Amphidamę. Plenior annis. Prouectior ętate:ſenior.erat maior natu fratribus. Notandum duos Ancęos nauigaſſe:ancęum uatem:et hunc fratrem Cephei et Amphidamę:cui concinit Apollonius. Contingere. Ad illius uelleris aſpectū peruenire q̄ domi cum inertia:ueternoq ſatagētibus cęteris deſidere. Orpheus.

Ἀγκαῖον δ' αὖ ὅμιλον ἀπ' ἀρκαδίης πολυμήλου.
πέμψε πατὴρ ὑκεαιος ἐπὶ πλόον ἀξεινοιο.
Οὗτος δ' οὔποτε χλαῖναν ἐπὶ ςιβαροῖς βάλεν ὤμοις
Ἀλλ' ἄρκτου λάσιον ςέρνοις ἀμπίσχετο δέρμα. Latine.

Ancæus. Ancęumq ſenex Euxini ad littora ponti
Iuſſit ab Arcadia pater una heroibus ire.
Hic humeris nullos ualidis induxit amictus:

Progene/steros. Sed rigidum pellis latus urſo texit adempta. Hūc Apollonius inquit tertium fratrem cum Cepheo et Amphidamante nauigaſſe. Verba Apollonii ſic latine ſonant. Amphidamas et Cepheus ex Arcadia nauigarunt:Tertius autē euntes frater ſectatus eſt Ancęus. Ambobus frater προγενέστερος.i.natu maior:quem pater:licet ſeneſcens: Aleus concedere coactus eſt fratribus ſocium. Iuit autem Męnalię urſæ pellem utrinq incisam indutus: Dextra uibrans bipennem magnam. Arma autē ipſi auus Aleus penitiſſimā abſcondit in domo ſi aliquo pacto impedire poſſet eum ne abiret. Lycurgi et Antinoes filiū Ancęum tradit interpres Apollonii. Nota qd Apollonius ait hunc Ancęum maiorem natu ſuis fratribus abiiſſe ad bellum cum pater tanq̄ ſeniorē uellet uti remaneret domi ad gubernandum patris ſeneſcentis imperium. Quare in propoſito perſiſtens Ancęus induit urſinam pellem:et abiit cū filiis duobus Alei. Caue putes hunc fratrem Amphidamantis et Cephei fuiſſe:quippe cum dicat Valerius. Frater plenior annis:ait Ancęum fuiſſe fratribus ſuis ſeniorem:non autem filius Alei. Tectus colla. Habens colla tecta:quoniam capillatus:et acerſecomes:ut aiunt gręci:fuit:numiniq peculiari comam nutriebat.

Seruato capillo. Nutrito:neq deraſo alicui numini. Mos priſcorum fuit primo iuuētę flore deis crines conſecrare. Eurytion. Super hoc heroe meminit Apollonius illum cum Eribote ueniſſe tradens:

Eurytion. et Iri Actoridę filium fuiſſe. Pater. Irus pater iubebit Eurytiona barbam illi numini ſuſpendere:cui dicata fuerat:et hoc factitabit cum primum incolumis in patriam repedabit.

Reducem. Soſpitem in patriam reuertentem. Tondebit. Numiam numini comam ſubſecabit.
Neſtor. Venit et Neſtor: qui cum expertus hanc nauigationem calamitoſam: et miraculorum plenã: mox non admirabitur mille nauibus inſtructam græcorum claſſem: quæ in Troianos ſoluet: quippe cũ prius expertus ſit hanc arduam peregrinationem. Hunc ſilentio ſupprimunt Apollonius pariter ac Orpheus. In freta rapit. In nauigationem raptim trahit: inducit: inuitat. Puppis fama. Argus nomen iam percelebre. Velis mycenæis. Nauibus iuſſis nauigare a græcis duce Agamemnone rege mycenarum. Candida æquora. Nõ mirabere maria uelis cãdidis plena et obumbrata. Stantes magiſtros. Præſidẽtes gubernatores nauium: et clauum gubernantes. Qui uero totã claſſem gubernat archigubernius iuriſperitis appellatur. Hinc. Dehinc. Poſt Neſtorem Mopſus adeſt. uel ab hoc latere nauis remigat. Vates. Propheta: cõſcius cœli atq; fibrarum. Fides nõ uana Phœbi. Quem fidunt et credunt omnes a patre Phœbo ſpiritũ fatidicum traxiſſe. nec enim ueriſimile eſſe alium potuiſſe oracula fundere niſi a Phœbo. Mopſus. Apyci et

archigubernius.

Quem pater aonias reducem tondebit ad aras.
Te quoq; theſſalicæ Neſtor rapit in freta puppis
Fama, Mycenæis olim qui candida uelis
Aequora, nec ſtantes mirabere mille magiſtros.
Hic uates. Phœbiq; fides non uana parentis
Mopſus, puniceo cui circunfuſa cothurno
Palla imos ferit alba pedes, uittataq; frontem
Caſſis, et in ſummo laurus peneia cono.
Quin etiam herculeo conſurgit ab ordine Tydeus,
Nelideſq; Periclymenus, quem parua methone,
Et leuis Elis equis, et fluctibus obuius Aulon

Aregonidis filius. De Mopſo uate Apollinis filio: cui ſe pater in oraculis totũ pbebat: in ſuperioribus affatim ſcripſimus. Puniceo. Purpureo: rubicundo. Palla alba. Simplicitatis et ſanctitatis color eſt.
Palla. Veſtis. Imos pedes. Summitatem pedum. Caſſis uittata. Pro ornamẽto uel inſigni. non diſcedens prorſus ab inſtituto decoroq; ſacerdotali uittas geſtar homini ſacro: pontificiq; cõuenientes.
In ſummo cono. In apice et ſummitate galeæ: quę pennis ſtruthi decoratur: et ſimilibus. Pennacios lingua uernacula dicit ab huiuſmodi pennis quibus exornantur. Plinius cum de ſtruthocamelo loquitur inquit libro. x. Præmia ex his oua propter amplitudinem pro quibuſdam habita uaſis: cõnoſq; bellicos et galeas adornantes pennæ. Quis illud ignorat? Coniferi micuere apices. Laurus peneia. Cæteri in conis galearum habent ornamenta diuerſa: hic habebat laurum indicantem eum filium eſſe apollinis: cui laurus eſt dicata. Peneia uocatur laurus a patre Peneo fluuio Theſſaliæ. Philoſtratus Ladonis autumat. Tydeus. Hic a Calydone uenit: qui deinde interfecto fratre miſſus eſt in exilium: filiamq; Adraſti duxit uxorem: de quo inferius nonnulla dicent: de quo perinde et de Neſtore tacẽt poetę gręci quos equidem legerimus: qui argonautica cõſcripſerunt. Nelides. Filius Nelei: de quo ſic Rhodius.

Conus.
Conifer.
Peneia laurus.
Tydeus.

οὐδὲ περικλύμενος νηλήιος ὤετο νέισθαι
πρεσβύτατος παίδων. ὅσσοι πύλῳ ἐξεγένοντο νηλῆος θείοιο. ait Apollonius Nelei filium Periclymenum ſeniorem ueniſſe: ex his qui habitabant Pylon. Orpheus.
Ἔνθ᾽ ἦλθε περικλύμενος νηλήιος εἰσαφίκανεν
Ἀγχόθι πελλήνης τε καὶ ζυνδρεῖο λιπίζου.
Ἄςυ λιπὼν ἀφνειὸν ὀρειονόμους τε κολώνας. i.
Venit Periclymenus Neleides Pellenem linquẽs: Lipezon: et Colouas. Interpres Apollonii. Neleus habuit filios ex Chloride Neſtora: Periclymenum: Chironium. Ex uariis autem fœminis Taurum: Aſterium: Lycaonem. Deimachũ: Eurybium: Epilcontem: Phraſiu: Autimenen ut Aſclepiades inquit et Alaſtora: et ut poeta: duodecim. Neptũnus hũc nepotẽ ſuũ: Neleus. n. fuit filius Neptũni: ornauit indulgens plurima: uidelicet ut in uarias formas tranſiret. Quare marinus Proteus uocabatur Hercules in bello contra Pylios ipſum trucidauit conſilio Palladis clauo feriens infixum. Heſiodus ait in medio iugi conſediſſe formam muſcę indutum: et ita ab Hercule claua peremptum: de quo multa in plautinis tradidimus commentariis. Methone. Stephanus. Methone ciuitas Thracię. Homerus per. x.
Οἵ δ᾽ ἄρα μηθώνην καὶ θαυμακίην ἐνέμοντο.
Ciuis methonęus. Eſt et Macedoniæ. uocatur ἀπὸ τοῦ μέθυ .i. ebrietate. Abundat enim uino. Eſt in Laconia. Gentile methonæus. quarta in Perſide: quinta in Euboia. De Methone Achaiæ urbe meminit Plinius in quarto. Elis. Ciuitas Peloponeſſi. Propertius. Et quas elis opes ante pararat equis. Leuis equis. Habens equas curſu velociſſimas: quæ pręmium in olympiis referebant genere epiroticę: de quibus Maro primo georgicon intellexit illo hemiſtichio. Eliadum palmas epiros equarũ. Equæ enim in curſu meliores ſunt equis quoniam inter currẽdũ lotium emittũt. Fluctibus obuius. Expoſitus mari. Litoralis eſt ciuitas. Priſci codices habent oblitus. i. madefactus. Aulo. Scribendũ Aulon. Aulon inquit Stephanus ciuitas Laconiæ. Ciuis Aulonites. Altera Arcadię. Ciuis aulonius.

Periclymenus.
Chloris.
Neleus.
Proteus marinus.
Muſca i in go.
Methone.
Elis
Aulon.



BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE

Aulon cau lonia. Cótra Ser uium.

Tertia Cretæ. Eſt et locus Arabię. Eſt et Aulon apud Crotoniatas: qui uocatur Caulonia. Orpheus. Linquens aulona: et undas terapnas. De laconico aulone intelligit Valerius noſter. De Crotoniatarũ aulone forte intellexit Horatius cum ait. Et amicus aulon. quáuis Seruius Caulon malit contra legem carminis: ignorans Caulonem: ſiue Cauloniam et aulonem eſſe idem. O ré ridiculam et nimis minu/tam. Aduerſos uultus. Facié et caput aduerſarii et cóſertoris in litore patrio frágebat Periclymenus

Cæſtibus aduerſos uiderunt frangere uultus.
Tu quoq; phryxeos remo pœantie colchos
Bis lemnon uiſure petis, nunc cuſpide patris
Inclytus herculeas olim moture ſagittas.
Proximus huic Butes attæis diues ab oris,
Innumeras nam claudit apes, longaq; ſuperbus
Fuſcat nube diem, dum plenas nectare cellas

et uictoriá cũ cęde cótra pugnátis referebat. Viderunt. Periclyme/nũ frágere. Phryxęos colchos. huc etiam uenit Philoctetes: qui poſtmodo nauigauit in Troiam du ce Agamemnone. Remo petis. adis in argo naui. Pœantie. phi locteta fili Pœantis. Cuſpide pa tris. Nunc ferebat cuſpidem et lan ceam quam acceperat a patre.

Poeas.

Olim. Futurum tempus reſpicit quando gręci nauigabunt ad expe ditionem troianá. Moture. Tra/ctature. Pœas accepit dono arcum

Philocte/tes male maſculus.

cum ſagittis lernæo ſanguine tinctis ab Hercule: cum ſuccédiſſet in ætea pyram Herculem crematurũ eas Pœas filio philoctetæ leguit. Cum uero græci et pręſertim Vlyxes accepiſſent Troiam expugna/ri ſine ſagittis herculeis non poſſe: ſecum Philocteten duxerunt: in cuius pedem cum una incaute tra/ctata: decidiſſet: inſanabili ulcere confecit: cuius fetorem cum ferre claſſis græca non poſſet: relictus eſt in lemno: ubi egeſtate miſerrima cóſectus ſe lemniis prurioſis obtulit ad Veneré: et muliebria paſſus é quod innuit Epigrammaticus his uerſibus.

Mollis erat: faciliſq; uiris pœantius heros.
Vulnera ſic paridis dicitur ulta Venus.

In Thelesil lam male olentem. Enarrans Lucianus.

Cui succinit illud Auſonii Galli. Herculis heredi quod Lemnia ſuaſit egeſtas. Hic deinde ſanatus fuit a Machaone Propertio auctore Tarda Philoctetæ ſanauit crura Machaon. In Theleſillam illiberaliter olenté Lucianus ingenioſum Epigramma græce elaborauit: quod nos latinum ita fecimus.

Mœonides non tale malum ſpiraſſe chimeram
Trigeminam: aut tauros credidit igniuomos.
Non omnem Lemnon: uolucrum excrementa ſororum:
Atq; philoctetæ uulnera dira pedis.
Quare iudicio populi Theleſilla: Chimeram
Vince: boues: ſanies: lemniadas: uolucres.

Bis lemnon uiſure petis. Bis O philoctetes uidiſti lemnon et cum græcis ibis Troiam perſuaſus ab Vlyxe. Tunc propter fetorem pedis derelictus eſt in lemno. Moture. Tractature indiligenter: quippe cum una deciderit in pedé: et anxio dolore cruciauerit. Aegæus. Hoc ſcioli triuiales ita corruperũt. Scribendũ ex reuerédę uetuſtatis exéplari. Proximus huic butes. de quo ſic Apollonius libro primo.

Butes. Aeneades.

Τοῖσδ᾽ ἐπὶ κεκρωπίηθεν ἀρήιος ἤλυθε βούτης
παῖς ἀγαθοῦ τελέοντος. Ex Cecropia uenit Butes filius boni Teleontis. Orpheus.
Βούτης τ᾽ αἰνειάδης ἴκελος χρυσάορι φοίβῳ.

Tuq; etiam Aeneades: phœboq; ſimillime Butes. Actęis ab oris. κεκρωπίηθεν inquit Apollonius. i. a Cecropia. Diues erat et facundus Apium propter hymetum montem florentiſſimũ: cuius flores melli conficiendo peridoneos cum apes depopulari ſoleant: mella inde nuncupantur hymetia. Claudit.

Nubes.

Inter aluearia. In apiariis et bugonibus. Tot nominibus appellantur apum domicilia ubi mella confi/ciunt. Longa nube. Examine plurimo: multitudine innumera. Poetę gregem auium turmatim con/uolantium nubem uocitant. Annibal apud Liuium Fabium cum exercitu occupantem cacumina mon tium: nubem uocat: et qđ hymbrem minabatur: et propter multitudinem confertiſſimam. ut libro quar/to idem Flaccus. Cocytia nubes cum de Harpyis ſuperne uolantibus ageret etiam miſſilium nubes ap/pellatur. Cum Perſę laconibus minarentur: qui Thermopylas inſederant. forte ut crebritate telorum obumbrarentur: ergo inquit leonidas ſub umbra pugnabimus. Scribit Plutarchus in aureo de philo/ſophorũ placitis libello Anaximádrũ céſuiſſe nubes fieri craſſeſcente q̃ maxime aere. Metrodorus aquo ſo uaporis ſubductu cócreſcere nubes. Epicurus ab expirationibus. Plenas cellas. Apũ cęlę ſexangu læ a ſingulorũ pedũ opere. Sic uocant aluearorũ cubicula ubi apiculę mella ſtipant: et puro diſtendũt nectare cellas. Nectare. Liquore diuino. Sic et a Marone dicitur. Rapiunt apes: inquit Plinius libro undecimo: diebus ſerenis munia: cellaſq; replent. Venit mel ex aere: et maxime ſiderum exortu: pręci/pueq; in ipſo ſirio explendente fit: nec omnino prius uergiliarum exortu ſub lucanis temporibus. Itaq;

cum prima aurora folia arborum melle roſcida inueniuntur. At ſi qui matutino ſub diuo fuere: unctas liquore ueſtes: capillumq́ concretum ſentiunt. Siue ille eſt cæli ſudor: ſiue quædam ſiderum ſaliua: ſiue purgantis ſe aeris ſuccus: ſiue aquæ é et purus ac liquidus: et ſuę naturę: qualis defluit primo. Nunc uero e tanta cadens altitudine: multumq́ dum uenit ſordeſcens: et obuio terrę halitu infectus: prꝛterea a fronde ac pabulis potus: et in utercꝛlos congeſtus apum. Ore enim eum uomūt. Ad hęc ſucco florum corruptus: et alueis maceratus: totieſq́ mutatus: magnam tamen cæleſtis naturę uoluptatem affert.

Pandit et in dulcem reges dimittit hymetton.
Inſequeris, caſuſq́ tuos expreſſa phalere
Arma geris: uacua nam lapſus ab arbore paruum
Te quater ardenti tergo circumuenit anguis.
Star procul intendens dubium pater anxius arcum.
Tunc cælata metus alios gerit arma Eribotes.

Reges. apium quos egredientes ſequuntur apes omnes atq́ ſuccollant: hos aculeatos quidem eſſe tradunt: ſed aculeo nō uti: magno ac utili regibus noſtris exemplo: niſi apibus: ne dicam ueſpis ac uiperis eſſent irritatiores: minima quaque oblata rima figentes aculeum. Eſſen .i. ἔσσην rex apum dicitur de quo meminit Callimachus in hymno in Iouem: Subit Callimachi interpres. Eſſen proprie apum rex: nunc autem et hominum.

Reges apū aculeo non utuntur.
Eſſen rex apum.

Hymetton. Montem atticæ floricomum. Plinii uerba. Ibi optimus ſemper ubi optimorum doliolis florum conditur. Atticę regionis hic et Sicilię Hymetto et Hybla ab locis. mox Callimne inſula. Optimū fit e thymo et appellatur thymoſum. Inſequeris. Accedis et tu Phalere qui pictos in clypeo caſus tuos geris: quemadmodum uidelicet liberatus es a patre: transfixo ſagitta dracone: qui dormientis ſaluti inſidiabatur. Orpheus. Phalerus.

Α᾽λκωνος δε φάληρος ἀπ᾽ αἰσήποιο ῥεέθρων
ἤλυθεν ὅς γύρτωνος ἀλισιφὲς ἔκτισεν ἄςυ.i.

Alconis filius Phalerus Aeſepo uenit a flumine: qui ualidis muris cinctam urbem Gyrtonem cōdidit. Hic ab Apollonio φάληρος ἐυμελίης hoc eſt bellicoſus uocatur: quem seneſcente patre Alcone genitum: miſſum cum heroibus autumat: fuiſſeq́ μονογενῆ hoc eſt unicum. Quidam: ut ait interpres Apollonii Alconem Erechthei filium dicunt: ubi pulchra referuntur. Caſus tuos. Quemadmodum uitæ tuę dum inhiaret anguis tranſfixus fuit arcu patris Alconis. Hanc hiſtoriam reconditam Manlius attigit quinto matheſeos in hęc prope uerba.

Gyrton. Alcon. Monogenes.

Quin etiam ille pater tali de ſidere cretus
Eſſe poteſt: qui ſerpentem ſuper ora cubantem
Infelix nati: ſomnumq́: animamq́ bibentem
Suſtinuit miſſo petere ac proſternere telo:
Ars erat eſſe patrem. uicit natura periclum
Et pariter iuuenem ſomnoq́ et morte leuauit.

Hunc Alconem tam certum ſagittarium Manlius natum ait ſub ſagitta ſigno cæleſti. Seruius in enarratione illius uirgiliani uerſus. Aut Alconis habes laudes: aut iurgia codri: ſcribit. Alcon Cretenſis ſagittarius fuit: cuius cum filium draco inuaſiſſet: tanta arte direxit ſagittam ut ea currens in ſerpentis uulnere deficeret: nec tranſiret in filium. Expreſſa arma. Clypeum expreſſum et pictum tuos caſus. Nam auctore Plinio clypei a priſcis pingebantur unde nomen. Vacua. Ex deſcenſu ſerpentis euacuata: cum prius immenſi: tortuoſiſſimiq́ draconis nodis implicaretur.

Lapſus. Molliter: ſenſimq́ deſcendens. Paruum. Infantem: ſaltem tenerum.

Te. Phalerum. Sunt qui legunt ter. i. multinodi ſpira atq́ uolumine. Ter quater multoties dicitur. uel quoniam eſt principium numeri maſculini et fœminini. Par enim numerus eſt fœmineus. Impar maſculus. quaternarius eſt perfectus: ternarius perfectior: qđ includit parem et imparem.

Ardenti. Squallenti: ſquammis in nitorem aureum refulgentibus. Circumuenit. Circumplicat pro circumplicauit. Procul. Eminus iaculatur pater Alcon in ſerpentem. Intendens. Lunans: adducens: ad iaculandum incuruans. Pater anxius. Alcon ſolicitus pro filii periculo.

Arcum dubium. Pro ipſe Alcon dubius an ipſum feriret anguem qđ uidelicet dubitabat ne una iaculo filium traiiceret. Tunc cęlata. Statim affuit: et Phalerum ſubſequutus eſt Eribotes: qui arma cęlata nouos: alioſq́ metus ferebat. Arma celata metus dicuntur clypei: in quibus alii metus erant celati.

Metus alios. Dixit alios propter metus Phaleri: quos tum parens: tum ipſe recepit quando anguem adrepentem uidit pater arcum tenens: et filius experectus conſpicatus anguem inſtantem: Eribotes pinxerat ut amicus Phaleri diuerſos metus: quos paſſus eſt Alcon Phaleri pater quum ipſum cum filia fugientem proſequeretur hoſtis. Et certe aut huius loci hiſtoria a poeta ſignificata Eribotes.

me fugit: aut illam ſignauit Apollonii interpres bis uerbis libro argonauticon primo.
Α'λκωνα τὸν φαλη'ρου πατέρα πρόξενοσ φη'σιν υἱὸν ἐρεχθέωσ. φυγεῖν δὲ αὐτ λέγει
ἀπὸ τῆς ἀττικῆσ μετὰ τῆς θυγατρὸς χαλκιόπησ εἰς εὔβοιαν. ἐξαιτοῦντος δὲ τοῦ
πατρὸς οὐκ ἐκδοῦναι τοὺς χαλκιδέας. i. Alcona Phaleri patrē Proxenus ait filiū Erechthei.
Erechthei. Fugiſſe autem ipſum dicit ab Attica cum filia Chalciope in Euboiam. Repoſcenti uero illū patri Chal
Chalciope cidenſes non reddidiſſe.

Nec Peleus fretus ſoceris et coniuge diua
Defuit. at prora ſplendet tua cuſpis ab alta
Aeacide, tantum hæc altis excelſior haſtis,
Quantum Peliacas in uertice uicerat ornos.
Linquit et Actorides natum chironis in antro,
Vt ſocius charo pariter meditetur Achilli
Fila lyræ, pariterq; leues puer incitet haſtas.
Diſcat eques placidi conſcendere terga magiſtri.
Et quem fama genus non eſt decepta Lyæi,

Senſus eſt igitur Valeri noſtri: cum Phalerus in clypeo proprium caſum portaret: et metum mortis imminētis ab angue: qđ amicus Eribotes rem Alconi aut filio facturus utiq; pergratam ratus tulit metum pictum patris Alconis: quo correptus eſt inti me cum patrem fugeret erechtheū: a quo ſi reprehenſus fuiſſet actum erat de miſero Alcone. ἀλκη'εισ ἐριβώτησ dicitur ab Apollōnio:
Euribates. quem interpres Apollonii ciaus herodorū in argonauticis uocat euribaten. Soceris. Nereo: cęteriſq; marinis deis. Coniuge diua. Te
Haſta Pe/ thide. Orpheus.
lei. πη'λεα τ' αἰακίδην αἰγίνησ ἀγλαεν εἶδον
Cὃσ δολόπεσιν ἄνασσεν ἐνὶ φθι'ῃ ἐριβώλω. i.
Pręterea ęaciden illuſtrem Pelea partu
Aegines dolopum: phthia qui regnat in urbe. Orpheo concinit Apollonius in primo. At prora. non
Menœtius ſine lancea illa ſua percelebri: de magnitudine cuius ſupradiximus: quam poſuerat in prora tráſiens ad
actorides. remos. Sunt qui legunt. Vt. O quemadmodum Peleu lancea tua ſplendet. Aeacide. Aeaci fili Peleu.
Excelſior. Maior omnibus haſtis etiam maximis. In uertice. In cacumine montis Pelii. Vicerat.
Superexcelluerat. Peliacas. Quercus in pelio monte enatas. Haſta Peleí tantum eminuit cęteris haſtis: quātū arbor: ex qua facta fuit: cęteris erat maior arboribus. Actorides. Menœtius Actoris filius liquit filium Patroclū cum Achille ut pariter ſub Chirone muſicā καὶ τὰ τακτικὰ diſceret: de quo Apollonius Rhodius ait.
καὶ μὴν ἄκτωρ υἷα μενοίτιον, ἐξ ὀπόεντος
ὦρσεν ἀριςῆεσσι σὺν ἀνδράσιν ὄφρα νέοιτο.
Opus ciui/ et Actor fortem Menœtium ex opoente impulit bonis ſimul iret ut heroibus. Opus uero unde oriūdus
tas. Menœtius ciuitas Locridis ab Opoente Solis filio. Patroclus ut inquit Apollonii commentator filius
Sthenele. fuit Menœtii et Stheneles: quare a latinis utiq; poetis Sthernelcius heros appellatur. Actoris filii fuere
Sthenele/ Menœtius et Iros: Menœtii Patroclus: Iri autem Eurytion. Hinc Orpheus Menœtium uocat Actori/
ius heros. dem. Meditetur. una cum Achille exerceat. Meditari pręter notam ſignificationē notat exercere: quo/
Iros. niam auctore interprete honorato: a uerbo gręco μελετάω deflectitur. i. exerceo: cui non abludit id uir
Patroclus. gilianum. Silueſtrem tenui muſam meditaris auena. Significat enim uerbum gręcum cogitare ac exer
Meditari. cere. Teſtis locupletiſſimus Apollonius libro argonauticon ſecundo in hęc uerba cum de populis: qui
Chalybes. Chalybes appellantur ageret. μετὰ τε σμυγερώτατοι ἀνδρῶν ἐργατίναι. τοὶ δ' ἀμφὶ σιδηρεια ἔργα μέλονται. i. ultra Thermedontem laborioſiſſimi mortalium aſperam Chalybes: et indomitam terram habitant: qui uſq; et uſq; ferrea opera meditantur. Quare non conuellēdus eſt alio: nec grāmatiſtarum mangonio interpollandus eſt is Horatii uerſiculus. Cultis diluuiem meditatur agris: cum imperiti minitetur: emendauerint contra ſeruianam cenſuram: quę eo uerior eſt quo uetuſtior. In anti/
Neruię. quis ueritas uiguit atq; doctrina. Fila. Quę neruię dicuntur et fides. Pariter. Sub uno eodemq;
Fila. magiſtro Chirone: unde centaurus pedes equinos habere dictus quod ſcilicet et literas docebat: et eque
Fides. ſtrem artem: muniaq; ſimul bellica. Leues. Τὸ περίττον. pueri nanq; miſſilia uiribus lacertorum cōciuere debent. Incitet. Citatiſſime contorqueat. Eques. Equum aſcendens Patroclus. Placidi. Placide diſcipulum recipientis. Fama. Non ſunt decepti credentes hunc eſſe filiū Bacchi: qui Lyęus appellatur. Phlias. Apollonii uerba.
φλειάς δ' αὖτ' ἐπὶ τοῖσιν ἀραιθυρέηθεν ἵκανεν
Ἔνθ' ἀφνειὸς ἔναιε διωνύσοιο ἕκητι
πατρὸς ἑοῦ πηγῇσιν ἐφέςιος ἀσωποῖο. i. Phlias autem poſt hos ab Arethyra uenit: ubi diues habitabat Bacchi beneficio patris ſui fontibus imperans Aſopi. Lucilli uerba. Arethyra ciuitas peloponeſ
Phlias. ſi in montibus ſicyonis exiſtens: quę nūc uocatur Phliuſa a phliunte Bacchi: et Chthonophiles filio: et
Arethyra. ipſe Bacchus Phlius uocatur ἀπὸ τοῦ φλύειν. i. bullire uinum. Orphei uerſus.

φλιάς δ' ἵξικανε περικλυτὸς, ὃν ποτε βάκχῳ
νύμφη ὑποκλινθεῖσα παρ' αἰσήποιο ῥοῇσι.
Latine. his affuit inclytus Phlias: quem quondam Baccho peperit puella apud ripas Aſopi. Immiſſos. Infra miſſos habens capillos: promiſſos: defluos uidelicet ac longos. Patrios. Bacchicos. Intonſus eſt Bacchus et egregie comatus: quod inſigne ei ſoli cōtingit et Apollini: unde Tibullus. Solis ęterna ē Phœbo: bacchoq́ iuuenta: Nam decet intonſus crinis utrūq́ deum. Bacchum uero Phlię fuiſſe patrem mox innuimus. De uertice. Ex capite ſuo. Erat Phlias crinitus ut pater. Nec timet. Aſtypalęa nympha mater Ancęi audet illum mittere ad expeditionē ita formidoloſam quę cū ex Neptūno genuit. Apollonius libro ſecūdo. ἠμὲν δ' ἀγκαίῳ περιώσιον ἔμβαλεν ἥρη θάρσος. ὃν ἰμβρασίοισι παρ' ὕδασιν ἀστυπάλαια τίκτε ποσειδάωνι. i. niſi imenſam inſpiraſſet Iuno audaciam ei: quem apud aquas Imbraſi aſtypalęa Neptūno peperit. Orpheus. ἀγκαῖος τ' ἵμολε πλευρώνιος ἐς ἐπ' πόρειας

Aſtypalæa

Imbraſus.

Phlias immiſſus patrios de uertice crines.
Nec timet Ancæum genitrix committere ponto,
Plena tulit quem rege maris. ſecurus in aequor
Haud minus Erginus: proles neptunia fertur:
Qui maris inſidias, clarae qui ſydera noctis
Norit, et e clauſis quem deſtinet Aeolus antris.
Non metuat, cui regna ratis, cui tradere cœlum
Aſſidua Typhis uultum laſſatus ab arcto.
Taurea uulnifico portat celer ærea plumbo
Terga Lacon, ſaltem in uacuos ut brachia uentos
Spargat. et œbalium pagaſeia puppis alumnum

Οὐρανίας ἄστρων ἐδάη κύκλους τε πλανήτας
οἶσθέ τε γὰρ τότ' ἔοντα τάτ' ἐσσόμεν' ἀνθρώποισιν.
Venit et Ancęus cui cyclos: cuiq́ planetas
Noſſe datum: et ſummis quod iter pleuronius aſtris
Vnde quod et preſens: et quę uentura canebat. Genetrix. Aſtypalęa. Cōmittere ponto. Forte non eſt uerita mater Ancęum mari committere: quoniam cōſcia erat illum eſſe Neptunni filium: ei a patre nihil expectandum mali. Plena. Grauida. Quem. Ancæum. Rege maris. Neptunno. Securus. Quoniā et ipſe genus a ſalſipotēte Neptūno trahebat. Erginus. Scribit interpres Apollonii Erginum fuiſſe filiū Clymeni Preſbonis et Buzites Lyci filiæ. Apollonius libro primo duos alios uenisse filios Neptūni refert. Erginus relinquēs oppidū inclyti mileti apud imbraſum genitus ex uirgine ambo periti nauticę artis: et in bello clari. Imbraſus ſami fluuius ut inquit interpres Apollonii. ergo Erginus fuit ſamius. Sed Orpheum diuerſa ſentientem accipe.

Pleuronius

Erginus.
Clymenus
Preſbon.
Buzites.

ἤλυθε ἐργῖνος βράγχου πολύπυρον ἄρουραν
ἐκπρολιπών: καὶ τύρσιν ἐρεμνῆς μιλήτοιο
Ἔνθα ῥυαὶ κλύζουσι πολυπλανέος μαιάνδρου. Latine.
Venit et Erginus Branchi cultiſſima linquens
Et patriam celſis cum mœnibus arua mileti:
Mæādri in ſe ſe quæ uerberat unda recurrēs. Quē deſtinet. Quē uētorū ſit emiſſurus æolus: an eurum: an zephyrū: an aliū. Plinius libro tertio de ęolo loquēs. Tertia ſtrongyle a Lipara liquidiore tātū flāma differt: cuius fumo q̄ nā flaturi ſint uēti in triduū pdiſcere incolæ tradunt: unde æolo uentos paruiſſe exiſtimatū. Regna ratis. Gubernaculū et miniſteriū nauis argus nō dubitabit ei tradere typhis: uel poſt mortē: uel cū laſſus aſſidua cœli meditatione. quieſcere deſiderabit. Regna ratis uocant principatus i naui: ueluti Cicero regnare i foro dicebat: cū eſſet oīum oratorū facile princips. Tradere cœlū. Meditationi ſiderali ſufficere Ancæū nō dubitabit Typhis uelut æque prudentem. Aſſidua arcto. Aſſidue lucēte: inexhauſta: inoccidua luce coruſcās urſa nauigantibus. Hic uertex nobis ſemper ſublimis. Hāc urſā maiorē ſeptētrionales ſemp nauigādo reſpiciūt: et ad illā animū ac pyxideculā intendūt. Laſſatus uultū. Habēs fatigatos oculos reſpiciēdo Helicen pdiu ac pernox. Vultū ponit pro tota facie: pſertim oculis. Sūt qui multū legūt uetuſtis exemplaribus refragātibus. Taurea. Ex pelle taurina annexa: quibuſdā colligata zonis ex corio bubulo: brachiis inexa: de quibus libro quarto dicturi ſumus. Taurea ærea uocat æreos cæſtus ex corio taurino cōnexos. Sūt q̄ nō ærea: ſed inſita ſcribūt. poſſunt inſita uocari quoniā manibus et brachiis iſerebant illa cingula cū q̄ſpiā pugnaturus eſſet. Plumbo uulnifico. maſſis et pilis plūbeis quæ annexæ loramētis bubulis maximos ingeminabāt ictus. uulnificū uocamus ferrū qđ uulnera iſligit. ut ille. Vulnificuſq́ chalybs. Lacon. Pollux lacedęmonius ledę et iouis filius. In uacuos uētos. ut luſoria: imaginaria: pfunctoria p̄lia cęſtuū luderet nō uera: q̄ppe cū ceſtus nō huic expeditiōi nauticę cōueniret. Deī n̄ tñ cū amyco neceſſe fuit exercere uerā pugnā ī umbraticā. Pyxagathos ab homero Pollux appellat. i. cęſtibus pugnās. Brachia ſpargat. Diuaricet lacer

Branchus.
Miletus.
Mæander.

Regna ratis.
Regnare ī foro.

Taureā

Pyxagathos.

tos ac alternet: quod in hac paleſtra neceſſariũ putant. Oebaliũ. Laconicũ Pollucẽ Pagaſeia. Argo/
Spectet. Spectare ex delectatione poſſit. Celebrantem. Feſtis excipientem. Litora. Statiua ar/
gonautarum. Secura pugna ludicra ac ſine ſanguine. Melior. Polluce. Venit et Caſtor: qui tan/
tum ualebat equis quãtũ Pollux ceſtu. Contundere. Infringere: cohibere impetum equi currentis.
Oreas appellarunt antiqui teſte Põpeio frenum illud. Freno theſſalico. Frena et equi in Theſſalia re/

Spectet ſecuro celebrantem littora ludo.
Oraq; theſſalico melior contundere freno,
Vectorem pauidæ caſtor dum quæreret helles,
Paſſus amyclæa pingueſcere cyllaron herba.
Illis tænareo pariter tremit ignea fuco
Purpura, quod gemina mater ſpectabile tela
Duxit opus: bis taygeton ſyluaſq; comantes
Struxerat, eurotan molli bis fuderat auro.
Quemq; ſuus ſonipes niueo de ſtamine portat.
Et uolat amborum patrius de pectore cycnus.
At tibi collectas ſoluit iam fibula ueſtes.
Oſtenditq; humeros fortis, ſpatiumq; ſuperbi

Oreas.

perta ſunt. Maro in georgicis. Frena Pelethronii Lapithę: Giroſq; dedere Impoſiti dorſo. quare priſcus uates Euripides theſſaliã πωλ λωτροφον appellat. Vectorem Helles. Arietem et uellus aureum. Quęreret. Peruestigaret: ſecta/retur. Pauidę. Superne uidens profundum caligãti acie decidit ab ariete. Paſſus pingueſcere. Per/miſit ſolutum et a labore immunẽ ut pingueſceret. Cyllaron. Sic uocatus equus Caſtoris de quo Maro in Georgicis. Cyllarus et quorum graii meminere poetę. Amyclęa. Laconica. Amyclæ auctore Stephano ciuitas laconica: quam Amyclas lacedęmonis filius poſuit Declinatur et Amycla. Gentile Amyclæus et ἀμυκλαιεύς fœ/mininum Amyclęa et amyclais. Dicit et amyclaites ut Thebaites. Eſt et amyclęon ciuitas Cretę et por/tus. Eſt quoq; Amycla ciuitas Italiæ: quę ſilentio periit cũ propter uanos tumultus identidem nuntia/tos: ac temere creditos: impoſterum prohibitum eſſet edicto nuntiare hoſtium aduentum. Veris demum hoſtibus adſtantibus capti ac deleti ſunt. Quare didaſcalice a Lucillio dictum. Mihi loquẽdum duco: cũ ſciam Amyclas ſilentio periiſſe. Senſus eſt Valeri Caſtorem affuiſſe cæteris heroibus: Proq; eo tempore quo nauigauit permiſiſſe cyllarum equum familiarem in pratis pingueſcere laconicis. Hippodamas ab Homero Caſtor appellatur: qđ equis delectaretur. Illis. Caſtori et Polluci. Tęnareo fuco. Purpura laconica: de qua his meminit Ouidius: Confer Amyclęis medicatũ uellus ahenis Murice cũ tyrio: turpius illud erit. Pariter. æqualiter. æquali purpura erãt redimiti. Ignea. Reſplendens et coruſca.

Cyllarus.
Amyclę.
Hippodamas.
Purpura laconica.

Fuco. Fucus color omnis aduentitius appellatur et adulterinus. Tibullus. Quid fuco ſplendente co/mas ornare: quid ungues Artificis docta ſubſecuiſſe manu. Pro fraude capi ſolet uel auctoritate teren/tiana. Per impluuium fucum factum mulieri: unde fœminę fucatæ. Fucile quoq; a priſcis fucatũ dicit.

Fucus.

Gemina tela. Vel bis tincto uellere: quod dibaphon appellatur: et pretioſius eſſe ſolet. uel ueſtem du/plicatam intelligit non ſimplicem. uel gemina bina: quoniam alteram duxit Polluci alteram Caſtori.

Fucile.
Dibaphũ.

Mater. Leda. Duxit. Texuit et operata eſt. Maro. Viuos ducent de marmore uultus. Opus ſpe/ctabile. Cõſpicuã telã et pulcherrimam: laborem operoſum. Bis. Semel in ueſte Caſtoris: mox i pollucis. Erant. n. duę ueſtes. Taygeta. Mons Laconiæ. Maro. O ubi campi Sperchiuſq; et uirginibus bacchata lacenis Taygeta. Comantes. Siluas Taygeti luxuriãtes arboribus: quæ ſunt montium co/mæ. Molli auro. in fila deducto: lento: ſequaci: textili. Bis fuderat. Bis intexuerat ut fuſus et ſparſus eſſe uideretur: iacenti ac ſupino ſinu. Quemq;. Caſtorem ac Pollucem.

Taygeta.

Suus ſonipes. Peculiaris equus. Caſtor inquit ac Pollux erãt intexti in hac ueſte propriis equis inſidentes. Niueo de ſtamine. ex uellere candido. Et uolat. Fingitur uolanti ſimilis.

Cygnus patrius. Iupiter pater conuerſus in cycnum. ut Caſtores filios Iouis ſe ſpectãtibus ſub/operte innuerent: ueſtem Cycno pictam ferebant: qui matri Ledæ aduolare uidebatur.

De pectore. Habens nidum netum et intextum in amborum pectore.

At tibi. Veniebat etiam Meleager: qui habebat ueſtem eiuſdem ac ſine fibula: oſtẽdebatq; latos hu/meros: ſpatioſaq; terga. Fortis. Fortitudinis indices. Lacerti humeris ſunt fortes ac longi rui.

Collectas ueſtes. Rugatas ac in ſinum: globumq; contractas. Fibula. Nodus quo ueſtis an/nectitur: unde diffibulare eſt reſoluere nodum. Papinius. Torto chlamydem diffibulat auro.

Diffibulare.

Superbi pectoris. Magnanimi ac robur eximiũ referẽtis. Quare poeta in oſceno poematio. Nullus eſt forti pectoroſior Marte. Et Plinius Pectoroſam oſtentationẽ dixit et Apollonius in primo Tityum Megaſthenea uocat. i. lato pectore pro robuſto. Pectus tamen Neptunno tribuit Homerus his.
Ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διὶ τερπικεραύνῳ.
Ἄρει δὲ ζώνην. Στέρνον δ' ποσειδάωνι. i. caput et oculos ſimiles Ioui fulminatori: Marti cingulum: et pectus Neptunno. Aequum. Te æqualem.

Pectoroſior.
Pectoroſa oſtentatio.
Megaſthenes.

Meleagre. Orpheus. ἦλθε λιπὼν καλυδῶνα ἰοῦ τ' μιλέαγρος ἔβαινεν Οἰνέος τὸν ῥ' ἰλόχευσε καὶ ἀλθαίη ἐρδόπηχυς. Calydona relinquens Meleager uenit: cui pater Oeneus et althæa formoſa. Scribit Rhodius Oeniden Meleagrum ex Calydone ueniſſe: cui cuſtodem addidit pater Laocoontem, quoniã erat audax nimis et iunior. Lacertis herculeis. Erat Meleager robuſtus et lacertoſus ut Hercules: quare infra in Herculem perorabit: et minyas ut eum deſerant impellet. Numeroſa phalanx. Innumera caterua dein ſequitur iuuenum Mercurii filiorũ. Phalanx lingua Macedonum dicitur legio. Hic pro multitudine ponit. Apollonius poeta phalãges in alia ſignificantia dicit ligna teretia: quæ nauibus in mare propellendis ſupponũt: quos trudes latinitas appellat. Phalanx.

Proles Cyllenia. Filii Mercurii arcadis a monte Cyllene.

Certus. Certo ictu dirigens ac deſtinata feriens.

Aethalides. Orpheus. Aethalides

Pectoris herculeis æquum Meleagre lacertis.
Hic numeroſa phalanx proles cyllenia certus
Aethalides ſubitas neruo redeunte ſagittas
Cogere. tu medios gladio bonus ire per hoſtes
Euryte, nec patrio minyis ignobilis uſu
Nuncia uerba ducis populis qui reddit Echion.
Sed non Iphitus argo reditura lacertis.
Heu celerem ſcythica te mœſta relinquet arena.

Τρισσοὶ δ' ἑρμεῖαο κλυτοὶ ἀπέδραμον υἷες
Αἰθαλίδης τ' ... τῇ περικλυτῇ ευπολέμεια
Μυρμιδόνος θυγάτηρ ἀλόπῃ ἐνὶ πετρηέσσῃ
ἠδ' ἔρυτον καὶ καλὸν ἐνχίονα τοῦς ποτε νυμφή
λαοθόη μέρετοιο παρευνηθεὶς ἐλόχευσε.

Mercurii patris tria pignora generoſa uidi Ethaliden Eupolemiæ Myrmidonis filiæ ortum in alope ſaxoſa. Euryton et forte enchiona: quos olim nympha Laothoe ex mereto genuit. Cõcinit Orpheo Apollonius niſi q Frytum hic: et Echiona ſcribit: Orpheus Eurytum et Enchiona: quod poetas feciſſe credi darim ad ſyllabam tum intendendã: tum corripiendam: quẽ ſecutus eſt Ouidius libro quinto metamorphoſeos ſic. Fnchionq; ſagax quondã uentura uidere. Nunc ante deceptus falſa. Video tamen apud Orpheum legi debere Echiona et Erytõ ut Valerio noſtro: ac rationi ſyllabicę cõcinat: et ouidianus Echion diuerſus erit ab iſto. Neruo redeũte. arcus fune recurrente cum miſſile et ſagitta excutitur. nã funis arcus emiſſa ſagitta propius arcui coniungitur cũ uibratur iaculũ. Subitas. ars ſagittari optimi q̃ ſubito iaculari. Cogere cum conatu emittere. Bonus. Eras O Euryte. Eurytus pugna ſtataria ualuit: comminus pugnando. Aethalides eminus iaculando. Vſu patrio. Lingua et facundia patris mercurii: qui ſcientiæ deus eſt ac ingeniorum ſolertium. Ignobilis. Contemptui non eras. Argonautæ illum facundum colebãt: et ingenio mercuriali preditum. Nuntia uerba ducis reddet. Qui Echion legatus mittetur ab argonautiſ uti reddat et exponat uerba ac uoluntatem Iaſonis. Ouidius emaculatus Orpheus emẽdatus. Echion. Erytus. Echion legatus.

Populis. Ponticis: ad quos legati mittentur ab Iaſone. Echion. Imitatur Apollonium Valerius. Nam Echiona uocat ut Rhodius: non Enchiona. Sed non Iphi. Iphis uenit itidem et Iargo naui remos agit. Orpheus et apollonius pariter de hoc Iphi meminerunt. Hic ad ĩgenia ingenua laceſſenda duplex affertur opinio. Sunt qui non Iphi legunt ſed Typhi: ut intelligatur de illo Typhi: qui palladiæ nauis gubernator erat: qui obiit laſſatus lõgo peruigiliq; labore: ut uidebimus in quinto. Qui huic innituntur opinamini dicũt in ſexto ubi pugnatur acerrime cum ſcythis nullum Iphim cecidiſſe. Preterea cũ Valerius quinquaginta dicat argonautas libro ſeptimo inferius: his uerbis. Quinquaginta Aſiã pudet Heu penetrarit Iaſon exulibus: cõnumerando Iphim eſſent unus et quinquaginta. Inſuper nulᵭ ullius Iphis fit mentio apud hunc poetam. Reſpondent alii a contrario declamantes Iphin omnino eſſe legendum adduntq; ubi pugnatur cum Scythis nuncupatim quidem taceri mortem Iphis cataſiopomenon ut aſſolent poetę. Verũ libro ſeptimo ab Iaſone dici: Qq̃ meus ueſtris cecidit pro mœnibus Iphis. Et quãuis nõnulli codices in. vii. habeãt ſcriptũ. Pro mœnibus Idas. non procedere: quoniam ut patet ap Apolloniũ: Idas poſtea uixit. Pręterea quinquaginta fuiſſe argonautas aſſerũt apud Flaccũ excepto duce Iaſone: tanq̃ archigubernius: ut utar uoce iuriſconſultorum: inter eos non numeratur. Adde qd conſueuerunt numero perfectiori uti poetæ et alii et unum etiam duos relinquere. Excreſcit etiam numerus apud Rhodium et Orpheum: qui tamen quinquaginta dixit fuiſſe Minyas. Nullam fieri apud Valerium mentionem Iphis ex profeſſo falſum: quippe cum numerat in ſeptimo: et ait pro ętæ libertate cecidiſſe. cur aliqui emendent Idas: ipſi uiderint. Conſtat Idam nullum in prioribus bellis obiiſſe quãuis diſcrimina dubia ſubierit. Prætera fit Typhis mentio illo uerſu. Peruigil arcadio Typhis pendebat ab Aſtro. Eſſet autem ridiculum bis Typhin in catalogo inutiliter inculcare. Licet reſponderi belle poſſit; illic finitum eſſe catalogon: inciperetq; narrationem. Apud me codex eſt ueus Iphis.

rendę ac exoſculandę uetuſtatis ex Germania allatus: quo duce fretus laborem hūc fidentius aſſumpſi. affuitq; ut Pallas argonautis in multis: quotidianiſq; difficultatibus: in quo legitur. Q ꝗq; meus ueſtris cecidit pro mœnibus Iphis. nō Idas ut ariolatur ſcioli. Quare cōnumeremus Iphim de quo ſi tacuerūt Orpheus ac Apllonius: nemini ſit mirum: cū Flaccus aliū hiſtorię arganauticę auctorē ſequi potuerit: null.us addictus iurare i uerba magiſtri. De hoc Iphi nihil meminime adhuc: pręterꝗ̄ i Valerio noſtro legiſſe. Idam nullo pacto legi poſſe: ſed Iphim docet Valerius in ſeptimo qui ait Idam ſuperuixiſſe his. Horruit audax: Qui modo uirgineis ſeruari cantibus Idas Flebat: et inuito perſpexit colchida uultu: quod dicit longe poſt mortē Iphis: quod omnes peruincit arancolas imperitorū. Iphin quā euerſa Scyro captiuam Achilles amico donauerat: nuncupat Homerus libro nono Iliados. Sed nihil ad nos.

Ceſſantemq; tuo lugebit in ordine remum.
Te quoq; dant campi tanti paſtore pheræi
Felices Admete. tuis nam pendet in aruis
Delius ingrato Steropen quod fuderat arcu.
Ah quoties famulo notis ſoror obuia ſiluis

Iphis fœmina.

Reditura. Quoniam morietur contra Perſen fratrē ętę: ut innuitur in ſeptimo. Lacertis. Agentibus remos. Celerē. Vel re uera heroa uelocem: ſiue nomen pro aduerbio pro celeriter. Argo relinquet te celeriter anteꝗ̄ patriā dulcē reuiſas.

Mœſta. Amiſiſſe celerē remigē. In ordine. In ſerie dextra uel ſiniſtra: in qua fuiſti collocatus.

Ceſſantē. Deficiētē morte Iphis. Lugebit. Ponit Argo pro heroibus uectis ad Argo deplorātibus tanti uiri fatum. Te quoq;. Admetus quoq; ſe argonautis aſſociauit ex pheris ueniens: qui Phœbum excepit hoſpitio profugum cœlo ꝙ cyclopas ſagittis confixerit. Orpheus.

Ἄδμητος δ' ἀφίκανε φεραιόθεν· ὥς ποτε παιὰν
Βουτέων ὑπόδεικε. Διὸς δ' ἠλεύατο μῆνιν
οὕνεκα τοὺς κύκλωπας ἀμαιμακέτοισιν ὀϊστοῖς
ἐν φυτῇσιν ἔτευξ' Ἀσκληπιοῦ εἵνεκα λαθρα. Latine ſic.

Admetus pheręus.

Venit et ipſe Pheris Admetus Apolline quondam
Perfunctus ſeruo patrias dum diffugit iras.
Nanq; ille indomitis cyclopas morte ſagittis
Pro nato impatiens affecerat ante perempto.

Nomios Apollo.

De hoc meminit et Rhodius in primo. Campi felices. Nam Apollo nomios hoc eſt paſtoralis arua aduentu ſuo felicia reddidit: et oues διδυμοτόκους. i. gemelliparas. Pherçi. Campi pherarū. Pherę: ut inquit Stephanus: ciuitas Theſſalię. Sunt qui pheras ponant apud Bœbeida ſtagnum. A Pherete Crethei filio: uel Phera Aeoli filia. Ciuis Pherçus et Pherça. Sunt et alię Pherę in Iapigia et ętolia: et alibi. Sed de Pheris Theſſalię poeta intelligit: quibus imperauit Admetus: cui uel ꝓpter cauſam ſuperius explicatā Phœbus ſeruiuit: uel ut auctor eſt Plutarchus: quoniā eū amabat puberē: ut Branchū. Cynthius Admeti uaccas pauiſſe pheręas Fertur: et in parua delituiſſe caſa. Pendet. Auctoritatis antiquiſſimę codices habent: pendit: hoc eſt: luit: et dat pœnas: quod perplacet: Iuxta illud uirgilianum. Tum pendere pœnas Cecropidę iuſſi. Lactātius. Sceleris ſui ſupplicia penſuros. Pendere dicebātur: qui puniebant multabanturq;: quoniā ęre mulctatio taxabantur: quod per libripendę ſoluebatur ęre penſo. i. graui nō numerato: unde ęris grauis pœna: penſiones: unde compendia: et licet pendere pœnas dicat uſitatius: tamē nihil obſtat pēdere ſimpliciter dicere: prçſertim poetā: qui ferulę uerba nō ſubiicit: Penſor clepetorū ab Auguſtino pro numeratore ponitur. Delius. Apollo natus in inſula Delo.

Aes pēſum
Aes graue
Penſiones
Penſor.

Fuderat. Strauerat: trucidauerat. Idem in quarti calce. et Scius frater mihi fuſus arenis.

Sterope.
Apollo cyclopas cōfixit.

Steropen. Fabrum Vulcanium Ioui Terpſicerauno fulmina procudentem. Apollo cœlo deturbatus eſt ꝙ cyclopas ſpiculis confixit: iratus ꝙ fulmen Ioui procuderant: quo Aeſculapiū filiū percuſſerat. Steropen. n. unū ex cyclopibus ſcimus alio noīe uocatū Aſteropen: quod ut melius intelligas Tarręus audiendus: quem ſic pro tempore latinitate donauimus. Admeti cantus. De cantu in Admetū luctuoſe cātato. Hic Admetus rex erat pherçus: cui Apollo ſeruiuit ꝓp hanc cauſam. Aſclepius Apollinis filius a Chironē medicinā doctus accipiēs ex uenis Gorgonis fluentē ſanguinē eo multos curauit. Ex ſiniſtris fluente ad hominū perniciē eſt uſus. Illo uero qui fluebat a dextris ad ſalutē unde mortuis iterum uitā reddidiſſe dicitur. Qua de re ne uideretur hic inter hoīes eſſe deus: cū Iupiter fulminauit: quare Apollo ſucceſēſis cyclopas interemit fulmen Ioui fabricātes. Iupiter illū ad inferos detrudere uoluit: ſed Latonę precibus fatigatus iuſſit annuo ſpatio mortali ſeruiret. Ille uero profectus in pheras ad regē Admetū illi ſeruiēs paſtoritiam exercuit: cuius boues omneſq; fœminas gemelliparas reddidit. Ab Admeto comiter exceptus Apollo amiceq;. De Sterope Maro meminit ſic. Brontesq; Steropesq;: et nudus membra Pyracmon. Arcu ingrato. Quonia nihil demeriti fuerāt cyclopes quare transfigerentur ab Apolline; nō ſecus ac ſi pcuſſus a gladiatore ferro nō gladiatorē ipſum: ſed opificē. i. μαχαιροποιὸν interficeret. aſclepiū fulmine ictū patet uel carmine maropiano. Fulmine pœnigenā ſtygias demiſit ad umbras. Ab quoties. Epiphonema commiſerationem captās: quoties inquit ſoror occurrens apollini

Aſterope.
Admeti cātus.
Aſclepius Chironis filius.
Apollo paſtor.
Macheropios.

paſtorali

paſtorali et inculto fertur priſtinæ dignitatis memor erubuiſſe: et pręſentis intuitu miſerię: indoluiſſe. Imitatio Tibulliana. O quoties illo uitulum geſtante per agros Dicitur occurrens erubuiſſe ſoror.

Famulo. Fratri famulanti. Iuxta illud. Famulantis paſcua phœbi. Maro. Paſtor ab Amphryſo.

Soror. Diana. Obuia. Occurrens ait Tibullus. Notis. ſibi Dianę. Eſt enim ſiluarum domina Diana: quare illas optime nouit. Siluis. Siluicultrix uocatur a Catullo. Vbi. Quando. Captaret. Apollo frigus opacum. Siluicultrix.

Fleuit, ubi oſſææ captaret frigora quercus,
Perderet et pingui miſeros bœbeide crines.
Inſurgit tranſtris, et remo Nerea uerſat
Canthus, in æææo uoluet quem barbara cuſpis
Puluere. at intereā celari decus adiacet orbis
Quem genitor geſtabat Abas, ſecat aurea fluctu
Tegmina chalcidicas fugiens Euripus harenas.
Celſaq; ſemiferum contorquens frena luporum.
Surgis ab oſtrifero medius neputune geræſto.

Oſſçæ. Theſſalicæ. Oſſa mons Theſſaliæ. Frigora. Opacitatē frondium ſolem auertentiū. Perderet. Fedaret: turbaret: inficeret: ignobiles redderet. qui ſolitus erat formoſos crines i hippocrene lauare fonte amœno atq; pſpicuo: nūc eoſdem duro ſeruitii iugo preſſus in cœnoſo Bœbeidis ſtagno pluit et polluit. Tibullus. Sæpe horrere ſacros doluit latona capillos: Quos admirata eſt ipſa nouerca prius. Pingui cœnoſa: limoſa. Miſeros. Quorum fortuna ceſſerat in deterius: pro ipſe miſer.

Bœbeide. Stagno. Scribit interpres Rhodii Xyniada eſſe lacum adiacētem bœbeidi. Plinius libro quarto natu. hiſt. de lacu bœbeide meminit. Liuius libro ii. de bello macedonico. Is timor omneis qui circūcolunt boeben paludem relictis urbibus montes coegit petere. Ouidius de boebe meminit. Xynias. Bçbeis.

Inſurgit tranſtris. Surgit ad occupāda trāſtra: ac nautica ſedilia Canthus. Nerea. Mare. Verſat. Mouet. Canthus. Hūc cū Canetho prodit ab Euboia ueniſſe Rhodius ſunt filius Abantis ut ait interpres: a quo Euboi uocati ſunt Abantes. Orpheus. Canthus. Canethus Euboi abātes.

κόρυθας δ' ἐλιρρήνην ἀβαντιάδης ἐπέρησεν.
Cαν δὲ μόρος ἐδάμασσε. Τέλος δ' ἐπέκλωσεν ἀνάγκη
φθεῖσθαι ὑπὸ λιβύης. νόσφιν δ' οἴκοιο λαθέσθαι.

Trāſit Abantiades Euripi littora Canthus:
Quem parcę domuere graues: libyeſq; per arua
Immemorem reditus mors intempeſta peremit.

Aeęo. Pontico. Scribit interpres Apollonii ææam eſſe inſulam phaſidis: in qua uellus erat. Alii metropolin colchorum. De Circe ææa meminerunt omnes: et cur ita nuncupata grammaticus honoratus explicat. Barbara cuſpis. Telum Geſſandri Scythę: cum Iaſon pro Aeęta patre Medeę contra hoſtē fratrem dimicauit. Puluere. Campo. Interea. Interim dum nauigat ſcutum deponit: quem pater Abas geſtare ſolitus erat. Decus orbis clari. Scutum orbiculatum decorum et ornatum. Aeęa.

Genitor Abas. Magni geſtamen Abantis. Secat. Diuidit. In ueſte picturata fecerat Euripum: quoniam uenerat ex Euboia. Aurea tegmina. Ephestridem ueſtem: quę reliquis ſuperinduitur: quam Euripus ęſtuoſum mare Euboię ſecabat. i. fluctibus diuidebat. Fugiens. Reciprocans per harenas Euboię cū celeritate. Euripus. Mare anguſtum: et fretum in Euboia et Sicilia apud Tauromenium. In alia ſignificantia Euripi canales: et ductus aquarum manufacti uocantur: qui ſi latiores ſunt: uocantur nili. Chalcidicas. Apud Chalcidem Euboię urbem. Celſa frena. Equos trahentia neptunios ut capite procederent eleuato. Contorquens. Stans in curru Neptunne ad te trahens. Ephestris. Euripus. Nili. Chalcis.

Luporum. Equi ſunt neptuniorum: qui cauda piſces ſunt: ore: et corporis anteriori parte ueluti lupi uel equi. Sed lupos dixit qđ lupinum roſtrum haberent. Vidi dum romanę princeps academię in urbe domina docerē: antiquū lapidem: in quo Neptūnus in ſolio ſedēs: fuſcinamq; tenēs mare ſulcabat: dextra moderans equos duos: qui ab umbilico ad extremū piſcēs erant caudis intortis: capite uſq; ad medium corporis lupino: ita acuto roſtro ut lupum potius q̄ equum referrent. Lupi. Eq neptuni.

Semiferum. Semiferorum. qua parte piſces referunt domeſtici ac affines Neptunno ſunt ut deo maris: piſciumq; marinorum numini peculiari. Qua uero parte ſunt equi: feri ſunt: et auerſanti deum. et ita in ea priſca inſpectione uiſuntur elata ceruice ac ſuperba: indignantiq; ſimili: ac prope imperium detrectante. Medius. In ueſtis medio intertextus. Surgis. In ſublimi ſolio collocatus. Semiferi.

Geraſto. Scribe. gerçſto. Gerçſtus inquit Stephanus: uicus in quo templum Neptunni: a Geræſto filio Iouis. Viri geræſti. Geræſtia fœminimum: et gerçſtis. Apollonius libro tertio argonauticon δενδρήεντα γεραιστὸν uocat. i. arboribus plenum. Interpres ſubdit. γεραιστὸς ἀκρωτήριον εὐβοίας hoc eſt. Gerçſtos promontorium Euboię. Oſtrifero. Maritimo, ubi generantur oſtrea: teſtaceę conchę notiſſimæ. Dicuntur et oſtreę fœminino genere quarum aliquę in tātam magnitudinem excreſcūt Geræſtus. Oſtriferū.

ut Tridacna uocentur: ait Plinius: ab argumento uorandi: qđ ter demorſa glutiantur. Maro. Pontus et Oſtriferi fauces tentantur abidi. Et tibi: Venit et Polyphemus magnis uirtutibus præditus: de quo ſic Apollonius.

Ταίναρον αὖτ' ἐπὶ τοῖσι λιπὼν πολύφημος ἵκανε
τόν ῥα ποσειδάωνι ποδωκηέστατον ἄλλων
Εὐρώπη τιτυοῖο μεγασθενέος
τέκε κούρη.
κεῖνος ἀνὴρ καὶ πόντου ἐπὶ γλαυκοῖο θέεσκεν
οἴδματος. οὐδὲ θοοὺς βάπτεν πόδας. ἀλλ' ὅσον ἄκροις.
ἴχνεσι τεγγόμενος διερῇ πεφόρητο κελεύθῳ.i.

Et tibi palladia pinu Polypheme reuecto
Ante urbem ardentis reſtat deprehendere patris
Relliquias, multum famulis pia iuſta moratis,
Si uenias. breuiore petit iam cœrula remo,
Occupat et longe ſua tranſtra nouiſſimus Idas,
At frater magnos Lynceus ſeruatus in uſus,

**Polyphemus celerrimus.** Cum his tęnarum liquit Polyphemus: quem celeberrimum curſu ue ptūno peperit europa Tityi pectoroſi filia. Hic undę maritimæ fluctus percurrebat: neque celeres tingebat pedes: ſumma tantū ueſtigia madefaciēs. Maro uerſus hos imitatus ita cecinit.

**Maronis imitatio pdecora.** Vel mare per medium fluctu ſuſpenſa tumenti
Ferret iter: celeres neq; tingeret ęquore plantas.

Vide uirtutem Homeri Mātuani. quod gręcus poeta dixerat πόντου γλαυκοῖο θέεσκεν οἴδματος. noſter fluctu ſuſpenſa tumenti protulit. Currere per aquam ſignum leuiſſimi curſoris. Currere per fluctus tumentes: quos Gelius ex uate priſco multigrumos appellauit. i. inęquales. et ſuſpenſum incedere inoffenſo ueſtigio: ſupra omnem cenſetur leuitatem. Orpheus de hoc Polyphemo ſic cecinit.

Αὐτὰρ ἔπειτ' Ἐλάτοιο πάϊς πολύφημος ἵκανεν.
Ὅσφιν ἐν ἠνορέῃσι μετέπρεπεν ἡρώεσσιν.

At elati filius Polyphemus uenit celeber inter heroas. Pinu palladia. Naui argo a Pallade ędificata.

Reuecto. Retrouecto: reuerſo. Vrbem. Tęnaron laconiæ ubi Polyphemi pater colebatur ſi noſtrū poetam ſequimur. aliter uero ſentit Apollonius. Ardentis patris. In pyra poſiti. Senſus eſt. Polyphemus cum in laconicam ex colchica reuerſus eſt expeditione: reperit patrem in pyra: cum famuli audientes heroas aduētare diu illos expectaſſent: ac exequias protraxiſſent.

Reſtat. Supereſt ut deprehendat. hoc eſt deprehendet patrem ardentem Polyphemus tandiu paterna protracta ſunt iuſta. **Reliquum Catonis.** Reliquias. Exequias: reliquum patris hoc eſt cadauer: ut ait ille. Reliquum Catonis. Multum famulis moratis. Cum multum ac diu famuli morati fuiſſent. Moratis. cum tardaſſent: protraxiſſent: dum domini reditum quem celerem rebantur expectarent.

Si uenias. Si redeas O Polypheme ſi forte furtuna O Polypheme redires. Petit. Ad idam referendum. Si libet referre ad Polyphemum: petis: ſcribendum ut ſit longus hirmos. O Polypheme qui reuertens inuenies oſſa et reliquum patris: nunc ueniens cum argonautis breui remo nauigabis.

Iam petis. Nunc maria petis: conuellis: commoues cęrula. i. maria. Occupat tranſtra. Sedet in tranſtris ad officium remigandi diſpoſitus. Apollonius.

Οἵ τ' ἀφαρητιάδαι λυγκεὺς καὶ ὑπέρβιος ἴδας
Ἀρήνηθεν ἔβαν. μεγάλῃ περιθαρσέες ἀλκῇ
Ἀμφότεροι. λυγκεὺς δὲ ὀξυτάτοις ἐκέκαστο
Ὄμμασιν εἰ ἐτεόν γε πέλει κλέος ἀνέρα κεῖνον
ῥηιδίως καὶ νέρθε κατὰ χθονὸς αὐγάζεσθαι.i.

**Lynceus. Idas. Arene.** Apharetiadę Lynceus et fortiſſimus Idas ab Arene ueniunt ambo audentiſſimi. Lynceus acutiſſimis prętabat oculis ut et faciliter quę infra terras ſunt penetraret. Orpheus.

Τρηχῖν' ἐπολιπών: σὺν δ' ἤλυθεν ἴδας.
λυγκεὺς δ' ὃς πίλιστα δι' αἰθέρος ἠδὲ θαλάσσης
βένθεα. καὶ πλούτωνος ὑποχθονίοιο βέρεθρα
μοῦνος ἀπ' ἀνθρώπων θείοισιν ὀπώπειεν ὄσσοις.

Latiue ſic.

Saxoſam linquens opoenta acceſſit et Idas:
Quiq; procul longe trans ęthera: trans mare lynceus:
Et ſubter plutum: terręq; barathra profundę
Solus in humanis uiſu penetrauit acuto.

Frater. Idę. In magnos uſus. In magnam utilitatem argonautarum: ut qui de mortuo ſuccedens gubernatori: aſtra dubia ac cætera pericula moderabitur.

Tulit. Aluit. Arene. Sine diphthongo ſcribe:ut ſit rectus caſus:uti Penelope. ἀρήνηθεν ait Apollonius. ἀρῆναι:ut ait Stephanus:ciuitas Meſſenes:et Tryphyllię. Homerus. καὶ ἀρήνην ἐρατεινήν. Gentile Arenæus. Topicon.i.a loco ἀρηνῆθεν. Scribit uero Rhodii græcus interpres ſic. Pherecydes matré Idæ Arenen ait:a qua ciuitas: Piſander Polydoran. Theocritus Laocooſan. Arene aũt ciuitas peloponeſſi iuxta Pylum. Homerus.

Arene.
Polydora.
Laocooſa.

Quem tulit arene poſſit qui rumpere terras,
Et ſtyga tranſmiſſo tacitam deprehendere uiſu.
Fluctibus e mediis terras dabit ille magiſtro,
Et dabit aſtra arati, cumq; æthera Iuppiter umbra
Perdiderit, ſolus tranſibit nubila Lynceus.
Quin et cecropiæ proles uacat orithyiæ
Temperet ut tremulos Zetes, fraterq; Ceruchos.

Οἱ δὲ πύλον τ' ἐνέμοντο καὶ ἀρήνην ἐρατεινήν. Qui. Lynceus. Rumpere. Irrumpere:penetrare:tranſcendere. Alludit his Apollonii. εἰ ἐτεόν γε πέλει κλέος ἀνέρα κεῖνον ῥηιδίως καὶ νέρθεν ὑπὸ χθονὸς αὐγάζεσθαι. Styga. Inferos. Hyperbolicos. Tacitam. Mutam: ſilentio triſti infamem:quia apud inferos ſiletur. Deprehendere. Oculis cõſequi. Viſu tráſmiſſo. Illuc tranſmittẽdo et penetrãdo κατὰ εἰδωλαπλαστικῶς. Democritus et Epicurus ut auctor ẽ Plutarchus libro quarto de dogmatibus philoſophorum: per imaginum inſertus, uiſilem arbitrantur potẽtiã accidere radioſq; quoſdam ab oculis exertos: ſimul atq; ſubiectæ rei inſtiterint rurſus in eodem redire:inſertariq;. Empedocles imaginibus radios immiſcuit:idq; coniunctim imaginis radios uocauit. Hipparchus autumat ab utroq; oculo ad corporum liniamẽta exporrectos:perinde atq; manuum ad motum corpora ſumma pertractante apprehenſioné eorum ad uiſilem uim referri. Plato per corradiantiam uiſum fieri exiſtimat:lumine ab oculis quidem exerto ad aliquantum interualli per cognatum ſibi aerem effluẽte. A corporibus uero illato occurſante illi:aeremq; intermedium diffuſum:amolituq; facilem:cum uiſili ignẽ intendente. Hæc enim dicitur corradiantia platonica. Fluctibus e mediis. Naui in mediis fluctibus agitata opportunum lynceus portum inueniet. Terras dabit. Dicet ubi ſint litora hoſpitalia:ubi terræ:quę amicis ulnis illos feſſos excipiant. Dare ſignificat dicere. Cui non notum illud maronianum? Da Tityre nobis.i.dic. Poteſt et ſignificare dabit in notiori ſignificatu:indicabit ac oſtendet:aget illã in ſecurum portum. Magiſtro. Moderatori claui nautici.erit magiſter magiſtrorum. Aſtra. Propitia uel ſiniſtra. Iuppiter. Lux:dies:unde Iouem luccetium a luce pręſtanda uocauerunt.

De Idolis uiſus.

Aethera. Cœlum. Cum lux cœlum non illuminauerit. Vmbra. Noctis obumbrante caligine.

Lucetius Iupiter.

Perdiderit. Deleuerit:offuſcauerit. Cœlum perdi dicitur cum lumen amittit:et claudi. Aperiri cũ diſſerenat. Silius. Lęta ſerenati facies aperitur olympi. Nubila. Oculos trans ęthera iaciet.quę ſupra terram ſunt uidebit:unde Rutilius Numatianus cecinit.
Quę luſcum faciunt Argum:quæ lyncea cęcum.

Quin. Particula inceptiua in hoc loco pro at. Sed. Atqui Zetes et Calais uacant ab officio remigũ quia mandata eſt eis prouincia ſcandendi:deſcendendiq; per funes. Ceropię. Erechthei regis athenarum filię:de quo meminit Ouidius libro ſexto metamorphoſeos. Plato:cæteri. Hanc cecropiam uocat a Cecrope rege Athenarum primo:qui dictus eſt Diphyes:hoc eſt geminę naturę:qđ matrimonii fuit inuentor. Martialis. Quã nec Cecropię damnent pandionis arces. Orithyę. Quę a borea rapta uiolenter et compreſſa eſt in Thracia apud populos Ciconum: peperitq; ex boreæ compreſſu geminos Zetum et Calaim.de quibus hæc Ouidius in calce libri ſexti metamorphoſeos. cum de Orithya loquretur.

Cecrops diphyes.
Orithya.

Illic et gelidi coniux actęa tyranni:
Et genetrix facta eſt:partus enixa gemellos:
Cętera qui matris:pennas genitoris habebant.
Non tamen has memorant una cum corpore natas:
Barbaq; dum rutilis aberat ſubnixa capillis
Implumes Calaiſq; puer: Zetuſq; fuerunt.
Mox pariter pennę ritu cępere uolucrum
Cingere utrunq; latus:pariter flaueſcere malæ.
Ergo ubi conceſſit tempus puerile iuuentæ
Vellera cum Minyis nitido radiantia uillo
Per mare non notum prima petiere carina.

Zetes.
Calais.

Proles orithyę. Zetes et Calais filii. Vacat. A remigandi officio ceſſat:ut moderetur alia et ſublimia membra nauis. Temperet. Regat:gubernet:moderetur. Tremulos ceruchos. Cornua nauis altiora. Sũt qui pro antennis: Sũt qui pro altitudine mali:quæ nunc arboris nauticę cauca uocitur.

Ceruchi.

ceruchos accipiát. Lucanus. Surget: et inſtabit ſummis minor urſa ceruchis. Idē in decimo. Tráſtraq;
Cheniſci. nautarum: ſummiq; arſere Ceruchi. Beroaldus noſter Cheniſcos apud Lucium Apuleium libro. vi. de aſino aureo: uertit in ceruchos. qđ ſi recte ſentit: ceruchi pro ſummitate mali nautici cͅipi non poſſunt quoniam is nō eſt in puppi. Hoc obiter ediſce Pollucem libro primo onomaſticon ἀγκυρὰν ἱερὰν inter nauis inſtrumenta ponere: qua: ut reor: in ſummis utebantur neceſſitatibus: quoniam ſtatim a Pol

Anchora ſacra. luce χωρίσ ἀνάγκησ ſubdit: unde ad anchorā ſacram apud Lucianū ē prouerbium res rediiſſe dicitur: cum anxie laboratur: ut latine:
Ad Triarios. ad triarios. Sunt et in nauticis in:
Apobathra ſtrumentis Apobathra: et Diaba/
Diabathra thra: quam ſcalā uulgo dicunt na/
Ceraa. uis. Ceruchos: ut ad rem noſtram redeamus: puto latinos appellare: quę Pollux κεραία. Maro: cornua illo uerſu. Cornua uelatarum obuertimus antennarum. De hoc tamen ulterius quęrendum cenſeo.

Nec uero odryſius tranſtris impenditur Orpheus.
Haud pontum remo ſubigit. ſed carmine tonſas
Ire docet ſummo paſſim ne gurgite pugnent,
Donat et Iphiclo pelagus, iuuenumq; labores
Aeſonides, feſſum phylace quem miſerat æuo,
Non iam operū in partē monitus ſed tradat ut acres:
Magnorumq; uiros qui laudibus urat auorum.

Odryſii. Odryſius. Thrax: a populis thracię ita uocatis. Ouidius. ii. de arte amandi. Littore conſtiterant: illic quoq; pulchra Calypſo Exigit Odryſii facta cruenta ducis. Orpheus inquit: non dat remigio nomen: nec ullo miniſterio tenetur: ſed heroas laborantes carmine mulcet amœniſſimo et celeumati dat operā.

Aut pontū remo ſubigit. Non uerſat mare: nec domat remis. Subigit. Inferius agit: domat: percutit. Tonſas. Remos. Docet. Moderatur celeumate: quod ſecuti nautæ ordine procedunt. De quo Papinius hęc. Dulcior et ſenibus cycnis: et pectine Phœbi Vox media de puppe uenit. Summo gurgite. In dorſi maritimi ſuperficie. Paſſim. Inordinate uagando non interremigandum concinendo.

Pugnent. Diſcordent. Donat pelagus Iphiclo. Concedit Iphiclo uti nauiget cū cęteris argonautis. Iphiclo. Orpheus.

Iphiclus. Ἴφικλος αὖτ᾽ ἐπέρησε λιπὼν ἀτρακίδα λίμνην
σύγγονος ἀλθαίης. περὶ δ᾽ αὖ τέ εν ἔξοχα πάντων
ξυνῶν μελέαγρον. ἵδ᾽ ἀγλαὰ ἔργ᾽ ἐδίδασκεν. Latine.
Iphiclus alta ſecans atraceſia ſtagna reliquit:
Althęę qui fratrer erat: pręq; omnibus uni
Intentus meleagre tibi laudanda monebat. Hunc Iphiclum Theſtiaden dicit Apollonius. Donat Iphiclo pelagus ęſonides: interpretari poſſumus Iaſonem Iphiclo ſeni condonare pelagus: hoc eſt laborem remigādi: et iuuenum labores remittere: ut ueteranus et emeritus: iamq; cauſarius miles eſſet: immo iuſtam miſſionem haberet. Diligentius ſcrutanti ſubit duos Iphiclos ab Orpheo induci: unum atraceidem: de quo extant tres uerſus ſuperius poſiti: alterum Philaci filium: quem hic Valerius intelligit et Orpheus ſic ait.
Αὐτίκα δ᾽ ἀκτορίδης καὶ βουφάγος ἦλθε κόρωνος
Ἴφικλος ἂν φιλάκου δῖον γένος ἀντετέρησε.

Colias uenus unde. De quo conſimiliter inquit Apollonius: Ibiclus cito relicta Philace: frater Alcimedes Philaci filię. Herodotus Polyphemen ait Iaſonis matrem filiam Autolyci. Andron in epitome cognationum Theognitem Laodici. Pedem uocant κῶλον: unde Iphiclus dictus quaſi Iphicolus ex celeritate pedum. Hinc colias Venus ab euentu dicta cū atticus puellę beneficio uinculis eſſet exemptus. Phylace. Ciuitas theſſalię. Feſſum æuo. Laſſum ętate hoc eſt ſenem: conſilio potius bonum ꝗ armis. Miſerat. Cum cæteris argonautis futurum pręceptorem Iaſonis. Nō in partem operum. Non miſerat ad laborem ut ſudoris participem: ſed ad excolendum iuuenem: laboraturum.

Monitus acres. In acri periculo: conſilium daturus Iaſoni: ut phœnix amyntorides miſſus eſt cum Achille comes atq; pręceptor: cui rudimenta dicendi agendiq; traderet: ut in concionibus atq; in ſenatu orator: in rebus agēdis bellator euaderet: quibus duabus rebus maxime inter mortales gloria comparatur. Hic eſt ille phœnix: qui: auctore libro nono Iliados Homero: genetricis perſuaſione cum patris amica concubuit: quare Amyntoris patris diras et exilium paſſus eſt. Quē teſtatur Homerus Achillem ita dilexiſſe ut nollet neq; extra domum ad cœnam pergere niſi eo comitante: neq; domi cibum capere niſi una: niſi ſuper ſua genua ſedens: niſi prægustato ac inciſo a ſe obſonio. Monitus acres tradere: ut ad interpretationem noſtram reuertamur: eſt acriter monere iuuenem circa ea: quæ Achillem phœnix erudiebat. Auorum. Maiorum ſuorum facta recenſens ut uirtus æmulatione creſcat: quæ ſola animos: mentemq; perurit. Quare tropęa Milciadis Themiſtoclem dormire non ſinebant.

Vrat. Stimulet: incendat: ad gloriam acuat: ſuſcitet: inuitet. multas ſignificationes habet uro: unde uſtrina: et uſtrilago; uredo: et urigo. Vri quoq; dicit͛ qui amore torret͛: cui ſelenni aqua remediū affert.

Arge tuæ tibi cura ratis. Curaſti nauem tuam Arge: et eius gubernaculum moderari cœpiſti. Artificem nauis argum fuiſſe præmonſtrante Pallade nouerunt omnes: et nos ſupra diximus. Vocatur ab Apollonio Areſtorides. i. Areſtoris filius. Tibi cura. Subintellige fuit. Doctum. Ad huiuſmodi opificium peritum. Theſpia. Theſpia: ut inquit Stephanus: in Beotia: Secunda in Theſſalia: Tertia in Sardis Ciuis θεσπιεύς Theſpiacus et Theſpis. Dant. Mœnia theſpia cum argonautis mittũt. Areſtorides. Theſpia.

Arge tuæ tibi cura ratis. te mœnia doctum
Theſpia palladio dant munere, ſors tibi, nequa
Parte trahat tacitum puppis mare, fixaq́ fluctu
Vel pice uel molli concludere uulnera cæra.
Peruigil arcadio Tiphys pendebat ab aſtro
Agniades, fœlix ſtellis qui ſegnibus uſum,

Munere palladio. Vel tibi ꝑ munere ſuppeditante Pallade artẽ fabricãdę nauis. Vel te dant Theſpię munere Palladis: quæ te inſignẽ artificem adinuenit. Vel dant munere palladio: hoc eſt te palladio ac diuino ingenio preditum ac ornatum. Ingenium nanq́ munus eſt Palladis. Huc faciũt uerſus Apollonii libro primo. σὺν δέ οἱ ἄργος τεῦξεν ἀρεστορίδης κείνης ὑποθημοσύνῃσιν τῷ καὶ πασάων προφερεστάτη ἔπλετο νηῶν ὅσσαι ὑπ᾽ εἰρεσίῃσιν ἐπειρήσαντο θαλάσσης.

Veniſſe inquit Areſtoriden plenum cõſilio: indagine ſiderali oculis lynceis: cuius conſiliis ꝓſtantiſſima fabricata eſt Argo pręualens omnibus. Ne qua ſors. Ne aliqua ſiniſteritas ac aduerſa fortuna: quæ multiplex in mari dominatur: aquam in nauim compelleret: nec adeſſet qui opem ferre poſſet.

Trahat. Hauriat: intus recipiat. Tacitum. Tacite ingrediẽs ſentina: quę dum educitur influit magiſtrum fallens. Concludere. Theſpia mittit Argum doctum concludere uulnera fiſſa fluctu uel pice uel molli cęra. Fixa. Scribe fiſſa a findo et interpretare aperta: rimoſa: Hulca: Hiantia.

Fluctu. Fiſſa et quaſſata a iugi et quotidiano fluctus allatrantis incurſu. Concludere. Simul ac iũctim claudere: componere: compaginare. Molli. Liquefacta: reſoluta. Peruigil. Quod naucleri preſertim gubernatoris proprium eſt: et imperatorum uti prędiximus. Tiphys Agniades. Orpheus.

Τῖφυν τ᾽ ἀγνιάδην δολιχῆς ἰθυντῆρα νηός.
θεσπιέων δ᾽ ὅγε τῆμος ἐφ᾽ ὕδασι τελμησσοῖο
ἄγχουρος λαοῖσι φαεσφόρον ... ἄμειβεν
ὅς περὶ μὲν ... καὶ ἀργινόεσσιν ἀέλλαις
νῆα κατιθύνειν δέδαεν πολυμήτιδι τέχνῃ. Latine.

Tiphynq́ Agniaden: longe qui lintea puppis
Dirigeret. tunc ſe exercens confinia iuxta
Theſpiaca: et pelago: et Telmeſi nauigat undis.
Is fuit horriſonis: ſęuiſq́ obſtare procellis
Doctus: et ad tutos Argo perducere portus. Tiphys Agniades.

Apollonius auctor eſt in primo Tiphyn Agniaden uatem reliquiſſe oppidum Siphęa: bonũ concitam prę̨ſcire tempeſtatem uaſti maris: ac uentorum prędicere turbines: et ſolem et aſtra: quem ipſa Pallas cũ heroibus propulit. Pendebat. Attente conſiderabat quid minaretur: iuxta illud ouidianum.

Narrantis coniux pendet ab ore uiri.

Agniades. Abſq́ aſpiratione agni filius. Arcadio. Vrſa parrhaſia nomine Caliſto. Felix. Cõcinit Ouidius in faſtis.

Felices animæ quibus hæc cognoſcere primum;
Inq́ domos ſuperas ſcandere cura fuit.
Credibile eſt illos pariter uitiiſq́ iociſq́
Altius humanis exeruiſſe caput.
Non uenus aut uinum ſublimia pectora fregit:
Iudiciumq́ fori: militiæq́ labor.
Admouere oculis diſtantia ſidera noſtris
Aetheraq́ ingenio ſuppoſuere ſuo.

De ſideribus hæc Manlius de origine mundi iuxta Empedoclem: ſiue ignis fabricauit opus: flammæq́ micantes: Quę mundi fecere oculos. Segnibus. Segniter et negligenter inueſtigatis. primum grauis homo mortales tollere contra Eſt oculos auſus: primuſq́ abſiſtere contra: Quem neq́ flamma deũ: nec fulmine: nec minitanti Murmure compreſſit cœlum ait Lucretius. Hipparchus: ut Plinius ait: cœlum in hęreditatem nobis reliquit. Vſum. Vt ad uſum humanum ſidera lucere ſciremus: ut quę curſus nauigantium dirigant: ad illa ſe conuertente magnete lapide: Thales glebulenta dixit eſſe ſidera: ſed ignita. Empedocles ignea: ex igne conſtantia: quem æther in ſe conceptum in prima eliſit elementorum diſcriminatione. Anaxagoras circundatum ætherem igneum quidem ſuapte eſſentia eſſe: ſuæ autem im- De ſideribus opiniones.

Sidera pumicoſa.

petu uertiginis ſaxa a terra raptautem ſuo ipſum igne in ſtellas ſuccendiſſe. Diogenes pumicoſa ſidera: mundiq; ſpiracula putat. Idemq; rurſus inuiſibiles lapides ſæpenumero cœlo deciduos in terra reſtingui perhibet: haud ſecus atq; olim in ægos flumen ſaxeam ſtellam igni ſimillime delapſam.

Stella in ægos concidit.

Empedocles inerrantes ſtellas cryſtallo aduexas eſſe. Errãtes autem ſolutas. Plato maxima ex parte igneas: participantes uero aliorum quoq; elementorum ad glutinis inſtar. Xenophones ex nubibus ignitis cõcretas. Extinctas interdiu: noctu carbonum modo recandeſcere. exortuſq; et occaſus ſolis eorum eſſe accenſus reſtinctus.

Die extinctę ſtellæ.

Heraclitus et Pythagorçi unamquãq; ſtellam mundum eſſe: terram ſuam ambientem: aeremq; adeo et ætherem in infinito æthere. Huiuſmodi decreta i orphicis eſſe perhibentur. Singulos enim mũdos i ſingulas architectari ſtellas. Epicurus nihil horum refellit: contingentibus adhærens. Stoici globoſas ſtellas quemadmodum et mundum: ſolem: et lunam: putant. Cleantes turbinales. Anaximenes clauorum in modum chryſtallaceo quoddam ſuffixas. Sunt qui bracteas eſſe ignitas putẽt tanquam picturas. Sic antiqui philoſophi uaria de ſideribus commẽti: putarũt ſibi licere oculos alieno immittere mundo.

Turbinales ſtellæ.

Et dedit æquoreos cœlo duce tendere curſus.
Ecce per obliqui rapidum compendia montis
Ductor auens lætuſq; dolis agnoſcit Acaſtum
Horrentem iaculis et parmæ luce coruſcum.
Ille ubi ſe Mediæ per ſcuta uiroſq; carinae
Intulit ardenti Aeſonides retinacula ferro
Abſcidit. haud aliter ſaltus uaſtataq; pernix
Venator cum luſtra fugit dominoq; timentem
Vrget equum teneras complexus pectore tygres,
Quas aſtu rapuit pauido dum ſæua relictis

Aequoreos curſus. Nauigationis uſum. Tendere. Dirigere. Cœlo duce. Vrſis naues ducentibus.

Ecce.

Ecce. Res noua et ſtatim nõ credenda. Puer Acaſtus captata patris aliud agentis occaſione: ſe proripit ad Iaſonem futurus tantæ gloriæ comes ac particeps. Rapidum. Rapide ac celeriter ſe iſtuc conferentem.

Compendia.

Compendia. Vias breuiores ac expeditiores: contra diſpendia. Maro. Notęq; legit compendia ſiluę. Obliqui. Tranſuerſi. per coſtam montis tranſuerſam huc ueniebat Acaſtus. Ductor. Iaſon. Auens. Auidus pueri. cupiens ſecum puerum abducere.

Lętus dolis. Gaudens ſucceſſu dolorum: ſe in ſtruendis inſidiis fuiſſe felicem. ¶ Horrentem iaculis. Honeratum corito ex pelle horrentis feræ. Puer ſuapte amabilis erat et formoſus: cæterum horridum ac terribilem pellis illa reddebat. Coruſcum. Splendentem. Luce parmę. Clypei fulgõre.

Ille. Acaſtus. Per ſcuta uiroſq;. Per uiros ſcutatos: endyadis figura. uel melius per uiros ſeriatim ad remigium diſpoſitos: qui ut expeditius remos tractarent ſcuta depoſuerant. Intulit. Irrupit: ſe contulit in carinam mediam. Ardenti ferro. Pro ipſe ardens ferro abſcidit retinacula: et uela ſuſtulit.

Retinacula

Aeſonides. Iaſon. Retinacula. Lora retorta nauem retinentia. Haud aliter. Senſus eſt. Tanta celeritate nauem propulit Iaſon: quanta uenator ueniente matre tigride profugit: et ſibi conſulit ſpatio maris ac interuallo longo: cum materna feritas cernuatur in litore: ac fruſtra ſęuit: perinde Iaſon Acaſto: ut catulo: Pelię ut tigridi. Ipſe uenatori celeri ſimilis: fugę ſe accingitur. Vaſtata luſtra. Vel nidos catulorum tigrinorum: quos ipſe deuaſtauit: uel luſtra uaſtata intelligit teſqua et auia uaſta: et ſolitudines: iu quibus habitant: et pręſertim catulos alunt tigrides immane ac ferum animal. Timente domino. Qui accelerat timens inſeſori: et homini quem uehit. Equus ſaluti hominis maxime conſulit: et periculis eximit mirabili celeritate. Claudianus hanc rem lepidiſſimis his uerſibus attigit.

Cernuari.

Tigris.

Arduus hyrcana quatitur ſic matre Niphates:
Cuius Achemenio regi ludibria natos
Auexit tremebundus eques. Fremit illa marito
Mobilior zephyro: totamq; nitentibus iram
Diſperſit maculis: nimiumq; hauſtura profundo
Ore uirum: uitreæ tardatur imagine formę.

Plinius. Tigrin Hyrcani et Indi ferunt animal uelocitatis tremendæ et maxime cognitæ dum capitur totus eius fętus: qui ſemper numeroſus ab inſidiante rapitur equo q̃maxime pernici: atq; in recentẽ ſubinde transfertur. At ubi cubile uacuum reperit fęta: maribus enim non cura eſt ſobolis: fertur pręceps odore ueſtigans. Raptor appropinquante fremitu obiicit unum ex catulis. Tollit illa morſu: et pondere etiam ocyor acta remeat: iterumq; conſequitur et ſubinde. donec in nauem reuerſo irrita feritas ſæuit iu litore. Pauſanias ſcribit Tigrides ueras eſſe boui ſimiles: quæ uehuntur ad nos eſſe Thoes: et haberi falſo pro tigribus. Petronius Arbiter. Ferrata tigris uectatur in aula Vt bibat humanum populo plaudẽte cruorem. Complexus. Tam caros habet. Fert enim illos ad regem.

Pauſanias

Tigrides boui ſimiles.

Thoes.

Aſtu. Calliditate præſtolatus matrem prædatum longius abeuntem. Pauido. Timente tamen et

lerem reuerſionem. Sæua mater. Fera tigris. Relictis catulis. Quos in monte celſo reliquit. Aduerſo. E regione poſito. Amanus mons: de quo Cicero meminit. Amanū: ut inquit Stephanus mons Ciliciæ Tauro adiacens. Ferunt Oreſtem: cū Iphigenia Dianam portaret: furoris in hoc monte ſolutionem accepiſſe: unde nomen inditum loco. a. particula eſt priuatiua: et mania furor. Habitator amanites. Sunt alii ammanitæ per duo. m. genus Nabatæorum Arabum: ab Ammano filio Loti. et filiæ iunioris: de quibus meminit

Amanus

Amanites.

Ammanitæ.

Mater in aduerſo catulis uenatur Amano.
Vt pariter propulſa ratis ſtant littore matres,
Claraqꝫ uela oculis, percuſſaqꝫ ſole ſequuntur
Scuta uirum, donec iam celſior arbore pontus,
Immenſuſqꝫ ratem ſpectantibus abſtulit aer.
Syderea tunc arce pater pulcherrima graium
Cœpta tuens tantamqꝫ operis conſurgere molem
Laetatur. patrii neqꝫ enim probat ocia regni.
Vna omnes gaudent ſuperi uenturaqꝫ mundo
Tempora quaeqꝫ uias cernunt ſibi creſcere parcæ.
Sed non et ſcythici genitor diſcrimine nati
Intrepidus tales fundit ſol pectore uoces,
Summe ſator, cui noſtra dies uoluentibus annis
Tot peragit reficitqꝫ uices, tua ne iſta uoluntas?
Grataqꝫ nunc undis duce te nutuqꝫ ſecundo
It ratis? an meritos fas eſt mihi rumpere queſtus?

Ioſephus. Plutarchus in Demetrio. Demetrius clam arrepta fuga: citato gradu ad Amani pylas peruenit. Cicero libro ſecundo epiſtolarum familiarium: Amanienſes appellat incolas Amani. De Amano idem Cicero eodem uolumine libro. xv. Cæſar libro tertio belli ciuilis tradit Scipionem circa montem Amanum ſe imperatorem appellaſſe. Pernix. Celer.

Amanienſes.

Vt pariter. Cum primum una cum Acaſto. Propulſa. procul a litore remis impulſa. Matres. Oculos conſpectu filiorum paſcentes quoad poterant. Percuſſa ſole. Ob id lucidius coruſcantia: ut ait poeta. Florentes ære cateruas. Imitat illud Apollonii libro pmo στεράπτεν ὑπ᾽ ἠελίῳ φλογὶ εἴκελα νηὸς ἰούσης τεύχεα.

Sequunt. Oculi acie pſequunt diſcedentem nauim donec ius cernendi patitur. Pontus. Aqua. inter litus ac nauem fluēs: eſt enim globoſa. ac ſpherica: intumuit ita ut nauem ab oculis miſerarum auferret. Immenſus aer. Coluros ac horizon: finitorqꝫ humani luminis abſtulit illis uidendi poteſtatem. Ratem. Facultatem uiſu conſequendę nauis. Pater. Iupiter.

Coluros.
Horizon.
Finitor.

Cœpta. Pulcherrima principia: quæ erant nauem paraſſe nouam. Patrii. Saturnii. ætate aurea per ſe dabat omnia tellus: minime ſatagente mortalitate: propterea a Marone dictum.
Nec torpere graui paſſus ſua regna ueterno.

Ocia. Lentitudinem. Tempus negligens ac ocioſum: et prope lethargicum. Vna omnes. Applaudunt dei homini laboranti: ac eius operoſæ difficultati gratulantur. Imitatur illud Apollonii.
πάντες δ᾽ οὐρανόθεν λεύσσεσκον ἤματι κείνῳ
νῆα. καὶ ἡμιθέων ἀνδρῶν μένος.
Omnes cœlitus uidebant dei nauem illam: et ſemideorum hominum animum. Ventura tempora. Horę deę. Parcę plurimum gaudent ſuam poſteritatem fore percelebrem ingeniis ac hominum diligētia. Quæqꝫ. Et gaudent parcæ duplicatum eſſe modum mortis. Cum enim crederent in ſola terra homines poſſe mori: nunc uident et mortem aquis dominari nauigatione reperta: unde naufragia duplicata et pariter mors. Parcæ uitæ ac mortis pręſtites numero trino. Nomina. Cloto. Lacheſis. Atropos. Tempus præſens: futurum: præteritum ſignificant. Scythici nati. Aeetæ ſcytharum regis filii ſolis. Sol cum in excidium Aeetæ nauigare uideret Argo: hæſit: et pro filio Iouem precatur his uerbis. Genitor. Mars pater. Diſcrimine. Cum filius eſſet in periculo. Summe ſator. Summe pater ac genitor: qui omnia producis deus.

Parcæ.

Oratio ſolis ad Iouē

Noſtra dies. Officium noſtrum quo die profertur. Sol enim lucis pater unde manat dies.
Voluentibus. Volubilibus. Peragit. Expedit: molitur. Reficit. Renouat: inſtaurat. Sol et luna quotidie peragunt mundum: et rerum uices. Tua ne? Ita ne ſentis? ita ne uis O Iuppiter ut inſonti noceatur? Graia ratis. Gręca nauis et iaſonia. Nutu ſecundo. Te propitio et argonautis obſequente. qđ ſi ita eſt: et hæc te uolente procedunt: fruſtra querimur. An meritos. Auratis iſta uoluntate tua non procedit: quare poſſum conqueri cum ex ſententia tua iſta nō procedant. Queſtus meritos rumpere. Facile conqueri: in conqueſtionem exire et querelas. Tangit Palladem et Iunonem: quarum impulſu temerario Iaſon auſus eſt tantum facinus. mare perſulcare: rē inauſam tentare: uelificare in pontum: deſtinare rem mirum ad cuius aſpectum etiam monſtra maris obſtupuerunt.

Hoc metuens. Timens ſimilem filio ruinam Aeetæ collocatum ipſum a cæteris mortalibus remotiſſimum. Manus. Caterua bellica: uel manus humana et uis illatura bellum filio in abditiſſimis oris repoſui ocio eius conſultum ac ſecuritati putans: ſed nihil ut uideo: profeci cum maria oppoſita mortalium cupiditati nunc omnino transmittantur. Mediæ telluris. Vel propter aurum et argentum: quæ in media tellure fodiuntur. per uiſcera torrefactis cauernis. aut medium orbem terræ qui exiſtimatur eſſe in templo Delphici Apollinis: quē ſcriptores terrarum umbilicum appellant. et id periculum olim factū ex uolatu aquilarum: Contulit alternas Pythius orbis aues: ut Claudianus ait. uel reges mediterraneos intelligit: qui ſunt feliciores.

Delphi umbilicus terræ.

Tenenant. Conceſſio cū ſtomacho. mediterranei teneant loca ditiſſima: regnaq; fortunatiſſima: filiū meum: ne cui conflaret inuidiam: poſui in oris penitiſſimis aut ne cuius animū ſuſcitaret ad inuidiā.

Legi. Elegi. Improba. Mala. perfida ut aſtri nerſipelles: uel propter luxuriæ: ut Plinius inquit: cuniculos: qui: ſi ulli eſſent inferi: eos refodiſſent. Plagæ. Climatis: regionis. Teucer. Vel intelligit teucriā uel alia regna: q̄ tenuit teucer. uel propter Midam regē Phrygiæ ditiſſimū: uel quia minor Aſia ubi Teucri ſunt fertiliſſima eſt: et omni genere ſeminum abundat et metallorum. Prope hermus et pactolus fluuii cum ramentis auri.

Hoc metuens, et nequa foret manus inuida nato,
Non mediæ telluris opes, non improba legi
Diuitis arua plagæ. teneant uberrima teucer
Et Libys, et ueſtri Pelopis domus horrida ſæuo
Quæ premis arua gelu, ſtrictoſq; in ſedibus amnes.
Cederet his etiam, et ſeſe ſine honore referret
Vlterius, ſed nube rigens ac neſcia regum
Stat ſuper, et noſtros iam Zona reuerberat ignes.
Quid regio immanis? quid barbarus amnibus ullis
Phaſis? et aduerſis proles mea gentibus obſtat?
Quid Minyæ meruere queri? num uellere graio
Vi potitur? profugo quin agmina iungere Phryxo
Adnuit, Inoas ultro nec uenit ad aras.
Imperii ſed parte uirum, natæq; moratus
Coniugio, uidet e graia nunc ſtirpe nepotes.
Et generos uocat, et iunctas ſibi ſanguine terras,

Peloponeſſus.

Vberrima. Ditiſſima. Libys. Libyes et Afri. Veſtri. Cui uos dei ſuperi hūmerum ac brachiū feciſtis eburneū. Pelopis domus. Peloponeſſus regio ditiſſima. Nunc Moræā uocant. Horrida. Subintellige uerbum tenet. quia regna feliciora filius meus non tenet: ſed perpetuis damnata pruinis.

Sæuo. Maro ſceleratum dixit. Strictos amnes. Glaciatos: ac in imis ſedibus concretos. Flumina enim ſedem et curule habent in imis lacunis. Cederet. Vlterius filius meus abiret: et reliquis mortalibus auito regno cōcederet: ſed zona uetat gelida et inhabitabilis. Sine honore. Inhonorus et inglorius retrocedens. Referret ulterius. Reuocaret ſe ad ulteriora loca. Sub nube. Scribendū: ſed nube. abiret ulterius habitatū filius: ſed nimiū frigus eū repellit. Nube rigēs. æterna caligine horrēs: et ſquallida zona inhabitabilis. Qua. Ea parte qua terra. Neſcia regū. Reges neſcit: ignorat homines: nec patitur internecíuo rigore coli. Stat ſuper. Superne imminet zona ſolis ignes abdicās.

Noſtros ignes. Radios meos ſolares. loquitur enim Phœbus. Reuerberat. Repercutit: repellit.

Quid regio immanis. Quid obſtare nocereq; mortalibus poterit Phaſis cū cæteris Scythiæ fluminibus cū loca ſint inacceſſa: et dānata: a cultu frequētiaq; naturę aliena. Immane i hoc loco ſignificat barbarū et crudele. Barbarus phaſis. Fluuius in penitiſſima barbarie fluēs. Amnibus ullis. Cum cęteris ſuis fluminibus regionalibus: et uti græci dicunt: Enchoriis. Proles mea. Aeetes filius meus.

Obſtat. Quid officit regibus aut ulli genti mediterraneę. Aduerſis gentibus. Contrariis: quas ut ſibi aduerſas nunc fata inſectari uidentur. Si legis auerſis ſignificat remotis et repoſitis. Quid minyæ meruere queri? de Theſſalis ne ita male meritus æetes ut poſſint cōqueri? quare eū oppugnatū ueniunt. Vellere graio. Lana arietis Phrixi: quæ in pontū uenit e Theſſalia. Nunc Valerius hiſtoriam ſequitur: quā ſuperius inuerterat perſonæ Peliæ Iaſoni profectionē in colchos perſuadere uolenti ſeruiens. Vi potitur. Immo ſponte dedit ac legauit Phrixus. Profugo. Procul a patria fugato impietate patris. Quin. Immo. Agmina. Gētē ſuā ad illū protegēdū. Inoas aras. nouercales. Ino nomē nouercæ: cuius inſtinctu Phrixi pater ambos adſtituit aræ ingulādos. Filius meus inquit Mars nō uenit ꝑdaturus aurū illud ad aras theſſalas: quinimo ad eū nihil tale cogitātē phrixus aduolauit: aurūq; legauit: uel quia Phrixus ſacrificauit arietem: cuius pellem Marti dicauit in ara. prior lectio melior.

Ino.

Moratus uirum. Phrixū retinuit: et ſibi iu arctiorem amicitiam nodauit connubio filię Chalciopes.

Imperii. Regni. Diuiſit cum Phrixo regnum. Nepotes. Phrixi filios nepotes ęetę. E graia ſtirpe. Ex ſanguine Phrixi. Et generos uocat. Legendum generis. Subintelligatur ſui. Non eſt enim uériſimile Aeetam natis ex filia alias in matrimonium natas iunxiſſe: nec coniugium par fuiſſet.

Flecte ratem. Concluſio. Iupiter ait Mars: reflecte et alio nauem uerte proficiſcētē in damna Aeetę
de græcis optime meriti. Motus. Bellicos inſultus: quos tu filium meum meditatur Iaſon. Vulne/
re noſtro. Iactura: diſpendio: ruina filii mei. Pande. Aperi: unde paſſi crines pro explicitis a pandor. Paſſum a
Veteris luctus. Sat magno labore ſum correptus: inqt Sol pater Aeetę: quādo Phaethon curru cœ pandor.
leſti cōcidit: et ſecū ſorores uerſę ſunt in populos. Cōſcia. Capax luctus mei ſilua fuit et populetum Populetū.

Flecte ratem motuſq́ pater. nec uulnere noſtro
Aequora pande uiris. ueteris ſat conſcia luctus
Silua padi et uiſo flentes genitore ſorores.
Adfremit his quaſſatq́ caput qui uellera dono
Bellipotens ſibi fixa uidet tentataq́ contra
Pallas et amborum gemuit ſaturnia queſtus.
Tum genitor. uetera hæc nobis et cōdita pergunt

in padi pręcipiis conſitum. Padum
tradit Plinius appellatum a padis
arboribus piceis circa eius ripam Padus un/
naſcētibus: et auctorē adducit Sce/ de.
ptium. Padus auctore Plinio libro Veſulus
tertio nat. hiſt. e gremio ueſuli mon mons.
tis celſiſſimū in cacumen elati fini/
bus ligurum gabiennorū uiſendo
fonte profluens: condenſq́ ſeſe cu
niculo: et in foroiubienſium agro
iterum exoriens: nulli amnium cla
ritate inferior. a gręcis dictus Eri/
danus ac pœna Phaethontis illu/ Eridanus.
ſtratus. Augetur ad canis ortus liquatis niuibus: agris quā nauigiis torrētior: nil tamē ex rapto ſibi uin
dicans. Atq́ ubi liquit agros: ubertate largior. ccc. M. paſſ. a fonte addens meatu duodenonaginta. Tri xxx. flu. pa
ginta flumina in mare adriaticū defert. Paludes quas facit ingentes uocant Paduſa. Ore ſeptēgemino dum intrāt
erūpit in mare. Paduſa palus prope Rauennā: nunc per Ianiculū: ita dictū canalē: nauigat. Viſo ge Paduſa.
nitore. Solis radiis illuſtratę ac excoctę arbores populi nunc etiā deſtillāt electrū: quod hodie lambrūt Electrum
romani ſuccinū: Paleas trahit. de paduſa dicemus inferius ex Apollonio. Sorores flētes. Phaethon ſuccinum.
tis ſorores adhuc flent cum ſolem uident: memores amiſſi fratris. Maro. Vt phaethontiadas muſco circū/ Phaetuſa.
dat amarę corticis. Ouidius libro ſecundo metamorph. enarrat Phaethontis ſorores phaetuſam: lampe/ Lampetie.
tien: Phaeben caſum fratris deflentes deorū miſericordia in arbores populos mutatas eſſet. addit Ouid. Phœbe.
Inde fluunt lachrymæ ſtillataq́ ſole rigeſcunt
De lachrymis electra nouis: quę lucidus amnis
Excipit: et nuribus mittit geſtanda latinis.
Fabulę gręcorum dicūt auctore Plinio libro. xxxvii. Phaethontis fulmine icti ſorores fletu mutatas in
arbores populos: lachrymis electrum omnibus annis fundere iuxta Eridanum amnem: quē padum uo/ Electros
camus: et electrum appellatum quoniā ſol uocitatus ſit electros: ut plurimi poetæ dixere. et ibi cōfutatis ſol.
gręcorū uanitatibus: Eſchyli uidelicet. Sophoclis et aliorū gręcorū: apud quos ſūma eſt mēdaciorū im Poetæ im/
punitas: ſubdit. Certū ē gigni in inſulis ſeptētrionalis oceani: et a germanis appellari gleſſum: itaq́ et pune men/
a noſtris unā inſularū ob id Gleſſariā appellatā. germanico Cęſare ibi claſſibus rem gerēte: Auſtrauiā daces.
a barbaris dictā. Naſcitur aūt defluente medulla pinei generis arboribus: ut gummi in ceraſis: reſina Gleſſum.
pineis. erumpit humoris abundantia. Denſa ur rigore uel tepore aut mari. Cū uero intumeſcens ęſtus Gleſſaria.
rapuit ex inſulis: certa i litora expellitur: ita uolubile ut pendere uideatur. Quod arboris ſuccū eſſe etiā Auſtrauia.
priſci noſtri credidere: ob id ſuccinū appellātes. Pineę aūt arboris eſſe indicio eſt pineus in attritu odor: Succinum
et qđ accenſum tędæ modo ac nidore fragret. Afferēa germanis in Pannoniā: mox p prouiciā. Inde unde.
Veneti primi quos gręci Henetos uocant. rei famā fecere. Proximę Pannonię id accipiētes circa mare Veneti.
Hadriaticum. Muſico hęrent lacerti. Domitius Nero in cęteris eius portentis: capillos uxoris Poppeæ Heneti.
Succineos appellat. Eſt et Chryſoelectrū ab aureo colore. Mercatores nūc affirmant: perperā ut reor: Succinei
Electrum eſſe balenæ ſtercus. Silua padi. Arbores quę ſunt iuxta padū ex lachrymis ſororum phae capilli.
thontis in populos conuerſę. Adfremit. Verbis et orationi ſolis fremens aſſentitur et ſuccinit. Chryſoele
Quaſſat caput. quod eſt irati ſignum: hoc ex illo maroniano pater. Ille caput quaſſans. Qui uelle/ ctrum.
ra dono. Mars cuius templo dicata fuerant aurea uellera: propugnat et tuetur illa: qđ illo munere ſpe/ Quaſſare
ctatiſſimo frui beatum ac feliciſſimū ſe putat. Infra libro quarto. At uellera ſolis in umbra Itē ſui phry/
xus monimentū inſigne pericli Liquerat. Ouidius libro ſeptimo metamorp. Conueniunt populi ſacrū
mauortis in aurum. Bellipotēs. Mars. Tentata. Irritata. Pallas ira ſtimulante parum abfuit quin
inuaderet martem: ut qui contra eius nutum moliebatur. Amborum gemuit ſaturnia queſtus. Mars Bellipotēs
querebatur: Pallas querebatur: cęterū Iuno fauens Iaſoni freta marito ac fratre Ioue: queſta ē querelas
Palladis et Martis. Supauit illos cōquerēdo pp Martē filiū et Iaſonē dilectū: neſciēs cui magis faueret.
Tum genitor. Oratio ē Iouis ad Iunonē: Martē: Palladē: qua diuerſe fauentes deos hortatur: ut fata
procedere ſinant: uarietatiſq́ ſuę cauſam refert: futurūq́ ſemper ut humana uarientur a deo: donec im/
perium romanū prodibit: quo reges omnes terræ tenebuntur: quod tamen futurum olim pollicetur.
Vetera hæc nobis. Omnia hęc quæ nūc ſeriatim procedūt: erant pręſcita: pręcognitaq́ mihi inquit
Iupiter: tantillum immutari poterant: fluentes unimodo ac inuariabili curſu. Condita nobis. Quę
nos condidimus: et in ſecretis noſtræ maieſtatis abdidimus. Pergunt. Procedunt.

A curſu principe. A tenore primæ originis: quadam ſerie: fatorumq; catenna: ab initio ſuo iſta con/fluxerūt. Principem dicimus principalem: et eſt adiectiuum: ut principem locum tenuit: pro primario: in quam ſententiam paſſim dicimus: natus loco principe: pro principali. Lucretius libro primo de rerū natura hos uerſus poſuit.

Princeps.
Lucretius
preſſius ex
cuſſus.

Nec miſeræ prodeſſe in tali tempore quibat
Qđ patrio princeps donaret nomine regem.

Ordine cuncta ſuo, rerumq; a principe curſu
Fixa manent. neq; enim terris tum ſanguis in ullis
Noſter erat, cum fata darem, iuſtiq; facultas
Hic mihi cur uarios ſtruerem per ſæcula reges,
Atq; ego curarum repetam decreta mearum.
Iampridem regio quæ uirginis æquor ad helles,
Et Tanaim tenus immenſo deſcendit ab euro
Vndat equis floretq; uiris: nec tollere contra
Vlla pares animos nomenq; capeſſere bellis
Auſa manus ſic fata locos ſic ipſe fouebam.

Iphigenia
princeps.
Prototocos

In uetuſtiſſimis exēplaribus: quos Romæ dum publice docerem academiæ latinæ moderator ac princeps uel gemēte fœdo archimimo: annotaui ſcriptū eſſe. Quæ patrio princeps donarat nomine regem: ut Iphigeniam principē uocet: hoc eſt primam filiam: quæ ſolet eſſe patribus charior: qualem græci πρωτοτόκον appellant. Facere patrem dicitur filia: quæ prima naſcitur: a qua pater relatiuam denominationem ſumit. Qđ ſi nihil immutare libet: patrio expone paterno: ut ſit hic ſenſus. Pater miſeræ tali in tempore prodeſſe minime quibat: quoniam Agamemnon ut princeps et rex: donaret regem. i. ſe ipſum nomine patrio ideſt noīe paterno: ſub prętextu regis patrio affectui ſeruiret. qđ ſi Iphigenia nō regis ſed alterius filia fuiſſet potuiſſet a rege donari. Sed cum regis eſſet filia: donare nō poterat ſe ipſum rex ſeruato decoro: quoniam uideretur anteponere priuatū cōmmodum et amorē propriū: publico. ut huic ſenſui alludat Ouidius cum inquit. Poſtq̄ pietatem publica cauſa: Rexq; patrem uicit. Fixa manēt. Stabilia ſunt. Huic non abludit illud maronianum. Manent immota tuorum Facta tibi. Neq; enim. Reſpondet tacitæ obiectioni. Poſſet quiſpiam dicere. At qui tu Iupiter fauiſti tuis: cum fata dares: minime gentium inquit. Quinimmo ſanguis meus tunc non erat in terra. Sanguis. Filii mei. Maro. Proiice tela manu ſanguis meus. Cum fata darem. Quādo decreta deorum cōſtituebam.

Sanguis.

Iuſtiq; facultas. Habui facultatem exercendę iuſtitiæ cum non haberem filios: aut pignora ſanguinis: quæ nunc auerterent a recto. Hic mihi. Tūc mihi ſubintellige erat. In hac re habebam quid meditarer. Cur uarios. Lege quum. Cum uarios ſtruerem. i. crearem et pararem reges: potui ius exequi: quoniam natis carebam. Per ſecula. Per ſpatia: temporaq; pręterita. Atq; ego. Quinimmo quoniam pręter ſpem facultas eſt oblata recenſebo uobis quidquid ego decreuerim: quem ue finem rebus impoſuerim. Repetam. Ordinata et digeſta cōſilia mea referam. Decreta. Sententiā: cōſiliū.

Curarū mearū. Id quod curē et intendā. Iampridē. Fundamētū Iouis ſententię prouerbiali inhęret. Omnia orta occidūt: aucta ſeneſcūt. Et. Omniū rerū uiciſſitudo eſt. Iam pridem inquit regio pontica: et totus ille tractus: qui ab Helleſponto ad Phaſidis oras incipit: longa: feſtaq; pace cōgeuit: regnaq; huiuſmodi fuerūt adeo florentia: et opibus armiſq; munita: ut eſſent finitimis formidoloſa: nunc uero fatis agunt iniquis: et uarietate cœli: fatorūq; cœleſtiū in occaſum uergūt. Quæ uirginis. Quæ ab helleſponto incipiens uſq; ad Tanaim protendit: et feliciſſima fuit: nūc defloreſcere incipiet. Tanaim tenus. Vſq; ad Tanaim ab helleſponto. Tanais auctore Plinio libro quarto ex rhipęis mōtibus defluit: inq; paludē meotim irrumpit. Addit idem Plinius. Tanaim ipſum Scythæ Sillim uocant: meotim temerinda. i. matrē maris. Deſcendit. Declinat ut a ſublimi in deuexiorē in quātū oriens eſt principiū terræ ſemp inclinātis. Cæterū delectat lectio diſcedit. Nā plurimū ora pōtica diſcedit ab euro. i. oriēte ut qui uideamus Tanaim a rhipæis: qui ſunt in ſeptētrione meotim et ipſam ſeptentrionalem influere. Quin Plinius libro ſexto nat. hiſt. ſic ait. Oceanus tribus e partibus cæli alluens Aſiā ſcythicus a ſeptētrione: ab oriente eous: a meridie uocaṫ indicus. Varieq; per ſinus et incolas in cōplura noīa diuiditur.

Tanais.
Sillis.
Meotis Temerinda.
Scythicus
oceanus.
Eous.
Indicus.
Vndare.
Vnda.

Vndat. Abundat. Maroniana imitatio ex georgicis. Et iuuat undātē buxo ſpectare cytorū. Vndā pro multitudine idem ponit. Mane ſalutātum totis uomit ædibus undam. Prætterea. Vnda fremit uulgi. Apuleius. Accurrunt aliæ: ſuperq; alię ſepedū populorū undæ: cum de formicarum agmine: quæ ſex pedes habent: intelligeret. Floret uiris. Habet uiros florentes in marte. Tollere cōtra. Animo pari in eam inſurgere uel uiribus. Vlla. Natio: regio: gens. Pares animos. Paris animoſitatis hoīs.

Manus. Cohors militaris. Nomen. Famam: gloriā: decus. Capeſſere bellis. Conſequi in re bellica. Fata. Ita ego fouebā: augebā: et extollebā fata locorū uolūtate mea propitia. Vel facta lege: hoc eſt facta uirorū eorū glorioſa: magnifica: uictriciaq; fouebā. Diſtingue a uerbo ſequēti. Sic ipſe fouebā locos. ita pari fauore locos illos donabā: dotabā: illuſtrabam: ut cœleſti benignitate inſignirent: factiſq; uirorū ex illorū uirtute et afflatu cęli magnis ac excellētibus. Fouebā. diuino fauore tuebar.

Accelerat. Appropinquat meta fatalis imperio regis pontici. Summa dies. Vltima felicitatis meta. Veniunt dies acerbi ac iufauſti regi Aeetę. Aſiam labantem. Ruenté:in deterius euntem. Sua tempora. Cum omnium rerum ſit uiciſſitudo:floruerítq́ diu regnũ ponticum:tempus eſt ut cõuertar ad noſtros grçcos:quos orné atq́ cõdecoré. Meę quercus. mihi dicatæ:unde Iuglãdes quaſi Iouis glãdes dictæ. oracula dodonęa. Tripodes. Apollinis cortina:in qua ſtabat Pythias futura uaticinãs. Animæ parentum. Preces heroũ:qui ſunt in eliſyis. Necyomantian intelligit:quæ fit per inuocationé animæ. Quidam peremptum ſcribũt pro peremptorũ. Hanc manũ. Hanc heroum et argonautarum quinquaginta multitudiné. Miſere. Impulere. fuerunt in cauſa ut mitteretur. Pelago. Per mare inauſum prius et intentatum. — Necyomãtia.

Accelerat ſed ſumma dies, Aſiamq́ labantem
Linquimus, et poſcunt iam me ſua tempora grai.
Inde meæ quercus, tripodeſq́ animæq́ premptum
Hanc pelago miſere manum. uia facta per undas,
Perq́ hyemes Belona tibi. nec uellera tantum
Indignanda manent, propiorq́ ex uirgine rapta
Ille dolor. ſed nulla magis ſententia menti
Fixa meæ, ueniet phrygia nam paſtor ab Ida,
Qui gemitus iraſq́ pares et mutua grais
Dona ferat. quæ claſſe dehinc effuſa procorum
Bella? quot ad troiam flentes hyberna Mycenas?
Quos proceres, natoſq́ deum quae robora cernes
Oppetere? et magnis Aſiam concedere fatis?
Hinc Danaum de fine ſedet. genteſq́ fouebo
Mox alias. pateant montes ſyluæq́ lacuſq́
Cunctaq́ clauſtra maris. ſpes et metus omnibus eſto.

Per undas. Nauigationis modo reperto. bellorum nouum inſtrumẽtum repertum eſt. Hyemes. Procellas: turbines: uentos: tempeſtates. Bellona. Naue dicit̃ facta uia bellonæ quando mari ad bella contenditur acerrima. Nihil enim bello nauali immanius et atrocius. Prius terra ſeminarium erat belli: nunc et nauali certamine pugnat̃.

Nec uellera multum indignanda manent. Non tantũ Aeetes indignabitur de uelleribus:quæ rapiétur ab Iaſone:quæ a colchis teneri indignabãtur theſſali. non ſolum ait:manent. i. ſequẽtur indignationes de uelleribus raptis:ſed tempore poſtero Europa dominabitur Aſię. Manét. Expectant:ſequent̃.

Propior. Interior:qui magis Aeetá tanget q̃ uellus aureum. Propius et magis intimũ erit ab Iaſone filia rapta q̃ aurum. Virgine rapta. Medea naui Argo ablata. Nulla magis. Nihil mihi magis intime fixum eſt cordi et animo. Menti. Iuxta illud maronianum. Manet alta mente repoſtum.

Fixa. Interius impacta ut conuelli:mutariq́ nõ poſſit. Meę. quæ eſt ſentẽtia ſequẽs. Iá. Olim. Spectat futurum tempus. Paſtor. Alexander ſiue Paris aſiaticus opilio ut qui Troianus ab Aſia ueniet depredatũ regna mycenarũ Helenam reducens. Veniet nũc Europenſis et græcus Iaſon:qui aſiæ par pari rependat. — Paris paſtor. Dona. Vices munerũ. i. Antidora:per irriſioné loquit̃. Sunt qui ſcribũt damna quæ ſeuera et ſententioſa uox Ioui deorum maximo quadrat. — Antidora. Quæ bella. q̃ ſanguinolenta bella geret hæc nauis paridis:quippe quæ in cladem troianam armabit europam. Iuxta illud. Heu quátũ noſtri ſanguinis illa uehit. Effuſa. Extra patriá ſuá prodeũtia ut Helená recuperét. Procorum. Procerum græcorũ petẽtiũ ſibi Helená reddi. ut procare ponatur ſimpliciter pro petere ut ſibi reſtituatur. — Procare. Honeſtũ fuerat uerbũ proco:ut apparet i uerbo reciproco. Et Pompeius iuqt procare idé eſſe quod petere. Idem procitũ cum prima ſyllaba corripitur ſignificat petitum. Liuius. Matré procitũ plurimi uenerunt. — Procitum. Quot mycenas. Quot mycenæos cũ duce uiros:græcoſq́ ductores armipotẽtes. Flẽtes. Morté ſuorum:calamitatem:et toleratos exhauſtoſq́ labores. Ad troiá hyberna. Scribę. Troiæ. hyberna et hybernacula loca dicuntur hyemi militũ attributa. quia per decẽnium dum Troia obſideretur hybernare ſub pellibus coacti ſunt:ut romani apud ueientes. — Hyberna. Hybernacula. Robora. Robuſtos milites. Ita Liuius appellat omne robur exercitus. Aſiam cõcedere. Dare manus:herbam:fateri ſe uictam. Magnis fatis. Maiori excellẽtię fortunæ:qua nunc frui incipiet Europa. — Hybernare. Hinc Danaum. Lege. Hec danaum ſupple:ſententia. Sic præſenti tempore decreui ſuper græcis:ſententiam tuli de fine et grçcorũ euẽtu.

De fine. Ita uolo finiri ſiniſtrá fortuná grçcorũ:ut appetere nouá. Sedet. placet. Mox. poſt fauorem græcis pſtitũ:cõuertá me dein ad alias gẽtes fouẽdas. Pateát. Nũc Argo duce aperiant̃. Clauſtra. Difficultates et obices maris:quos aperuit:et eorũ nobis cõmercia donauit Argo. Spes et metus. Oẽs ſperét et metuát. Iuxta illud horatianũ. Speret aduerſis:metuat ſecũdis Alterá ſorté bene pparatũ pectus. Nemo deſperet:licet ſit iufelix. nemo cõfidat quis regũ regaliſſimus. quoniá deus et cæli fauor mutat̃:ac uariari ſolet:cũ oia ſint in cõtinuo fluxu. Sperare nihil poſſumus ut incertũ. Metuere ſemper nõ poſſumus nec debemus:qppe cũ fortuna ſit cęca:deſultoria:mobilis:nihil é qd ſemp metuas. Eſto. Sit. Arbiter. Iudex ac certiſſimus explorator. Senſus eſt. mutando regna:ac imperia:uarietateq́ iugi alternando exploro et arbitror apud quem potiſſimum populum imperii ſedem figere debeam.

Locos mouendo. Variando loca: orbiſq; terrarũ regiones imperii inſignibus illuſtrãdo. mouẽdo pro mutãdo poſitũ eſt. Terrena ſumma. Dignitates ac humana faſtigia. Experiar. Tentabo: periculũ faciã. Velim longiſſima. Deſiderẽ longo tẽpore perdurare. Mutãdo per uices imperiũ: diuerſis in locis experiar qui nã populus longiſſime: diutiſſimeq; regnare ſit dignus: et apud quẽ tãdẽ ſedem imperii figam. Populis cunctis. Ex omnibus: quos recẽſuerim populis. Regna uelim. Velim figere imperii ſedẽ. Linquam. Diu permã ſuras. Vbi. Apud quem electum diuturno imperio populum. Datas. Illi electo populo a me conceſſas. Certus. Inconcuſſus: ſtabilis. certa et minime uaga ſentẽtia alter naturus ulterius imperium. Habenas. Gubernaculũ: et regimen imperii. Videtur romanũ imperiũ innuere: de quo extat illud uulgatiſſimũ inſtar oraculi ex Virgilio. Imperium ſine fine dedi. Oculos refert. Cõuertit ſe Iupiter aſpiciendo mare ęgeũ proceribus grę cię plenũ. hortaturq; ut gloriæ: uirtutiq; inuigilẽt. Cęrula. Maria. Robur herculeũ. Refert oculos ad robuſtum Herculẽ. Tuens. Intuens: conſpiciens. Ledæ genus. Caſtorem Pollucẽq;. reſpicit ſuos Iupiter: quo ſpectaculo nullũ dulcius: filium uidelicet intueri.

Arbiter ipſe locos terrenaq; ſumma mouendo
Experiar quae nam populis longiſſima cunctis
Regna uelim, linquamq; datas ubi certus habenas.
Tunc oculos Aegæa refert ad cœrula, robur
Herculeum, lædæq; tuens genus, atq; ita fatur.
Tendite in aſtra uiri, mea primum regia mundo
Iapeti poſt bella trucis, phlegræq; labores
Impoſſuit durum uobis iter, et graue cœli
Inſtitui. ſic ecce meus ſic orbe peracto
Liber et expertus terras remeauit Apollo.
Dixit, et ingenti flammantem nubila ſulco
Direxit per inane facem, quae puppe propinqua
In bifidum diſceſſit iter fratreſq; petiuit,
Tyndareos, placida et mediis in frontibus hæſit.

*[margin: Gubernaculum.]*

Amphitus Hoc placuit addere. Amphitus et
Telchius. Telchius aurigę Caſtoris ac Pollucis condiderunt Eniochos in ponto. Plinius libro ſexto.
Eniochi. Iapeti poſt bella. Iupiter Herculem Caſtoreſq; ſuos aſpiciens lęto ſic ore proloquutus. Filii tendite in cœlum gloria: rebuſq; geſtis inſignibus: quibus tãtum cœlum debetur. Quin poſt uictoriam aduerſus Titanas partam: nemo cœlum aſcendit quin ille labore et ęrumnis id meritus eſſet. Hoc liber pater et
Iapetus. hoc Apollo teſtantur. Iapetus cœli et terrę filius ut teſtatur Heſiodus: pater Promethei: qui ideo Iape
Iapetionides. tionides et Iapetioniades nuncupatur. Ouidius primo metamorphoſeos. Quam ſatus Iapeto: et quę ſe
quuntur. Trucis. Immanis ac uaſti qualis poteſt eſſe gigas. Phlegrę labores. Poſt illa laborioſa bel
Iapetioniades. la: quibus cõtra gigãtas Iupiter imperatorẽ ſtrenuum egit: quę bella detonuerũt in campis phlegręis: et
exarſerunt. unde nomen inditum. Phlegręi campi in Theſſalię conualle ubi gigantes infauſte cum dis
Phlegra. cœlitibus ad internetionẽ pugnarũt. Callimachus umber. Sed neq; phlegręos iouis enceladiq; tumul
Pallene. tus Intonet anguſto pectore Callimachus. Stephanus phlegrã ciuitatẽ thracię dicit: quã Eudoxus poſt
Pallenæi eã Pallenen ait appellatã. Ciuis phlegręus: phlegræa: phlegręon. Eſt phlegros et phlegra Lycophroni.
tumultus Aperit tibi Suidas græcus auctor cur poetę pallenęos tumultus pro phlegręis appellent. Regia. Di
pro gigan gnitas ac maieſtas. Sic inferius. Vel regia mea: hoc eſt tẽpus regni mei. Secus erat ſub Saturno: quo
teis. tempore cuncta torpebant: quippe Iupiter laborem addidit mortalibus: ac exploſit ocium. Nec torpere
graui paſſus ſua regna ueterno. Durum iter. Difficilẽ uiam aſcendendi cœlum. Et graue cœli.
Repete uocem iter. Ordo. Regia mea impoſuit durum uobis iter cœli: et graue iter cœli ego Iupiter
inſtitui. Idem eſt Iupiter quod maieſtas Iouis. Quidã cœlum ſcribũt et inſtituit. Sic. Cũ hac diffi
cultate. Ecce. Dicticos. Meus liber. Sudando: algendo: bellũ gerendo contra indos meritus eſt cęlũ.
Repetit. Sic. dictionẽ ut maiorẽ uim ac pondus uerbis addat. Orbe pacto. Peragrato mũdo et obambulato. Liber. Dionyſius. Exptus terras. Labores: terræq; difficultates: pſertim cũ Admeto ſeruiuit paſtor Amphryſius amore mercenarius. Remeauit. reuerſus ẽ: ab eo deturbatus ira patris. Dixit.
Orationẽ Iupiter abſoluit. Direxit. Emiſit ac uibrauit certo iactu et minime fallaci. Facẽ. Fulgurũ
ardẽtẽ effigiẽ ſeu potius inſtar. Mimiſis maroniana. Stella facẽ ducẽs multa cũ luce cucurrit. Flãmãtẽ nubila. Flãmis coruſcis illuſtrãtẽ cęlũ nubilũ. Sulco. Crinibus et radiis. Viſa ẽ fax illa lucida ful
Bifidum. care cęlũ. Per inane. Per aerẽ. Quæ. fax. Puppe. pro puppi. In bifidũ iter. In flãmã bifariã di
Caſtores. uiſam. Diſceſſit. diuiſit ſe: et merito diuiſit quoniã ſolitaria mergit nauigia. Salutares ſi geminę uenerẽq; Polluces uulgo dicunt: uel Caſtores. Plinius lib. ii. na. hiſt. Vidi in nocturnis militum uigiliis inhęrere pil:s pro uallo fulgurũ effigies. Eæ et antẽnis nauigãtiũ: aliiſq; nauiũ partibus: ceu uocali quodã ſono iſiſtũt: ut uolucres ſedẽ ex ſede mutãtes. Tyndareos. Caſtorẽ et Pollucẽ. Placida. Illud maronianũ ſup Aſcanio refert. Tactuq; innoxia molli Lambere flamma comas. Frontibus. Circũfulgent: inquit Plinius: Hominum capita nocturnis uigiliis magno miraculo. Hęſit. Fixa ſtetit.

Amborum

Amborũ. Caſtoris et Pollucis. Lumen purpureũ. Coruſcũ. igneũ: ſiderale. Hoc dicit qa in ſidera mutati fuerũt: q̃ ſũt numina nautarũ: et nauiũ roſtris inſidẽt: Cõtrariũ facit illa peſtilẽs ac dira nocitura Helena: quæ fugat a fratribus. Huc uergit illud Papinianũ. Cũ iam dãnata ſororis igni: Tænarei ſuſtentant carbaſa fratres. Imitatur Flaccus illud maronianum. Lumenq̃ iuuentæ Purpureum. Olim. In tempus poſterum. Implorabile. Quod lumẽ et ſidus caſtorũ olim impetrabunt nautę.

Helena dira.
Implorabile.

Protinus amborum lumenq̃ innoxia fudit
Purpureum miſeris olim implorabile nautis.
Interea medio ſæuus permiſſa profundo
Carbaſa pangæa boreas ſpeculatus ab arce
Continuo Aeoliam, Tirrhenaq̃ tendit ad antra.
Concitus omne dei rapidis nemus ingemit alis
Strata ceres, motuſq̃ niger ſub præpete pontus.
Aequore trinacrio, refugitq̃ a parte Pelori

Miſeris nautis. A tempeſtate circũuentis. Interea. Boreas excubitor maris iterea uidet uela imania. Pergit ad Aeoli regiam: Queritur de hominum impudẽtia: Rex æolus dubitans regno neptũnio uẽtos omnes emiſit: qui maximam cõmouere tempeſtatẽ. Carbaſa pmiſſa profundo. Vela data mari. Ab arce Pangæa. A montibus Thracię ita nũcupatis. Cõtinuo. Statim. Aeoliam. Regiam Aeoli uentorum regis ita conſignatiſſime nũcupati: quoniam ἄιολον gręci uarium dicunt αἰόλλειν uariare. Plinius libro tertio inquit eſſe inſulas æolias ſeptẽ. Ex quibus una Strongyle a lipara mille paſſus ad exortum ſolis uergẽs: in qua regnauit æolus: quę a Lipara liquidiore tantũ flamma differt: cuius fumo quinam flaturi ſint uenti: triduo prędiſcere incolæ traduntur: unde æolo uentos paruiſſe exiſtimatum eſt. Interpres Apollonii libro tertio ſeptem inquit æoli fuiſſe inſulas. Sunt autem ipſę circa Siciliã. Strongyle. Euonymos. Hiera. Lipara. Didyme. Ericodes. Phœnicodes. Anaximander uentum aerẽ fluidũ ſubtiliſſimis eius humidiſq̃ partibus a ſole aut citatis aut illiquefactis. Stoici omnem fluctum aerẽ eſſe fluxum. pro locorum aũt uarietate appellationes inde edi: uelut a caligine et occaſu Zephyrus dicitur. ab exortu et ſole ſubſolanus. At qui a ſeptẽtrionibus flat aquilo et qui ab humectioribus locis: Africus. Metrodorus humido expiramento a ſole efferuefacto: flatus impetum cieri. Statos uero anniuerſarioſq̃ aquilones craſſeſcẽte ad ſeptẽtriones aere exiſtere: cũ ſole nimirũ collapſanti iam a ſolſtitio retrogrado.

Aeolon.
Aeolię inſulæ.
Strongyle
Lipara.
Nomina æoliarum.
Ventus.
Subſolanus.
Africus.
Aquila.

Tyrrhena antra. Aeoliam ubi antra ſunt: ubi uenti carcere pmuntur. Concitus. Iratus uel celer. Nemus ingemit. Arbores nemorenſes concutiuntur agitatę a borea. Alis rapidis. Velocitate boreę perniciſſimi. Venti finguntur a poetis alati. Strata Ceres. Impetu boreę proflatum decuſſumq̃ eſt frumẽtũ. Pontus niger. Qui futura tempeſtate nigreſcit qđ ab imo cũcta cõuoluunt. Sub pręprete. Sub ueloci uẽto. prępes ẽ celer et in uolatu alas explicãs. Aequore trinacrio. Mari ſiculo. Sicilia auctore Plinio a thucydide Sicania dicit. Trinacria a pluribus aut Triquetra: a triãgula ſpecie quõdã Brutio agro cohęrẽs. Mox interfuſo mari auulſa ppe Rhegiũ: cui a dehiſcẽdi argumẽto nomẽ datũ. Pelorus in Italiã uergit. Pachynũ in gręciã: lilybęũ i Africã. Querũt aliqui nũqđ Sicilia ſit i italia. Quãtũ ex Plinio colligo, qui ſcribit illã ab Italia diſtare tot milibus: nõ ẽ in Italia. Quod diſtat a ſacro nõ ẽ ſacrũ. Quod ab homine diſtat uõ ẽ humanũ. Quod liquido Plato ſic in gorgia oſtẽdit his. Elegãs qdã uir ſiculus fortaſſe uel Italus. Adde Lucretiũ libro primo de rerũ natura nobiſcum ſentire ita canẽtem.

Trinacria.
Sicania.
Triquetra.
Rhegium.
Pelorus.
An Sicilia ſit in Italia

Inſula quam triquetris terrarum geſſit in oris:
Quam fluitans circum magnis anfractibus æquor
Ionium: glaucis aſpergit littus ab undis.
Anguſtoq̃ fretu rapidum mare diuidit undis:

Italiæ terrarum oras a finibus eius. Quem Rutilius poeta lepidiſſimus ita conſequitur.

Italiam rerum dominam qui ſtringere uiſu
Et totam pariter cingere mente uelit
Inueniet quernę ſimilem procedere frondi
Artatam laterum conueniente ſinu.
Milia per longum decies contena teruntur

A ligurum terris ad freta Sicanię. Claudianus primo de rapta Proſerpinæ.

Commendat ſiculis furtim ſua pignora terris.
Inſidis natam laribus commiſit alendam.
Aethera deſeruit: ſiculaſq̃ relegat in oras
Ingenio confiſa loci. Trinacria quondam
Italię pars una fuit; ſed pontus et æſtus
Mutauere ſitum. Rupit confinia Nereus
Victor: et abſciſſos interluit æquore montes.

Paruaq̃ cognatas prohibent diſcrimina terras. Adde qđ nulla prouincia ẽ in Italia. Siciliã fuiſſe pro/

Prouincia Sicilia.

Italicum & Prouinciale, uinciã uel cęcis patet. Quinimo italicũ prouincialeq́ ueluti diuerſiſſima opponunt. Italicus: inqt Plinius Cecilius libro. viii. epiſtolarũ: es an prouincialis? Trãquillus teſtis ẽ Auguſtũ appellationes prouincialiũ cõſularibus uiris delegaſſe. Culturã prouincialiũ uinearũ libro. vi. tradit Columella cũ de cultura italicarũ alibi ſcripſiſſet. Scribit Egeſippus romanos cũ in ius ſuũ procul poſitas regiones uincendo redigerẽt: appellauiſſe pũincias: cui Donatus in phormione ſuccinit. Quid uero iuris cõſulti ſentiãt: nihil ad nos: qui nõ ad parallelos ge metricos: ſed ad latam uel anguſtã iuriſditionẽ rẽ deducunt: pr ut imperii emolumẽto cõuenit: quod etiã ius eccleſiaſticũ fecit. Mecum ſenſere Neoterici uiri perdocti: qui in Italiæ illuſtratione Siciliã ut alienã omiſerũt. Inſuper cũ Firmicus Maternus populos uarios uario epitheto diuideret: Siculi acuti. ſiculos inqt eſſe acutos: Italos alia dote pcellere: qui ſe non uocat italũ: ſed ſiculũ. Infra Flaccus. Cũ flẽs ſiculos ænotria fines: Perderet: et mediis intrarẽt montibus undæ. Sed quoniã iuriſperitorũ auctoritas habetur: ut haberi debet: momẽti maximi: eorũ uerba ſubſcribamus. Scribit Vlpianus de uerborũ ſignificatione hæc. Cõtinentes prouincias accipere debemus eas: quæ Italiæ cõiũctę ut puta Galliã et prouinciã Siciliã magis inter continẽtes accipe nos oportet: quę modico freto ab Italia diuidiť. Idẽ quoq́ Vlpianus titulo de Iud. Inſulę Italię: pars Italiæ ſunt: et cuiuſcunq́ prouincię. Perpenſis his iuriſperitorũ uerbis nõ uideť mihi Vlpianus ſignificare Siciliam eſſe in Italia: immo eſſe continẽtẽ: Quę iũctę ſunt italię. i. non tranſmarinę ſunt: ſed prope italiã. quoniam cum in Codice imperator pro dicẽdo teſtimonio det his qui ſunt ubi eſt iuridicum tribunal tres menſes ſpatii ad ueniendum: Si quis cauſam audiat in Sicilia ſex: in inſula tranſmarina nouem. Ergo a diuerſitate termini diuerſa eſt Sicilia ab italia. Cum uero de Iud. ait Vlpianus in ſecũdo paragrapho. Inſulę italiæ pars italię ſunt: non intelligit Italus Siculus. de Sicilia mari diuiſa: ſed prochita: cenaria: et ſimilibus. Italus rex Siculorum pfectus de Sicilia uenit ad loca: quę ſunt iuxta Tyberim: et ex nomine ſuo appellauit italiam: unde Maro dixit. Et gẽtes uenere ſicanę: Auctor Seruius. Silius italicus libro. xiiii. punicorũ: prompte gentem linguę Siculos bis appellat. Sed ſpatium quod diſſociat conſortia terrę Latrantis: fama eſt: ſic arcta interuenit unda: et maturinos uolucrũ tramittere cantus. Quin et Lucianus in dialogo quomodo oporter hiſtoriam cõſcribere: uidetur Siciliam ab italia ſeparare his uerbis: τοὺς δ' ἀθηναίους περιπλεῖν σικελίαν καὶ ἰταλίαν. Athenienſes uidelicet nauigaſſe in Siciliam et italiã. Siciliã ab italis: qui Siculi dicebantur in eam uulgo profectis dictã eſſe: Diodorus quidẽ libro. vi. eam gręplnce deſcribit: nõ tamẽ italiæ partem dicit. A parte Pelori. A parte italię. Refugi. introrſus adacti: retracti. Cędere. n. uideť mari.

Stat rupes horrenda fretis, quot in æthera ſurgit
Molibus, infernas totidem demiſſa ſub undas.
Nec ſcopulos aut antra minor iuxta altera tellus
Cernitur: illam Acamas habitat, nuduſq́ Pyracmon,
Has nimbi, uentiq́ domos, et naufraga ſeruat
Tempeſtas: hinc in terras latiumq́ profundum
Eſt iter: hinc olim ſoliti miſcere polumq́
Infelixq́ fretum. Neq́ enim tunc Aeolus illis
Rector erat Libya cum rumperet aduena calpen

Stat rupes horrẽda fretis. Vel ſtat fretis: uel horrẽda ẽ fretis. Quibus nihil ẽ horridius. Eſt. n. id phorrẽdũ: quod ab horrẽdo horreť. Quot ĩ æthera. Rupes illa nõ minus tolliť ĩ altũ: hoc ẽ pfundũ: quãtũ uerticem tollit in cœlũ: aut eſſe tam profundã q̃ eſt alta. Hanc horrendã rupẽ reor eſſe ſcopulos cyclopũ qui ſunt tres in Sicilia. Lege Plinium in tertio. Molibus. Vaſta magnitudine. Totiens. Scribe. Totidem. et repete dictionem molibus. Infernas. imas: depreſſas. Demiſſa. Deſcẽdens. Minor ſcopulos. Non habens ſcopulos minores: aut antra q̃ prior a parte Pelori: uel more gręco ſubintelligitur κατὰ. Iuxta altera tellus. Hic alterum cyclopum ſcopulum intelligit. Sunt enim tres auctore Plinio. Acamas. Acamas. Acamas Acamantis laborem non ſentiens lingua gręca ſignificat. Cyclopi laborioſo nomen idoneum. Sudas. ἀκάματον πῦρ σφοδρόν. [illegible] καὶ ἀσφίδοσ ἀκάματον πῦρ. Ignem uides ut acrem Homerus uocat acamaton: unde fortaſſis es Pyracmon appellatus eſt cyclops acriter apud ignem laborans. Pyracmon. Cyclopis perinde nomen ut qui ab ardenti incude nunq̃ diſcedit. Bronteſq́ et ſteropes: et nudus membra Pyracmon.

Has domos. Antra ſuperius dicta. Naufraga. Violentia uentorum naufragium molita.

Hinc eſt iter. Ab his clauſtris et antris uenti ruunt omnia miſcẽtes: agentes: conturbantes.

Latium. Scribe latum hoc eſt ſupinum: et late fluentem oceanum. Olim. iam pridem: iam diu. Soliti. Venti: Miſcere. Turbare: in tumultum agere. Infelix. Aeterna uexatione conflictatum.

Aeolus. Anteq̃ diſcordibus fratribus: ſeditioſiſſimiſq́ uentis rex et moderator datus eſſet: pro libidine uagabantur. Nunc æolio carcere moderari ſpiratus præcipites didicere. Quãdo erant uenti ſine rectore: omnia turbabant ut Oceanum fractis montibus immiſcere: et impetu furenti inſulas abſcidere a continenti.

Oceanus aduena. Mare aduentitium ac per uim ab impetu uentorum contortum fracta terra penetrauit in oras mediterraneas: cum plus eſſet unimodum: et concorporatum tremoribus terra hians immiſit mare adactum ab impellentibus uentis. Rumperet calpen libya. Abrumperet calpen ab Africa. Calpe.
Calpe eſt origo Europę. Plinius. Origo ab occaſu ſolis et gaditano freto: qua irrumpés Oceanus atlanticus in maria interiora diffunditur. Hinc intranti dextra Africa eſt Leua Europa. Inter has Aſia eſt.

Oceanus, cum flens ſiculos oenotria fines
Perderet, et mediis intrarent montibus undæ:
Intonuit donec pauidis ex æthere uentis:
Omnipotens, regemq; dedit, quem iuſſa uereri
Sæua cohors, montemq; chalybs iterataq; muris
Saxa domant euros. cum iam prohibere frementum
Ora nequit. rex tunc aditus et clauſtra refringit.
Ipſe uolens, placatq; data fera murmura porta.
Nuncius hunc ſolio Boreas proturbat ab alto.
Pangæa quod ab arce nefas ait Aeole uidi?
Graia nouam ferro molem commenta iuuentus
Pergit, et ingenti gaudens domat æquora uelo
Nec mihi libertas imis freta tollere arenis,
Qualis eram nondum uinclis et carcere clauſus.
Hinc animi ſtructæq; uiris fiducia puppis,

Termini tanais et Nilus. Olim. n. mare intrabat per montem calpen excluſum ab Hercule. Plinius libro tertio contrariú ſentit his prope modum uerbis. Proximú autem faucibus utrinq; poſiti montis coercent clauſtra: Abila Africæ: Europę Calpe: laború Herculis metæ: quá ob cauſam indigenę columnas eius dei uocant. Creduntq; perfoſſas excluſa antea admiſiſſe maria et rerum naturæ mutaſſe faciem. Abila.
Flens. Dolens abrupta a Sicilia potiori ſui parte. Oenotria. Italia a prin ſtantia uini dicta. Oenotria.
Perderet fines ſiculos. Amitteret Siciliam: quæ intra fines ſuos cótinebatur. Mediis montibus. Claudianus ait: Abſciſſos interluit æquore montes. Vndæ. Fretum.
Intonuit. Tonitru terrorem Iupiter immiſit uentis omnia turbantibus. Ex æthere. Iunge cú intonuit. Pauidis. Epitheton temporarium. Timuerunt iouem cum natura ſuapte cúcta ſpernere ſoleant. Regem. æolum. Dedit. uentis. Quem. Aeolum regem ſuum. Iuſſa. Eſt a ioue. Iuſſit Iupiter uentos æolum uereri.

Vereri. Honorare: colere: timere ut regé ſuum. Sæua cohors. Acerba et immitis uentorum multitudo. Montem. Domum uentorum clauſtra ferrea muniuit ad eorum uiolentiſſimos impetus infringendos. Chalybs. Nucleus ferri. Catennæ ferreæ. Iterata ſaxa: Duplicata mœnia: lorica duplici clauſi: cinctiq; parietes. Domant. Frenant: coercent. Frementum. Ventorum indignantium. Ora. Flatum ac ſpiritum. Rex. Aeolus. Tunc. Cum ſuſtinere nó poteſt ulterius. Refringit aditus. Vi repagula frangit. Volens. Libés uentis propitius. Placat murmura. Murmurátes uentos ſedat. Data porta. Conceſſa libera exeundi facultate. Maro. Qua data portá ruunt. Nuntius. Nuntium ferens boreas. tanta rapiditate irruit ac impetu: ut a ſede regia Aeolum deturbet. Hunc. Aeolum. Ab alto ſolio. A tribunali regio. Proturbat. Excutit ac deiicit ab excelſa regia ſede. Vereri. Chalybs. Nucleus ferri.

Pangæa. Verba Boreæ conquerentis apud Aeolum homines temeraſſe mare: auſoſq; in aliena regna irrumpere. Arcem pangæam uocat montem editum: de quo ſupra. Quod nefas uidi. Quaſi dicat. nullum tetrius et inſignius q̃ aliena irrumpere regna: uide uiolentam orationem aptam uenti uiolentiſſimi naturæ. Graia iuuentus. Argonautæ. Nouam molem. Nouam machinam. Ferro cómenta. Excogitauit ex lignis ferro dolatis: et confixis. Pergit. Non cogitat ire: ſed it.
Ingenti uelo. Secúdo curſu: unde prouerbiale uelis et equis: quod cum celeri conatu adhibitis uiribus omnibus expediri ſolet. Gaudens. Exultans ac ilaris. Domat æquora. Tranſuolat per mare ueluti triumphatum et domitum. Nec mihi. Non ego permiſiſſem hanc machinam licenter per mare uagari ſi ſolita libertate fruerer: ſed carcerarius et cuſtoditus alios cuſtodire non poteſt. Velis et equis.
Tollere freta. Prohibere mare in tumorem agendo: procellas conciendo. Libertas. Subintellige uerbú eſt. Imis arenis. A profundo maris: quæ tempeſtas eſſe ſolet atrociſſima. Virgilius. Furit ęſtus arenis. Qualis eram. q̃ ferox: atrox: indomitus eram cum non fuiſſem clauſus in cuſtodia æolia. Extant codices ita emendati: qualis erat nondum uinclis et carcere clauſo: qualis libertas erat mihi nódum clauſo uinclis et carcere. Hinc. Qđ nos eſſe addictos carceri cognoſcunt. Animi. Animoſitates: pręſumptióes: audaciæ. Viris mortalibus audentiſſimis. Fiducia puppis ſtructæ. Quoniá uentos ſciunt eſſe carcere præpeditos: ideo confidunt naui nuper ſtructæ et ligno fragili.
Qđ. Quoniam. cauſa quare non timent eſt qđ ſub regno et alieno imperio uiuit Boreas.
Rege. Aeolo: qui ſcit dare iuſſus habenas: uétos cohercere et eos immanes compeſcere: quibus nihil eſt truculentius. Quare: auctore Gregorio ſacræ literę uentos dęmoniacos impetus appellant.

Da. Concede æole. Inſanam. Temerariam et audentem immodica. Pectora. Scribendum pignora. Filii mei Zetes et Calais licet perirent cum cęteris argonautis ſi a me tempeſtate mea mergerentur in mari: moriantur mei dum moriant̃ alii. Feritas barbara nec proprio ſanguini parcit. Tantũ. Dummodo. Hominum. Habet emphaſin ſuperborum: inſolentium: audaculorum. Minas. Minaces et temerarios orſus. Dum, uſq; quo. Theſſalia iuxta littora. Hominum audaciæ cognitæ ſunt in ſola Theſſalia: opprimantur.

Quod Boream ſub rege uident. da mergere graios,
Inſanamq; ratem. nil me mea pectora tangunt.
Tantũ hominum compeſce minas, dum littora iuxta
Theſſala. nec dum aliæ uiderunt carbaſa terræ.
Dixerat: at cuncti fremere intus, et æquora uenti
Poſcere. tum ualido contortam turbine portam
Impulit Hippotades. fundunt ſe carcere læti
Thraces equi, Zephyruſq; et nocti concolor alas
Nimborum cum prole Notus. crinemq; procellis
Hiſpidus et multa flauus caput Eurus arena
Induxere hyemem, raucoq; ad littora tractu
Vnanimi freta curua ferunt. nec ſola tridentis
Regna mouent, uaſto pariter ruit igneus æther
Cum tonitru, piceoq; premit nox omnia cœlo.
Excuſſi manibus remi, conuerſaq; frontem
Puppis in obliquum reſonos latus accipit ictus.
Vela ſuper tremulum ſubitus uolitantia malum
Turbo rapit qui tum Minyis trepidantibus horror.

Aliæ terræ. Peregrina et externa litora nondum nauim uiderunt aliam. Dixerat. Fecit finem loquendi boreas. Cuncti. Venti. Fremere. Fremebãt. Aequora poſcere. Poſcebãt libertatem in mare populatum excidi. Impulit. Impulſu primo aperuit. Maro. Hec ubi dicta cauum conuerſa cuſpide montem Impulit in latus. Contortam. Vi tormento ſimili concuſſam. Turbine. Violentia. Hippotades. Aeolus Hippotę filius. Lęti. Potiti libertate.

Hippotades.

Venti equi

Thraces Equi. Boreali impetu uenti: uel qđ thracia uentis perflatur atrocibus. Equos uſſolẽt poete appellare uentos ab equina pernicitate. Quod et Catullus poeta miri leporis ac eruditionis nec protritę nec proculcatę his innuit.

Rorigena impellẽs nutãtibus aera pinnis

Obtulit Arſinoen Chloridos ales equus.

Chloris amica Pii.

Vbi Chloridis maritum Zephyrũ dictitat. Eſt enim Chloris ueris et uiriditatis dea: quã auctore Ouidio Latini Floram: ſub cuius nomine puellam Bononienſem iuueniliter æſtuans olim celebraui: elegoq; melo ac flebili uulnera termille queſtus ſum: et ſub dea uiridi tandem ad uernã ſalutem reuirui: nõ amore contempto aut exploſo: ſed dierum temporũq; uicibus intepente. Adhuc tamen anima amore ſaucia coalitum uulnus ſcabi molliuſculeq; tractari geſtiens titillat ac prurit. Quin ſub fauilla tepidiuſcula aliquę ſcintillarum reliquię: non prorſus intermortuę teguntur. Nocti concolor alas. Habens nigras alas: quoniã pluuioſus eſt et ymbricitor. Nimborũ cũ prole: Cũ uentorũ pluuiarũq; fœcũditate.

Hymbricitor.

Hiſpidus. Hirſuto et inordinato capillo inſtar ſpinarũ: quas uẽtus cõuoluerit. Flauus caput. Figura ſynecdoche: pro habẽs caput flauũ. ſic. n. ſcribẽdũ nõ flauũ. Harena multa. Quã mare cõuoluit a radicibus agẽs: reſupinãs: Cõciẽs. Hyemẽ. Tẽpeſtatẽ Eurus et Notus. Ad litora. fluctibus ipulſis a uento litora magno mugitu allatratuq; petẽtibus. Rauco tractu. Rauco boatu trahẽtes aquas ad litora. Vnanimi: Pro unanimes cõcordeſq; uenti turbare mare. Freta curua. Eleuata in cœlũ lõgoq; curuamine deſcẽdẽtia. Ferũt. Differũt: huc et illuc raptãt. Tridẽtis regnã. Regna tridẽtiferi neptũni. Ruit ęther. Cœlũ totũ depluit. Igneus. Propter fulgetras: coruſcationes: et fulmina. Ruit. Cadit impetuoſe. Silius. Et in claſſem ruere implacabile cœlũ. Piceo. Obſcuro: caliginoſo. Premit. Denſat: occupat. Nox. Illumina caligo. Excuſſi remi. Vi tẽpeſtatis extorti. Dixerat Maro. Excuſſi manibus radii. Cõuerſaq; frontem puppis. Cõuertit ſe nauis ui rotata uenti: in cõtrarium, Vbi puppis erat ſe contulit prora. Maro. Tum prora auertit: et undis Dat latus. Exponunt nõnulli frontem prorã.

In obliquũ. In tabulas oblique uenietes undas excipientes. Latus. Nauis partes laterales: quę nõ ſine ingẽti ſuſpitione flagellant̃ cũ ſe nauis obliquauit et intorſit ui abrepta uenti: nec recto curſu tẽdit. Ouidius in triſtibus. Nec leuius laterum tabulę feriuntur ab undis

Quam graue baliſtę mœnia pulſat honus. Ictus. Fluctus confligentes. Reſonos. Allatrãtes: percutientes. Volitantia. Se crebris uentorum pulſibus cõmouentia. Turbo rapit. Subitus uentorum ſpiritus abrumpit. Qui. Quãtus: q̃ immenſus. Horror. Tremor: formido cum corporis: ut medicaſtri empyrici uocant horripilatione. Trepidantibus. Satagẽtibus opem ferre labanti nauigio.

Empyrici medicaſtri

Horripilatio.

Picei. Modo nigri: ſtatim ſubitis coruſcationibus ardentes.

Fluxere. Scribe:fulſere:emicuere:explēdeſcere cœperunt: Pauidam ratem. Nautas meticuloſos et formidantes. Coruſcę. Micantes. Faces. Fulgetrę. Maro. Crebris micat ignibus ęther: Pręſentemq́ꝫ uiris intentant omnia mortem. Intelligerem fulmina niſi dictio fax minuſculum quidpiam ſignificaret: et infra terrorem fulminis anguſtum uocaret. Antenna. Valde timuerunt Argonautę cū aurora leuo cornu aquis īmerſa ſurrexit eleuans aquam. Prona. Dans latus:inclinans. Leuo cornu. Siniſtra parte. Latera obliqua antēnarum cornua etiam Virgilius appellat. Dehiſcentem undam. Mare chaſmatico hiatu pateſcentē. Maro. His unda dehiſcens Terram inter fluctus aperit. Nō hyemē. Expertes et imperiti minyę non putabant hāc tempeſtatē eſſe temporariam: quę ex accidenti uiolentia uētorum proueniret: ſed tale eſſe mare: ſemperq́ꝫ uniuſmodi. Miſſos. carcere emiſſos ab æolo. Cōſurgere. Conſpirare connitēdo in uauim. Ignari. Expertes naturę cōditioniſq́ꝫ maris. Sed tale fretū. Subintellige eſſe. Talem eſſe naturā maris. Murmure mœſto. Sic argonautę mœſti murmurabant.

Cum Picei fulſere poli: pauidamq́ꝫ coruſcæ
Ante ratem cecidere faces: antennaq́ꝫ læuo
Prona dehiſcentem cornu cum ſuſtulit undam:
Non hyemem miſſoſq́ꝫ putant conſurgere uentos
Ignari, ſed tale fretum. tum murmure mœſto,
Hoc erat illicitas temerare rudentibus undas,
Quod noſtri timuere patres. uix littore puppim
Soluimus en quanto fremitu ſe ſuſtulit ægon.
Hoccine Cyaneæ concurrunt æquore cautes:
Triſtius an miſeris ſupereſt mare: linquite terras
Spe pelagi ſacroſq́ꝫ iterum ſeponite fluctus:
Hæc iterant ſegni flentes occumbere leto
Magnanimus ſpectat pharetras, et inutile robur
Amphitryoniades miſcent ſuprema pauentes
Verba alii iunguntq́ꝫ manus atq́ꝫ ora fatigant
Aſpectu in miſero tota cum protinus alnus
Soluitur, et uaſto puppis mare ſorbet hiatu.

Hoc erat. Tandē tādē cognoſcimus cauſam quare maiores noſtri nolebant aggredi mare: nauigationemq́ꝫ tētare q̄m ſcilicet cognoſcebāt plenū eē formidis et certę mortis. Ordo. Hoc erat qd' pro quare. noſtri patres .i. maiores noſtri: timuere temerare undas rudentibus illicitas. Temerare. Temere nauigare: temerario auſu irrumpere. Temerare

Illicitas. Quas non licet attingere mortalibus: ut alienum humanis uſibus elementum.

Rudentibus. Velis. Vix littore. Vix mare conſcendimus et oram ſoluimus: hoc eſt a litore diſceſſimus. Et quanto. Lege. en quanto. dictio en eſt pro ecce quāto fragore mare concitatum eſt. Fremitu. Tumultu: ruina: ſtrepitu. Suſtulit. Intumuit: eleuauit. Aegon. Aegęum mare. Plinius libro Aegon. quarto. Aegęo mari nomen dedit ſcopulus inter Thenum et Chium uerius inſula a ſpecie caprę repēte in medio mari exiliens. Romani hoc mare macedonicū et gręcienſe uocant. Hoccine. Hoc ne ma- Macedoni- ri ægęo ſunt petrę Cyaneę aliquid maioris mali minantes nobis: cum mari nihil ſit deterius: in hoc ta- cum. men eſt aliquod malum ſuperans illud. Concurrunt. Arietant: complodunt. Cautes. Petræ: ſco- Gręcienſe puli. Triſtius mare. Deterius mari: tanquam ſubire nobis ſit neceſſe malum triſtius malo. mare.

Linquite terras ſpe pelagi. Cōceſſio per negationem ut. I ſequere Italiam uentis: Pete regna per undas. Linquite ergo terras amentes ſperantes mare eſſe placabile et fidum: cum ſit immite ac perfidum.

Seponite. Eligite: pręoptate itinere terreſtri reiecto. Metaphora deducta ab eligētibus fructus: quorum meliores ſeponunt. reliquos ut reprobos abiciunt. Tertullianus gentiles irridet: qui more bulborum reproborum et proborum habebāt deos ſuos. Poſſumus: ſeponite: interpretari cōtemnite: abiicite: Seponere. ne curate. Ouidius. Ipſaq́ꝫ ſepoſito poſcitur enſe rudis. Hæc iterant. Hæc ſeu non multum diſſimilia uerba repetunt gementes occumbere more inertium Segni letho. Naufragio imbelli in quo nec arma: nec uires corporis aliquid prępollent. Inutile. Superfluum in mari: et nullius rei. Amphitryoniades. Hercules. Miſcēt. Coniungunt: Viciſſim iterant. Suprema uerba. Vltimū uale: con- Amphitry ſolando ſe: quod amici in ultimis calamitatibus efficere ſolent. Pauentes. Timentes naufragium. oniades.

Ora fatigant. Vel ſe inuicem in ſupremis fatis alloquendo: uel oſculabantur et ſpectabant ſe inuicem tāquā morituri eſſent. Aſpectu in miſero. Se inuicem miſerabiliter aſpiciendo oculis obloquentibus: miſeriamq́ꝫ ſuam fatentibus. Tota cum protinus. Scribe. cum torta protinus alnus: ut uocalis ultima ſit longa duabus conſonantibus ſequentibus. Tortam alnum uocitat nauem rotatam: et tam ueſane agitatam ut impetum maris ulterius ferre nō poſſet. Poſſumus quoq́ꝫ legere tota .i. uniuerſe et multipliciter. Soluitur. Reſoluitur et diſiicitur. Vaſto hiatu. Mirabili ſciſſura.

Sorbet mare. Haurit aquam.

Illam. Nauim. Huc atq illuc. In hanc modo: modo in illam partem. Torquens. Per uim rapiens ac impingens. Stridens notus. Sibilans uentus. Aufert Zephyris. Expugnare conantibus: ita fiebat ut multitudo inimicorum illi prodesset. Vndiq. Ab omni cardine mundi flantibus uentis.

Feruent ęquora. Maria tumultuantur ac bulliunt. Subitus. Subito ac improuiso apparens. In hasta trifida. Hęrens tridenti sceptro suo. Iuxta illud Papinianum. Et festinantia sistens Fata: salutifero mitis deus incubat angui. Fundo. Sedes deorum sunt in lacunis imis. Sunt qui scribant fando ita loquendo uidelicet. Caput extulit. Erexit caput superenitendo.

Illam huc atq illuc nunc torquens uerberat Eurus,
Nunc stridens Zephyris aufert Notus, undiq feruent
Aequora, cum subitus trifida Neptunus in hasta
Cœruleum fundo caput extulit. hanc mihi Pallas
Et soror hanc inquit mulcens mea pectora fletu
Abstulerant, ueniant Pharię tyriaeq carinae,
Permissumq putent quoties mox rapta uidebo
Vela notis plenasq malis clamoribus undas?
Non meus Orion, aut saeuus pleiade taurus
Mortis causa nouae. miseris tu gentibus Argo
Fata paras, nec iam merito tibi Typhi quietum
Vlla patens uolet Elysium manesq piorum.
Haec ait. et pontum pater ac turbata reponit
Littora depellitq notos, quos cœrulus horror
Et madido grauis unda sinu, longeq sequutus
Imber ad Aeoliae tendunt simul aequora portae.
Emicuit reserata dies, cœlumq resoluit
Arcus, et in summos redierunt nubila montes.

Hanc. Nauim audacem ac importunã. Soror. Iuno. Inquit. Neptũnus. Mulcens mea pectora fletu: Flendo me exorans.

Abstulerunt. Seruarunt hanc abducẽdo ab ira mea. Veniant. Accedãt istius exẽplo illectę naues alię: faxo numen iratum sentiant.

Pharię. Alexandrinę. Tyrię. Phœnicię. Permissumq putẽt. Credant esse concessum sibi quod conceditur isti: decipientur profecto decipientur: et suę temeritatis pœnas dabũt. Quoties. Naues huius exemplo inuitatae uolent temere mare sulcare: sed fractis uelis et discussa crate pœnas dabunt nõ dico quales. Malis. Desperantissimis. Meus orion. Naufragũ sidus ideo Neptũni amicũ. vi. cal. Iulii Caesari Orion exoritur.

Orion.

Pliades. Pliadę. Gregorii uerba libro xxix. Pliades stellae a plistu. i. pluralitate uocatae sunt. Ita autem uicine sibi et diuise sunt conditę: ut et simul sint: et tamen coniungi nequaquã possint: quatenus uicinitate quadam coniunctę sint: sed tactu disiunctae: Virgiliae nostris. Papinius. Hęc per et aegęas hyemes: pliadumq niuosum sidus. Saeuus. Imbricitor: et tempestatẽ saeuam cõciens. Sunt. n. Virgilię siue Pliades in tauro. Mortis causa nouę. Subitellige uerbum: erit: sidera procellas: pluuias: tempestates conscientia non tantum erunt naufragii causa quantum Argo prima nauis: quę cęteras inuitauit in perniciẽ.

Vergiliae in Tauro.

Argo. Salutatiuus casus. Apostropha facta ad nauem illã. Tiphy. Moderator ac rector nauis thessalae: qui fuisti suasor et auctor tot naufragiorũ ac malarũ mortiũ. Ouidius. Tiphys in ęmonia puppe magister erat. Merito. Es. n. meritus pp argo nauẽ fabricatã: quã sequunť caeterae ad manifestarã mortem irritatę. Satyrographus poeta. I nunc: et uentis animam cõmitte: dolato Confisus ligno: digitis a morte remotus Quattuor: aut septem si sit latissima taeda. Quietum Elysium. Imprecabitur tibi mortem impacatam: et umbrã cruciatam quis uerseris in elysiis: uel ut animae quę sunt apud elysios omnes te aduersus insurgant. Manes piorum. Vt animae piae aduersus te quietis humanae turbatorem insurgant. Hęc ait. Neptũni fuerunt haec uerba. Pater. Neptũnus. Reuerentiae nomen. Reponit. Reducit: sedat: aperta reddit. Turbata littora. Fluctus compositos: qui allatrabant mare. Depellit notos. Vẽtos fingat pcellosos. Quos. notos sequutus. Horror. Procella horrorẽ ac terribile frigus incutiẽs. Vnda grauis. Vuida: suffarcinata. dat fœminę similitudinẽ undae. Lõge. Vel eminus uel magna ui et conatu pcelloso. Tẽdũt. Redeũt ut illic cõcludanť. Emicuit. Claruit: apta ẽ. Reserata. Reclusa: disserenãs splẽdore corusco. Cœlũ. Nubilũ aera. Lucr. in hoc cœlo q dicit aer. Resoluit. Fugauit: illustrauit. Arcus. Quẽ poetae uocãt irim: de quo Plinius i. ii. Seneca in questionibus naturalibus: qui cũ uisus erit significat pacẽ dei cũ omni humana carne: de quo plura in plautinis questionibus disseruimus. quomodo fiat Iris: et cur arcus daemonis dicit lege Albertũ Magnũ libro. iii. meteororũ. Quod innuẽs Homerus lib. Iliados. x. sic cecinit. ἴρισιν ἐοικότες· ἅστι κρονίων ἐν νέφει ςήριξε τέρας μερόπων ἀνθρώπων. Arma Agamemnonis quę Cinynes faber pcudit erãt similia Iridi quã ut sit miraculo mortalibus: Iupiter statuit i nimbo. Eadẽ ποδήνεμος ὠκέα ἶρις. ex auro alas. ex aura pedes habere dicit. In sũmos mõtes. Quae prius oia caligine cõtraxuerãt: umbraq furua terrã obumbrauerant. Extat. Apparet Argonauis, non amplius mergi uidetur.

Arcus daemonis.
Cinynes faber.
Podenemos.

Aquis placidis. Cum aquæ placatæ iam eſſent: turboq́ꝫ diſpulſus. Quam. Argo nauim. Gurgite ab imo. Ab uſq́ꝫ profundo maris: in quo pene ſepulta fuerat. Nereus. Oceanus. Socer Pelei patris Achillis: qui Tethidem acceperat uxorem. Vlnis. Manibus. Velatur humeros. Habet humeros uelatos ac tectos. Sacro. Sacerdotali. Aeſoniam. Aeſoni patri Iaſonis peculiarem. Munere gaudens. Cum eſſet ſibi gratiſſima. Liquerat. Aeſon. Hoſpitio. Pro munere hoſpitali: quæ ſibi inuicem dare et accipere ſolent hoſpites: unde dicta Xenia. Pharetras. Remuneratus eſt Aeſonem Salmoneus pharetras aureas dono tribuens. Auro. Pateræ. Aeſoni aurea paterã donãti. Salmoneus. Maro libro .vi. Vidi et crudeleis dantem ſalmonea pœnas: Dum flãmas Iouis: et ſonitus imitatur olympi. Seruius. Salmoneus Aeoli filius non regis uentorū ſed cuiuſdam apud Heliden ubi regnauit: qui fabricato ponte æneo ſuper cũ agitabat currus ad imitanda tonitrua: et in quẽ fuiſſet iaculatus facem: eũ iubebat occidi. Hic poſtea uerum expertus eſt fulmẽn: de quo Ouidius ut aliqui ſentiunt. Quiq́ꝫ in adicimaton piſeia regna tenentẽ A ioue uenerunt: te quoq́ꝫ tela petãt. De hoc Manlius meminit. Hic Salmoneus erat auus Iaſonis: quẽ matruelẽ auũ ſunt qui audeant appellare. Tyro ſalmonei filia nupſit Cretheo: unde nati Athamas: Pheretus et Aeſon pater Iaſonis. Cretheus Aeoli filius: quod ex his Valeri carminibus accipimus libro quinto: Iaſone loquente.

Xenia.

Salmoneus.

Matruelis auus.

Tyro Salmonei.

Iam placidis ratis extat aquis: quam gurgite ab imo
Et Tethys et magnis Nereus ſocer erigit ulnis.
Ergo humeros ductor ſacro uelatur amictu,
Aeſoniamq́ꝫ capit pateram quam munere gaudens
Liquerat hoſpitio pharetraſq́ꝫ rependerat auro.
Salmoneus, nondum ille furens cum fingeret alti
Quadrifida trabe tela Iouis, contraq́ꝫ ruentem
Aut athon, aut rhodopen, mœſtæ nemora ardua Piſæ
Aemulus et miſeros ipſe ureret ælidis agros.
Hac pelago libat latices et talibus infit:
Dii quibus undarum, tempeſtatiſq́ꝫ ſonoræ
Imperium et magno penitus par regia cœlo,
Tuq́ꝫ fretum diuoſq́ꝫ pater ſortite biformes,
Seu caſus nox iſta fuit, ſeu uoluitur axis,
Vt ſuperum ſic ſtaret opus, tolliq́ꝫ uiciſſim

Ipſe egomet proprio de ſanguine Phrixi
Nanq́ꝫ idem Cretheus ambobus: et æolus auctor Cum Ione: Neptũnoq́ꝫ: et cum ſalmonide nympha.

Nondum furẽs. Anteq̃ furore caperetur æmulationis cum Ioue. Cum fingeret. quãdo repreſentare uellet. Tela iouis. Fulmina. Trabe quadrifida. Lignea face in quatuor partes inciſa: a findo uerbo fit multifidum: bifidum: trifidum: quadrifidum: quod eſt in quatuor partes diuiſum. Trabem poſuit pro quocũq́ꝫ ligno. Contra ruentem Athon. Opponens ſe ioui ruenti: fulmine diſſipanti Athon macedoniæ montẽ. Maro. Aut Athon aut Rhodopen: aut alta ceraunia telo Diſiicit. Ruere habet uim actiuam in hoc loco: ut apud Virgilium libro primo Georg. Cumuloſq́ꝫ ruit male pinguis harenæ.

Quadrifidum.

Ruere.

Rhodopen. Montem thraciæ: unde ab Ouidio Rhodopeia phyllis. Nemora ardua. Subintellige ruebat Salmoneus. Piſæ Meſtæ. Dolentis et attonitæ Piſæ regem ſuum ita demẽtem factum ut dũ uult ſimulare: referreq́ꝫ iouis fulmen: comburat agros patrios. Rex enim Piſę ciuitatis Peloponeſi ſalmoneus erat. Aemulus. Dum cupit æmulari iouem fulmina torquentem. Ipſe. Salmoneus. Miſeros agros. Qui ſtragem patiebantur ab eo: qui debẽbat auferre. Huc referri ſolet illud Papinianum: Piſęumq́ꝫ domus non ęſtuat annum. Hac. Patera. Pelago. Mari: allocutus deũm maris.

Pro Papinio de ãno piſęo.

Libat. Pręguſtando dedicat. Latices. Vinum. Talibus infit. His uerbis utitur. Dii quibus. Oratio Iaſonis ad deos maris rogans eos ut ſint propitii: donec argonautas uictoria poſitos domum reuehat. Quibus imperium undarum. Subintellige eſt: qui regitis undas et ſalũ .i. mare mouẽre poteſtis: unde nereides nymphę maris ſalaces ab Ouidio dicunť: et uxor Neptũni ſalacia: quod ſalum .i. mare moueat. Tempeſtatis ſonorę. Stridentis pulſu uentorum. Penitus. Omnino: indubitanter.

Oratio Iaſonis ad deos maris.

Salaces nereides unde.

Par regia. Dignitas: faſtigiũq́ꝫ regni Neptũni: par et ęquũ eſt cœlo. Pater. Neptũne. Sortite fretum. Cui regnũ euenit in ſortẽ. Biformes diuos. Maritimos: quorũ prima et anterior pars eſt homo: in piſtrim et piſcẽ deſinit aluus. Seu caſus. Siue iſta nocturna et atra tempeſtas fortuito uenit: et decreto naturę: ſeu fatis et mente dei: omnia cõuertẽtis in melius. Nox. Atra tempeſtas. Voluitur axis. Mũdus uertitur. Axis. Mundus: a cuius motu omnia uariant̃ in humanis. Sic. Iſta uiciſſitudine media. Staret opus ſuperũ. Conſiſteret mundus: uicibuſq́ꝫ ſe uegetaret: cum modo ſerenũ ẽ: modo pluuioſum tempus. Pontus habet tolli. Neceſſe eſt ut tollatur alterne ac reſideat mare. Omnium rerum uiciſſitudo eſt. humanaq́ꝫ una lege perpetim ſtare nõ poſſunt. Seu te. Seu mouit te O Neptũne noua argiuę nauis pręſentia: quę fecit ex ſimulacri inſolentia uti dubitares ac regno tuo caueres: tanquam nimis audenter alieno inſultaret elemento.

de Salacia

Subitę puppis. Repente ac ex improuiſo tibi perceptę: Armorum. Imago armorum hoc eſt tu ui
dens arma. Hominum. Tu homines inſolitos in mari cernens. Impulit. Irritauit: ac ſtimulauit.
Conſurgere in iras. Stimulari ac excitari ad bilem. Hæc luerint ſatis. Hæc pericula quę luerīs
ac perpeſſi ſunt: fuerīt ſatis: noli experiri ui maiore. Luere pœnas eſt dare pœnas ac pœnaliter affici.
Luere pi/gnus. Iuriſperitis peculiare eſt Luere pignus dicere ꝓ exigere: redimere. Rector. Neptūne moderator ma
ris. Meliora. Mitiora in poſterū.

Pontus habet, ſeu te ſubitæ noua puppis imago
Armorumq; hominumq;, truces conſurgere in iras
Impulit hæc luerint ſatis, et tua numina rector
Iam fuerint meliora mihi. Da redere terris
Has animas, patriæq; amplecti limina portæ.
Tum quocunq; loco meritas tibi plurimus aras
Paſcet honos, ubicunq; rotis horrendus equisq;
Stas pater atq; ingens utrinq; fluentia Triton
Frena tenet, tantum noſtras concede per urbes,
Dixerat hæc. oritur clamor, dextraeq; ſequentum
Verba ducis. ſic cum ſtabulis et meſſibus ingens
Ira deum, et Calabri populator ſirius arui

Dā reddere. Concede ut reddā atq; reſtituam. Terris. Patriæ ſingulorum. Has animas. Dicti cos. oſtendit heroas. Patrię portę. Salutare redeuntes patrię portas: qua uoluptate nulla maior: ut Plautus inquit: in menechmis.

Quocunq; loco. Vbicunq; peculiariter coleris. Meritas. quas ob merita et beneficia erga me tua tibi cōſtituam. Plurimus honos. Sacrificium ſolenne. Maro. Semper honore meo: ſemper celebrabere donis. Paſcet. Madefaciet: aſperget: imbuet. Rotis. Bigis quibus uehitur Neptunnus.

Horrendus. Venerādus: Augu
ſtus. Equis. Alludit cognomen/
Hippius neptūnus. to Neptunni: qui dicebatur Hip/
Conſus. pius. i. equeſtris. Conſus dictus a latinis. Quis ignorat Neptūnum equum in Theſſalia: uel ut aucto/
res ſunt Hermogenes et Seruius: athenis procreaſſe: in certamine Palladis. Stas. Excellis cultu pe/
Dextrā/rius. culiari ut numen tutelare. Ingens triton. Qui eſt a frenis et a tuba Neptūni: et ei ad frena miniſtrat
quem audio in decretis conſtantinianis dextrarium dici. Vtrinq;. Ab utraq; parte bigarum tritones
Neptūno miniſtrant. Tantum. Tum auguſtum: uenerandumq; numen. Noſtras. Theſſalas.

Concede. Et offeras te uenerādum. Dixerat. Iaſon. Oritur clamor. Plauſus et acclamatio collau/
dantium Iaſonis dicta. Dextraq; ſequentū. Dextręq;. Sequuntur. Argonautæ applaudunt uer/
bis Iaſonis: dextriſq; comploſis fauent. Hoc ſignificat ſequuntur. Concinunt uoci Iaſonis manibus.

Sic cū ſtabulis. Iaſoni loquenti applaudebant nō ſecus ꝙ turba pagana et incōdita luſtrans arua: ſa/
cerdoti hymnos canēti concinit. Ingēs ira deum. Calamitas: grando: et ut appellatur a Catone in re
Viduertas. ruſtica: Viduertas: qua omnia uaſtata proculcataq; procidunt. Hanc ingentem deorum iram nō incon/
Vis maior. gruum eſt intelligere uim maiorē: de qua ſic meminit Plinius libro duodeuigeſimo naturalis hiſtoriæ.
Ante omnia duo genera cœleſtis iniuriæ meminiſſe debemus: unū quod tempeſtates uocamus: in qui/
bus grandines: procellæ: cęteraq; ſimilia intelliguntur: quę cū acciderūt uis maior appellatur. Hæc ab
horridis ſideribus exeūt: uelut arcturo: Orione: Hedis. Alia ſunt quæ ſilente cœlo: ſereniſq; noctibus
Theophraſtus. fiunt nullo ſentiente niſi cū facta ſunt. Theophraſtus libro quinto de cauſis plantarum τὴν ἀπὸ τοῦ
δαίμονος αἰτίαν appellat. i. cauſam diuinitus demiſſam: cuius exemplum χαλαζοκοπίαν. i. gran
Cāa dęmone. dinē percellētem uocat. Iuriſconſultus de hoc intelligit dig. Locati. Vis maior quam græci uocāt ἀπὸ
τοῦ δαίμονος αἰτίαν nō debet conductori eſſe damnoſa. Aſtrobolismos a græcis ſideratio dicitur
Chalazo/copia. quaſi ſideris perculſio: quam ſphacelismon quidā appellāt ut inquit Theophraſtus libro quinto de cau/
ſis: qui ſideratas arbores Aſtrobletas appellat quaſi ſidere perculſas. Aſtrobletes homines ſiderati dici/
Aſtobolis/mos. tur. Hoc σφακελίζειν ab Ariſtotile et Paulo Aeginita dicitur. Ariſtoteles ψιλούμενα τὰ ὀστᾶ
τῶν ὑμένων σφακελίζει. i. oſſa ſuis membranulis nudata ſiderantur. Aegineta ſphacelon appel/
Sideratio. lat partes in corpore marcidas: et iam ſine ſenſu ut in Carcinomate perfecto cōtingit. Stabulis incu/
Sphacelis/mos. buit. Herbas et pabula læta deuaſtauit: quæ pertinēt ad ſtabula. Meſſibus. Calamitoſiſſime ſata lętas
boumq; labores conterens. Sirius. Stella in lingua canis: cuius impetu caloris exurunt omnia: un/
Aſtroblētę ſideratæ. de morbus pueros infeſtans ſiriaſis. Calabri. Ad uertendā uredinem: carbunculationem: ſideratio/
nem: ſitim ſiticuloſę Apulię ſiue Calabrię agricola duce ſacerdote cogebantur: precibus deos inuoca/
Siriaſis. bant: his operabantur: et caniculæ ſacrificabant: quod ab antiquioribus catulo facere dicebatur: quod
Catularia porta. Plinius innuit canarium ſacrificium uocans. Catularia porta: inquit Pompeius: Romæ dicta eſt quia
non longe ab ea ad placandum caniculæ ſidus frugibus inimicum rufę canes immolabātur: ut fruges
Populator flaueſcentes ad maturitatem perducerentur. Populator. Vaſtator. Tunc enim Calabriam agit: ua/
ſtat: exercet calor impatibilis. Vnde æſtuoſa dicta Calabria: et ab Horatio ſiticuloſa: quæ cauſa eſt ut
ſit armentoſiſſima illic etiam hyeme ęſtuantibus armentis.

Incubuit. Oppreſſit: magna uiolentia iuſtitit. Coit. Agminatim conuenit ad hymnos pręcinẽdos uel ad ſacrificium canarium: non ſecus ac noſtri cum binatim letanias obeunt: diſq; pompatice ſupplicant. Anxia. Dubitans agris: propter ignes quibus omnia Sirius coquit. Priſcum. Et conſequenter religioſum: pioq; errore animos hominum mouens. Miſeris. Calabris ſideris uiolentia depopulatis ac; exhauſtis: triſtioraq; ſperantibus. Dictat. Pręit: unde dictata puerorum. Sacerdos. Expiãs

Incubuit, coit agreſtum manus anxia priſcum
In nemus et miſeris dictat pia uota ſacerdos.
Ecce autem molli Zephyros deſcendere lapſu
Aſpiciunt, uolat immiſſis caua pinus habenis.
Infinditq; ſalum, et ſpumas uomit ære tridenti.
Tiphys agit, taciti q; ſedent ad iuſſa miniſtri.
Qualiter ad ſummi ſolium Iouis omnia circum
Prona parata deo uentiq; imbreſq; niueſq;
Fulguraq; et tonitrus, et adhuc in fontibus amnes.
At ſubitus curaq; ducem metus acrior omni,
Menſq; mali præſaga quatit. quod regis adortus
Progeniem, raptoq; dolis crudelis Acaſto,
Cætera nuda neci, medioq; in crimine patrem
Liquerit, ac nullis inopem uallauerit armis.
Ipſe procul nunc tuta tenens, ruat omnis in illos
Quippe furor, nec uana pauet trepidatq; futuris,

mala Sirii. Ecce autem. Iam ſalubribus auris molliſſime ſpirantibus argonautę ſeſe ad expeditionẽ comparant. Deſcendere. Iucumbere mari relicto ſuperiori cœlo. Lapſu. Allabendo: aſpirandoq; mortalibus. Aſpiciunt. Argonautę. Volat. Celeriter diſcurrit. Caua pinus. Concaua nauis. Habenis immiſſis. Habenas et funes intra nauem immittendo: quod fit cum nauis portũ ſoluit. Anchora nãq;: retinacula: et huiuſmodi reliqua nautica inſtrumẽta: quę nauem moderantur a diſcedẽtibus in naui reponi ſolent: cui rei id Maro nianum alludit in principio ſexti æneidos. Sic fatur lachrymãs: claſſiq; immittit habenas. Recte dixit habenas quoniã retinacula non ex canabe torta: ſed corio pręduro fiebant. Quare Liuius lora dixit non oras: ut focors: et Brutum grammatiſtarũ agmen duce Sipontino pau- Retinacula ex loro. perum theſauro cæcutit. Et Homerus illa deſcribens ait βοέοισι Sipõtinus pauperum theſaurus.

στρεφτοῖσι inquit. i. bubulis intortis. Immiſſis dixit quaſi intra nauem miſſis dicas. Sũt qui putant eſſe metaphorã equorũ: quibus cum dat᷑ facultas ſe in curſum proripiendi: habenę in collum immittuntur. Infindit ſalum. Mare prorumpit ac ſulcat. Spumas uomit. In diuerſum pellẽdo uomere uidetur: quod facit uomer aratri infixa dentali: unde uomeri nomen heſit. Sunt qui Balbum ſecuti uorat: legere mallunt: quod non placet. Huc trahendum eſt illud maronianũ ex primo ęneidos. Maſſicus ærata princeps ſecat ęquora tigri. Aere tridenti. Roſtro trifido. Agit. Nauem diſponit: et gubernatoris uice fungitur. Taciti. Expectantes iuſſa gubernatoris. Ad iuſſa. Expectando mandata magiſtri. Pro Virgilio.
Qualiter. Comparatio Tiphys ad Iouem: cuius omnia nutum et iuſſa solẽt expectare: ut quod pręcipiat obeant: perinde ad nutum Tiphys cuncta in procinctu ſtabant. Ad ſolium. Circa ſedem Iouis. Summi. Supremi: altitonantis. Prona. Procliuia ad accipiendum imperium. Parata deo. Excubantia ad mandata dei ſuſcipienda. Venti. Excubant ad imperium dei.
Adhuc in fontibus amnes. Etiam flumina in penetralibus ſedibus longe a Ioue habitantia ad Iouis nutum euigilant. Amnigenam libro quinto uocat Flaccus amnis filium. Amnigena
At ſubitus. Subito occupans animũ. Iaſon: ait Flaccus: cũ recogitare cępit abduxiſſe ſe Acaſtũ nõ admonito Pelia: id quod erat credit ſęuiturum in eius parẽtes Peliam: qđ in raptorem ſęuire nõ detur.
Metus acrior. Metus omni cura uehementior. Quatit ducem. Vexat Iaſonem. Mens pręſaga. Sagire. animus pręſagiens: prędiuinanſq; aliquid mali. Sagire eſt acute ſentire: unde pręſagi: qui ante diuinant. Pręſaga mali mens inq̃t Virgilius. Ineſt aĩs hominũ quędã diuinatio inquit Cicero: unde ſenex Pręſagi. Plautinus ſe fruſtra ire pſagibat. Qđ adortus. Qđ excepiſſet Acaſtũ filiũ regis Pelię. Rapto. Raptim intra nauem inducto: illecto: ſubornato. Crudelis. Iaſon in Alcimeden ac Aeſona parentes: quos huiuſmodi iniuria ſtimulatus interimeret Pelias: quis Ouidius cõtrariũ ſentiat: Apolloniuſq; ſimul et Orpheus taceant. Dolis. Inſidiis: blanditiiſq; Iaſonis. Cętera. Reliqua membra domus ut parentes: Nuda. Deſerta: deſtituta: expoſita. Neci. Furori Peliam in necẽ ſuorũ agenti. Medio crimine. In delicto quod fecit cũ patrem reliquit: cuius innocens luet pœnas. Nullis armis. Auxilio: cohorte pręſidiaria. Inopẽ. Senem: deſertum ope ac auxilio nudum. Vallauerit. Stipauerit: munierit: cinxerit. Ipſe. Iaſon. Procul. Exiſtens longe a patre magna maris intercapedine ſepoſitus.
Nunc. Dum nauigat. Tuta tenens. Loca et pręſidia nactus: quibus furor Pelię obeſſe nõ poteſt. Ruat. Pręcipitater transferat. Omnis furor. Regius: oĩs indignatio Pelię. Nec uana pauet. Nõ timet uana: ſed uera Iaſon. Sic. n. futurũ ẽ ut amẽti ꝫ filii pater luat pœnas. Futuris. calamitatibus.

Sæuit. Crudeliter ſe ultioni Pelias accingitur. Inimica uela. Iaſonis nauem: quæ auferebat dilectum Acaſtum. Vertice alto. Turri ſpeculatoria. Qua. Parte: in quem irruat non habet Pelias: totus tamen in ultionem uergit. Ardés. Ardore quodam ac impetu ad uindictam ſtimulatur. Effundere. Irruere. Nil animi. Nihil prodeſt toto animo in Iaſonem ferri quoniã ille eſt extra iactũ teli: nil ei. noceri nõ poteſt tãto maris ſpatio diſcluſo. Regna. Opes regię: quę cũcta poſſunt: hoc efficere nõ ualẽt. Fremit. inaniter ſæuit.

Sæuit atrox Pelias, inimicaq́ꝫ uertice ab alto
Vela uidet. nec qua ſe ardens effundere poſſit.
Nil animi nil regna iuuant. fremit obice ponti
Clauſa cohors, teliſq́ꝫ ſalum facibuſq́ꝫ coruſcat.
Haud ſecus Aeriſona uolucer cum Dædalus Ida
Proſiluit, iuxtaq́ꝫ comes breuioribus alis,
Nube noua linquente domos, Minoia fruſtra
Infremuit manus, et uiſu laſſatur inani.
Omnis equis pleniſq́ꝫ redit gortina pharetris.
Quinetiam in thalamis, primoq́ꝫ in limine Acaſti
Fuſus humi iuuenis greſſus et inania ſigna
Ore premit, ſparſiſq́ꝫ legens ueſtigia canis.
Te quoq́ꝫ iam mœſti forſan genitoris imago
Nate a t, et luctus ſubeunt ſuſpiria noſtri.
Iamq́ꝫ dolos, circũq́ꝫ trucis diſcrimina leti
Mille uides. qua te infelix? quibus inſequar oris?
Non ſcythicas ferus ille domos, nec ad hoſtia ponti

Cohors. Regii milites immiſſi ad conficiendum Iaſonem nõ reperirent ubi eum lædere poſſent. Obice. Obſtaculo: impedimento. Obiecerat ſe mare furenti tyranno. Salum. Mare. Facibus. Vigilum regis ad necem Iaſonẽ quęrẽtiũ. Clauſa. Diſcluſa: reiecta. Claudi dicitur id: quod adiri non poteſt. Coruſcat. Lumine tremulo ſplendet. Arma coruſcant in aqua quãdo radiis refulgent.

Haud ſecus. Comparat furentẽ Peliam et fruſtra ſequi cupientem Iaſonẽ Flaccus Minoi Cretenſi q aufugiẽtẽ ſublimi uolatu Dædalũ deuouebat: inhiabat uotis appetebat et animo proſeq̃bat: ſed fruſtra: quoniam apprehendere uolantem non poterat. Aeriſona ira. Scribendum Ida.

Idæ duæ. Aeriſona ida cur. Telchines.

Sunt duæ Idæ in Phrigia et Creta. Nunc de Cretẽſi intelligimus: quam uocat Aeriſonã ꝓpter Telchinas fabros optimos: quos omnia uiſu corrumpentes Iupiter fraternis ſubdidit undis: ut auctor eſt Ouidius libro ſeptimo metamor. unde inuidi omnia dente liuido mordentes: telchines uocant: ut grammatiſtas prçrancidos poeta neſcio quis grçcus telchinas librorũ dicit. Poſſumus ęriſonam. i. ærisſonam idam dictam intelligere propter dactylos idęos Iouis fabros: ut Celmum optimũ fabrum: uel propter ſaltationẽ: quam latini bellicrepam dixerũt inuentã in creta. Proſiluit. Procurrẽdo ſe in uolatum dedit. Comes. Icarus puer ideo dixit breuioribus alis. Nube noua. Corporibus eorum nubi ſublime uolanti ſimilibus. Linquente domos. Linquente Cretã et Minoia tecta: ut inquit Maro. Manus minoia. Satellites a minoe rege Cretę immiſſi. Infremuit. Viſis illis excãduit: quibus obeſſe non poterat. Viſu inaniter. inaniter ſine effectu nocendi reſpiciente uolucres homines.

Laſſatur. Fatigat̃ intẽtione oculorũ. Equis. Turma ſatellitum equeſtris redit equis fruſtra fatigatis. Nõnulli ſcribũt eques: ut ſit numerus ſingularis pro pluratiuo: pro equites immiſſi a Minoe. Plenis pharetris. Quas non abſumpſerũt nec euacuauerunt impetẽdo Dędalũ aut Icarũ ſublime uolantes.

Gortina. Gortyn. Cremnia.

Gortina. Sagittarii cretẽſes a noie ciuitatis: unde Maroni harundo gortinia. Gortyn ut inquit Stephanus: ciuitas cretę. Sic per. y. ſcribit̃. Ab heroe Gorty. uocat̃ et Lariſſa. Poſtea Cremnia: dein gortis: dicit̃ diſſyllabicos gortyn: et triſyllabos gortyna. Quin etiã in thalamis. Hoc affectu ſuadente penetrabat Pelias rapiente deſiderio in cubiculũ filii oſculabat̃ loca a filii manibus attrectata: etiã ueſtigia pedũ adorabat: quod Calpurnię diſceſſu Plinius Cecilius ſe factitaſſe prodit: ipſum pedibus ad amatę limen ſua ſponte perducẽtibus. Acaſti. iunge cum thalamis. Primo limine. in ueſtibulo cubiculi:

Fuſus humi. Procumbẽs Pelias. Greſſus. Veſtigia. Inania ſigna. imaginẽ filii. Maro. Animũ pictura paſcit inani. Ore premit. Cõſnaniat̃ ut tacto filio animũ cõponẽs. Canis. Capillis ſenilibus paſſis. Legẽs. Sequẽs. Veſtigia. Signa pedũ. Te quoq́ꝫ. ita ſuſpirãs Pelias inquit. Fortaſſis O fili nũc patrẽ deſerũ in memoriã reduces flexiſti inſolabiliter ut ego. Genitoris. Habet pathos magnũ hęc pietas: propterea currui Cybeles ſubdebant leones ſignare uolentes: auctore Lucretio: nullã eſſe tãtã feritatẽ: quę maternis officiis nõ molliat̃. Imago. Simulacrũ: ſpectrũ: idolon: quod mente cõcipit̃. Subeũt ſuſpiria. Putas me ſuſpirare. Luctus noſtri. cõcipis mẽte me lugere. Dolos. Vides mille tibi dolos necti. Diſcrimina. Te miſelle puer inter mille uerſari neces. Qua. Via: modo: rõne.

Infelix. Illecte ac ambite mellitis ſubornationibꝰ hoſtiũ. Quibus oris. Per quas regiones te ſequar: cũ mare oẽs aditus facultates clauſerit. Nõ ſcythicas. Efferus Iaſon nõ ꝓficiſcit̃ in pontũ: ut iactabat: ſed ut te adimeret hoc finxit. Hoſtia ponti. an propontidem: an ubi Phaſis latifluus irrumpit i mare.

Captum. Te pueriliter illectum amore gloriæ. Laudis amore. Superius affatim dictũ eſt Acaſtũ amore laudis inſcio patre cũ iaſone profectum. Puer. O Acaſte. Durus. inhumanus Iaſon: ac ferus: ut qui patrẽ filio ſpoliet. In tormenta ſenectæ. Ad ſenem Peliam torquendũ. Nũc lacerat. Corpus eius uiſceratim dilaniat. Celſis. Reprehendit filii ſimplicitatẽ inquiens. An Acaſte ſi tuto maria tranſiri poſſent: nonne dediſſem tibi comites: et te miſiſſem? Peruia. Eſſent acceſſu facilia.

Tendit iter falſæ ſed captum laudis amore
Te puer in noſtræ diris tormenta ſenectæ
Nunc lacerat celſis an ſi freti puppibus eſſent
Peruia non ultro iuuenes claſſemq́ dediſſem?
O domus o freti nequicquam prole nepotes.
Dixit. et extemplo furiis iraq́ minaci
Terribilis: ſunt hic etiam tua uulnera predo,
Sunt lachrymæ charuſq́ parens ſimul ædibus altis
Itq́ reditq́ fremens, rerumq́ aſperrima uerſat
Biſtonias ad meritos cum cornua ſæua Thyone

Vltro. Sponte: a te non rogatus: tuis ultro deſideriis occurrẽs. Claſſemq́. Priſci codices habẽt. Claſſem ue. O domus. Deſerta: orbata patrono. O Freti. O irrita parentũ uota: cum omnia lęta ſperemus ex filio: medio de fonte leporum ſurgit amari aliquid ut Lucretius inquit. Huic ſubſcribit Sententia Sophoclis in antigona, Ὅστις δ᾽ ἀνωφέλητα φιτύει τέκνα τί τόνδ᾽ ἂν εἴποις ἄλλο πλὴν αὑτῷ πόνους φῦσαι. πολὺν δὲ τοῖσιν ἐχθροῖσιν γέλων. Inutiles qui liberos ſerit: quid aliud hunc q̃ ſibi creare dixeris dolores atq́ riſum maleuolis. Nã queadmodũ ſibi auis mortem cacat: ut Plautus inquit: perinde homo ſibi ſolicitudines procreat: cum dat operam liberis. Ariſtoteles: ut Plautũ plene percipias: libro de animalibus nono tria turdorũ genera fecit: quorũ primum ἰξοβόρον tradit appellatum qd uiſco ueſcatur. Nequicq̃ freti. Fruſtrã cõfidentes: quoniã ſępe contraria cernimus euenire. Terribilis. Pelias poſtq̃ recognouit et aduertit filii tionis occaſionem repentinę: ad uindictam ſubitus accingitur: et totus in illa eſt. Sunt. Hic in Theſſalia reliquiſti nobis uindictę locũ. Tua uulnera. Dolores et cruciatus tui. nam parentes hic reliquiſti: quos pro te cruciabimus. Prędo. Prędator: latro. Sũt lachrymę. Occaſio affulget mihi ut ubi lachrymis cõciam. Carus parens. Tãdem aperit ubi lędere poſſet Iaſonem. Itq́ reditq́. inambulat uoluens ſecum uago diam ſceleris. Regum aſperrima. Tormenta ac mala quibus reges pollent ? carnificinę fabri. Regia res ſcelus ẽ ut inquit Ouidius. Biſtonas. Cõparatio furẽtis Pelię ad Bacchum: et tigridi ſimilis ablato fœtu ſæuienti: qui Bacchus fœminas thraces cornu. i. furore compellit ad lymphaticũ furorẽ. Talis erat Pelias: tã ſæuiter agebat in furorẽ q̃ bacchæ ſolẽt impulſu bacchico ſtimulatę. Sed hic per biſtonas uiros euãtes et bacchãtes intelligit: quoniã dixit meritos. Biſtoniũ eſſe lacum thraciæ patet uel ex illo ouidiano. Membraq́ biſtonia feſſa lauabis aqua. Biſtonia. i. Βιστωνία auctore Stephano: ciuitas thraciæ a Biſtone et Callirhoe Neſti filiæ. per omicron et ſcribit: ut biſtonos: Fœmininũ biſtonis. Dicit biſtonis. i. Βιστωνίς. poetice Βιστώνιες. Hic Flaccus declinauit Biſton: cuius uerbi quartus caſus exit in biſtonas poetice: pro biſtonios. Meritos. Orgiis et ſacrificiis: quibus Baccho litarũt: quibus meritus ẽ ad eos uenire: auguſtáq́ pſcritiã pſtare. Cornua Fingit Bacchus corniger: quoniã ebrii in oẽs paſſim feruntur: oẽs inuadũt: laceſſunt: impetũt: cui rei uidet Ouidius alludere uiciã cõgerẽs ebrietatis. Tũc pauper cornua ſumit. Idẽ. Fertur ut aonio cõcita baccha deo. Sæua. furorẽ ſęuũ et crudelẽ incutiẽtia: quo nec quidẽ propriis agitatæ pepercere pignoribus. ab effectu. Nã cõiunx et filii Lycurgi fugiũt. Thyoneus. Bacchus a matre Thyone. i. Semele ſic dicta. Panyaſis tamen nõ parentẽ Bacchi Thyonen: ſed eius nutricẽ fuiſſe. Hinc bacchãtes Thyadas uolũt appellari: a ſacrificiis alii. Nominibus innumeris græci Bacchũ cõcelebrãt. regẽ Phileuion appellãtes. Iraphioten: Abrocomen: Agrionũ: Aidimon: Aglaomorphon: Beoron: Bromium: Bancheutoran: Botriochęten: Gethoſynon: Cimeota: Cigitoleten: Celoonta: Diogenen: Digonon: Dithyrambrogene: Dionyſũ: Eulon: Hedypoten: Eucheten: Euampelon: Egreſicomon: Zelœon: Zacholon: Zelemona: Zelodotera: Epion: Hedythroon: Eperopea: Thyrſophoron: Thracem: Thyaſoten: Thymoleonta: Indoletenſ: Imerion: Iſopodon: Comaſten: Ceraon: Ciſſoſtephanon: Celadinon: Lydũ: Lenæũ: Laſnicedea: Lyſimerimnon: Myſten: Mænolion: Methydoten: Myriomorphon: Nyctelium: Nomion: Nebrodea: Nebridopeplon: Chyliẹbolon: Chytion: Chenodoten: Chathocarenon: Orgilon: Obrimothymon: Oreſcion: Vreſiphoiten: Pulypoten: Plancteta: Polyſtephanon: Polycomon: Rhexinoon: Rhadinon: Rhicnodea: Rhenochorea: Sciteten: Satyrũ: Semelegeneten: Semelea: Terpnon: Tauropon: Thyrronoleten: Tachymenen: Hypnophoben: Hygron: Hymeneion: Hylieeta: Pheromanes: Phricton: Philomedea: Phleraloten: Chryſoceron: Charienta: Caliphrona: Chryſeomitren: Pſycoplanẽ: Pſeuſten: Pſophomedea: Pſichodaiten: Orion: Homeſten: Oreſitrophon: Oreſiloeḟon. Vides a cornibus Bacchum Ceraon: et Chryſoceron appellatum.

Filii inutiles.
Turdus ixiuoros.
Biſtones.
Biſtonia.
Bacchus cur corniger.
Thyoneus
Tyades.
Bacchi nomina.

Torſit. Voluit: ſiue uibrauit: intorſit. Infelix. Vel qui tãtorũ ſcelerũ: tã nefariç carnificinę tragœdias aſpicit: et hoſpitatur. Vel infelix quoniã niue fere ſemper rigidiſſima tegit. Furoribus. Furentibus Bacchi miniſtris: uſq; quos Bacchus egit. Hęmus. Mons Thraciæ. Carmen Epigrammatiſtæ notiſſimũ. Venit ab Orphęo cultor Rhodopeius Hęmo. Iam. Cum primũ ſe uertit illuc dei preſentia: quæ ſubito ſolet operari. Rhodopes. Montis quoq; Thracię. Gemunt. Reboãt exululata bacchataq; furoribus bacchicis.

Torſit, et infœlix iam mille furoribus hæmus,
Iam rhodopes nemora alta gemũt, talem incita longis
Porticibus, coniuxq; fugit, natiq; Lycurgum.
Tartareo tum ſacra Ioui, ſtygiiſq; ferebat
Siquid ab excitis melius pernoſceret umbris.
Manibus Alcimede, tanto ſuper anxia nato,
Ipſum etiam curiſq; parem, taleſq; prementem
Corde metus ducit facilem tamen Aeſona coniux.
In ſcrobibus cruor, et largus Phlegethontis aperti
Stagnat honos, ſæuoq; uocat grandæua tumultu

Talem. Ita poſſeſſum a furore bacchico tam efferũ: tam amentem: ut nec proprio ſanguini ſit parciturus. **Lycurgus.** Lycurgus thrax dum uites cęderet crure lęſo ꝓpriã ſecuri in furorẽ uerſus eſt: et familiares lędere uolebat. **Monopedilos.** Quapropter i gręco poemate: quoniam unũ crus habebat: monopedilos dicitur: cui credũt alluſiſſe Ouidiũ in Ibim his. **Explicatus Ouidius.** In gemino diſpar cui pede cultus erat. Cui non abludit epigramma Philippi gręci poetæ: quod nos ita latinitate donauimus. In uitem.

Agreſtem quis te uitem ſine inhoſpita phœbo
Saxa aluere? ſcythas propter hyperboreos.
Celtarum gelidę ne alpes: Tumuliq; niuales?
An tellus ferri mater ibera trucis?
Immatura acinis: triſti fœcunda racemo:
Nil niſi duriciem: nil niſi uirus habes.
Quęro Lycurge tuas falces: radicitus omnis
Turpis ut ancipiti pampinus ære cadat.

Incita. incitata: ſtimulata: ad currẽdum prærabida. Longis porticibus. Per domũ amplã et regale palatium. Nati. Mirum: Filii patrem dulciſſimũ nomen et optatiſſimum fugiebãt: ut qui furore percitus ferro ſtricto inſequeretur illos. Tum. Cum ei maritoq; fatũ Pelias intentaret. Ioui tartareo. Stygio plutoni: qui ſæpe a fratris nomine nuncupatur: ut illo uerſiculo patet. Et iouis Elyſii tu Catamitus eris. Manibus. Animabus. Alcimede. Mater Iaſonis: uxor æſonis. Tanto. Tam forti: tam magnanimo. Super nato. De filio Iaſone. Siquid. Si aliquid ſciſcitari et inueſtigare poſſet.

**Sciamãtia.** Excitis umbris. Euocatis manibus ab inferis. Hæc appellatur Sciamãtia: diuinatio uidelicet euocatæ animæ: quæ eliciebatur humano ſanguine fuſo: unde Aeneas miſenum: et Vlyxes Elpenora tradũt euocaſſe: quod innuit Horatius ſic.

Cruor in foſſam confuſus ut inde
**De Magia** Manes elicerent animas reſponſa daturas.

Quod magicis incantationibus fieri ſolebat: de qua auctore Plinio libro naturalis hiſtoriæ trigeſimo. Primus Hoſthanes commentatus Xerſem regem Perſarum bello: quod is græciæ intulit comitatus ac uelut ſemina artis portentoſæ aſperſiſſe: uelut infecto quacũq; cõmeauerat mundo. **Iochabela mater Moſis.** Iochabela ex Ioſep mater Moſis maga dedit nomen factioni magorum: auctore eodem Plinio. Hermippus a Zoroaſtre in perſide ortam inquit magiam: cuius pręceptorem nominat Agonazem. natam primum e medicina nemo dubitat: ac ſpecie ſalutari irrepſiſſe uelut altiorem ſanctioremq; ꝗ medicinam. Melius. Exploratius ꝗ alio modo muſico. Pernoſceret: Perfecte noſceret ac explorate.

Ipſum. Aeſona ſecum ducit Alcimede. Ordo. Coniunx etiam ducit ipſum æſona parem curis: taleſq; gementem Corde metus: tamen facilem. Curis parem. Habentem pares curas: quibus premebatur alcimede: et pari deſiderio flagrantem ſuper filio. Prementem metus. Voluentem ac animo regentem metum de filii ſuſpectiſſima nauigatione. Ducit coniux. Alcimede uocat ad ſacrum magicũ.

**In ſcrobe ſacrum.** In ſcrobibus. Apuleius in magia. In ſcrobe ut Vlyxes procuraret. Horatius. Cruor in foſſam confuſus ut Inde Manes elicerẽt: animas reſponſa daturas. Honos. Sacrificium. Poeta. Meritos aris imponit honores. Phlegethontis aperti. Inferorum altiſſima ſcrobe patentium. uel aperti facilem ſe pręſtantis in uota. ut cœlum aperiri dicitur cum mortalium uotis oſtenditur.

Stagnat. Exundat. Sæuo tumultu. Manes exciti in crudelem ſcenam tumultuabantur. Sæuum furorem magæ uocat Lucanus in ſexto. Grandæua. uetula: ut omnes fere magę. Nero uaniſſimam eſſe magicam deprehendit auctore Plinio. qui ubiq; magorum deliria ſubſannat ac irridet: quorum ſi deliramentis credere libeat nihil Talpa animali cęco: ac a rerum natura in uiſcera terræ abdicato: ut dirum ac ſordidum maius eſt.

Theſſali

Theſſalis. Maga. In Theſſalia magia floruit. Cauſam repete a Plinio libro. xxx. naturalis hiſt. Lege Strabonem in calce ſecũdi geographię. Cui uerſus Lucani cõcinunt ita libro Pharſalię ſexto canẽtis.

Cur magia in theſſalia.

Vanum ſęuumq; furorem
Adiuuat ipſe locus: uicinaq; mœnia caſtris
Aemonidum: ficti quas nulla licentia monſtri
Tranſierat: quarum quidquid non creditur ars eſt.

Theſſalis exanimes atauos, magnæq; nepotem
Pleiones. Et iam tenues ad carmina uultus
Extulerat, mœſtoſq; tuens natumq; nurumq;
Talia libato pandebat ſanguine Crethæus.
Mitte moras. uolat ille mari. quantumq; propinquat,
Iam magis atq; magis uariis ſtupet acta deorum
Prodigiis, quatiuntq; truces oracula colchos.
Heu quibus ingreditur fatis. qui gentibus horror
Pergit. mox ſcythiæ ſpoliis nuribuſq; ſuperbus
Adueniet. cuperem ipſe graues tum rumpere terras.
Sed tibi triſte nefas, fraternaq; turbidus arma
Rex parat, et ſæuos irarum concipit ignes.
Quin rapis hinc animã, et famulos citus effugis. artus.
I meus es. iam te in lucos pia turba ſilentum,

Lucius Apuleius libro ſecundo de aſino aureo. Reputanſq; me media Theſſalię loca tenere: quo artis magicę natiua cantamina: totius orbis conſono ore celebrantur. Magia auctore Lactantio libro diuinarũ inſtitutionum quarto: ad nihil aliud q̃ ad circũſcribẽdos oculos pollet. Qui de illuſione dęmonum. intelligit et illa plebeia et pręſtigioſa magia. De magia uera et diuinitus indulta ſic Lucius in prima Apologia. Nam ſicut ego apud plurimos lego: perſarum lingua magus eſt: qui noſtra ſacerdos. Quod tandem crimen eſt ſacerdotem eſſe et rite noſſe atq; ſcire: atq; callere leges cerimoniarum: fas ſacrorum: ius religionum. Verba diuini uiri Platonis mecum recognoſce dicentia. ὧν ὁ μὲν μαγείαν τε διδάσκει τὴν ζωροάστρου τοῦ ὡρομάζου ἔστι δὲ τοῦτο θεῶν θεραπεία. i. Quorũ alter magicã docet Zoroaſter: et Horomazes: hoc autem eſt curare deos. Famoſos magos connumerat his idem Apuleius in. ii. oratione magię. Ego ille ſim Carinondas uel Damigeron: uel Hiſmoſes: uel Ioãnes: uel Apollonius: uel ipſe Dardanus: uel quicunq; alius poſt Zoroaſtren et Hoſtanen inter magos celebratus eſt. Aduertẽdum Ioannẽ euangeliſtam carpi ab Apuleio eſſe qui credãt: quod etiã ab Auerrhoe fieri: licet de Ioanne grammatico quidam defendãt. Sunt qui non Hiſmoſes hic ſcribunt: ſed Moſes: quem impii magiæ inſimularũt: quod apte patet ex his Diodori uerbis libro. ii. Apud iudæos Moiſes Abiaoı quẽ deũ uocãt acceptas leges dare pſeferant. Exanimes. Pollẽtes umbras. Atauos. Antiquorũ manes.

Magus ſacerdos.

Zoroaſter. Horomazes.

Magorum nomina.

Ioannes euangeliſta Lucius et nodatus.

Abiaus.

Nepotem Pleiones. Mercuriũ filium Maiæ ſororis pleiones. Recte inuocatur Mercurius: qui eſt interpres inferorum: et utriuſq; miniſter aulę. Tenues. Exangues: ſtygio pallore perfuſos. Ad carmina. Ad cantamina auditis inferorum ſuſurris. Natum. Aeſona. Nurũ. Alcimeden. Pãdebat. Aperiebat: canebat: pręcinebat. Libato ſanguine. Poſtq̃ umbra Crethei abſorpſit partem tenuiſſimi ſanguinis: quem procurauerãt in foſſa. Scribit Pſellus dęmonas ali ſanguine ſubtiliſſimo. Cretheos. Pater Aeſonis. Mitte metus. Verba ſunt Crethei narrantis parentibus Iaſonis iter: quid agat: quo tendat. Volat. Celeriter diſcurrit. Remigio alarum dixit Maro reſpiciens nauim et hiſtoriam. Ille. Iaſon. Acta. Impulſa: agitata uel argo: uel gens colchorũ. Melius ad Argo refert quoniã ait infra. Heu quibus ingreditur fatis. Variis prodigiis. Dii quilibet uaria dant oſtenta felicitatis argo naui. Quatiunt. Commouent: agunt. Colchi oraculis minantibus iam rebus ſuis trepidant.

Truces. Qui nõ ſolẽt oraculis moueri. Heu. Nõ dolẽtis: ſed admirãtis potius. Quibus. q̃ inſignibus: q̃ magnis: q̃ ſublimibus. Qui. quãtus: q̃ formidoloſus. Horror. Terror. Gẽtibus. Colchicis.

Pergit. Progreditur. Mox. Paulòpoſt. Nuribus. Et gremiis abducere pactas ſolebant uictores.

Aduenit. In theſſaliã Iaſon. Tũ rũpere. Tũc quãdo cũ ſpoliis redibit Iaſon: ut minoris ac nepotis mei triũpho frui poſſem. Graues. honeroſas uel moleſtas. quoniã Achilles mauult apud ſuperos Irus eſſe q̃ rex apud inferos. Tibi. Aeſon qui tã times filio: cõſule tibi: cui Pelias fatũ minatur ac intentat.

Fraterna. αὐθέντου ſceleris: qđ frater Pelias fratri inſidiet Aeſoni. Turbidus. Turbatus et ira furẽs. Rex. Pelias. Sęuos. Ab euẽtu carnificinã ſtruit: qua te de medio tollat. Cõcipit. cõcogit et meditat. Quin. affirmãtis: hortãtis: ſuadẽtis. Rapis. Rapti abducis a manu et uiolẽtia tyrãnica. Hinc. a mortalibus. Famulos artus. Mẽbra quę Pelię famulabunt niſi morte puertat. Vel famulos uocat ſeruiẽtes corporeis pturbationibus: quibus ſe morte ſubducit. quoniã hinc metuũt: cupiũt: dolẽt: in diuerſum ferunt. Et in iecore ægro naſcunt domini: totq; ſumus ſerui dominorũ: quot uitiorũ: atq; pturbationũ. I meus es. Age me ſequere: ſatage: accelera. Meus es. Iam ego te rapio. Pia turba. Animę pię fruẽtes elyſiis iã te uocãt. In lucos. in amœna elyſiorũ loca: quoniã ait Maro. Deuenere locos lętos et amœna uireta Fortunatorũ nemorũ: ſedeſq; beatas. Silẽtũ. Vel lucos ſilẽtũ. i. inferorũ: uel pia tur

ba ſilentũ hoc eſt animę: quę ſunt apud inferos: penes quos ſunt alta ſilentia. Pater. Meus: qui fruiẽ elyſiis. Volitans. Cuius anima peruolitat lucos elyſios. Aruis ſecretis. Per ſedes inferorum auias et inacceſſas. Ciet. Vocat te comitem gaudiorum ac deliciarum ſuarum. Interea. Dum hęc umbra Crethei profatur. Horruit. Intremuit. Famulũ. Famulorũ. Clamore ſupremo. Vocibus diſſonis in

Fragor. fine ſermonis excitatis. Mœſta. Ab euentu. Domus. æſonis. Fragor. Tumultus: rumor: uox

Secretiſq; ciet uolitans pater Aeolus aruis.
Horuit interea famulum clamore ſupremo
Mœſta domus, regemq; fragor per mœnia differt
Mille ciere manus, et iam dare iuſſa uocatis.
Flagrantes aras ueſtemq; nemuſq; ſacerdos
Præcipitat. ſubitiſq; pauens circunſpicit Aeſon
Quid moueat, quam multa leo cunctatus in arcta
Mole uirum, rictuq; genas et lumina preſſit.
Sic curæ ſubiere ducem, ferrum ne capeſſat
Imbelle atq; æui ſenior geſtamina primi:
An patres regniq; acuat mutabile uulgus.
Contra effuſa manus, hæ renſq; in pectore coniux
Me quoq; ait, caſus comitem quicunq; propinquat,
Accipies. nec fata traham, natumq; uidebo
Te ſine. ſat cœli patiens, cum prima per altum

excitata cũ clamore nuntiat uenire

Differre. ſicarios. Differt. Diſſipat: ſpargit. Maro Atq; arida differt Nubila. Plautus in aulularia. Pipulo te differam ante ædis. Ciere. conciere: conuocare. Dare iuſſa. Iugulandi ęſonis. Ouidius tamẽ lib. vii. meta. inquit æſonẽ uidiſſe Iaſonẽ reducem fuiſſeq; a Medęa in iuuenilem faciem reformatũ: nec in hac quidem morte Rhodiũ aut Orpheũ ſequitur. Flagrãtes aras. Sacer-

Exorciſta. dos ille exorciſta: et qui euocandis Crethei manibus pręerat: audito ſtrepitu ſatellitum regis approperãtium: ignem: aras: cunctaq; cõfundit ac reſupinat. Dixit flagrantes quoniã i ſimilibus ſacris fiebat holocauſtũ furuarũ uictimarũ ad id opus aptarũ. Veſtẽ. Quã induerat dum ſciamantian procuraret.

Nemus. Reliqua parata ad ignẽ ſacri ſtygii: ut Pyra Didonis in. iiii. Pręcipitat. Cito diſſipat et confundit accingens ſe fugę: et ne uideretur aliquid in principem moliri. Subitis pauens: Aeſon ut accidere ſolet timens re ſubito oborta: ei pręſertim nihil tale cogitanti. Circũſpicit. Conſiderat: luſtrat.

Quid moueat. Quid agat: facere debeat. Quam multa. Aeſon leoni ſimilis quem magna uis hominum eſt aggreſſa: cunctatur primum conſiderans ſcenam rei anteq̃ latronem inuadat. Comparatio pulcherrima leonis eſt apud Rhodium Apollonium libro primo ſic.

Ὁ δ' ἐσέδρακεν ὄμμασ' ἑλίξας, ὥστε λέων ὑπ' ἄκοντι τετυμμένος. ὅν τ' ἐν ὄρεσσιν
Ἀνέρες ἀμφιπένονται. ὁ δ' ἰλλόμενος περ' ὅμιλον
τῶν μὲν ἔτ' οὐκ ἀλέγει. ἐπὶ δ' ὄσσεται ἧμιν οἷος
Ἄνδρα τινός μιν ἔτυψε παρίτατος οὐδ' ἐδάμασσε.

ut Leo inquit uoluens oculos aſpexit percuſſus a iaculo: quem in montibus uiri enixe circũſteterunt: cęteros nõ curat: illum notans et appetens in quantalibet turba: a quo percuſſus eſt. Quę uerba plinianã

Leonis cõparatio. ex libro naturalis hiſtorię octauo ſententiam confirmant: quam his uerbis inuenies. Vulneratus obſeruatione mira pcuſſorẽ nouit: et I quãtalibet multitudine appetit. eũ uero q tela qdẽ miſerit: ſed tñ nõ uul-

Pro plinio neraut correptũ: raptatũq; ſternit: nec uulnerat. ſic Plinius ingenii tegati pnceps: cuius uerba nõ ſine eruditione unq̃ pferunt. Cũctatus. Non ſtatim irruẽs in lędẽtes: ſed cõtemptim primo reſiſtẽs ut ait Plinius: et oculos circũagens ut inquit Apollonius. In arcta mole. In multitudine hominũ facto denſiſſimo cuneo irruẽtiũ. Rictu. Hyatu oris. rictus eſt ferinus. Genas preſſit. Strinxit iram colligens.

Lumina. Cõmouẽs oculos: in quibus tota leonis uis ineſſe perhibetur. Sic curæ. Ea cunctatione moratus æſon quid agat generoſe cogitat. Subiere. Obuerſatę ſunt menti. Ducẽ. Iaſonẽ. Capeſſat. Capiat. ſubintellige cogitat. Imbelle. Pro ipſe imbellis pp ætatem: ut de Priamo Virgilius.

Senior. Senex æſon et conſequenter uiribus corporis effætus. Geſtamina. Clypeũ et arma: quę in uirili ętate geſtabat. An patres. Cogitat Aeſon nunquid patres cõuocet ad tutelã ſui: et ab optimatibus iploret auxiliũ: an uero ſe tueat: aliquodq; rebus ſuis munimẽ et ſecuritatẽ quęrat. Patres. acuat et in ſęuũ tyrannũ irritet. Vulgus acuat. Stimulet uulgus in Peliã. Acuere ẽ accẽdere et exaſperare.

Inacuit mibi. Plautinus ſenex in aulularia inquit. Inacuit mihi hoc eſt ad iram ſum prouocatus. Mutabile regni. Quod regnis et regibus infidũ ẽ et incõſtãs. Quidã dictionẽ. regni. cũ uerbo: patres: annectũt. Nõnulli hic uerſum hũc addũt. Sumat et heu cũctas quas miſit in ęquora gentes. dubitat an reuocet Iaſonem: et pubẽ quæ cũ eo nauigat. Contra. Ex alia parte. Effuſa. Extra fuſa. Manus. Cohors. Hærens. Inhęrẽs ulnis mariti ut pia et pudica cõiũx. Ait. Alcimede. Accipies. Scribe. accipias. Comitẽ caſus. Infortuniorũ oium ſociã ut uxorẽ pbã decet. Quicũq; ppinquat. Quicũq; caſus occurrerit.

Patiẽs cœli. Fata trahã. Vitã nõ producã. Natũ. Iaſonẽ. Te ſine. Te mortuo. Sat cœli patiẽs. Satis uitę fui cupida cũ ei diſcedẽti: et infidũ mare ſulcãti ſupuiuere potui. patiẽs cœli dicit ille: qui põt pati uiue-

re:quod q facit cœlo fruiť:quo mortui nõ fruunť. In hãc sñiam ab Italico dictũ. O blandũ cœli lumẽ tãto ne caueť Mors reditura metu ſuinentiqꝫ addita fata. Prima uela. Bene prima:quoniã fuit prima nauis. Dedit. Iaſon. Ferre. Sufferre:perpeti. Dolorẽ. Quãtũ mater diſcedẽte filio ferre poteſt.
Talia p lachrymas. lachrymãdo talia effundẽs. Codices antiqſſimi:p lachrymas diuiſim habẽt: et ſub/ intelligiť uerbũ:dicit:effundit. Circũſpicit. Luſtrat:cõcipit:quo modo cadat. Prȩueniat minas. Prȩ ueniẽs et anticipãs mori manu ꝓ/ pria:fugiat minantẽ tyrannum.

Vela dedit, potui quæ tantum ferre dolorem:
Talia per lachrymas, et iam circumſpicit Aeſon
Præueniat quo fine minas, quo fata capeſſat
Digna fatis. magnos obitus natumqꝫ domumqꝫ
Et genus Aeolium, pugnataqꝫ poſcere bella.
Eſt etiam ante oculos rerum rudis altera proles,
Ingentes animos, et fortia diſcere facta
Quem uelit, atqꝫ olim leti meminiſſe paterni.
Ergo ſacra nouat: Veteris ſub nocte cupreſſi
Sordidus et multa pallens ferrugine taurus
Stabat adhuc, cui cœruleæ per cornua uittæ,
Et taxi frons hirta comis. ipſe æger, anhelans
Impatienſqꝫ loci, uiſaqꝫ exterritus umbra.
Hunc ſibi præcipuum gentis de more nefandæ
Theſſalis in feros ditis ſeruauerat uſus.
Tergeminam tum placat heram, ſtygiaſqꝫ ſupremo

Quo fine. qua morte. Quo fata. Subintellige fine. Vel legať. Quȩ et iungatur cum fata. Digna fatis. Condigna uirtuti ſuȩ ac heroicis genitoribus: quibus exemplis uti poſſit filius uirilibus et ardentibus. Magnos obitus. Senſus et ordo. Scit natum et domum: pugnataqꝫ bella poſcere magnos obitus. Subintellige tamẽ uerbũ: ſcit. Cognoſcit Aeſon generi ac uirtuti ſuȩ nõ deberi paruũ fatũ. Natũ. Iaſonẽ i magnã ſpem creſcẽtẽ.
Domũ. Genus et familiã. Genus Æolũ. Stirpẽ ſuam: quȩ Æolũ ꝓgenitorẽ recognoſcit. Poſcere. regrere. Bella. Quȩ maxima pugnauit Aeſon. Eſt etiã. Nõ ſolũ exemplar Aeſon debet eſſe Iaſoni ſed etiam Promacho alteri filiolo: quem et ipſum in magnã ſpem alebat. Plutarchus recenſet Alexandrum Cremato Calano: cõuocatis amicis ac principibus ſolenne cõuiuium inſtituiſſe: in quo uinariȩ potionis certamen et coronam uictori propoſuit. Bibaciſſimus omnium Promachus quatuor ingurgitãs cantaros palmã meruit. Sed hic alter fuit Promachus. Aeui rudis. Expers ȩtatis: non integer ȩui. Reuerendæ uetuſtatis exemplaria habẽt. Aeuum: quod figurate dici poteſt. rudis ȩuum: ut alba pedes. nupera et recognita habent rerum: is uocatur rudis rerum: qui nihil adhuc rerum eſt aggreſſus. Altera proles. Fraterculus Iaſonis: quem Promachum uocant.

Promachꝰ.

Ingentes animos. Tanqͥ ſit animoſitas ſibi conſcire mortem. Quẽ. Promachũ. Diſcere uelit. A patre teneri iam imbibere. Fortia. Thraſȩa ſibi mortẽ illaturus ad filiũ cõuerſus inquit. Diſce pati fortia. Olim. In poſterum ſi forte ſibi talis neceſſitas incumbet. Nouat. Inſtaurat ſacra plutonia: quȩ illi morti et tragœdiȩ facinoris: quod animo moliebatur: faciebant. Veteris. Taurus et arbor ȩtati Aeſonis quadrabant. Sub nocte. Sub umbra. Sordidus. Squallidus: illuuioſus. Ferrugine. Colore ſubnigro ad ſquallorẽ uergẽte: quales ſunt Hiſpanæ lanæ: quas uiribus occultis: et Bethicus adiuuat aer: unde Bethicatus is martiali dicitur: qui huiuſmodi ueſtẽ ẽ indutus. Huc uergit illud maronianum. Et ferrugine tinctus ibera. Cȩruleæ. Non candidæ: quoniam is color eſt ſuperorum.
Hirta. Hirſuta: non mangonizata. Comis taxi. Arbor inferna: ueneno ac perniciei genita. Comis pro ramis interpretare. Aeger. Taurus corpore: Aeſon animo. Quadrant omnia. funebri ſcenȩ.
Vittȩ. Vittatos boues mos erat immolare: ſeceſpitatore hoc eſt uictimario. ſecuricula: quȩ ſeceſpita uocitať: elata feriẽte: ueſte ab humeris defluẽte ſuccinctus: ut eſſet lacertis expeditior: quod in romanis inſpectionibus deprẽdimus: quo apertus eſt nobis ille uerſiculus Propertianus. Succinctiqꝫ calẽt ad noua lucra popæ. ubi popas uictimarios intellige: et ſi aliter ſentiat interpres. Impatienſqꝫ loci. Taurus ſtare loco neſcius: nec illũ locũ ferẽs. Exterritus. Terrefactus ẽ Taurus umbra Crebri uiſa. Hũc. Taurũ. Senſus eſt. Maga ſeruauerat ſibi hunc taurũ ut Plutonem placaret: ſacraqꝫ magica procuraret.
Præcipuũ. Lectum et ſacris magicis idoneum. Sibi. Sacris a ſe præparatis. Gentis nefandȩ. Magicæ. In feros uſus. In ultima ſacrificia Plutonis: quare neceſſe eſt lectiſſimũ taurũ fuiſſe: qui litare poſſet. Ditis. Plutonis. Tergeminã heram. Hecaten: inferis et nocti præſidenten deam. Maro. Tergeminãqꝫ hecaten: tria uirginis ora Dianæ. a tribus poteſtatibus trigemina uocata. Apud inferos Proſerpina eſt: in terris Diana: in cœlo luna. Aiunt terniones apud inferos honoratos eſſe: et hecate ſacros: cui quidem ob id ipſum Trigla piſcis ſacrificatur. Hecaten matrem fuiſſe Circes docet Diodorus in. v. Perſei fratris. Necȩ ſunt qui filiam ꝓdant hecaten auctore Dionyſio Mileſio. Cognominis altera ex Aſteria Latonȩ ſorore et Perſeo Titane nata: cui Iupiter elemẽta ſubiecit: cœloqꝫ et inferis potẽtẽ uoluit. unde manarit illud ouidianũ: Perſcides herbæ pro magicis. Sũt qui Dianæ cõnectũt: ut eo uer

Diſce pati fortia.
Nouare.
Bethicatus
Ferrugo.
Vittati boues.
Seſcepitator.
Victimarius.
Succincti popæ apd Propertiũ quare.
Hecate tergemina.
Terniones
Trigla.
Perſcides herbæ pro Ouidio.

ſu Claudianus. Ecce ꝓcul ternis hecate uariata figuris. Supremo igne. Vltimo ſacrificio: halocauſto/mate ultimo. Obſecrat. Rogat: precatur: atteſtatur. Domos. Omnē ſtygiā familiam. Sunt qui ca/
Canes furiæ. nes pro furiis legūt ex illo maroniano. Stygiaſq; canes in nocte ſuprema. Retro agens. Reiterās: pro/nuntiās: dicēs: auertit ſe dicēdo. quoniā hoc ſtygiis ſacris eſt peculiare: ut illud Maronis. Tranſq; caput iace ne reſpexeris. Exorabile. Pro exoratiuū ſi dici poſſit: paſſiua uis pro actiua: quo exorant̄ parcæ.

Neq; enim ante. Docet cauſam quare tauri immolatioñe procurauerit Aeſon: quoniam inquit Charon manes non traiicit a ripa cite/riori ad ulteriorē: niſi prius hoc ſa
Portitor niger. crificio trāſitum impetrauerint.

Niger portitor. Charon exi/gens portorū a tranſeuntibus in ripa. huc facit id Maronis i ſexto. Portitor ille Charon. Cun/ctę. Animę agminatim fuſę ulte/rioris ripæ deſiderio. Faucibus. Introitu. Orci. Inferorū.

Illum. Taurū. Vbi. Poſtq̄. Supereſſe. Reſtare. In tempore. Tempeſtiue. Sacri. Sacrificii. Terrifici. Horrendi: faciētis terrorem. Cōſpexit. Aeſon.

Statuit letho. Morti decernit & deſignat. Suprema. Vltima uerba qualia Dido apud Virgiliū in æneidos quarto. Damnati. Addicti ſacris impiis. Vos quibus. moriturus Aeſon iuocat animas eorum: qui functi ſunt uitæ curriculo: ut placidę ſedis ſibi morituro pręſtent iter: et ad campos
Imperium Iouis. elyſios ac ad ſuorū manes uenire ualeat. Imperiū Iouis. Animæ quæ peregiſtis Iouis imperium: et obiiſtis iubente Ioue. Vita data ē utenda: data ē ſine fœnore nobis Mutua: nec certa pſol uēda die ex impio iouis naſcimur et morimur. Quāuis hic p Iouē qdā elyſiū
Concilia. Iouē. i. Plutonē intelligāt. Nō ſegne. Quę i Agone militari glorioſe uixiſtis: nō ocioſe: no ſegniter.

Obſecrat igne domos. iam iam exorabile retro
Carmē agens, neq;. n. ante leues niger aduehit umbras
Portitor, et cunctæ primis ſtant faucibus orci.
Illum ubi terrifici ſupereſſe in tempore ſacri
Conſpexit, ſtatuit leto, ſupremaq; fatur,
Ipſe manu tangens damnati cornua tauri.
Vos quibus imperiū Iouis, et non ſegne peractum
Lucis iter, mihi conciliis: mihi cognita bellis
Nomina, magnorum fama ſacrata nepotum,
Tuq; excite parens umbris ut noſtra uideres
Funera, et oblitos ſuperum paterere dolores:
Da placidæ mihi ſedis iter, meq; hoſtia ueſtris
Concilet præmiſſa locis. Tu nuncia fontum
Virgo Ioui terras oculis quæ proſpicis æquis
Vltriceſq; dex, faſq;, et grandæua furorum
Pœna parens, meritis regis ſuccedite tectis,
Et ſæuas inferte faces. ſacer effera raptet
Corda pauor. nec ſola mei grauia affore nati
Arma ratemq; putet, claſſeſq; et pontica ſigna,
Atq; indignatos temerato littore reges

Peractum lucis iter. Quæ nō inglorie uitā abrupiſtis. Conciliis. Cōiūctione: cōuerſatione. Nā uos dum uiuerē ſæpe in cōgreſſibus bellicis et audiui cōſulentes: et a uobis auditus ſum. Vel conciliis. i. cōſiſtoriis et colloquiis pacificis: et togatis: ut ſignificet aias: quas et bello et pace expertus ē: præſtātiſſimas. Nonnulli cōſiliis ſcribūt priſcis exemplaribus repugnātibus. Fama. Egregiis facinoribus alis famæ ad imortalitatē ſublatis. Sacrata. cōſecrata imortalitati ꝓomis famæ: relata inter deos. Nepotum. Poſterorū. Parens. De Cretheo intelligit. Excite umbris. Euocate ab umbris. Oblitos. Subites uiuētiū dolores: quos lōga morte fueras oblitus. Superū. Viuorū. Paterere. iterū ſubires: exclares. Da placidę. cōcede ut i placida: pacata elyſia ſede cōquieſcā. Hoſtia. Taurus. Præmiſſa. Quā ad loca ueſtra pręmiſerā ut mihi ad uos iter ꝓſtruerē. Cōcilier. Amicū faciat. Tu nuntia fontū. Nūtia nocentiū iuſtitia. Inuocat iuſtitiā: quæ ad Iouem refert nomina nocētū: quę ſceleratos oculo cōſpicit aqlino. Ioui. Iūge cū nūtia. Nūtiare pinde ſidera Ioui ſcelera mortaliū docet Arcturus ap̄ Plau. i ru/
Oculus iuſtitię. dēte. Oculis. Scribit Diodorus p oculū i Hieroglyphicis literis ęgyptios ſignificaſſe iuſtitiā. Quare a poeta gręco dictū πάνσκοπον ὄμμα δίκης hoc eſt omnia uidens oculus iuſtitię. Quin et de oculo iu
Páſcopos. ſtitiæ perſpicaciſſimo meminit Apuleius. Huc forte ſpectat illud ouidianū. Reſpiciūt oculis ſuperi mor
Euētilatus talia iuſtis. Vltriceſq; deæ. furiæ: diræ: quæ nō pmittitis abire ſcelus impunitū: quæ ſontes ulciſci/
Ouidius. mini. Fas. Tu o fas. O æquū. Grādæua pœna. O nemeſis quæ ſuppliciū ſumis delictorū. Nā puniti ſæpe a Nemeſi magno furore correpti ſibi furibūdā mortem cōſciſcunt. Meritis tectis. Regię Pelię
Sacrum. quæ ultrices furias meretur: et dura tormenta. Inferte. iniicite. Sacer. Execrabilis: dirus: ut apud Maronē. Auri ſacra fames: ſacrū pauorē uocat: quē generat lęſa cōſciētia ex pœnitentia ueniens. Iuxta illud. Et ſemper timidū ſcelus. Effera. Tyrannica. Raptet. In diuerſas partes rapiat. Nec ſola. Nō ſolū filium meū Iaſonē timeat: ſed reges: tanq̄ in unū Pelię caput coniurauerint. Grauia. Inimica. Claſſes. Semper affore putet. Signa. Vexilla. Temerato. Temere iuaſo: pp quod reges indi

gnati in Peliã bellicũ cõcinent. Mente agitet. Volutet animo. Decurrat. Sępe expergiſcat̃ et pro/ currat ad litus reges mente cõcipiẽs inuaſuros eius imperium. Arma ciens. Vocãs populos ad arma: et inania timeat. Mors fera uiã: Thyeſtęa iſthęc execratio ẽ. optat ut Pelias: quod accidit: mori cupiat: nec poſſit. cui non abludit Ouidius in Ibim.

Cauſaq; non deſit: deſit tibi copia mortis

Optatam fugiat uita coacta necẽ.

Mente agitet, ſemperq; metu decurrat ad undas
Arma ciens. mors fera uiam, tentataq; claudat
Effugia, et noſtras nequeat præcurrere diras.
Sed reduces iam iamq; uiros, auroq; coruſcum
Cernat iter. ſtabo inſultans, et ouantia contra
Ora, manuſq; ferram. tum uobis ſi quod inauſum
Arcanumq; nefas, et adhuc incognita leti
Sors ſupereſt, date fallaci pudibunda ſenectæ
Exitia, indecoreſq; obitus. non Marte nec armis,
Aut nati precor ille mei dignatus, ut unquam
Enſe cadat. quæ fida manus, quæ chara ſuorum
Diripiat, laceretq; ſenem. nec membra ſepulchro
Contegat. hec noſter de rege piacula ſanguis
Sumat, et heu cunctæ quas miſit in æquora gentes.
Adſtitit, et nigro fumantia pocula tabo
Contigit ipſa graui furiarum maxima dextra.
Illi auide exceptum pateris hauſere cruorem.
Fit fragor irrumpunt ſonitu. qui ſæua ferebant

Tentata. Per quę uita deſiderauit exire. Claudat. Intercludat: ſtrangulet. Effugia. Vias et exitus. Pręcurrere. Anticipare moriẽdo. Diras. Imprecationes: execratiões: et mala ex diris noſtris ueniẽtia. Horrẽdis ſtygiorũ et ſuperũ iuocationibus canebant̃ dirę in aduerſariũ: quales ſunt Naſonis in Ibim. Lucanus. Sæua tribunitiæ cecinerũt omina dirę. Horat. Diris uos agam: dira deteſtatio Nulla expiat̃ uictima. Iuſtinus libro quinto. Inde ubi nõ damnatum ſe tantũ: uerũ etiam diris per omniũ ſacerdotũ religiones deuotum cognouit: Lacedęmona ſe cõtulit. Sed reduces. Non properet mori Pelias: ſed inuita nihil nõ mali et odioſi patiatur: idq; aduerſariorũ felicitatẽ: et Iaſonis reditũ quod ſibi moleſtiſſimum futurũ ẽ. Viros. Argonautas. Auro. Pelle aurea arietis phrixi: et ut magis indignetur uideat argonautas uenire triumphantes. Iter coruſcum. Maritimũ iter coruſcare atq; ſplendere auro phrixęo.

Diræ.

Deuotus diris.

Stabo inſultans. Cum conuiciis et maledictis in illum inſurgam. Illud eſt inſultare. Dixit Cæſar apud Tranquillũ ſe inſultaturum inimicorum ſuorũ capitibus: quis intelligi poſſit illico ſe colla inimicorum ſuorũ ſuppeditaturum: ut a Marone prolatum eſt. Inſultare ſolo: et greſſus glomerare ſuperbos. Concinit Ouidio Flaccus his. Tum quoq; cum fuero uacuas dilapſus in auras Exanimis manes oderit umbra tuos. Tunc quoq; factorum ueniam memor umbra tuorũ: Inſequar et uultus oſſea forma tuos.

Inſultare.
Enodatus Trãquillus.

Ouãtia ora. Manes meos triumphãtes et geſtientes ex lęto meorũ reditu. Manus ferã. Inferã manus uiolẽtas. Vobis. Deis. Si uos dei habetis aliquod nefariũ ac tragicũ exitiũ illud reſeruate Peliæ: Si quid. Si aliquod. Inauſum. Intẽtatũ: inexpertũ: incognitũ: quod nemo unq̃ deorũ ſit auſus. i. patrauerit in aliquẽ mortalẽ: neq; tentauerit. Arcanũ. Cæcũ: incognitum: nouum: quod ad mortales adhuc nõ manarit: ſed in deorum ſit urnis et ſecretis poſitũ. Nefas. Nefariũ exitiũ. Incondita. Inexcogitata: infecta. Sors. Modus: conditio: ſpecies. Date. Vos dii inferi. Fallaci. Perfidæ: inſidioſæ. Pudibũda. Dedecoroſa. Senectæ. Seni Pelię. Indecores obitus. ingloriam mortẽ. date mortem: ſed illa morte non poſſit ſibi parare gloriã. Dignatus. iunge cum: nõ: hoc eſt filius meus Iaſon illũ morte dignũ nõ reputet. Fida manus. Turba fidelis. Occidãt eũ quos fideliſſimos putabit. hoc dicit pp filias: quę iuſſu Medeę pollicẽtis iuuẽtã Peliæ interemerũt patrẽ perfidũ. Quare a Plauto dictũ. Peliam Medea recoxit ſenem. Cara. Manus: ut filiarũ multitudo. Diripiat. Membratim diſcerpat. Noſter. Hic noſter ſanguis nũc libatus uobis. Subintellige petit. Hęc piacula. Mala: horrẽda exitia. Piaculũ in hac ſignificatione identidẽ ponit̃. Plin. libro. vii. nat. hiſt. Sed quo te piaculo. M. Tulli linguã: uſurpat̃ et p ſcelere tã tetro et expiari debeat. Maro. Diſtulit i ſerã cõmiſſa piacula noctẽ. Victima illa piacularis dicta. Sãguis. Taurinus uobis plibatus. Adſtitit. Affuit tãdẽ furia: et Aeſonis uerba rata fecit. Nigro tabo. Cruore taurino. Aeſon et Alcymede ſanguinẽ tauri biberũt et obierũt: ut Themiſtocles auctore Plutar. Lege Ariſtophanis cõmẽtaria. Quin et Dioſcorides ſuffragat̃. αἷμα δὲ ταύρειον νεοσφαγὲς ποθὲν δυσπνοίαν ἐπιφέρει καὶ πνιγμόν. Sãguis tauri recẽs iugulati affert diſpnęã et ſtrãgulat. Dioſcorides lib. vi. ſanguinẽ taurinũ ꝓfocare tradit. Contigit. Vt aſſertera ratũ fore. Maxima. Tiſyphone. Virgiliana mimiſis. Illi. Aeſon et Alcymede. Hauſere. Bibere. Exceptũ. manu cupide porrectã paterã exceperũt. Fragor. ſtrepitus irruẽtiũ ſatellitũ. Sonitu.

Piaculum:
Piacularis uictima.
Sanguis tauri peſtifer.

Imperia et ſtrictos iuſſis regalibus enſeis.
In media iam morte ſenes ſuffectaq; leto
Lumina et undanti reuomentem ueſte cruorem
Conſpiciunt. primoq; rudem ſub limine rerum
Te puer et uiſa pallentem morte parentum
Diripiunt adduntq; tuis. procul horruit Aeſon
Excedens memoremq; tulit ſub nubibus umbram.
Cardine ſub noſtro rebuſq; acciſa ſupernis
Tartarei ſedet aula patris. non illa ruenti
Acceſſura polo uictam ſi uoluere molem
Ingenti iacet ore chaos quod pondere feſſam
Materiem lapſumq; queat conſumere mundum.
Hic geminæ æternum portæ. quarum altera dura
Semper lege patens populos regeſq; receptat

Tumultuãti ſono. Impia. Iuſſa de morte Iaſonis. Strictos. Euaginatos. Iuſſis regalibus. iubente rege Pelia. Senes. Aeſon et Alcymede. Zeuzma ab inferiori. Repete uerbũ conſpiciũt. Suffecta letho. Obducta morte. Imitatio uirgiliana libro. ii. Suffecti ſanguine et igni. Lumina. Oculi iam aboriebantur. Reuomentẽ. Scribe: reuomentes. i. ſenes: et conſpiciũt ſenes reuomentes ſanguinem taurinũ: quem auide hauſerant. Vndanti ueſte. Veſte abundanti cruore maculata. Sumat et heu cunctę. Hoc carmen deleat et ponat ſupra ut premonuimus. Conſpiciũt. Satellites. Rudẽ. Tenerũ Promachũ. Sub limine. Prope auſpiciũ uitę. Sub limine primo Abſtulit atra dies: inqt Maro. i. ĩ primo aditu ętatis Rerũ. humanarũ. Puer. Promache. Pallentẽ. Sceleris immanitate quis tenellus permotus ẽ Promachus. Diripiũt. Lacerant regii ſatellites. Addũt tuis. Te ſtratũ et cõfoſſum reponũt apud ſtratos parẽtes. Procul. A longo limine mortis: cũ a uita ꝓcul abeſſe: et iam pene foret extinctus Aeſon horruit impiã cędem filioli. Horruit. Abominatus eſt: uel ipſe diriguit. Excedẽs. Vita diſcedens. Memorẽ. non oblitam tã ſęui facinoris. Sub nubibus. per nubila et aerem. Nam Euripide auctore: etiã Lucretio anima labitur et diffluit in auras. Cardine ſub noſtro. Subter axẽ noſtrũ: et terræ noſtrę cardinẽ. eſt domus Plutonis. ita fundata ſtabiliter ut toto ruẽte mũdo ruere neq̃at: in quod chaos ruũt impii. Dein locus ẽ remotior: in quẽ ut amœnũ: et oibus uoluptatibus pręſcatẽtẽ pgũt pii manes. Cardines altiſſimæ cœli partes: quas græci polos uocãt. De cardinibus cœli lege Maternũ. Acciſa. Inciſa: ſeparata. Adciſum dicit quaſi apud cęſum. Rebus ſupernis. A cardine terræ ſuperioris. Sedet. Iacet Aula. Rego. Tartarei patris. Plutonis. Nõ illa ruẽti Acceſſura polo. Nõ corruet ruẽte mũdo machina inferorũ: quoniã firmo cardine nititur. Acceſſura. In ruinã ſimul itura. Polo ruẽti. Nõ ruet ruente mũdo. Victã ſi uoluere molem. Voluere pro deuoluere. Si ſenſerint herebi molem mũdũ ruere: ipſa uiribus propriis ſe ſuſtinebit. Voluere miſcere: ruere: cõfundere intelligit. In fidei ſincerę codicibus Pomponio Lęto anſam dãte: cuius exemplaris legẽdi facultatẽ fecit Alexãder Farneſius Romanus: Cardinaliũ qui ſunt: quiq; fuere facile princeps: græce latineq; doctiſſimus ac facũdiſſ. reperi duos uerſus ſentẽtiæ et contextui huius auctoris pernecceſſarios. Sic habetur illic. Non illa ruenti

Acceſſura polo: uictam ſi uoluere molem
Senſerit: atq; graui totam ſubſidere motu:
Fata uelint. Si ſumma dies ſubuerterit orbem.

Senſerit. Experta fuerit hæc machina. Graui motu. Ruina quę fieri nõ poteſt ſine uiolẽtiſſimo motu. Totam. Metu qui eam penitus: radituſq; cõcutit. Subſidere. Succidere: in profundũ deuolui tremorẽ: quẽ chaſmaticũ uocãt. Eſt. n. motus terræ pernicioſiſſimus quãdo ſubſidit terra: auctoribus Plinio et Marcellino. Fata uelint. Cũ fato ruet terrarũ orbis: quod futurũ alterna uice Lucretius minitatur in quarto ſic.

Principio maria ac terras: cœlumq; tuere:
Quorum naturam triplicem: tria corpora memmit
Tris ſpecies tam diſſimileis: tria talia texta
Vna dies dabit exitio: multoſq; per annos
Suſtentata ruet moles: et machina mundi.

Sũma dies. Vltimũ tẽpus quo ruet mũdi machina. Subuerterit. Euerterit: diſſipauerit. Repete ſupiora. Nõ ẽ acceſſura ruẽti polo. Et hic ſentẽtia finit. Chaos. Patẽs inferorũ uorago. Ore. Hiatu: patore: chaſmate. Tãta uoraginis ẽ uaſtitas inferę: ut mũdi queat abſorbere molẽ. Põdere. Tã q̃ terra pondere ſuo ĩ pceps olim ruitura ſit: quod impoſſibile cẽſet a phyſicis. Feſſam. Stãdo ĩ ſublimi: et aere põderibus ſuis librată: laſſam et amplius ſtare nõ ualẽtẽ. Materiẽ. Mũdi machinã: molẽ: hylen. Lapſũ. Collabẽtẽ. Si laberet et decideret. Queat. Poſſit illud chaos. Cõſumere. Haurire: iglutire. Hic. In hoc inferorũ hiatu. Aeternũ. Semp. æterna ac inuiolabili lege. Geminę portæ. Maro æneid. vi. Hic locus eſt: partes ubi ſe uia findit in ambas. Dextera quę ditis magni ſub mœnia tẽdit. Hac iter elyſiũ nobis. At leua malorũ exercet pœnas: et ad impia tartara mittit. Altera. Quę recipit impios et lemures. ubi non exorato ſtant adamante uię. Dura. Inexorabili uel immobili.

Sufectum

Horret.

Cardines. Poli.

Põponius lætus.

Alexander Farneſius.

Chaſmaticus motus.

Portæ geminæ.

Aſt aliam tentare nefas et tendere contra.
Rara et ſponte patet, ſi quando pectore ductor
Vulnera nota gerens galeis præfixa rotiſq;
Cui domus aut ſtudium mortales pellere curas,
Culta fides, longe metus, atq; ignota cupido.
Seu uenit in uittis, caſtaq; in ueſte ſacerdos.
Quos omnes lenis plantis, et lampada quaſſans
Progenies Atlantis agit. lucet uia late
Igne dei, donec ſyluas, et amœna piorum
Deueniant, campoſq; ubi Sol, totumq; per annum
Durat aprica dies, thiaſiq;, choriq; uirorum,
Carminaq;, et quorum populis iam nulla cupido.
Has pater in ſedes, æternaq; mœnia natum,
Inducitq; nurum, tum porta quanta ſiniſtra
Pœna docet maneat Peliam, quo limine monſtrat.
Mirantur tantos ſtrepitus, turbamq; ruentem,
Et loca, et infernos almæ uirtutis honores,

Aliam. Ad elyſiū ducentē. Nefas. Subintellige eſt. Tendere cōtra. Reluctari quoniā nihil ꝓſi ceret. Rara. Pro raro: etiā raris ſed pręſtantibus. Sponte. Nulla ui. Si quādo. Si aliquādo ad hāc inferorū portam ueniet imperator: qui nulla in tergo: ſed aduerſo pectore multa exceperit tela pro ſalute patriæ: illius ſpōte uirtute comite et deducente: porta reſerat̃ ac patet. Ductor. Qui duxit exercitum. Nota. Aduerſo pectore cōſpicieda. Gerens. Gerat: pręferat. Galeis pręfixa. Qui ductor habet in ueſtibulo pręfixa tropęa: quę ſudore martio peperit: illi inferorum porta altera ſponte patet. In atrio Priſci ꝓfigebāt arma: tropęaq; parta ut nepotes ad ſimile decus inuitarentur. Rotis. Curribus triumphalibus. Cui. Ductori ſupplendū eſt. Aut ſtudium. In hoc omne ſtudium collocauit. ſubintellige fuit. Pellere. Eiurare: cōtemnere. Mortales curas. Perturbationes humanas: quę ſunt breues et nihili. Qui non permiſit ſe uinci a curis humanis: ſed appetiit diuina. Curauit diuina nō humana. Iuxta illud. Quæ ſurſum ſunt: ſapite. Longeq; metus. Tollendaq; coniunctio. Nō palluit: nō timuit: qui affectus ſunt mentis male cōpoſitę. Qui formidoloſus non fuit. Cupido. Vincula carnis: inanium q; uotorum: quæ ſępe interiorem hominem colaphizant. Venit. Ad elyſios. Sacerdos. Maro inquit. Quiq; ſacerdotes caſti dum uita manebat. Quos oēs. Pios imperatores: et caſtos ſacerdotes: Mercurius bonæ mentis auctor: ingenii pater: et Iouis utriuſq; miniſter deducit ad elyſios: et ꝑlucere ſolet. Lenis plantis. Leniter talaribus diſcurrēs. Officium Mercurii eſt animas deducere et moderari. Maro. Animas hac euocat orco Pallentes: alias ſub triſtia tartara mittit. Lampada quaſſans. Pręlucēs illis: quod fictū eſt propter facūdiā: artes ingenuas et mores. Atlantis. Mercurius nepos Atlantis ex Maia. Igne. Lampade. Dei. Mercurii pręlucentis. Amœna. Florida: uernātia. Maro deſcribēs eoſdem elyſios. Deuenere locos lætos: et amœna uireta Fortunatorū nemorū: ſedeſq; beatas. Largior hic campos æther: et lumine ueſtit Purpureo: ſolemq; ſuū ſua ſidera norūt. Piorū. Quibus pii fruuntur: qui pie caſteq; uixerūt. Campos. Elyſios. Sol. Rutilus et peramœnus. Maronis proximū ſententiæ. Aprica. Vernum tempus. Hic uer perpetuum. Thiaſi. Saltus: tripudiationes. De Thiaſo et Thiaſonte. i. Thiaſum inflante: meminit Lucianus in Dialogo Panos et Mercurii. Chori. Tibullus de elyſiis loquens. Hic choreę: cantuſq; uigēt: paſſimq; uagates Dulce ſonāt tenui gutture carmen aues. Virorum. Pudicæ urideſq; ſaltationes: quas in republica Plato permittit: non fluxæ: molles: Ionicæ: cinedicæ: chalaræ: quas idem improbat. Paſſimq; etiā hodie habentur infames et impudicę.

Quorum. Populorum incolarum elyſiæ plagæ. Iam. Poſt obitum. Nulla cupido. Nihil cupiunt aut inaniter affectant. Et hi populi: inquit: qui campos colūt elyſios ideo fortunatiores ſunt: quoniam ab obitu nihil cupiunt: ſed felicitate ſua contenti ſunt. Pater. Cretheus. Natū. Aeſona. Nurum. Alcymeden. Siniſtra. In porta ſiniſtra quæ eſt impiorum ſedes. Maneat. In poſterū ſequatur.

Quo limine. In quo circulo Pelias daturus eſt pœnas. Turbam. Incolarum elyſii iugi cōfluētem ut uiderent: ſalutarentq; nouos Aeſonis manes. Mirantur. Aeſon et Alcymede. Loca. Amœna. Almę. Omnia adſunt bona: quem penes eſt uirtus. Honores. Mirant̃ premia: quæ dant̃ apud inferos almæ ac ſanctę uirtuti. Mirantur ſeruatos eſſe honores bonis uiris etiam apud inferos.

Colaphizo

Elyſii.
Thiaſus.
Thiaſōtes.
Choreę elyſiæ.
Ionica ſaltatio.
Cinedica.
Chalara.

Finis Primi Argonauticon
Interprete Pio.

## ARGVMENTVM.

Argumentū ſecūdi libri.

i ASON uir audax: magnanimus: ac generoſus ignarus parentū tragicę mortis nauigat duce uirtute ſibi gloriam immortalem comparaturus: et ciuitates per ęgęū litus per ordinem diſpoſitas recenſet: tandemꝗ lemnum ad Hipſipylem paſſis uelis ac uento ſecundo perueniunt: ubi narratur hiſtoria quo nam dolo fœminę: mares ac maritos trucidarūt excepto Thoante: quem Hipſipyle filia inter orgia Bacchi nocturnis ſeruauit. Obiter fama graphice deſcribitur. Diſceſſus Iaſonis a lemno cantatur. Coarguūt heroes Iaſonis cum Hipſipyle deſidiam: quibus uerbis ſtimulatus ille alacriter nauigat: et ilium appellit. Congreſſus Herculis ferociſſimus cum cete deſcribitur uerſibus luculentis pro redimenda Laomedontis filia: in qua dimicatione: et Cete cadit Eſione a ſcopulo marittimo liberaẽ. Ciuitates quaſdam Aſiæ docet argonautas luſtraſſe: tādemꝗ ad Cizycum humaniſſimū uirum diuertiſſe a quo comiter ſunt excepti.

CELERVM. Sceleratæ tragœdiæ: quam patrauerat tyrannus occidédo patré Iaſonis Peliam. Luctus. Luctuoſæ et lachrymabilis paternę cędis. Ardés. Iratus: ardétis uindictę cupiditate irritatus. Temere. Temerariũ fuiſſet uotũ reuerti i ultioné quoniã nõ adhuc erat fatale Pelię tempus. Ordo. Ne temere ruat in Peliam et fata regis adhuc obſtã/tia. i. fatali fundamento reſiſtentia uotis Iaſonis. Freto. Priſcus codex retinet freti. Et per ornos intelligẽ malũ. i. arboré: ut dicunt: nauis: quã ęquabat pelion mons pp aq̃ tumoré. dixit ornos freti ut ab ornis terrę diſtigueret. Aequatũ ſũmas ornos. q̃ mons ęq̃bat ſũmas arbores. Piſeę. Sequit᷑ Orpheũ: qui ſic appellat: niſi médoſus é codex. Tiſeę dicit᷑ ab Apollonio his τισαίην ἔυκηλοι ὕπερ δολιχὴν ἰοῖν ἄκρην. i. Tiſęen quieti ſuper longum promõtoriũ. Addit Rhodii interpres Tiſęum eſſe promõtoriũ Theſſaliæ. Alii Theſprotiæ. Obliqua uocat quoniã erant in litore anguloſo: nõ in porrectũ: ſed anfractũ cõuoluto. Mergũt. Prętereunt. Nunc enim mergi uidentur: quoniam altitudo maris ſuperat: et impedit interponés ſe contra aciem mortalem. Sciathos. Apollonius. φαίνετο δ᾽ εἰναλίη σκίαθος. Cõmentator ſic. Sciathos inſula Theſſalię prope Enbòiam: cuius meminit Simonides.

Ornus maris.

Tiſęũ promontoriũ.

Sciathos.

# C. VALERII FLACCI SETINI AR GONAVTICON

## LIBER SECVNDVS.

I Nterea ſcelerum luctuſq; ignarus Iaſon
Alta ſecat (neq; enim patrios cognoſcere caſus
Iuno ſinit: mediis ardens ne flectat ab undis:
Ac temere in Pelian, et adhuc obſtantia regis
Fata ruat, placitoſq; deis neu deſerat actus)
Iamq; freti ſummas æquatum Pelion ornos,
Templaq; piſeæ mergunt obliqua Dianæ.
Iam ſciathos ſubſedit aquis. iam longa receſſit
Sepias, attollit tondentes pabula magnes
Campus equos, uidiſſe putant Dolopeia buſta,
Intrantemq; amiryn curuas quæſita per oras
Aequora, flumineo cuius redeuntia uento
Vela legunt, remis inſurgitur. inde ſalutant

Stephanus. Sciathos inſula euboię gẽtile Sciathios. Subſedit aquis. Delituit: euanuit: non amplius comparuit. Imitat᷑ Apolloniũ: qui grçce dixit. ἴδυκε. i. occidit. ἴδυκε δὲ σηπιὰς ἄκρη. Hoc é mergitur ſepias promontoriũ. Sepia promontoriũ in Iolcho: ut inquit grçcus interpres: ſic appellatũ ppter thetidé ibi in ſepiã mutatã dũ eã perſequeret᷑ Peleus. Receſſit. Quidã legũt recedit ut tempora cõueniant. Magnes campus. Magneſcię planicies campeſtris alendis equis idonea. Apollonius. μάγνισσα δ᾽ ὑπεύδιος ἠπείροιο ἀκτή. i. Magneſaq; Trãquilli cõtinẽtis litus. Interpres Apollonii Magneſiã dicit circa Theſſaliã eſſe: et alterã magneſiã apud epheſum ubi lapis magnes inuenitur. Eſt et i Aethiopia.

Sepia.

Magneſia.

Nagnes.

Vidiſſe putant. Nõ abſolute: exploratęq; uiderũt ut in medio mari nauigantibus accidit. Idq; erat ſepulchrum nõ maximũ. Dolopeia buſta. Dolopis ſepulchrum. Apollonius.

Ἀκτὴ καὶ τύμβος δολοπήιος ἔνθα ἄρα τοίγε
Ἑσπέριοι ἀνέμοιο πάλιν πνοιῇσιν ἔκελσαν. i. litus et tumulus Dolopeius ubi heſperii uẽti rurſus flatibus applicauerũt. Addit interpres. Dolops Mercurii filius: qui in magnetum ciuitate obiit. Cætera illic require. Orpheus.

Dolopis tumba.

πεισσάιν δὲ ἀπέρυφθεν ἄκρη καὶ σηπιὰς ἀκτὴ
φάνη δὲ σκίαθος. δόλοπος τ᾽ ἀνεφαίνετο σῆμα.

Piſęe latet et ſepias: apparetq; ſciathos. occurrit ſepulchrũ Dolopis. Intranté. Mare. uiderũt os Amyri pelagus irrumppẽtis. Amyrũ. De hoc meminit Apollonius. Addit interpres ita uocatũ ab Amyro filio Neptuni. Theſſalię eſt fluuius. Fluit iuxta Meliboçã. eſt et ibidé ciuitas eiuſdé nominis. Amyros: inquit Stephanus: ciuitas Theſſaliæ: ab uno argonautarum uocata. Eſt et fluuius. Sic enim ſupplere debes caluitium Stephani. καὶ ποταμός: Dein ſubdit. Gẽtile ἀμυρεύς. Poſſeſſiuum ἀμύριος et amyreis fœmininũ. Suidas in geanologiis ait uocatos Eordos. Poſtea Leleges et centauros et hippocentauros: et ipſam ciuitatem amyricen uocari. Quęſita. Ab argonautis. Per oras curuas. Per Amyri ripas intrarunt in mare. Vel annauigabãt iuxta litora ne uento reuerberarentur: tempeſtatemq; paterentur: et per oras in noto ſignificatu regionem litoralem intelliget. Cuins. Amyri. Redeuntia. Nauem redire cogentia. Reflabat enim uentus Amyri et nauem repercutiebat: unde cogebantur uela legere ne nauigantibus nocerent. Aequora. Aegęum mare. Legunt. Colligunt: demittunt.

Amyrus.

Melibęa.

Reſtitutus Stephani codex.

Amyreius.

Amyreis.

Eordi.

Leleges.

Hippocentauri.

Eurymenas. recipit uelumq́ fretumq́ reuerſus
Auſter, et in nubem Minyis repetentibus altum
Oſſa redit. metus ecce deum damnataq́ bello
Pallene, circumq́ uident immania monſtra
Terrigenum cœlo quondam aduerſata gigantum,
Quos ſcopulis trabibuſq́ patens miſerata iugiſq́
Induit, et uerſos extruxit in æthera montes.
Quiſq́ ſuas in rupe minas pugnamq́ metuſq́
Seruat adhuc, quatit ipſe hyemes et torquet ab alto
Fulmina crebra. pater. ſcopulis ſed maximus illis
Horror adeſt ſicula preſſus tellure Typhoeus.
Hunc profugũ. et ſacras reuomẽtẽ pectore flammas
(Vt memorant) prenſum ipſe comis Neptunus in altũ
Abſtulit implicuitq́ uadis, totieſq́ cruenti
Mole reſurgentem, torquentemq́ anguibus undas
Sicanium dedit uſq́ fretum, cumq́ urbibus ætnam
Intulit ora premens, trux ille eiectat adeſi
Fundamenta iugi. pariter tunc omnis anhelat
Trinacria, iniectam feſſo dum pectore molem
Commouet experiens, gemituq́ reponit inani.
Iamq́ Hyperionius metas maris urget iberi
Currus, et euectæ prono laxantur habenæ
Aethere, cum palmas Tethys grandæua ſinuſq́
Suſtulit et rupto ſonuit ſacer æquore titan.
Auxerat hora metus, iam ſe uertentis Olympi.
Vt faciem raptoſq́ ſimul monteſq́ locoſq́
Ex oculis, circumq́ graues uidere tenebras.
Ipſa quies rerum, mundiq́ ſilentia terrent,

Eurymenę Eurymenas. Apollonius. κεῖθεν δ' εὐρυμένας τε πολυκλύστους τε φάραγγας Ὄσσης. Οὐλύμποιό τ' ἐσέδρακεν. i. illinc Eurymenas aquoſaſq́ cõualles oſſę et olympi aſpexerũt. A latitudine inquit cõmẽtator appellatas. Eurymenę inquit Stephanus: ciuitas Theſſalię. Ciuis Eurymenius ut Clazomenius. Reuerſus. Quem plus Eurymenæ cõualles abſtulerãt. Hauſter. Secundus nauigãtibus argonautis. Altũ. Mare. Minyis. Argonautis altũ mare repetẽtibus: quoniã per curuas oras annauigabãt propter uentoſas cõualles amyri. In nubẽ oſſa redit. erigit̃ uſq́ ad nubes. Damnata bello. Ad bellum giganteũ deſtinata. Pallene. Apollonius. κλίτεα Παλλήναια, Καναστραίην τε ὑπὲρ ἄκρην ἤνυσαν ἐννύχιοι πνοιῇ ἀνέμοιο θέοντες. i. Rurſus ualles pal‑

Pallenex ualles. leneas canaſtreũ ſupra litus perfe‑

Canaſtra. cerũt nocturni ſpiritu uenti currẽ‑

Pallene. tes. Pallene mons Thraciæ et ciuitas unde fuit Proteus. Canaſtra promontorium pallenes. πελλήνην εὑρέα scriptũ reperio apud Orpheũ. Scribit Stephanus pallenen eſſe ciuitatem Thraciæ a pallene Sidonis filia. uocatur et phlegra pallęon: ubi detonuerunt bella inter deos et gigantas. Pellene ciuitas Achaiæ. Quare i Orpheo pallene legendũ puto: quæ etiam grammatice a pellene differt auctore Stephano. Immania mõſtra. Staturoſa et ingẽtia mõſtruoſaq́ gigantũ corpora. Aduerſata cœlo. Quæ cũ cœlitibus i diſq́ superis bellum geſſere. Quos. Gigãtas. Trabibus induit. In arbores trabales tranſmutauit.

In rupe. Montes effecti gigantes ſeruant adhuc terribilem ac toruum aſpectum. Pater. Iupiter memor antiqui belli fulmiĩat ad‑

Typhoeus. huc gigantas illos. Sicula. Ty‑

Anguipedes. phoeo Sicilię mons ętna fuit iniectus. Sacras flãmas. Fulmina. τυφωεὺς fulmine Iouis in ſiculum uſq́ fretum proiectus eſt.

Cruẽta mole. Cruentata corporis uaſtitate. Vnguibus. Scribe cum uetuſtiſſimo codice. anguibus: hoc eſt pedibus anguineis: unde gigantes anguipedes ab Ouidio: cuius rei cauſam grammaticus honoratus refert ad hiſtoriam: qđ a locis humilibus contra Iouem: qui montes editiſſimos occupauerat: nitebantur. Dedit. Proiecit. Aetnam intulit. Superpoſuit ætnam giganti. Adeſi. Conſumpti

Hyperionius. dum molẽ uibrat immanẽ. Tunc. Cũ ſe quatit. Gemitu. Nixu et corporis conatu. Reponit. deponit: quieſcit ab opere. Inani. Inutili. Hyperionius. Phœbęus: ſolaris. Erectę. Alto cœli ſpatio

Thetys. ductæ. Prono ętbere. in decliui parte cœli. Laxantur. Soluuntur. Thetys. Oceanus. Tũc producit̃. Epigrammatiſtę uerſiculus cui non obuius: et quem ſupreuę Tethyos unda ferit. Maro in georgicis. Teq́ ſibi generum Tethys emat omnibus undis. Sinus ſuſtulit. Gremium aperiuit ut reciperet ſolem. Rupto ęquore. Cum ipſe ſol irrupiſſet in mare. Sonuit. Ferbuit ſole in mare decidẽte.

Sacer titan. Sol cœli mens et oculus: quem architbrenius cæreum orbis appellat.

Olympi. Cœli uergentis in noctẽ. Hora. Tempus ueſpertinum. Metus. Timores argonautarum. Raptos. Ereptos ex oculis umbra noctis ingruentis.

Effuſis crinibus. Sparſis ſtellarũ radiis. Non aure quieſcit. Attente audiendo et curioſe uidendo ſibi timores effingit. Iter noctiuagum. Pro ipſe noctiuagus capeſſens iter. Campus. Noctis et tenebrarum ſpatiũ. Haud aliter. q̃ noctu uagantes: Viri. Argonautæ. Hagniades. Tiphys. Pinum. Nauem. Dignata. Dignam duxit quã ipſa diua manu moderaret̃. Quantis hauſtris. q̃to uentorum turbini. Incaſſum. Sine effectu: ſine pernicie. Tumor arduus. Excelſus: eleuatus: tumidus. Vndę decimę. Fluctus decumani: qui ſolet eẽ maior et uiolentior. Decima quęq; gallinarum oua annotatũ eſt eſſe maiora: unde uaſtiores fluctus decimi et decumani dicti. Ouidius in triſtibus.

Decumanus fluctus
Enucleatus Ouidius.

Qui uenit hic fluctus fluctus ſupereminet omnes
Poſterior nono eſt: undecimoq; prior. Ab eodẽ in transmutationibus. Decimæ ruit impetus undæ. Et Lucillius. Accipẽſere cũ decumano: inquit: hoc eſt enormiore. Immotabile. Cũ micat: et huius cõditionis eſt. Pura. Innubilas: ſine maculis. quod ſignũ eſt tempeſtatis felicis lętęq; ſerenitatis. Concinit Maroni. Pura: nec obtuſis p cœlum cornibus ibit. Totus et ille dies: et qui naſcetur ab illo Exactũ ad menſem pluuia: uentiſq; carebunt. Nec grauido. Non aqua pręgnãte. Cynthia. Diana a loco et cõſequẽter luna. Nullus in ore rubor. Maro. Vento ſemper rubet aurea Phœbe. Certus titan. Sol dans certa ac explorata ſigna: adeo ut Virgilius dixerit. Solem quis dicere falſum Audeat?

Signa ſerenitatis.

Integer. Lucidus: ac purus. Maro primo georgicon.
At ſi cum referetq; diem: condetq; relatum
Lucidus orbis erit: fruſtra terrebere nimbis.
Et claro ſiluas cernes aquilone moueri. In imo euro. Priſci codices habẽt: In uno. hoc ẽ: occaſus ſolis occidit cũ ſimplici flatu et ſpiritu unius uẽti: nulla erat uẽtorũ cõcertatio occidẽte ſole. Sũt qui legũt: auro: nõ euro: tanq̃ fuerit in occaſu ſolis aurea ſerenitas: et aer aureſceret.

Aſtraq; et effuſis ſtellatus crinibus æther.
Ac uelut ignota captus regione uiarum,
Noctiuagum qui carpit iter, non aure quieſcit,
Non oculis, noctiſq; metus, niger auget utrinq;
Campus, et occurrens umbris maioribus arbor,
Haud aliter trepidare uiri. ſed pectora firmans
Hagniades, Non hanc inquit ſine numine pinum
Dirigimus. nec me tantum tritonia curſus
Erudiit, ſæpe ipſa manu dignata carinam eſt.
At non experti, ſubitus cum luce fugata
Horruit imbre dies? quantis proh Iuppiter auſtris
Reſtitimus? quanta quoties et Palladis arte
Incaſſum decimæ cecidit tumor arduus undæ?
Quin agite o ſocii. micat immutabile cœlum,
Puraq; nec grauido ſurrexit Cynthia cornu,
Nullus in ore rubor. certuſq; ad talia titan
Integer in fluctus, et in imo decidit auro.
Adde quod in noctem uenti ueloq; mariq;
Incumbunt magis, it tacitis ratis ocyor auris.
Atq; adeo non illa ſequi mihi ſidera monſtrant,
Quæ delapſa polo reficit mare, tantus Orion
Iam cadit, irato iam ſtridet in æquore Perſeus.
Sed mihi dux uetitis qui nunquam conditus undis
Axe nitet ſerpens, ſepte noſq; implicat ignes.
Sic ait. et certi memorat qui uultus Olympi,

Aureſcere

Adde. Inſuper inquit Tiphys nocte uenti ſunt crebriores q̃ die: et nauem ualidius agunt. Nox humida eſt: et ex humore uẽti gignunt̃. Sed de Fauonio intelligit fecũdiſſimo uento: qui poſt meridianis horis ſpirare ſolet. Cauſa refert̃ ab Ariſtotele libro. xiii. Probl. quoniã ſpiritus oẽs ſole humorẽ diffundẽte proueniũt. Humor aũt qui antea cõcreſcebat tabeſcit cum uis caloris in propinquo ẽ. Itaq; ſpiritũ mouet. At qui Fauonius ab occaſu ſpirat. Recte etiã poſt meridianis exorit̃. Tũc. n. ſol eius ad locũ accedit. Tacitis. Lenibus: nõ furẽtibus. Atq; adeo. Nõ tãtũ. Sequi. Curſum meũ cõtinuãdũ eſſe. nõ tãtũ mihi fiduciã faciũt ſidera: q̃ attingemus iferius: q̃ occiderunt. Reficit. Quæ depaſcũt aquas maris. dicit oriri ſidera ſerenũ faciẽtia: dũ feruor eorũ extinguit̃ in aqua. Perſeus. qui ſexto idus aprilis exortu ſuo maximas tẽpeſtates cõcitat. Perſeus: inq̃t Hyginus nobilitatis cã: et q̃d inuſitato genere cõcubitionis natus eſſet ad ſidera dicit̃ peruiſſe: qui miſſus a polydecte magnetis filio ad gorgonas: a mercurio: qui eũ dilexiſſe exiſtimat̃. talaria et petaſum accepit. Pręterea galeã: quã idutus ex aduerſo uideri nõ poterat. Itaq; gręci Plutonis galeã dixerũt eſſe. Sed mihi dux. ſerpẽs q ẽ mihi dux. Vetitis. Prohibitis a Tethy poſcẽte Iunone. Quare a Marone dictũ. Arctos oceani metuẽtes ęquore tingui. Nõ Tiphys arctos obſeruabat inter quas ẽ ſerpẽs. Implicat. Fluxu ſinuoſo cingit. Septenos ignes. Septẽ ſtellas: ſeptẽtriones. Vultus. Facies: qualitas. Pleiones. Subitelligẽ filiarũ: pleiadas intelligit iouis et pleiones filias. Vergiliæ latinis dictę. Vere oriuntur.

Fauonius poſt meridiem quare flat.
Perſeus.
Cõcubitio
Plutonis galea.
Pleiones.

Peleiones hyadumqꝫ locos, quo ſidere uibret
Enſis, et Arcturus niteat qua luce Bootes.
Hæc ubi dicta dedit, cereris tum munere feſſas
Reſtituunt uires, et parco corpora Baccho.
Mox ſomno ceſſere, regunt ſua ſidera puppem.
Iamqꝫ ſub Eoæ dubios Atlantidis ignes
Albet ager, motiqꝫ truces ab ouilibus urſi
Tuta domoſqꝫ petunt, raras et littus in altum
Mittit aues, cum primus equis exegit anhelis
Phœbus athon, mediaſqꝫ diem diſperſit in undas.
Certatim remis agitur mare, roſtraqꝫ curſu
Prima tremunt, et iam ſummis uulcania ſurgit
Lemnos aquis, tibi per uarios defleta labores
Ignipotens, nec te furiis et crimine matrum
Terra fugat: meritiqꝫ piget meminiſſe prioris.
Tempore quo primum fremitus inſurgere opertos
Cœlicolum et regni ſenſit nouitate tumentes
Iuppiter, æthereæ nec ſtare ſilentia pácis,
Iunonem uolucri primam ſuſpendit olympo
Horrendum Chaos oſtendens pœnaſqꝫ barathri.
Mox etiam pauidae tentantem uincula matris
Soluere praerupti Vulcanum uertice cœli
Deuoluit. ruit ille polo noctemqꝫ diemqꝫ
Turbinis in morem, lemni cum littore tandem

Hyades. Hyadum. Succulę latinis uocatę Atlantis filię. Septē ſunt. Nomina. Ambroſia. Eudora. Priſithoe. Coronis. Plexaura. Pitho. Tyche. Recte notauit Hyadas. Audi Pliniū. libro. xviii. nat. hiſt. Aegypto ſuculę occidunt ueſperi. Sidus uemens et terra: mariqꝫ turbidū. xvi. Atticæ. xv. Cæſari: cotinuoqꝫ tri/ duo ſignificat. Aſſyriæ autē. xii. cal. ideo eſt uulgo appellatū ſidus paliliciū quoniam. xi. cal. Maii urbis Romę natalis: quo fere ſerenitas redditur. Claritatē obſeruationi dedit nimborum argumento: Hyadas appellātibꝰ gręcis has ſtellas: quod noſtri a ſimilitudine cognominis gręci: propter ſues impoſitū arbi/ trantes imperitia appellauere ſucu las. Locos. Stationes. Vibret. excitet ſe. Quo ſidere. Quali diſpoſitione ſideris. Enſis. Orio nis: in quo ſunt tres obſcurę ſtellę: ut ait Hyginus. Plinius duodeui/ geſimo naturalis hiſto. Cæſari et chaldæis nonis Aprilis ægypto Orion et gladius eius incipit abſcō di. Arcturus bootes. Gręcus ar/ ctophylax. Emergit tertio idus Fe/ bruarii. Bootes bubulcus dicitur quoniam ſeptemtriones ſequitur. Quare ab ouidio dictū. Arctophy lax formam terga ſequentis habet. Satyrus. Frigida circūagūt pigri ſarraca bootę. Niteat. Nūqnid oriatur. Iamqꝫ ſub auroræ. pulcra deſcriptio orientis diei. Eoæ. Cre/ puſculum dicit quando lux eſt du/ bia. Atlantidis. Quoniā Atlas ha bitus eſt pater ſiderum: fulcire ſide ra: cœlum ſuſtinere. quem ſcribit Euſebius libro decimo præparatio nis euangelicæ: primū nauigaſſe. Albet. Splendet exoriente die. Moti urſi. Relinquentes ouilia: ad quæ ut prædarentur uenerant. Tuta. Speluncas: et id genus. Raras. Notaui oculata fide ma/ tutino crepuſculo maris aut flumi/ num aues in litoribus aut ripis gre gatim cogi. Altū. Mare. Exe/ git. Expulit: illuſtrauit: extra de/ dit: extare fecit. Anhelis. Emen ſo lougo itinere fatigatis. Athon. Montem macedoniæ: cuius uertex ab argonautis uideri cœpit.

Palilicium ſidus.

Suculæ.

Bootes.

Atlas pri/ mus naui/ gauit.

Athos.

Diſperſit. Diffudit. In undas. In mare. Agitur. Concitatur. Curſu. Studio nauigationis.

Lemnos. Sintias. Ignipotēs. Somnus mortis fra/ ter.

Premunt. Oſtendit uires argonautarum innitentium. Lemnos. Inſula in mari ęgęo: quę primo Sintias dicebatur: ut nos in decimo canemus ex Apollonio. Lemnios cadentem uulcanum excepiſſe meminit Lucianus in dialogo de ſacrificiis. Varios. Multiplicatos. Ignipotēs. Vulcanus defleuit labores lemni: quoniā a lemniis peramanter fuit exceptus cū deturbatus eſt cœlo: Homerus libro Ilia dos decimoquarto canit ſomnum mortis fratrem habitare in lemno. Furiis. Propter furorem immiſ ſum a Venere. Crimine matrum. Cęde a matribus perpetrata. Fugat. Expellit te ab amore ſui. Piget. Iuuat te prioris beneficii meminiſſe cæteris omiſſis demeritis. nulla lemni ſcelera potuerunt Vulcanum auertere captum amore lemni: ueteriſqꝫ beneficii memorem. Tempore quo. Docet quale fuerit lemniorum beneficium in Vulcanum: et quādo cœpit originem. Olim di facto cōcilio ſtatuerunt mutare regem. Iupiter ſenſit et ultus eſt. Fremitus opertos. Inſidias latentes. Nouitate. Quoniā Iuppiter nuper regnū cœli ac habenas inuaſerat expulſo patre. Tumētes. Superbas: etiā ſeditioſas. Volucri. Irrequieto. nā aſſiduo motu et uertigine propter ambitū cœli nunq̄ quieſcit aer p Iunonē ſignificatus. Oſtendens. nanq̄ illo Iunonem puniturus. Chaos. Inferos. Matris. Suæ Iunonis. Deuoluit. Pręcipitat. Ille: Vulcanus. Turbinis. Ligni teretis: quod pueri rotant. Tibullus. Nāqꝫ agor ut per plana citus ſola uerbere turbo: Quem celer aſſueta uerſat ab arte puer.

Inſonuit

Inſonuit. Cadens ſonũ fecit. Vox. Eiulatus decidui. Repens. Repẽtina: inſperata. Adcliné. Acclinatũ: adhęrentẽ: affixũ. Sic habent mirę antiquitatis codices. Sunt qui acclinẽ legũt in eadẽ ſignificantia. Cauſam nõ agnoſco. Ita in Lucani libro. ii. legunt. Legitimęq; faces: gradibuſq; acclinis eburnis Stat torus. et picto ueſtes diſcriminat auro. Iuſtinus libro undeuigeſimo. Non deniq; armorum bonus depoſuit: ſed acclinis parieti. Vbi diſpiciendũ an acclinis: an accliuis legendũ ſit. Fouent. Recreant Vulcanũ. Aegro. Labefactato. Cunctantẽ: tardantem: tarde: pigreq; trahentem. Poplite. Fractis cruribus. Hinc. Propter hanc pietatem. Pater. Iupiter. Annuit. Conceſſit redire in coelum poſt impetratam ueniam.

Adcline.

Inſonuit: uox inde repens ut perculit urbem,
Adclinem ſcopulo inueniunt miſerentq; fouentq;
Alternos ægro cunctantem poplite greſſus.
Hinc reduci ſuperas poſtq̃ pater annuit arces,
Lemnos chara deo, nec fama notior Aetnæ,
Aut Lipares domus. has epulas hæc templa, peracta
Aegide, et horrifici formatis fulminis alis
Lætus adit. contra Veneris ſtat frigida ſemper
Ara loco, meritas poſtquam dea coniugis iras
Horruit, et tacitæ Martem tenuere catenæ.
Quo circa ſtruit illa nefas, lemnoq; merenti
Exitium furiale mouet. neq; enim alma uideri
Iam tum ea, cum Tereti crinem ſubnectitur auro
Sidereos diffuſa ſinus. eadem effera et ingens
Et maculis ſuffecta genas, pinumq; ſonantem
Virginibus ſtygiis, nigramq; ſimillima pallam.
Iamq; dies aderat, thracas qui fuderat armis.
Dux lemni puppes tenui contexere canna
Auſus et inducto cratem defendere tergo.
Læta mari tum ſigna refert plenaſq; mouebat
Armentis nuribuſq; rates. et barbara ueſtis
Et torques inſigne loci. ſonat æquore clamor.
O patria. O uariis coniux nunc anxia curis.
Has agimus longi famulas tibi premia belli.
Cum dea ſe piceo per ſudum turbida nimbo
Præcipitat, famamq; uagam ueſtigat in umbra.
Quã pater oĩpotens digna atq; indigna canentẽ,

Deo. Vulcano. Domus ętnę. Mora quã trahit Vulcanus in ętna aut lipara: nõ ẽ notior lemno: quã diligi a Vulcano norunt omnes. Lipara inſula una epheſtiadũ: quę uulcanię latine dicuntur in Sicilia dicatę Vulcano: ubi deus ferrariam exercebat: unde ſatyrographo brachia Vulcani liparęa tincta fauilla dicunt. Has epulas. Vulcanus poſt opera fabrilia lętus epulatur apud lemnios: et Iupiter apud æthiopas. Peracta ęgide. Abſoluto: finitoq; Ioui clypeo: qui uocatur ægis. Alis. Lateribus ꝓpter uelocitatẽ dixit alis. Maro. Et fulminis ocyor alis. Veneris. Lemnii Vulcanũ colũt: Venerẽ nequaq̃: ex quo Vulcano cum Marte furtim cõcumbẽs impoſuit: et ab eo ligata fuit. Horruit. Expauit. Catenę. Retia uulcania. Quocirca. Quapropter indignata uenus qđ a lemniis non coleretur ulciſcẽtibus ſpretum maritum: ſtruit et parat ſe ad ultionẽ: furoremq; lemniis mulieribus immittit. Iam tum ea. Nõ tunc cũ ſe in exitium lemniadũ inſtruebat uidebatur dea lęta Venus cũ mũditiarum plena ſit et ornamenti.

Lipara.

Ingens. Quia cõmoti homines uidentur augeri. Iuxta illud uirgilianum. Maiorq; uideri. Nec mortale ſonans. Ouidius in iratum. Ora tument ira. nigreſcunt ſanguine uenæ. Lumina gorgoneo ſæuius angue micãt. Suffecta. Suffuſa. Maro. æn. ii. Ardẽteſq; oculos ſuffecti ſanguine et igni. Pinũ ſonãtẽ. Subintellige geſtabat. figura eſt quæ uocatur Anãtopodeton. Eſt ſchema gręcũ anãtopodeton atticæ linguę propriũ. Oratio. ſ. uno mẽbro defecta. hoc trib; modis uſurpat'. In principio: in medio: in fine. Thracas. Thraces uiros. Qui. Dies. dies uõ fundit: ſed a lemniis hoc effectũ ẽ tali die. Dux lemni. Thoas. Cõtexere. Contingere: innectere: auſus facere uimineas puppes: et nauigia ſutilia. Induto. Intexto. Diſtẽdere. Explicare: cõtegere. in priſcis exẽplaribus legit' defendere hoc ẽ munire ab aqua ne ſubintret. Signa. Vexilla: tropæa. Læta: Felicia cũ uictoriæ inſignibus. Refert. Thoas uel quiuis miſſus ẽ ductor. Et barbara ueſti. Scribe. It barbara ueſtis. uenit et adducit' in ꝑdã ueſtis barbara et puellę barbarę. Inſigne loci. Quib; torqb; utebãt illi barbari. Clamor. Vox redeũtiũ et iã uicinus dicẽtiũ. Has. puellas de ꝑda thracia. Dea. Venus. Turbida. irata. Piceo. Nigro. Nimbo. Nube. Præcipitat. Cũ impetu ruit. Vagã. Sũt qui uaga ſcribãt hoc ẽ mobili et agitabili. Sudũ. Serenũ. In umbra. Reinſtabili: inſolida: uana: nubila. quoniam fama eſt affinis mendacio. uel dixit. fama uaga: pro conditione temporis mutabili. Digna indigna. Veritatem miſtam mendacio.

Anantopodeton figura.

Fama. Fremēs. Stomachabūda. Placidis. Ne cœlum turbaret. Fatigat. Infeſtat uulgando ea: quę frūt in terris. Qua datur. Ea ratione qua poteſt. Fouent. Non repellunt. Agit. Impellit ut ſibi credant. Diua. Venus. Linguis. Quas innumeras habet. Maro. Tot linguæ: totidem ora ſonant: tot ſurrigit aures. Lucanus. Innumeras ſoluit falſa in ꝑconia linguas. Illa. Fama. Aduolat ultro. Occurrit inuocata. Impatiēns. Morę. Orci. Reſponſa. Suſcitat. Ad audiēdū pręparat. Incēdit. Auget eius promptitudinē. legitur et incendit: hoc eſt ſuſcitat et ſtimulat. Implet. Hortatibus magnis incendit. Mihi. Cauſa mea: meo iuſſu. Pręcurrere. Nuntiare.

Spargentemq́ metus. placidis regionibus arcet
Aetheris. illa fremens habitat ſub nubibus imis.
Non herebi non diua poli terraſq́ fatigat
Qua datur. audentem primi ſpernuntq́ fouentq́:
Mox omnes agit et motis quatit oppida linguis.
Talem diua ſibi ſceleriſq́ doliq́ miniſtram
Quærit auens uidet illa prior. iamq́ aduolat ultro
Impatiens iamq́ ora parat iam ſuſcitat aures.
Hanc ſuper incendit Venus atq́ his uocibus implet.
Vade age et æquoream uirgo delabere lemnon.
Et cunctas mihi uerte domos præcurrere qualis
Bella ſoles cum mille tubas armataq́ campis
Agmina et innumerum flatus confingis equorum.
Adſore iam luxu turpiq́ cupidine captos
Fate uiros charaſq́ thoris inducere threſſas.
Hæc tibi pricipia. hinc rabidas dolor undiq́ matres
Inſtimulet. mox ipſa adero ducamq́ paratas.
Illa abit et mediam gaudens defertur in urbem
Et primam Eurynomen ac proxima limina Codri
Occupat exeſam curis caſtumq́ cubile
Seruantem manet illa uiro famulaſq́ fatigat
Littoribus tardi reputant quæ tempore belli
Ante thorum et longo mulcent inſomnia penſo.
Huic dea cum lachrymis et nota ueſte Neæra
Icta genas. utinam non hic tibi nuncius eſſem
O ſoror aut noſtros inquit prius unda dolores
Obruat in tali quoniam tibi tempore coniux
Sic meritæ uotis quem tu fletuq́ requiris.
Heu furit et captæ indigno famulatur amore.
Iamq́ aderunt thalamiſq́ tuis threiſſa propinquat.
Non fama non arte colus non laude pudoris
Par tibi nec magni proles præclara Dorycli.
Picta manus uſtoq́ placet ſed barbara mento.

Mille tubas. hoſtes cū mille tubis uenientes. Turpi. Famularum: et ancillarum. Caras. Sibi dilectas. Threſſas. Fœminas ex thracia. Infra. Ipſi urbem: threſſęq́ regant.

Threſſa. Threſſæ circūflectit thre: et ē συναλοιφή. Sic Herodianus i.x. dicit apud gręcos ἡρῶσαι ἀντὶ τοῦ ἡρώισσαι. In etymologico ſic leges. Thraix ex quo Threices: et per ſyneresin θρᾷξ. Threſſa fœmina et thraiſſa. Athenienſes autē Thratta dicunt. Thracias pleonaſmo literę huius. s. Thraſcias uetus.

Heroſſæ.

Threiſſa.

Thratta. Threiſſa fatigat ideo a parthenice poeta dictū. Principia. Subintelligē ſunt. Ipſa. Venus. Ducā. Volentes: non impellam. Paratas. Inſtructas ad furorem. Illa. Fama. In urbē. Epheſtiā uel Myrinā ciuitates Lemni. Proxima. Vicina Eurynome. Occupat. Inuadit. Exeſam. Cōfectā. Manet uiros. Scribēdū uiro: Eurynome manebat uiro: ſubintellige caſta ac pudica. ſic hūt antiqſſimi codices.

Fatigat litoribꝰ. Mittēdo ad litora pręſtolatū ſciſcitatumq́ maritorū aduentum: ut plautinæ ſorores in ſticho. Reputant. Cum dominia repetunt et euentilant: ut dominæ rem gratam faciant: colligunt tempus dominicæ abſentiæ: reputantes quando reuerti poſſet. Mulcent inſomnia. Vigilias leniunt loquendo. Cur nos nō aliquid: quod tempora longa uideri Non ſinat: in medium uacuas referamus ad aures? inquit in hanc ſententiam Ouidius. Cleoſtrata plautina. Cū domi ſola ſum ſopor manus caluitur. Huic. Ad hāc Eurynomen uenit fama mentiens Neęram.

Nota ueſte. Cum ueſte: quam ſolita erat ferre neęra. Furit tibi ſic meritę. Inſanit amore thracis fœminę: te ita de ea bene merente. Requirit. Deſiderat. Fama. Pudicitię gloria. Sunt qui legunt forma. quoniam poſt ait. Non laude pudoris Par tibi: ne bis idem repetat.

Notę ignis et ferri in corpore. Arte colus. Lanificio: in quo priſcis pſtare matronis longe glorioſum fuit. Picta manus: uſtoq́ mento. Barbari ſibi faciem compungebant: et manus: characteribus impreſſis: ut nūc nōnulli crucibus: et amatorculi nominibus amicarum inuſti: et factioſis inſignibus tyrannorum quibus fauent. Concinit

Claudianus illo uerſu. Ferroq; notatas Aſpicit exanimes picto moriēte figuras. Picti enim et pictones populi ſunt barbari. Huic ritui fortaſſis alluſit Claudianus in Alaricum.
Crinigeri ſedere patres: pellita getarum.
Curia: quos omneis decorat numeroſa cicatrix. Vſtū mentū uocat cauterio impreſſum. Picta manus ad ſentētiam Claudiani trahi poteſt uſto mento ad cauterium: quoniā eſt ſerua: nec quidem liberta: ut quę

Attamen hos tales forſan ſolabere caſus
Tu thalamis, fatoq; leges meliore penates.
Me tua matris egens, damnataq; pellice proles
Exanimat, quem iam miſeros tranſuerſa tuentem,
Letaleſq;, dapes, infectaq; pocula cerno.
Scis ſimile ut flammis ſimus genus, adde cruentis
Quod patrium ſęuire dahis, iam lacte ferino,
Iam ueniet durata gelu. ſed me quoq; pulſam:
Fama uiro, noſtroſq; thoros uirgata tenebit
Et plauſtro direpta nurus. ſic fata querelas
Abſcidit, et curis pauidam lachrymiſq; reliquit.
Tranſit ad Iphinoen: iiſdemq; Amithaonis implet
Oleniiq; domum furiis. totam inde per urbem
Perſonat, ut cunctas agitent expellere lemno
Ipſi urbem threſſaſq; negant. dolor itaq; ſurgit.
Obuia quæq; eadem traditq; auditq; neq; ulli
Vana fides. tum uoce deos: tum queſtibus implent.
Oſcula iamq; thoris, atq; oſcula poſtibus ipſis
Ingeminant. lachrymiſq; iterum uiſuq; morantur.
Proſiliunt, nec tecta uirum. thalamoſq; reuiſunt

haberet ſigna ſeruitii in facie impreſſa: ut uſto mento poſſis interpretari ſtygmoſo: ſed quoniā inferius has pellices uocat threſſas: referri poteſt ad hiſtoriam: quā in grę cis legimus monimentis: thraces ſtygmata non parum diu mulieribus ſolitos inurere: ut orpheū ulciſcerent: quō cicones threſſæ fœminę excecarūt. ꝙꝗ ad uniuerſam thracum naturam referri poſſit: unde thraciæ notæ in prouerbium adductę: qđ thracibus nobilitatē ſignificat: ut auctor eſt Herodotus: prętuliſſe notis ac punctis frontem notatam. Huius hiſtorię Plutarchus auctor in libello de his qui diuino iudicio tardius puniūtur. M. Tullius. libro. ii. officiorū. Alexāder Pherçus barbarū et cum quidem compunctū notis threiciis: diſtricto gladio iubebat anteire. Talibus punctis inuſtos ſtygmatias uocarunt: et ſtygmata puncturas ut ita loquar. Attamen. Reſpōdet obiectioni tacitæ. Poſſet reſpondere Eurynome. Quid tū? Si maritus meus ardebit ancillam? Ego ab illo repudiata Hærebo forſan meliori cōiugi. Detur inquit Neęra: ſed filiolis tuis quid conſuletur: quibus barbara barbarice nouercabit. Damnata. Addicta: ſubdita: adiudicata. Pellice. Pro pellici. antiptoſis. Thraces ſtygmoſi. Stygmatię

Exanimat. Miſericordia me afficit. Quam. Pellicem. Iam cerno. Quin etiam nunc cernere uideor. Tranſuerſa tuentem. Limo aſpicientem et taurine: ut inquit Plato: quod eſt odientis ſignum: ut Tranſuerſa tuentibus hirquis. Lethales. Illitas ueneno. Scis. Incipit confirmare: et ſuſpicionē matris augere argumentum ſumens a natura muliebri. Nos iracundæ ſumus fœminæ unde formidādum eſt tuæ proli uenenum ab irata nouerca. Patrium. Peculiare: ingenitum. Subintellige: eſt.

Dahis. Scribendum Dahis: ex codice illo ſummæ antiquitatis. Seruę iſtæ ſunt Dahæ feritate ingenita notabiles. Stephanus in libro de urbibus. δάαι σκυθικὸν ἔθνος ἐστὶ δὲ νομάδες λέγονται καὶ δάσαι. Dahæ ſcythicum genus. Sunt autem Nomades. Dicuntur et Daſæ. Plinius libro ſexto: Celeberrimi ſcytharū dahæ. Cornelius tacitus libro. xi. inquit fluuium gynden dahas arioſq; diſterminare. Arrianus libro tertio de geſtis Alexandri. Bactriani equites adiunctis Dahis et Arachotis leuum cornu tenebant. Paulopoſt idem tradit Dahas Tanais amnis eſſe accolas. Fama. Subintellige eſt. Iā percrebuit me a marito meo pulſam. Hęc non feram: non patiar: non ſinam. Virgata. Virgis cæſa: unde iocanti Plauto uirgindemia: et uirgatores qui uirga percutiunt. Plauſtro direpta. Detracta curru. quoniā amaxouii ſchythę in plauſtro uiuūt: unde nomen illis. Nurus. Fœmina: pellex. Querelas abſcidit. Conqueri deſiit. Cunctas. Vxores. Agitent. Viri conſulant. Ipſi. Mariti lemnii. Threſſę. Threicię fœminę. Dolor. Cogitat ulciſci pp hęc uerba famæ furorē incutiētia. Trahit. Scribendū tradit. Obuia quęq; fœmina tradit et inſtillat hæc obuiæ fœminæ uenena. Audit. Illa dicit quęcūq; audiuit: quæ nō audiuit et ignorauit audit ab obuia fœmina. Neq; ulli una fides. Scribe. Vana fides. Supple uidetur. Oēs certū ac exploratū crediderūt: nec eſſe uanū quod audierūt. Tum uoce deos. Excuſant ſe deis: de ſcelere cōcepto culpam in deos regerētes. Ingemināt. Properāt oſcula limini dare tanq̄ rei cariſſimę. Morant. Lachrymis madefaciendo poſtes: et oſculis fixis aſpiciendo. Virgata. Virgatores Virgindemia.

Proſiliunt. Prorumpunt in facinus ira ſuperante non morantur amplius.

Adglomerāt. Denſantur et ſtipantur. Sub aſtris. Tanquam cœlum doloribus ſuis iuſtis alligent
ac dicant. Sidera ſunt teſtes. Precantur. Imprecantur pellicibus. Stygias. Inferna ac lugubria
matrimonia: quæ per tædas ſignificantur. Fœdera. Illarum ſcytharum quæ iunctæ ſunt lemniis.
Venus. Adeſt Venus ut promiſerat famęret in faciem Dryopes ſe cōmutat. Dea. Venus. τὸ αὐτὸ
Inſtat. Suadet: ſtimulat: hortať. Prima. Venus ſic inſit. Sarmaticas. Vtinā ego ſarmatis eſſem

Amplius. adglomerant ſeſe, nudiſq; ſub aſtris
Condenſæ. fletus acuunt: ac dira precantur
Coniugia, et ſtygias infanda ad fœdera tædas.
Has inter medias Dryopes in imagine, mœſtæ
Flet Venus, et ſæuis ardens dea planctibus inſtat,
Primaq; Sarmaticas utinam fortuna dediſſet
Inſediſſe domos, triſteſq; habitaſſe pruinas.
Plauſtra ſequi: uel iam patriæ uidiſſe per ignes
Culmen agi, ſtragemq; deum. nam cætera belli
Perpetimur. me ne ille nouis? me deſtinat amens
Seruitiis? urbem aut fugiens, natoſq; relinquam?
Non prius enſe manus, raptoq; armabimus igne?
Dumq; ſilent ducuntq; noua cum coniuge ſomnos,
Magnum aliquid ſpirabit amor? tunc ignea torquens
Lumina præcipites excuſſit ab ubere natos.
Illic arrectæ mentes, euictaq; matrum
Corda, ſacer ueneris gemitus rapit, æquora cunctæ
Proſpiciunt, ſimulantq; choros delubraq; feſta
Fronde tegunt, lætæq; uiris uenientibus adſunt.
Iamq; domos menſaſq; petunt, diſcumbitur altis
Porticibus, ſua cuiq; furens feſtinaq; coniux
Adiacet. inferni qualis ſub nocte barathri
Accubat attonitum phlegyan et theſea iuxta
Tiſiphone ſæuaſq; dapes et pocula libat,
Tormenti genus, et nigris amplectitur hydris.
Ipſa Venus quaſſans undantem turbine pinum
Adglomerat tenebras, pugnæq; adcincta trementem
Diſilit in lemnon: nimbis et luce fragoſa
Proſequitur polus, et tonitru pater auget honoro.
Inde nouam pauidas uocem furibunda per aures
Congeminat, qua primus Athos, et pontus, et ingens

nata. Saltem placerem barbara ma
rito meo: cum lemnia lemnio non
placeā. Inſediſſe domos. Habi
taſſe domos ſarmaticas. Per ignes
culmen agi. Exuri ignibus hoſtili
bus domū meam. Agi per ignes.
Ignibus ſuccendi. Stragē deū.
Templorum demolitionem. Cę
tera belli. Cęteras calamitates: quas
bellum poteſt inferre. Me ne. irę
flabellum et incitatio. Deſtinat.
Pręparat: et mente addicit. Aut fu
giēs. Aut ſi ſeruire noluero me nō
patiar excludi mariti domo? Ra
pto. Raptim arrepto. nō ne plus ul
ciſcemur iniuriā? Silent. Mariti
noſtri: nobiſq; ſilentio ſuo poſtulāt
imponere. Nouæ. Captiua. Spi
rabit. Inſpirabit: dictabit. Amor.
Zelus: uel propter amoré ultio ſum
pta. Torquens. Vertens. Illic.
Ad tale ſpectaculum. Sed legendū
eſt: Ilicet ex antiquo codice: pro ſta
Ilicet. tim. Virgilius. Ilicet ignis edax ſū
ma ad faſtigia tecti uoluitur. Eui
cta. Expugnata: ſupata gemitu dryo
pes. Liuius. ii. Euicerāt legati Tar
quiniorū ut bona redderent. Sa
Dryope. cer Veneris gemitus rapit. Omnes
correptę ſunt in irā audito Veneris
gemitu: quę ſe in Dryopen alterauę
rat. Aequora. Vt inimica: p quæ
infenſi mariti erant uenturi. Ve
nientibus. Reuertentibus. Adia
Accubitus cet. Prope diſcumbit. Accubat.
Prope ſedet in menſa: unde accubi
tus. Papinius: Phlegyan ſubter ca
ua ſaxa iacentē Aeterno premit ac
cubitu. Phlegyan. Qualis furia
ſolet apud phlegyan: perinde uxor
lemnia apud maritum. Pater Ixio
nis et coronidis phlegyas. Tor
menti genus. Eſt dū diſcumbis ad
uerſarium accubantem uidere.
Quaſſans turbine. Quatiens cū
impetu et rotans. Agglomerat.
Cogit. quoniam nox fœcunda ope
rū: pulchręq; accommoda fraudi. Pugnę. Ad pugnam. Trementē. Cōmotā uel aduētu deę agita
tam. Sūt qui tumentē ſcribant hoc eſt tumultuantē. Deſilit in lemnon. Venus ita ut cōſpici poſſet: ut
dea Venus: non ſimulans Dryopen: ſed cum tonitru et fauore cœli deſcendit ut lemnię cœlo adſpiran
te tollant animos. Luce fragoſa. Fulmine luce tumultuanti et ſtrepitus terroriſq; pleno cuncta com
Fragoſum pleuere. A frangendo fit fragor: fragoſus et confragoſus. Proſequitur polus. Subſequitur ipſam Ve
Confrago nerē cœlū. Auget. Eam reddit auguſtiorē. Tonitru honoro. Veneratione pręmonētę docēs appro
ſum. perare deā uenerādā: nō ſecus ac noſtra tēpeſtate machinis fragoſis: quas bombardas appellāt: excipitur
recens principum aduentus. Primus Athos. Altior cęteris propinquis mōtibus: uel lemno uicinior.
Athos mons inter macedoniam et thraciam editiſſimus. Pontus. Mare ponticum.

Thraca palus. Meotis palus uaſtiſſima. Caſſida. dę. dicebant ab accuſatiuo ſingulari. Lampada ſimiliter et thraca in recto. Nam ſimili declinatione in hoc loco thraca ponitur pro thracia. Mater. Materna: lemniaca. Riguerũt. Diriguerunt: exhorruerũt metu. Vbere adſtricto. Stringentes tenellis ulnis uber maternum tanq̃ dulciſſimum tutiſſimumq; pręſidium ſui timoris. Pauor. Vnus ex Martis equis. φόβος καὶ δεῖμος. i. pauor et terror ſũt Martis equi. Geticis. Thraciis ubi pp populorũ ferocitatē fingit̃ Mars eſſe natus. Hirtæ iræ. Incōpoſitæ: horridæ. Genis pallẽtibus. Irati palleſcũt cũ uehementius agunt̃. Rabies. Repete uerbũ accelerat. Exerta manus. Manus exertas habēs ſine ueſte lacerato peplo: uel exerta manu tollēs enſem. Vt prima uocatu Intonuit. Cum primũ Venus intonās eos uocauit ut adeſſent. Poſtq̃ prima uocatione pallor et diſcordia a Venere Martis amica uocatę fuerũt ad uexãdas lemnias ſtatim affuerunt. Mauortia. Martis uxor Venus. Cadentum. Moriẽtium maritorum ut uiui ſceleris imagine ad cędē promiſcuam lemniades erumperent.

Thraca. Caſſida.

Thraca palus pariterq; thoris exhorruit omnis
Mater, et aſtricto riguerunt ubere nati.
Accelerat pauor, et Geticis diſcordia demens
E ſtabulis actæq; genis pallentibus iræ,
Et dolus, et rabies, et leti maior imago
Viſa truces exerta manus, ut prima uocatu
Intonuit, ſignumq; dedit Mauortia coniux.
Hic aliud Venus, et multo magis ipſa tremendum
Orſa nefas gemitus fingit uoceſq; cadentum,
Irrupitq; domos, et ſingultantia geſtans
Ora manu, taboq; ſinus perfuſa recenti,
Arrectaſq; comas. meritos en prima reuertor
Vlta thoros. premit ecce dies. tum uerbere uictas
In thalamos agit, et cunctantibus inuenit enſes.
Vnde ego tot ſcelerum facies, tot fata iacentum
Exequar? heu uatem monſtris quibus intulit ordo?
Quæ ſe aperit ſeries? o qui me uera canentem
Siſtat? et hac noſtras exoluat imagine noctes?
Inuadunt aditus, et quondam chara ſuorum

Singultãtia. Caput hõis nuper trucidati: qui adhuc ſpiritũ rebulliebat: et anhelabat animam. Tractus quidã et palpitationes carnis dicuntur a ſimilitudine ſingultus et tales ſingultire dicunt̃. Perſius. Cũ moroſa uago ſingultiet inguine uena Patritię immeiat uuluę. Singultiens gallina uocatur à Columella: quæ a Pompeio glociens: quę uoce pleniori pullos concit. Tabo recẽti. Cruore nuper effuſo. Arrectas comas. Vel habens: uel perfuſa ut crines haberet cruentatos ad maiorē ſceleris patrati imaginem. En. Ecce. Caput: oſtẽdit inciſum. Meritos. Vltionē. Ego cędi principium dedi. Premit. Inclinat: agẽdũ eſt: nox appetit. Verbere. Arcano ictu et flagello. Victas. Impulſas: coactas ad cædē uenire. Cũctãtibus. Immanitate ſceleris tardãtibus. Vnde ego. Diaporeſis hoc eſt addubitatio: ut illud in Papinio. Quid primum: mediũ ue canã: quo fine quieſcam? Hoc ſcelus habitũ ē immaniſſimũ: unde puerbialiter Ouidius armaturus fœminas in eũ ſæuituras lib. de arte amãdi tertio cecinit. Lemniadũ gladios in mea damna dabo. gręci λήμνιον κακὸν aiũt de malo ingẽti ac miſericordiã mouente. Varii uaria ſentiũt: etiã hiſtorici. Herodotus in erato ſic inquit. Pelaſgi ex attica per uim expulſi lemnon incolebant. huius iniuriæ cũ pœnas de atticis ſumere cuperẽt: probeq; cognitos haberent dies feſtos et cerimonias illorũ: collocatis inſidiis: uxores athenienſiũ abduxerunt: cum Mineruę ſacra facerẽt in baurone: Hiſq; in Lemnũ nauigio aſportatis cõcubinarũ uice ſunt abuſi. Cæterum mulieres cũ plurimos liberos parerẽt omnes moribus atticis inſtituerũt: et attice loqui docuerunt. Ita factũ eſt ut nec miſcere cõiugia cũ puellis pelaſgicis uellẽt: et ſi quãdo pelaſgus quẽpiam pulſare conaret̃: omnes cõglobati attici huic ſuppetias ferrẽt. Adeo inualeſcebat pubes attica: ut pleriſq; in rebus primas tenere uideretur. Quare uiſum eſt pelaſgis ut filios ex atticis mulieribus ſuſceptos trucidarent: idq; perfecerunt occiſis una et matribus. Alii aiunt uxores graueolẽtia: et hircoſo fetore maritorũ offenſas illos funditus ſuſtuliſſe. Quod et Euripides in Hecuba nõ tacet: unde lemniũ malũ immane et perditum. Addit interpres Rhodii libro primo q̃d non ſolũ interfecerũt lemniæ fœminæ maritos: ſed captiuis filiiſq; maribus nõ pepercerũt. Ordo. Hiſtoriæ ſcribendę. Quoniam me tulit hiſtoriæ ſcribendę neceſſitas: ut pręterire nõ poſſim immania lemniadũ ſcelera: quæ ſilentio forent inuoluẽda. Monſtris quibus. Ad quæ monſtrifica ſcelera deſcribẽda. Intulit. Induxit. Nolentē perduxit. Aperit. q̃ dira occurrit hiſtoriã. quanta cædes ſe oſtẽdit. O qui. O ſi qui me hinc fauore deorũ ſubtrahat ad dulciorē cantũ. Maroniana imitatio. Dixit ille. O qui me gelidis i uallibus hęmi Siſtat: et ingẽti ramorũ pretegat umbra. Exoluat. Contemplatione tragica liberet. Imagine. Serie: cogitatione. Noctes. ſtudia et lucubrationes. Nam auctore Ariſtotele in œconomicis nox ſtudio literarum: domui: et ſanitati fauet.

Singultare re. Singultire. Singultiēs gallina. Glociens.

Lemnium malum.

Adglomerãt. Denſantur et ſtipantur. Sub aſtris. Tanquam cœlum doloribus ſuis iuſtis alligent ac dicant. Sidera ſunt teſtes. Precantur. Imprecantur pellicibus. Stygias. Inferna ac lugubria matrimonia: quæ per tædas ſignificantur. Foedera. Illarum ſcytharum quæ iunctæ ſunt lemniis. Venus. Adeſt Venus ut promiſerat famę: et in faciem Dryopes ſe cõmutat. Dea, Venus. τό αυτό Inſtat. Suadet: ſtimulat: hortat̃. Prima. Venus ſic infit. Sarmaticas. Vtinã ego ſarmatis eſſem nata. Saltem placerem barbara marito meo: cum lemnia lemnio non placeã. Inſediſſe domos. Habitaſſe domos ſarmaticas. Per ignes culmen agi. Exuri ignibus hoſtilibus domũ meam. Agi per ignes. Ignibus ſuccendi. Stragẽ deũ. Templorum demolitionem. Cętera belli. Ceteras calamitates: quas bellum poteſt inferre. Me ne. irę flabellum et incitatio. Deſtinat. Pręparat: et mente addicit. Aut fugiẽs. Aut ſi ſeruire noluero me nõ patiar excludi mariti domo? Rapto. Raptim arrepto. nõ ne plus ulciſcemur iniuriã? Silent. Mariti noſtri: nobiſq; ſilentio ſuo poſtulãt imponere. Noua. Captiua. Spirabit. Inſpirabit: dictabit. Amor. Zelus: uel propter amorẽ ultio ſumpta. Torquens. Vertens. Illic. Ad tale ſpectaculum. Sed legendũ eſt: Ilicet ex antiquo codice: pro ſtatim. Virgilius. Ilicet ignis edax ſũ-

Ilicet. ma ad faſtigia tecti uoluitur. Euicta, Expugnata: ſupata gemitu dryopes. Liuius. ii. Euicerũt legati Tarquiniorũ ut bona redderent. Sacer Veneris gemitus rapit. Omnes

Dryope. correptę ſunt in irã audito Veneris gemitu: quę ſe in Dryopen alterauerat. Aequora. Vt inimica: p quæ infenſi mariti erant uenturi. Venientibus. Reuertentibus. Adiacet. Prope diſcumbit. Accubat.

Accubitus Prope ſedet in menſa: unde accubitus. Papinius: Phlegyan ſubter caua ſaxa iacentẽ Aeterno premit accubitu. Phlegyan. Qualis furia ſolet apud phlegyan: perinde uxor lemnia apud maritum. Pater Ixionis et coronidis phlegyas. Tormenti genus. Eſt dũ diſcumbis aduerſarium accubantem uidere. Quaſſans turbine. Quatiens cũ impetu et rotata. Agglomerat. Cogit. quoniam nox fœcunda operũ: pulchręq; accommoda fraudi.

Amplius. adglomerant ſeſe, nudiſq; ſub aſtris
Condenſæ fletus acuunt: ac dira precantur
Coniugia, et ſtygias infanda ad fœdera tædas.
Has inter medias Dryopes in imagine, mœſtæ
Flet Venus, et ſæuis ardens dea planctibus inſtat,
Primaq;, Sarmaticas utinam fortuna dediſſet
Inſediſſe domos, triſteſq; habitaſſe pruinas.
Plauſtra ſequi: uel iam patriæ uidiſſe per ignes
Culmen agi, ſtragemq; deum. nam cætera belli
Perpetimur. me ne ille nouis? me deſtinat amens
Seruitiis? urbem aut fugiens, natoſq; relinquam?
Non prius enſe manus, raptoq; armabimus igne?
Dumq; ſilent ducuntq; noua cum coniuge ſomnos,
Magnum aliquid ſpirabit amor? tunc ignea torquens
Lumina præcipites excuſſit ab ubere natos.
Illic arrectæ mentes, euictaq; matrum
Corda, ſacer ueneris gemitus rapit, æquora cunctæ
Proſpiciunt, ſimulantq; choros delubraq; feſta
Fronde tegunt, lætæq; uiris uenientibus adſunt.
Iamq; domos menſaſq; petunt, diſcumbitur altis
Porticibus, ſua cuiq; furens feſtinaq; coniux
Adiacet. inferni qualis ſub nocte barathri
Accubat attonitum phlegyan et theſea iuxta
Tiſiphone ſæuaſq; dapes et pocula libat,
Tormenti genus, et nigris amplectitur hydris.
Ipſa Venus quaſſans undantem turbine pinum
Adglomerat tenebras, pugnæq; adcincta trementem
Diſilit in lemnon. nimbis et luce fragoſa
Proſequitur polus, et tonitru pater auget honoro.
Inde nouam pauidas uocem furibunda per aures
Congeminat, quã primus Athos, et pontus, et ingens

Pugnę. Ad pugnam. Trementẽ. Cõmotã uel aduẽtu deę agitatam. Sũt qui tumentẽ ſcribant hoc eſt tumultuantẽ. Deſilit in lemnon. Venus ita ut cõſpici poſſet: ut dea Venus: non ſimulans Dryopen: ſed cum tonitru et fauore cœli deſcendit ut lemnię cœlo adſpirante tollant animos. Luce fragoſa. Fulmiue luce tumultuanti et ſtrepitus terroriſq; pleno cuncta com-

Fragoſum pleute. A frangendo fit fragor: fragoſus: et confragoſus. Proſequitur polus. Subſequitur ipſam Ve-

Confragoſum. nerẽ cœlũ. Auget. Eam reddit auguſtiorẽ. Tonitru honoro. Veneratione pręmonẽte docẽs approperare dea uenerãdã: nõ ſecus ac noſtra tẽpeſtate machinis fragoſis: quas bombardas appellãt: excipitur recens principum aduentus. Primus Athos. Altior cęteris propinquis mõtibus: uel lemno uicinior. Athos mons inter macedoniam et thraciam editiſſimus. Pontus. Mare ponticum.

Thraca palus. Meotis palus uaſtiſſima. Caſſida. dę. dicebant ab accuſatiuo ſingulari. Lampada ſimiliter et thraca in recto. Nam ſimili declinatione in hoc loco thraca ponitur pro thracia. Mater. Materna: lemniaca. Riguerũt. Diriguerunt: exhorruerũt metu. Vbere adſtricto. Stringentes tenellis ulnis uber maternum tanq̃ dulciſſimum tutiſſimumq̃ pręſidium ſui timoris. Pauor. Vnus ex Martis equis. φόβος καὶ δεῖμος. i. pauor et terror ſũt Martis equi. Geticis. Thraciis ubi pp populorũ ferocitaté fingiẽ Mars eſſe natus. Hirtæ iræ. Incõpoſitæ: horridæ. Genis pallẽtibus. Irati palleſcũt cũ uehemẽtius irguntẽ. Rabies. Repete uerbũ accelerat. Exerta manus. Manus exertas habẽs ſine ueſte lacerato peplo: uel exerta manu tollẽs enſem. Vt prima uocatu Intonuit. Cum primũ Venus intonãs cosuocauit ut adeſſent. Poſtq̃ prima uocatione pallor et diſcordia a Venere Martis amicí uocatę fuerũt ad uexãdas lemnias ſtatim affuerunt. Mauortia. Martis uxor Venus. Cadentum. Moriẽtium maritorum ut uiui ſceleris imagine ad cędẽ promiſcuam lemniades erumperent. Singultãtia. Caput hõis nuper trucidati: qui adhuc ſpiritũ rebulliebat: et anhelabat animam. Tractus quidã et palpitationẽs carnis dicuntur a ſimilitudine ſingultus et tales ſingultire dicunẽ. Perſius. Cũ moroſa uago ſingultiet inguine uena Patritię immeiat uuluę. Singultiens gallina uocatur a Columella: quæ a Pompeio glociens: quę uoce pleniori pullos concit. Tabo recẽti. Cruore nuper effuſo. Arrectas comas. Vel habens: uel perfuſa ut crines haberet cruentatos ad maiorẽ ſceleris patrati imaginem.

Thraca palus pariterq́ thoris exhorruit omnis

Mater, et aſtricto riguerunt ubere nati.

Accelerat pauor, et Geticis diſcordia demens

E ſtabulis, atq́ue genis pallentibus iræ,

Et dolus, et rabies, et leti maior imago

Viſa truces exerta manus, ut prima uocatu

Intonuit, ſignumq́ dedit Mauortia coniux.

Hic aliud Venus, et multo magis ipſa tremendum

Orſa nefas gemitus fingit uoceſq́ cadentum,

Irrupitq́ domos, et ſingultantia geſtans

Ora manu, taboq́ ſinus perfuſa recenti,

Arrectaſq́ comas. meritos en prima reuertor

Vlta thoros. premit ecce dies. tum uerbere uictas

In thalamos agit, et cunctantibus inuenit enſes.

Vnde ego tot ſcelerum facies, tot fata iacentum

Exequar? heu uatem monſtris quibus intulit ordo?

Quæ ſe aperit ſeries? o qui me uera canentem

Siſtat? et hac noſtras exoluat imagine noctes?

Inuadant aditus, et quondam chara ſuorum

En. Ecce. Caput: oſtẽdit inciſum. Meritos. Vltionẽ. Ego cędi principium dedi. Premit. Inclinat: agẽdũ eſt: nox appetit. Verbere. Arcano ictu et flagello. Victas. Impulſas: coactas ad cædẽ uenire. Cũctãtibus. Immanitate ſceleris tardãtibus. Vnde ego. Diaporeſis hoc eſt addubitatio: ut illud in Papinio. Quid primum: mediũ ue canã: quo fine quieſcam? Hoc ſcelus habitũ ẽ imaniſſimũ: unde puerbialiter Ouidius armaturus fœminas in eũ ſæuituras lib. de arte amãdi tertio cecinit. Lemniadũ gladios i mea d̃ mitti d̃bo. gręci λήμνιον κακὸν aiũt de malo ingẽti ac miſericordiã mouente. Varii uaria ſentiũt: etiã hiſtorici. Herodotus in erato ſic inquit. Pelaſgi ex attica per uim expulſi lemnon incolebant. huius iniuriæ cũ pœnas de atticis ſumere cuperẽt: probeq́ cognitos haberent dies feſtos et cerimonias illorũ: collocatis inſidiis: uxores athenienſiũ abduxerunt: cum Mineruę ſacra facerent in baurone: Hiſq́ in Lemnũ nauigio aſportatis cõcubinarũ uice ſunt abuſi. Cæterum mulieres cũ plurimos liberos parerẽt omnes moribus atticis inſtituerũt: et attice loqui docuerunt. Ita factũ eſt ut nec miſcere cõiugia cũ puellis pelaſgicis uellẽt: et ſi quãdo pelaſgus quẽpiam pulſare conareẽ: omnes cõglobati attici huic ſuppetias ferrẽt. Adeo inualeſcebat pubes attica: ut pleriſq́ in rebus primas tenere uideretur. Quare uiſum eſt pelaſgis ut filios ex atticis mulieribus ſuſceptos trucidarent: idq́ perfecerunt occiſis una et matribus. Alii aiunt uxores graueolẽtia: et hircoſo fetore maritorũ offenſas illos funditus ſuſtuliſſe. Quod et Euripides in Hecuba nõ tacet: unde lemniũ malũ immane et perditum. Addit interpres Rhodii libro primo q̃d non ſolũ interfecerũt lemniæ fœminæ maritos: ſed captiuis filiiſq́ maribus nõ pepercerũt. Ordo. Hiſtoriæ ſcribendę. Quoniam me tulit hiſtoriæ ſcribendę neceſſitas: ut pręterire nõ poſſim immania lemniadũ ſcelera: quæ ſilentio forent inuoluẽda. Monſtris quibus. Ad quæ monſtrifica ſcelera deſcribẽda. Intulit. Induxit. Nolentẽ perduxit. Aperit. q̃ dira occurrit hiſtoria. quanta cædes ſe oſtẽdit. O qui. O ſi qui me hinc fauore deorũ ſubtrahat ad dulciorẽ cantũ. Maroniana imitatio. Dixit ille. O qui me gelidis i uallibus hęmi Siſtat: et ingẽti ramorũ pregat umbra. Eſoluaẽ. Contemplatione tragica liberet. Imagine. Serie: cogitatione. Noctes. ſtudia et lucubrationes. Nam auctore Ariſtotele in œconomicis nox ſtudio literarum: domui: et ſanitati fauet.

Thraca. Caſſida. Singultare. Singultire. Singultiẽs gallina. Glociens. Lemnium malum.

Vt erant. Nudi et in lecto ſeparati. Soporos. Soporatos: dormientes. Conferre manus. Cōſerere. Metus. Timor: membra prępediens. Ingentes. Horribiliores. Inimica diua. Venus aduerſa lemniis. Vox. Vlulatus furētium lemniadū. Coniuge nota. Non credebant lemnii uiri cōiugē ſolitā uidere. Tantum oculos. Vt ſtatim dormire cęperunt. Ferrū. Enſem. Coruſcet. Quatiat coruſcū et fulgentē enſem. Coruſcare eſt moueri. Longa coruſcat ſarraco ueniente abies: ait Satyrus.

Corpora, pars (ut erant) dapibus uinoq; ſoporos,
Pars confere manus, etiam magniſq; paratæ
Cum facibus, quoſdam inſomnes et cuncta tuentes
Sed tentare fugam: prohibetq; capeſſere contra
Arma metus. adeo ingentes inimica uideri
Diua dabat. notaq; ſonat uox coniuge maior.
Tantum oculos preſſere uiri; uelut agmina cernant
Eumenidum, ferrum ue ſuper Bellona coruſcet.
Hoc ſoror hoc coniux. propiorq; hoc nata: parenſq;
Sæua ualet. preſſoſq; thoris mactatq; trahitq;
Fœmineum genus: immanes quos ſternere beſſi:
Nec Geticæ potuere manus, aut æquoris iræ.
His cruor in thalamis, et anhela in pectore fumant
Vulnera, ſeq; thoris miſero luctamine trunci
Deuoluunt. diras aliæ ad faſtigia tædas
Iniiciunt, adduntq; domos. pars ignibus atris
Effugiunt propere: ſed dura in limine coniux
Obſidet, et uiſo repetunt incendia ferro.
Aſt aliæ threſſas labem cauſamq; furorum
Diripiunt. mixti gemitus clamorq; precantum
Barbarus, ignotæq; implebant æthera uoces
Sed tibi nunc quæ digna tuis ingentibus auſis
Ora feram: decus et patriæ laus una ruentis
Hypſipyle non ulla meo te carmine dictam
Abſtulerint: durent latiis modo ſæcula faſtis:
Iliaciq; lares: tantiq; palatia regni.
Irruerant actæ pariter nat æq; nuruſq;:
Totaq; iam ſparſis exarſerat inſula monſtris.
Illa pias armata manus. fuge protinus urbem
Meq; paret. non hoſtis ait, non mœnia læſi
Thraces habēt. noſtrū hoc facinus. ne q̄re qs auctor,
Iam fuge. iam dubiæ donum rape mentis et enſem
Tu potius miſerande tene. tunc excipit artus:
Obnubitq; caput, tacitumq; ad conſcia Bacchi

Hoc. Facinus. Soror. Aggreditur et molitur in fratrē. Propior. Iūctiori uinculo ſanguinis nexa patri: tamen patrem interimit. Parens. Mater: quod ē perditius: filios iugulabat. Preſſos. Suffocatos: ſtrangulatoſq;. Fœmineum genus. Quo maior ſubit admiratio: imbelles animos hoc facinus aggredi potuiſſe. Beſſi. Beſſi. Thraciæ populi accolæ montis hęmi ſęui et indomiti: uincere tamen eos nō ualuere: quos fœminę uicerūt. His cruor. Subintellige eſt. Vel It ideſt diſcurrit ſanguis per thalamos.

Luctamen Anhelo. Palpitāti. Luctamine. Dum luctantur uxorium fatum declinare. Trūci. Mutilati: ſemiceſi. Deuoluūt. Huc et illuc uoluunt. Aliæ. Pauidiores: quæ cędes: quod uirile eſt: non audebant.

Addunt domos. Ad cladē. exurūt inſup penates. Ignibus atris. Propter fumū decoloribus. Dura. Neſcia flecti una calamitate: nec una pœnę ultione remolliri. Obſidet. Circūſidet: obſiſtit. Viſo ferro. Armata: furialiq; fœmina.

Threſſas. Captiuas. Diripiūt. Trucidant. Sed tibi nūc. Poetæ acclamatio in laudē hypſipyles filiæ Thoantis: quæ ſola patri pepercit.

Ora. Laudes eloquentia plenas.

Os pro eloquentia. Os pro eloquētia poſuit Marcus Tul. in libris de oratore. Sic Horatius. Oſq; ⁊ grāde loquuturū des nominis huius honorem. Nō ulla. nulla ſęcula. Abſtulerint. Fama fraudabūt. Faſtis. In quibus memorię rerum: dieſq; celebres condebant. Pręſertim hoc opus pietatis. Vel ſimpliciter. Tu celebrata carmine meo uiues dū imperiū romanū: latinaq; lingua florebit. Dum faſti romani legentur: et ſupererūt: Tu a latino Flacco ęternitate latina lingua donata celebraberis. Iliaci lares. Penates dei: quos Aeneas ilio exuſto detulit romā. Regni. impii romani. Noſtrū hoc facinus. Nos cōmiſimus hoc ſcelus. Quis auctor ſceleris fuerit. Dubię mētis. Dubitantis an tibi parcat: an feriat. Donū. Quod tibi pario: cui ſoli parcitur: loco magni muneris accipe. Tu potius miſer ecce. Quidā codices habent. Quin potius miſerāde tene. Accipe gladiū pignus: monimētū: et fidē quod tibi pepci. Artus. Membra patris tremuli.

Phenaciſmos. Obnubit. Mitra bacchica ut infra uidebimus uelat: ut imponeret aſpicientibus ne cognoſceretur. φεναχισμὸς a gręcis impoſtura: et φεναχίζειν imponere qđ φεναξ eſt galericulus. i. adulterina co

ma.i. πιλίδιον: ita uocante Demoſthene: unde fortaſſis latini pileum et pileolum deflexere. Phenace galericulu[s] Pilidion.
Conſcia templa. Arcana. Limine primo. Statim longe a foribus Bacchum adorat et ei ſupplicat. Templum. Bacchi in lemno celebre fuit. Quia Bacchus eſt pater Thoantis regis lemni. Trieteri/ca. Scribũt nõnulli cum Bacchus rediret ex indica uictoria: inſtituiſſe ut quarto quoq; anno in monimẽtum ſuę glorię ludi fierent. Tempus appellaẽ trieteris: et ipſa ſacra trieterica. Statius quarto Thębaidos. Trieterica. Trieteris.

Templa rapit. primoq; manus a limine tendens.
Exime nos ſceleri pater, et miſerere piorum
Rurſus ait. tacita pauidum tunc ſede locauit
Sub pedibus dextraq; dei. latet ille receptus
Veſte ſacra: uoces chorus et trieterica reddunt
Aera ſonum fixæq; fremunt in limine tigres.
Regina ut roſeis auroram ſurgere bigis
Vidit. et inſomni laſſatas turbine tandem
Conticuiſſe domos: ſtabilem quando optima facta
Dant animum: maiorq; piis audacia cœptis.
Serta patri: iuueniſq; comam, ueſteſq; Lyei
Induit. et medium curru locat, æraq; circum
Tympanaq; et plenas tacita formidine ciſtas,
Ipſa ſinus hederiſq; ligat famularibus artus:
Pampineamq; quatit uentoſis ictibus haſtam:
Reſpiciens teneat uirides uelatus habenas
Vtq; pater: niuea tumeant ut cornua mitra:
Et ſacer ut Bacchum referat Scyphus. impulit acri
Tum ualidas ſtridore fores, rapiturq; per urbem
Talia uoce canens, linque o mihi cæde madentem
Bacche domum, ſine fedatum te funere pontus
Expiet: et referam lotos in templa dracones,
Sic medios egreſſa metus. facit ipſe uerendam
Nam deus: et flatu non inſcia gliſcit anhelo.
Iamq; ſenem tacitis ſerua procul urbe remotum

Ludus et atra ſacrum repetat trieteris ophelten. Ouidius nono metamorphoſeos latine dixit. Iſmariæ celebrant repetita triennia bacchę. Triennia. Trieteris tamẽ ut apparet ex ui uerbi eſt trium annorũ ſpatiũ. quoniã a τρεῖς et ἔτος.i. annus deriuatur ut trieterica idem ſonet quod triennalia: uel Ouidio docente: qui triennia dixit. Aera ſonũ. In bacchanalibus ſtrepebant ęra: tympana: et bacchantes ferebant thyrſos luſtrantes noctu uel urbes uel ſiluas cũ facibus ardentibus et ingenti clamore. Fixæ. Affixæ. Tigres. quę baccho dicatæ ſunt. Regina. Hypſipyle regis Thoantis filia. Sic Maro. Magnum reginæ ſed enim miſeratus amorẽ. Regina. Turbine inſomni. Tumultu et turbatione nocturna. Conticuiſſe. Quieuiſſe. Quãdo. Pro quoniã. Optima facta. Semper animoſior eſt qui optime facit. Major. Magis audet qui aliquid ſanctum ac pium molitur.
Serta. Induit patrem habitu Bacchi quo incolumis euadat.
Aera. Repete uerbũ locat. zeugma a ſuperiori. Ciſtas. Pro uãnis ſunt qui intelligãt propter illud uirgilianum. Et myſtica uannus Iacchi.i. cribrũ areale: inquit Seruius. Varro ualũ dicit. lege Seruiũ. Alii qui ſcrinia intelligũt ubi erãt arcana religionis bacchicę: uel docente Tibullo: Et leuis occultis cõſcia ciſta ſacris. De oſyri loquiẽ: qui ẽ ſol. Sol et Bacchus idem: ut Aurelius Macrobius approbat. Cribrum areale. Valum. Ciſta. Sol Bacchus Idẽ. Famularibus. Quę ſeruiebãt eis obeuntibus ſacra Bacchi. Quatit. Hypſipyle ante patrem haſtam: ut numini propitiatura: tanq̃ pro uero Baccho recognoſcat. Vel: qui ſenſus eſt uerus: ipſa regina ante patrem haſtam pampineam torquet ut pater ſub illa deliteſcat: et ſe mouere poſſit impune. Habenas. Inſiſtens currui regere poſſit ne uiuus uideat. Tumeant. Creſcãt. quoniã referebat bacchũ cornigerũ. Ouid. Accedãt capiti cornua: Bacchus eris. Scyphus. Vas uinariũ Herculi peculiare. Maro. Herculeaſq; manus armat ſcyphus. Bacchũ decet liberũ patrẽ uini inuẽtorẽ ferre ſcyphũ et cõſequẽter Thoãtẽ: qui illũ exprimebat. Impulit. Hypſipyle: quę ſe fanaticã fingit et bacchãtẽ. Bacche domũ. Et patrẽ ꝓpellebat ut bacchũ. Facile nãq; fuit ꝑturbatis mẽtibus imponere. Sine. Permitte te expiari bacche. Fœdatũ. Promiſcua uirorũ cæde cõtaminatũ. Põtus. Mare. fingit patrẽ i mare ꝓtrudere ut lauet ſanguinẽ quo fuerat aſpſus. Referã. Subintellige uerbũ ſine: et ſine ut referã i tẽpla dracones lotos. Dracones lotos. Pãpinos et thyrſos. Palmites emeriti et pluribus annis idurati a flexuoſo: tortuoſoq; ambitu dracones appellaẽ. Inde dracũculus. Dracones Baccho attributi.i. Apollini. Idẽ.n. numen ſunt: q̃d Draco aial ſolare. uel acute uidet ut ſol. Ouid. Videt hic deus oia primus. uel ad memoriã Pythonis interfectę: uel ꝑ ſimulacrũ Apollinis apud ęgyptios in Hieroglyphicis. Sic medios egreſſa metus. Mediã urbẽ et ciuitatis oculos: quæ cogebat illã timere. Deus. Fauẽs Thoãti ut pater. Nõ inſcia. Cõſcia artis. Anhelo flatu. Reciprocatione et anhelitu: quo intumuerat dum per urbem bacchaẽ et diſcurrit. Gliſcit. Vel tacite gaudet ac exultat.

Occulerat ſyluis. ipſam ſed conſcius auſi
Nocte dieq; pauor, fraudataq; turbat Erinnys.
Non ſimiles iam ferre choros (ſemel orgia fallunt)
Audet, non patrios furtis accedere ſaltus:
At fuga diuerſas miſero quærenda per artes.
Viſa ratis ſæuæ defecta laboribus undæ,
Quam Tethy longinqua dies glaucoq; repoſtam
Solibus et canis urebat Luna pruinis.
Huc genitorem alte per opaca ſilentia noctis
Præcipitem ſyluis rapit, et ſic mœſta profatur.
Quam genitor patriam? q̄tas modo linquis inani
Pube domos? proh dira lues, proh noctis acerbæ
Exitium. talin poſſum te reddere puppi
Chare parentis? poſſum tantis retinere periclis?
Soluimus heu ſerum furtis ſcelus. annue uotis
Diua, ſoporiferas quæ nunc trahis æquore bigas.
Non populos, non dite ſolum, non ulla parenti
Regna peto, patria liceat decedere terra.
Quando ego ſeruato mediam genitore per urbem
Læta ferar? quando hic lachrymas planctuſq; uidebo?
Dixerat. ille procul trunca fugit anxius alno,
Taurorumq; locos: delubraq; ſæua Dianæ
Aduenit. hic illum triſti dea præficis aræ
Enſe dato. mora nec terris tibi longa cruentis.
Iam nemus Aegeriæ: iam te ciet altus ab alba
Iuppiter, et ſoli non mitis aricia regi.

Conſcius auſi pauor. Pro ipſa conſcientia rei auſę pauens. Fraudata Erinnys. Furia: quã fraudauit anima Thoãtęa hypſipyle: ti e propterea qđ Thoantẽ ſeruauit patrem filia: ulciſcatur detegens furta et Thoantem. Choros. Choragium et habitũ quo ſemel abſcondit patrẽ. Semel orgia fallunt. Myſteria ſemel texerũt. ſecũdũ artificium in eodem genere ornamenti locum non habet. Patrios ſaltus. Vbi pater erat occultus. Furtis. Furtiuis acceſſibus et occultis: nemini cognitis. Et fuga. Scribendum. At fuga. Opus eſt aliam cõparare uiã. Per artes diuerſas. Remotas a primis. Miſero. Thoãti. Defecta. Effœta: emerita. Laboribus. Maritimis periculis. Repoſtam Tethy et glaucõ. Repoſitã dedicatãq; Tethydi et Glauco: ſepoſitã in portu ad quietẽ. Solibus et pruinis. Expoſita ſub Ioue: ut lignum cõſecratũ. Huc. Ad hanc nauem. Per opaca ſilentia. Per umbroſa et tenebricoſa loca. Rapit. Raptim abducit. Quantas modo linquis inani. Quidã legũt. Quãta modo liquis inaneis. Quas domos linquis pater: modo .i. nunc inaneis quanta pube: ę generoſa iuuẽtute. Talin? Tali ne? ita quaſſæ: ita cõfragoſæ. Soluimus. Pẽdimus ſcelus furtis debitũ. Annue uotis. Me talia deſiderantẽ aſpice luna. Soporiferas. Luna ſoporem conciliat reſoluendo humidũ. fœmineum ſidus appellatur luna.

Hic. In lemno. Planctus. Ob pœnitentiam. Taurorũ. Populi Scythiæ apud quos taurica Diana cognomento colitur. In taurica ut inquit Stephanus: eſt mœotis palus. Sunt et duę inſulę altera uocat phanagora: altera hermonaſſa. Aiunt oſyrim illic boues aratro iunxiſſe: unde nomen inſulæ datũ. Hic. In taurica regione. Enſe. Gladio ad immolandum apto. Delubra ſæua. apud quę homines immolantur. Egeriæ. Romæ nemus fuit Dianæ ſacrum: et templũ: cui nomen erat Artemiſium hoc ẽ Dianium: de quo Liuius meminit libro primo ab urbe cõdita. Teſtis eſt idem auctor ſacrificulũ Dianę bouem illã maximã ſacrificaſſe Dianę: ut opinor: in auentino. Iuppiter ab alba. Iuppiter qui colitur albę inuitat Thoantẽ: Dianãq; tauricam ut accedat habitatũ Romã ubi magnificentiſſime culta eſt. Soli non mitis aricia regi. Sacerdotes Aricini cogebant inuicem dimicare: cum priori nouus qui ſacerdotium repeteret: uictor ſacerdotio potiebatur: et ita inuicem ſuccedebant. quare ab Ouidio dictum.

Phanagora.
Hermonaſſa.
Egeria.
Artemiſiũ

Regna tenent fortes manibus: pedibuſq; fugaces:
Et perit exemplo poſtmodo quiſq; ſuo.

Aricini ſacerdotes: reges uocabantur et Nemorenſes. Trãquillus in Caligula. Nemorẽſi regi qđ multos iam annos potiretur ſacerdotio ualidiorem aduerſarium ſubornauit. Scribit Strabo regem ſacerdotem ad ſe tutandum ſtrenue ſemper fuiſſe paratum. Ouidius primo de arte amandi.

Reges aricini.

Ecce ſuburbanę templum nemorale Dianę:
Partaq; per gladios regna nocente manu. Lucanus.
Qua ſublime nemus: ſcythicę qua regna Dianæ.

Dicitur Aricia non eſſe mitis ſoli regi: quę cum omnibus mitis eſſet: populus Aricinus ſoli regi ferebat ſemper incommodum: ſępe uero exitium. cum de preſenti ſtatu eſſet incertus.

Arcem. Hipſipylen lemniæ fœminæ in arcem paternam deduxerunt: et ſceptro paterno condonarũt. Manus. Turba. Horrida. Auſtera: impia: crudelis adhuc. Cógruerat. Conuenerat. Tractum a uolatu gruum. Rauco fremitu. Murmure diſſono: ac diſcordi. In alia ſignificãtia rauca uermis naſcens in radice ligni: de quo Plinius meminit libro decimoſeptimo nat. hiſt. Super hoc ita leges apud Iuriſperitos libro. xix. dig. Si raucis aut herbis ſegetes corruptæ ſint. Vt meritã. Hipſipylen. Piæ menti. Pietati reddita ſunt ſua premia: quam tamen ipſæ piam non no rant ſed deſuper aurigans deus ſua premia pietati contribuit.

Rauca uermis.

Arcem nata petit, quo iam manus horrida matrum
Congruerat, rauco fremitu ſedere parentum
Natorumque locis uacuæque in mœnibus urbis
Iura nouant, donant ſolio, ſceptriſque paternis
Vt meritam redduntque piæ ſua premia menti.
Ecce procul ualidis Lemnon tendentia remis
Arma notant, rapitur ſubito regina tumultu,
Conciliumque uocat, non illis obuia tela
Ferre, nec infeſtos deerat furor improbus ignes,
Ni Veneris ſæuas fregiſſet mulciber iras.
Tunc etiam uates Phœbo dilecta Polyxo
Non patriam non certa genus ſed maxima Tethym
Protea que ambiguum Pharis referebat ab antris,
Huc rex ille uias iunctis ſuper æquora phocis:
Sæpe imis ſe condit aquis cunctataque paulum
Surgit ut auditas referens in gurgite uoces,
Portum demus ait, nobis hæc credite puppis
Aduenit et leuior lemno deus æquore flexit
Huc Minyas. Venus ipſa uolens dat tempora iungi:
Dum uires utero: maternaque ſufficit ætas,

Ecce. res improuiſa et noua, fœminæ lemniæ nauem argonautarum aſpiciũt. Notant. Vidẽt. Illis. Lemniacis fœminis. Illis impetus uenerat argonautas aggredi. Deerat. Legere, deerat. Non defuit illis impetus aggredi uenientes. Improbus immodicus. Ni Veneris. Lemniæ iua ſiſſent argonautas: ſed Vulcanus Venerem inſtigãtem cohibuit. Scribit Apollonius qđ Venus infudit mẽtibus lemniarum dulcedinẽ cauſa Vulcani. Sic infit Apollonius. κυπρις γαρ ἐπὶ γλυκὺν ἵμερον ὦρσεν ἡφαίστοιο χάριν πολυμήτιος ὄφρα κεν αὖτις et quæ ſequuntur. Polyxo. Hanc libro primo Rhodius inquit nutricẽ Hipſipyles fuiſſe. Non patriam. Mundana: neſcis ubi nata: nec quo ſanguine. Sed maxima. Grandior natu. Ariſtoteles libro de ſomno et uigilia ualde inſanos eſſe diuinantes ait: qui ſi uera dicunt aliquãdo nõ é ex oraculo: ſed qđ ſũt naturæ loquacis Et qui ſæpe iacit: iacit Venerẽ aut ſenionem felices iactus. Perinde diuinaculi ſi uerum dicunt erro re et fortuito dicunt. Tethym. Dicebat Polyxo Tethym huc ſolitam commeare: a qua futura audiebat: etiã a Proteo. Protea ambiguum. Vel obliqua oracula ferentem et perplexa: ut Apollo ſolebat: unde dicitur Loxias. Vel ambiguum corporis ambigui et incerti: modo auis: modo fluuius: modo fera. Ouidius. Proteaque ambiguum balenarumque prementem. Auſonius. Ambiguoque fuit corpore tyreſias. Protei figmentum auctore grammatico Honorato phyſicam intelligere debemus eſſe rationẽ: namque homo habet in ſe libidinem: ſtultitiã: ferocitatem: dolum: quæ dum inuicem in uno uigent: pars illa quæ uicina eſt diuinitati prudentia non apparet: quæ tunc poteſt ſua uires tenere: cum fuerint illa religata. i. cum quis caruerit omnibus uiciis. Numerus hominem obliuaricitatem mentis Proteũ dicit. Pharis. Aegyptiis a Pharo turre ſpeculatoria: de qua umber olorque Ptolemeæ littora capta Pharia. Herodianus græcus auctor in uita Antonini et Getæ: turres portubus imminentes: noctu igne prelato: naues in tutas ſtationes dirigunt. Scribit Homerus libro Odyſſeæ primo fuiſſe inſulam quondam ualde profundo in mari ægyptum ante pharum eam uocaſſe. quæ uerba conueniunt his: qui temporibus Homeri aiunt ægyptum inſulam fuiſſe. Scribit Egeſippus in quarto Pharon appellaſſe latinos et græcos ex ipſius rei uſu: eo qđ longe uidebatur a nauigantibus: mutata una litera tanquam phanos: quod lucidum ſignificat. Huc. In lemnium littus. Iunctiſque ſub æquora phocis. Scribendum ex priſco codice. Iunctis ſuper æquora phocis. Proteus iunctis phocis maioribus piſcibus: eius currum uehentibus huc in lemnium uidelicet deueniebat: a quo futura Polyxo prędicebat: amica numinis ambigui. Condit. Polyxo auditura oraculum Protei et Tethyĩs. Portum. Polyxo exiliens mari: quod intrauerat ad hauriendum oraculum: auditas referens in gurgite uoces: inquit: demus aduenientibus argonautis portum. Nobis aduenit. In fauorem noſtrum. Leuior. Fauentior. Contra grauior infeſtior. Volens. Fauens. Tempora iungi. Tempora connubiis idonea. Vires. Dum aptæ ad uterum ferendum ſumus: liberoſque procreandos.

Polyxo.

Diuinaculi loquaces.

Proteus ambiguus.

Pharos.

Aegyptus inſula.

Dicta placent. portatq; preces ad littora graiis
Iphinoe. nec turba nocens, ſceleriſq; recentis
Signa mouent. tollitq; loci cytheræa timorem.
Protinus ingentem procerum ſub nomine taurum
Deicit, inſuetis et iam pia munera templis
Reddit. et hac prima ueneris calet ara iuuenca.
Ventum erat ad rupem, cuius pendentia nigris
Fumant ſaxa iugis, coquiturq; uaporibus aer.
Subſtitit Aeſonides. atq; hic regina precari
Hortatur cauſaſq; docens. Hæc antra uidetis,
Vulcaniq; ait ecce domos, date uina preceſq;.
Forſitan hoc, factum taceat iam fulmen in antro,
Nox dabit ipſa fidem, clauſæ cum murmura flammæ
Hoſpes, et incuſſæ ſonitum mirabere maſſæ.
Mœnia tum uireſq; loci, uetereſq; parentum
Iactat opes: mediis famulæ conuiuia tectis
Expediunt. Tyrio uibrat thorus igneus oſtro.
Stat mœrens atauos reges, regeſq; maritos
Thiteſſa manus, quæcunq; faces timuiſſe iugales
Credita, nec dominæ ſanctum tetigiſſe cubile.
Iam medio Aeſonides. iam ſe regina locauit.
Poſt alii proceres. ſacris dum uincitur extis
Prima fames, circum pateris it Bacchus, et omnis
Aula ſilet, dapibus cœptis mox tempora fallunt
Noctis, et in ſeras durant ſermonibus umbras.
Præcipueq; ducis caſus mirata requirit
Hipſipyle. quæ fata trahant, quæ regis agat uis,
Aut unde Aemoniæ molem ratis, unius hæret
Alloquio, et blandos paulatim colligit ignes.
Iam non dura thoris: Veneri nec iniqua reuerſæ,
Et deus ipſe moras, ſpatiumq; indulget amori.

Iphinoe. Dicta. Vatis Polyxus Iphinoe. De hac et Apollonius meminit. Nec turba nocens. Lemniades nocētes eos non auocāt a ſcelere: non abſtinent argonautæ quin deſiderent lemnias: licet recenti cruore ſciant fuiſſe perfuſas. Mouēt. Vertunt mentē ac animū argonautarū. Loci. Lemni. Facit ne iſti auertātur ab hoſpitio lemniadū. Procerū ſub noie. Sub oium lemniadū titulo. ex pte totius populi.

Deicit. Immolat ac uictimat polyxo. Inſuetis. Qui tam diu exoleuerāt a ſacrificio. Reddit. Verbum ſacrificale: unde reddi dicunt

Reddere exta. exta. Hae prima. Quoniā prius Veneri non ſacrificabāt. Ventū. Rupes in lemno eſt cū uaſto et horrendo antro: ubi creditum eſt eſſe Vulcani domum. Forſitan hoc. Fortaſſe fulmen fabricatum in die quieſcētibus Vulcani fabris: taceat hoc. i. antrum eſſe Vulcani: ſed quādo noctu opera ad fabrilia ſurgent: ſtrepitus malleorum fidem faciet.

Taceat iam. Et ſi iam taceat: nox aperiet. In antro. Factū fulmen.

Nox dabit. Die non audies ſtrepitum malleorum: ſed nocte poteris audire. Libro quarto Rhodius Tethym facit argonautas monere ut die nauigent ne a mari cōcitato uulcaniorum fabrorum ictibus obruātur. Precari hortatur. argonautas inuitat ut precētur et adorēt loci genium: quoniam hic Vulcanus habitat. Clauſę. Incluſę in cuniculis ſubterraneis. Hoſpes. O Iaſon. Incuſſę. Malleis percuſſę. Maſſæ. Ferri in incude poſiti.

Vires loci. Propter uirtutem bellicam: etiam felicitatē agri. Expediunt. Expedite parant. Vibrat. Splendet. Stat mœrēs. Seruiūt ancillæ thraciæ ad hos uſus a dominis reſeruatæ: quæ fidem pudicitiamque reſeruarunt: quæ dominis non ſunt inſidiatę. Faces iugales. Quæ ueritæ ſunt matrimonio ſucum inferre. Tetigiſſe. Vim intuliſſe. Medio. Maro. Aurea cōpoſuit ſponda: mediamq; locauit.

Dum uincitur. Quidam tum legunt. Sacris extis. Primū quod comedebant erant exta ſacra. It. Diſcurrit. Aula ſilet. Conuiuiū non debet eſſe conticium. Dapibus cœptis. Poſquam coenare cœperunt. Tempora fallunt. Sermonibus noctem traducunt.

Sermonibus. Alloquiis de uirtute: ac rebus heroicis. ut τὸ περὶ τῶν ſeruet. Ducis. Iaſonis: cui propius uidebatur affici: Et amore pluſquam hoſpitali iuuenem proſequitur ac ducem theſſalum.

Trahant. Eum ducant lemnon. Regis. Peliæ. Agat uis. Impellat uiolentia: uis ac impetus.

Vnde molem. Supple traxit. huc duxerit conatum et pubis theſſalicę exercitum. uel dicat procedere.

Vnius. Iaſonis. Blandos. Amatorios. Ignis amoris. Vrit enim et non lędit. unde ab epigrammatario dictum. Teſtile uictoris tormentum dulce Voconi. Colligit. Pectore concipit. Nec iniqua. Non contraria. Reuerſæ. Amicæ: recōciliatæ. Deus. Vulcanus. Indulget. Profert et prolatat

Pliada. Erat ortus: qui concit tempeſtaté: quãdo ruit hymbriferum uer: quo tempore eſt ortus pleiadum: quę latine uirgiliæ uocantur. Aliquãdo in hac dictione excluditur. e. et pliadũ dicitur auctore Papinio in ſiluis. Hęc et per ęgęas hyemes: pliadumq; niuoſum

Pliades.

Sidus: et oleniis diguum petiſſe ſub aſtris Si maleę credenda ratis. Propertius contra. Non hęc pleiades faciunt: nec aquoſus orion. Lege poli. Curſu cœli ſe legitimis motibus agitanti. Nimboſo

Pleiades.

Pliada lege poli nimboſo mouerat aſtro
Iuppiter æternum uoluens opus et ſimul undis
Cuncta ruunt unoq; dei pangæa ſub ictu
Cargaraq; et mæſti ſteterant formidine luci.
Sæuior haud alio mortales tempore gentes
Terror agit. tunc urget enim: tunc flagitat iras
In populos aſtræa Iouem terriſq; relictis
Inuocat aſſiduo Saturnia ſidera queſtu.

aſtro. Pluuioſo. Iuppiter. Deus primus motor qui ſtabilis manens dat cuncta moueri. Cœli et fatorum curſus. Ruunt. Exundant: aguntur. Pangęa. Thracię promótoriũ Pãgęus. Eſt et uidere apđ Papiniũ. Illi pãgęa reſultãt Iſmaraq;. Gargara. Mons phrygię cũ planicie feliciſſima frumẽti adeo ut cuiuſcũq; rei copia gargara dicat. Lege Macrobiũ uberius iſta confectantem. Quare ſcienter a Virgilio dictũ. et ipſa ſuas miratur gargara meſſes. Steterant. Scribo ſteterunt: ut Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes: ſecunda breui auctore Diomede. Formidine. Dubitantes ne cũcta diluuio ac cataclyſmo inuoluerentur. Luci. Dei nemorũ ac lucorũ. Sęuior. Talis erat cœli diluuies: qualé demittit Iuppiter iratus mortalibus: quãdo iuſtitiã nõ colunt aut exercẽt.

Pangęa.

Gagrara.

Agit. Male habet: uexat. Tunc. Cũ uaſtiſſimo hymbre cũcta uaſtant: quod non lege cœli decreta prouenire creditur: ſed deũ eſſe in cauſa homines ulciſcentẽ iniuſtos. De qua his iuriſconſulti meminerunt digeſtis locati. Vis maior: quam gręci τὴν τοῦ δαίμονος αἰτίαν uocãt nõ debet cõductori dãnoſa eſſe. Plinius libro duodeuigeſimo nat. hiſ. Ante omnia duo genera cœleſtis iniurię meminiſſe debemus: unũ quod tempeſtates uocamus: in quibus grandines: procellæ: cæteraq; ſimilia intelliguntur: quæ cũ acciderit uis maior appellatur. Hæc ab horridis ſideribus exeũt ueluti Arcturo: Orione: Hedis. Alia ſunt quæ ſilente cœlo: ſereniſq; noctibus fiunt nullo ſentiente niſi cum facta ſunt. Theophraſtus libro quinto de cauſis plantarũ τὴν ἀπὸ τοῦ δαίμονος αἰτίαν appellat: ideſt cauſam diuinitus percellentem. Aliqui apud iuriſperitos non δαίμονος αἰτίαν ſed θείαν .i. diuinam uocant.

Vis maior.

Vrget enim. Scribẽdũ: urguet opem: hoc eſt ingenti contentione: et ut populatim dicũt: inſtantia uehementi: iuſtitia Iouem uidens cõmotum rogat ulciſci uelit ſcelera mortaliũ: ideo Iuppiter tanq̃ addito igne igni magis ac magis excãdeſcit. Flagitat iras. Vt mortalibus iraſcat. In populos. In detrimẽtum populorũ. Aſtrea flagitat Iouẽ iras in populos. Figura loquẽdi: hoc eſt ut Iuppiter populis iraſcatur. Aſtręa. Iuſtitia. Satyrus. Aſtrea receſſit hac comitẽ. Suidas de iuſtitia loquens ex Heſiodo uirginẽ et incorruptã eſſe hanc deã dicit cũ alio omni modo: tũ uero cubili uenereo: uidelicet ſignificãs ius nullo modo adulterandũ eſſe: nõ gratia: nõ ſtupro: nõ alia quauis cauſa. Hanc aũt colentibus deã Tellurem quidẽ fruges multiplici fœnore reddere. Mare uero omnia quę parere ſolet ſuppeditare. Demoſthenes uero in Ariſtogitonẽ duas iudiciorũ p̃ſides facit: hanc et Eunomiã. Sic igit̃ inquit ad iudices loquẽs. Vos igitur huiuſmodi inſtituta tranſmittẽtes recte atq; ordine iudicare par eſt. Eunomiã illã iuris amantiſſimã urbiũ: regnorũq; columen in primis colentes: ſumme inexorabilẽ illã auguſtãq; Dicen: quam Orpheus ipſe: qui ſacratiſſimarũ nobis cerimoniarũ auctor fuit: aſſidentẽ Iouis ſolio: humanos omnis actus perluſtrare oculis ait. Hanc quaſi uos omnis: ſeſe quiſq; intueri putantes: ſic oportet cenſere in iudiciis: idq; etiam atq; etiã uidere ne quid eidem pudendum admittatis. Hanc oẽm picturam ex Homeri coloribus deliniaſſe Flaccum contenderim: qui libro. xvi. Iliados ita canit.

De Iuſtitia

Eunomia.

Dice.

λαβρόταν χέει ὕδωρ
ζεὺς ὅτε δή τ' ἄνδρεσσι κοτεσσάμενος χαλεπήνῃ:
Οἳ βίῃ εἰν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας
Ἐκ δὲ δίκην ἐλάσωσι θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες.

Cum Iuppiter aliquo autũnali die precipitem hymbrẽ: quo omnia inundent excitata tempeſtate demittit: in homines iraſcẽs: qui contempta deorum religione uiolentas leges ad populum ferũt: ac iudicia de foro explodunt. Tunc torrentes ſuperuagantur: ac cuncta deſtrunt: et quæ ſequuntur. Terris relictis. Silius de fide. Tectiſq; Iouis ſuccedere adegit Fœcũdũ in fraudes hominũ genus. Impia liqui Et quãtum terrent tantum metuentia regna: et furias auri: nec uilia premia fraudum. Inuocat. Plorat ad opẽ ferendam. Sidera. Implorat ſidus Saturni ſibi fauẽtiſſimum: quo pręcipue tempore iuſtitia florebat: cum aureo ſæculo non lites: non iniurię inferebantur. Omnia pacis plena: et quietis erant. Mox inualeſcente nequitia bonæ leges ex malis moribus procreatæ ſunt. Quidam emendãt ſaturnia ſęcula: ut ſenſus ſit. Iuſtiria inuocat: hoc eſt deſiderat: et requirit aurea ſæcula: quo tempore cẽſebat aliquid. Queſtu. Querelis. Voces huiuſmodi humanæ naturę diuinę nõ cõgruũt. ſed hebetis mortalitatis captui.

Inſequitur niger, et magnis cum fratribus Eurus
Intonat Aegæo: tenditq́ ad littora pontus,
Et lunam quarto denſam uidet imbribus ortu
Theſpiades, longis cœptis et fluctibus arcent
Qui metus uſq́ nouos diuæ melioris ad ignes
Vrbe ſedent læti Minyæ, uiduiſq́ uacantes
Indulgent thalamis, nimboſq́ educere luxu.
Nec iam uelle uias, Zephyroſq́ audire uocantes
Diſſimulant donec reſides Tirynthius heros
Non tulit, ipſe rati inuigilans atq́ integer, urbis
Inuidiſſe deos tantum maris æquor adortis,
Deſertaſq́ domus, fraudataq́ tempora ſegni
Vota patrum, quid et ipſe uiris cunctantibus adſit?
O miſeri quicunq́ tuis acceſſimus actis.
Phaſin et Aeæten ſcythiciq́ pericula ponti
Redde ait Aeſonide: me tecum ſolus in æquor
Rerum traxit amor. dum ſpes mihi ſiſtere montes
Cyaneos, uigilemq́ alium ſpoliare draconem
Si ſedet Aegæi ſcopulos habitare profundi,
Hoc mecum Telamon peraget meus. hec ubi dicta
Haud ſecus Aeſonides monitis accenſus amaris,
Quam bellator equus, longa quem frigida pace
Terra iuuat, breuis in læuos piger angitur orbes,

Niger. Nigrā tēpeſtatē cōciēs. Intonat. Magno tonitru ac ſtrepitu cōmouet ægęū. Tēdit. Flā-
Theſpiades Argus. do dilatat: explicat: ac extēdit. Si legimus. Pontus. Tendit expone cōtēdit et uadit. Theſpiades. Ar-gus a patria. Supra. Arge tuæ tibi cura ratis. Te mœnia doctum Theſpia palladio dant munere. Sœ tibi nequa parte trahat tacitum puppis mare. Senſus eſt: Theſpiadē Argū nō diſſuadere morā in lemno trahi qđ uidet quartum eſſe lunæ ortū: quo tēpore pluuiæ ſuſpectę ſunt. Denſam nubibus. Nubilā: piceam. Ortu quarto. Quo maxime ſuſpecti ſunt imbres. Maro. Sin ortu quarto: nanq́ is certiſſimus auctor Pura: nec obtuſis per cœlum cornibus ibit Totus et ille dies: et qui naſcetur ab illo Exactū ad mēſem pluuia: uentiſq́ carebūt. Ergo cum ortu quarto nō uideret illam puram Argus: ideo formidabat: et libēter a nauigatione deſiſtebat. Longus metus. Magnus: immodicus. Cœptis et fluctibus. Sunt qui legūt. a fluctibus. Diuę. Lunæ proſperioris. Vacātes. a Nauigatione ceſſantes. Educere. Tranſmittere: uitare. Luxu. Deliciis et comeſſationibꝫ. Vias. nauigationem. Sedent. Deſidēt. feriant̄. Vocātes. Inuitātes ad curſum nauticum. Diſſimulant. ut negligentes ſolent: fingunt ſe non ſentire zephyrum flantē. Rati. Ad expeditionem. Integer. Iungecū ſuperioribus incorruptus a mollicie. uel uobis integer Hercules. i. impollutus: non faſcinatus a lemniis uoluptatibus. Inuidiſſe deos. Dicens: allegans. Maris æquor. Dorſum et planiciē ſupini maris. Adortis. Aggreſſis: argonautis: qui aggreſſi ſunt. Segni. Tranſacto in ocio. Qđ et ipſe. Et dolēs qđ ipſe faueat et comes ſit pigris. Vel legatur. Quid et ipſe p interrogationē. Quid expedit ipſum uerſari cum ſegnibus. O miſeri. Hercules reprehendit deſidiam argonautarū in lemno deſidentium. Perinde apud Rhodiū ſic. ἡρακλῆς τέλεσιν ἐνιπτάζων μετέειπεν. ὧδε μενοινῶν: et quę ſequuntur. Redde pericula. Ad quæ mens generoſa tēdit: et his alit̄. Siſtere. Frenare ſymplegadas cōcurrentes. Aliū. Quoniā unū iā domuerat cuſtodē heſperidū. Sed quoniā: ut legi apud Rhodiū Apollo-niū in. iiii. Argonau. adhuc nō perfecerat: ſed in trāſitu fecit: cū deſertus ē ab Argonautis. Quinimo argonautæ uiderūt eius caudā palpitātē: et heſperides manu capiti ſuppoſita plorātes: ab Orpheoq́ placatas: ideo potes de iubatis ſerpētibus intelligere: quos infans Hercules ſtrāgulauit: de quibus uel Plautus meminit in Amphitryone: uel dicas auctores nō concinere: quoniā uigilē draconē dicit: ut cuſtodem innuat: niſi reſpondeat̄ ſuapte natura dracones oēs eſſe uigiles: et acie pollere: unde illis nomen. Spoliare. Quoniā mortuo dracone: ſpoliauit hortū heſperidū. Sunt qui legūt ſopire. Tāq̄ Hercules medicinis prius ſomno ſtrauerit: mox occiderit. Vel ſopire in ſoporē. i. mortē redigere. Placet cū priſcis exemplaribus lectio prima. Sedet. Placet. Maro. Idq́ pio ſedet ęneę. In deuteronomio. Sin aūt poſtea ſederit aio tuo: dimittes eā liberā. Scopulos. Scopuloſam inſulā lemnon. Aegęi profundi. Maris notiſſimi. nūc archipelagus appellat̄. Amaris. Habebant Herculis uerba tacitā reprenſionem. Frigida. Ocioſa: umbroſa. Pace. Veterno. Breuis. In breuē rotatū et girū: quod eſt indiciū boni equi: quādo cōpactili giro ſe uoluit: et rotat. Succinit id Ouidianū. Exiguo flexos miror in orbe pedes. quod nōnulli ad ſtapem nunc dictā referūt exemplo ſtatuę ticinēſis: in qua princeps in orbiculis adhuc pedes includit. Romanis tamē ſtatuis non eſt animaduertere. Piger. Ocio ſupino. Angit̄. Cruciatur cū ſe flectit anguſte. In læuos orbes. In ſiniſtrū girū: orbē: anfractū: quod equi ferme cūcti difficulter faciūt. uel appellat læuos orbes ſiniſtros et incōmodos equo. q̄uis natura duce cōuerſio i leuā ſit pronior:

Iubati ſerpentes. Sedet.

unde ſcalas

unde ſcalas ad leuã fabricant. tamen potes leuos exponere difficiles. Martius fragor. Tuba et ſonitus bellici. Aures. Equi: quo ſonitu equi ſuſcitant̃ et equites: Impleat. Feriat: penetret. Obliti ęris. Tubę: quam longo et ſegni ocio fuerat oblitus. paſſiue ponitur obliti. Parari pelago. Parentur ea ab Argo: quę nauigationi ſunt neceſſaria. Pręcipitat. Pręcipitanter mandat. Et facies antiqua. Solitudo uirorũ qualis erat anteq̃ illuc appuliſſent argonautę. Sibi mœnia linqui en iterũ. Ecce iterũ uidebant̃ mœnia linqui a Minyis: ac deſerta remanere.

Frena tamen dominumq; uelit ſi martius aures
Clamor, et obliti rurſus fragor impleat æris.
Tunc Argum, Tiphymq; uocat, pelagoq; parari
Præcipitat. petit ingenti clamore magiſter
Arma uiros: pariter ſparſoſq; in littore remos.
Exoritur nouus urbe dolor, planctuſq; per omnes
It facies antiqua domos. ſibi mœnia linqui
En iterum. ec quando natorum tempora, gentem
Qui recolant, qui ſceptra gerant. tunc triſte nefandæ
Noctis opus. uidui nunc illa ſilentia tecti
Sæua magis, thalamos excuſſaq; uincla quod auſæ
Imbuere, atq; iterum tales admittere curas.
Ipſa quoq; Hypſipyle ſubitos per littora curſus
Vt uidit, totaq; uiros decedere lemno
Ingemit, et tali compellat Iaſona queſtu.
Iam ne placet primo deducere uela ſereno
Charius o mihi patre caput? modo ſæua quierant
Aequora, ſi portus fugeret ratis aſpera: ſi te
Plias in aduerſæ tenuiſſet littore thraces.
Ergo moras cœlo curſumq; tenentibus undis
Debuimus? dixit lachrymans: hæſuraq; charo
Dona duci promit chlamydem: textoſq; labores.
Illic ſeruati genitoris conſcia ſacra
Preſſit acu curruſq; pios ſtant ſæua parentum
Agmina: dantq; locum uiridis circum horrida tela
Silua tremit: mediis refugit pater anxius umbris.
Pars et frondoſæ raptus expreſſerat Idæ:
Illuſtremq; fugam pueri. mox æthere lætus

Et quãdo. ſubitellige erũt nepotes: qui renouẽt et inſtaurẽt gentem lemniã. Sunt qui legunt. Ec quando. per interrogationem. Ec quando. i. aliquando ne erunt tempora natorũ: quibus generabimus filios: qui recolant et renouent gentem noſtrã? Sæua magis. Subintellige uidentur. Senſus eſt. Silentia ac ſolitudo tecti uidui: quæ ſolitudo cædibus promiſcuis effecta eſt: magis uidentur ſęua: qđ iterum cõiunctę ſumus uiris. Prius poteramus excuſari necaſſe maritos odio concubitus: et amore pudicitiæ: ſed cum occiſis noſtris optauerimus græcos et aduenas: non uiros odiſſe aut ſpreuiſſe: ſed pulchriores uiros optaſſe uidemur. Quidã codices habẽt. Sæua manẽt. Thalamos. Diuide a ſupioribus: et inferioribus annecte. Excuſſa uincula. Fœdera matrimonii refracta: reiecta. Qđ auſę ibuere. Quoniã ſunt auſę renouare. Bene dixit imbuere hoc eſt initiũ dare. Imbui dicuntur ea: quæ primum ſaporẽ accipiũt. Iuxta illud horatianũ. Quo ſemel ẽ imbuta. r. ſ. o. t. d. Tales curas. Deſideria et uota coniugii. Imbuere.

Admittere. Recipere: in animũ inducere. Curſus. Diſcurſus repentinos argonautarum ad nauigationem ſe accingentium. Deducere. In mare ducere. contrarium eſt ſubducere. Primo ſereno. Prima zephyri uocantis inuitatione: quod ſignum eſt ingrati hoſpitii. Deducere. Subducere.

Modo. Paucæ ſunt horæ ex quo mare detumuit. Quierãt. Quieuerant: ſtrata fuerant. Sic. Ita rapide. Aſpera. Nymboſa: pluuialis. Aduerſæ. Inimicæ. ſed cum hoſpiteris in littore amico feſtinare non debes. Moras cœlo debuimus. Ergo qđ nobiſcum pauculos dies fueris hoſpitatus: non tuo erga nos amori: ſed tempeſtati debuimus? non uoluntas in cauſa fuit: ſed tempeſtas? Hæſurã dona. Quæ animo ſemper hærebunt. Textos labores. Veſtem in qua pater ab ea ſeruatus pictus erat. Conſcia ſacra. Bacchum conſcium ſub eius imagine filiam celaſſe patrẽ: et ita abduxiſſe. uel orgia bacchi ſecreta. Pinxit. Scribe preſſit: ex antiquo exemplari: hoc eſt filo neſo impreſſit acu. Sęua. Lemniæ fœminę adhuc cruore perfuſę. Parẽtum. Religioſo pectore reuerentium Thoantem quẽ crederent eſſe bacchũ. Horrida tela. Mille lemniadũ telis ſilua: in qua latebat pater erat circũdata. Refugit. Thoas uiſis armis in loca tutiora ſe retrahit. Vmbris. Arboribus ut alibi. Ceſa decreſcat caucaſus umbra. Pars. Veſtis alius margo. Expreſſerat. Effinxerat. Illuſtrẽ. Famigeratũ: percelebrẽ. quoniã fuit raptus a Ioue. Lætus. Ganymedes. bene dixit mox lętus: quoniã cũ ferretur ab aquila triſtis erat: et ſubtimidus: et ſuos quęrebat æquales: Iouem ꝑ aſpernabat̃. Vmbra. Ganymedes.

Armiger. Seruulus: nunc ſcuterium uocat etiã quẽcunq̃ miniſtrũ lingua uernacula. Pocillator a la
Cyathiſſa/ tor. tinis qui principi ſeruit miſcens apud menſam: A Plauto Cyathiſſator: a grẹcis oenochoos. Blanda.
oenochoos Arriſu et oculis porrecta petulantibus. Aetnei. Vulcani ita uocati quoniã ætna noctu flammigat: ut
Flãmigare inquit Gelius: et igne: qui Vulcanus dicitur: corripitur. Flammea. in flamma ætnẹ fabrefacta. Do
nat Hypſipyle Iaſoni loricam: quã Vulcanus fabrefecerat. Adiũgier. Adiũgi: applicari. Armis.

Humeris. Vel per inſigne nõ intelligit loricam: ſed Epheſtridem: hoc eſt ueſtem: quæ armis ſuperponit̃: in qua erat inſigne Thoantis: ut armis interpretari nõ humeris poſſis: ſed ſimpliciter. Principes oẽs ſua habebant inſignia: ut Cæſar Venerem: Pompeius Herculem. Quare
Herculei pompeiani herculei pompeiani dicebantur. Signa familiaria: quibus ut herba parietaria domos omnis pictas uidemus ꝑncipes ac recẽtiores dedere cẹſares maximis ac lectiſſimis uiris ob merita inſignia. Appianus auctor.
Epheſtris. De ueſte Epheſtride Plutarchus hæc in Lucullo. Erat ipſe ferreum thoracem indutus ſplendidũ atq̃ ſquãmoſum: quo ſup puniceã geſtabat Epheſtridem. Terræ. Lemni. Habet magnã uim illa repetitio. I. Vela refer. Cum reuertes: annauigare non ſis immemor inſulẹ noſtrẹ. Per hunc Iaſona. Subintellige rogo: ut ait Maro. Si quis mihi paruulus aula Luderet Aeneas. Orphea. Adiectiuũ eſt. Epigrãmatarius. Venit ab Orphẹo cultor Rhodopeius hẹmo. Labes.

Adſtabat menſis quin et Iouis armiger ipſe
Accipit a phrygio iam pocula blanda miniſtro.
Tunc enſem notumq̃ ferens inſigne Thoantis
Accipe ait bellis mediæq̃ ut puluere pugnæ
Sit comes Aetnæi genitor quæ flammea geſſit
Dona dei nunc digna tuis adiungier armis.
I memor. I terræ quæ uos amplexa quieto
Prima ſinu refer et domitis a colchidos oris
Vela per hunc utero quem linquis Iaſona noſtro.
Sic ait Aemonii labens in colla mariti.
Nec minus Orphea triſtis ceruice tuaq̃
Aeacide et gemino coniux a Caſtore pendet.
Has inter lachrymas legitur piger uncus arenis.
Iam remi rapuere ratem: iam flamina portant.
Spumea ſubſequitur fugientis ſemita claui.
Tunc tenus it lemnos tranſitq̃ electria tellus

Pendere. Concidens. Aeacide. Pelea. eſt apſtropha ad Peleũ. Pendet. Collũ amplexa: ut fortaſſis ad hanc ſententiam non perperam trahi poſſit illud. Narrãtis coniux pẽdet ab ore uiri. Vncus. Anchora curua. Piger. Deſes et ocioſus. Legitur. Subtrahitur ab argo: ut ait Apollonius.

ἦ καὶ ἔβαιν' ἐπὶ νῆα παροίτατος ὣς δὲ καὶ ἄλλοι
βαῖνον ἀριστῆες λάζοντο δὲ χερσὶν ἐρετμὰ
ἐνσχερὼ ἑζόμενοι. πρυμνήσια δέ σφισιν ἄργος
λῦσεν ὕπ' ἐκ πέτρης ἁλιμυρέος. ἔνθ' ἄρα τοί γε
κόπτον ὕδωρ δολιχῇσιν ἐπικρατέως ἐλάτῃσιν. Primus Iaſon naue aſcẽdit: mox alii optimates: remis innitentes. Rudentes uel retinacula Argus: mox ſecãtes fluctus remis longis nauigarunt. Flamina. Flatus uẽtorũ naue impellũt. Spumea ſemita. Via a curſu cõcitato et mare cõciẽte ſpumoſa facta. ut illud. Et ſpumas ſalis ẹre ruebant. Claui. Temonis. Cicero de epicuro. In horas mu
Clauum. tat clauũ. Tenus lemnos. Scribẽdũ uel repugnãtibus cũctis exemplaribus. Tũc tenus it lemnos. Te
Tenus. nus ſignificat propinquitatẽ. Incipit eis deſcendentibus paulatim abire lemnos. Vel paulũ ultra. Iuxta illud horatianum. Eſt quiddãm prodire tenus ſi non datur ultra. Tranſit. Tranſire uident et ut faſcinantium oculos prẹteruolare. Electria tellus. Apollonius.

Ἑσπέριοι δ' ὀρφῆος ἐφημοσύνῃσιν ἔκελσαν
νῆσον ἐς ἠλέκτρης ἀτλαντίδος. ὄφρα δαέντες
ἀρρήκτους ἀγανῇσι τελεσφορίῃσι θέμιστας
Electra in/ ſula. σωότεροι κρυόεσσαν ὑπὲρ ἅλα ναυτίλλοιντο. Hoc eſt. crepuſculo Orphei monitis appulerunt inſulæ electrẹ: ut perdiſcerẽt ritus ſolennes et taciturnos: ut incolumes enauigarent mare. Scribit
Samothraca. interpres grẹcus per electram iutelligi Samothraciam: quam Hellanicus helectrionem dicit appellari. Genuit autem filios: Dardanum: quem Polyarchen incolæ uocant: et qui Troiam conceſſit. Ectionaꝫ
Dardanus. quem Iaſiona uocarunt fulminatum qd ſacra Cereris neglexit. Tertiam harmoniam: quam duxit Cad
Ection. mus: a qua thæbanẹ portẹ uocatẹ Helectrides. Auctores Hellanicus in primo Troicorum: et in eodem
Iaſion. libro Idomeneus. De Heletridis inſulis ab iſta diuerſis meminit Pollux. huc faciunt uerba Orphei.
Harmonia πελλήνην τ' εὐρεῖαν ἰδὲ ζαθέην σαμοθρήκην.

ἔνθα τὰ ὄργια φρικτὰ θεῶν ἄρρητα βροτοῖσιν·
Ἀσμένοι εἰς ἐπέρησαν ἑῶν ὑποκόλπιον ἠϊών
ἥρωες. μετὰ τὰν σφιν ἐφ' λοιμὸν ἀνέρα ...
τῆς δὲ ... ἄϊστον πλωτῆ ἐστιν ἕκαστος.
Hoc eſt. Pellenen tranſeunt: necnon inclytam Samothracen: ubi meis admonitis ſacra arcana: et indi cta uiſitant heroes. Inſanabile namq; ſacerdotibus lucrū illis: quod a ſingulis appellentibus cruſcant. Pellene. Samothrace.

Threiciis arcana ſacris hic numinis ingens
Horror: et incautis decreta piacula linguis
Hanc demiſſa Ioui non unquam lædere fluctu
Audet hyems: ſponte ipſe deus tunc aſperat undas:
Cum uetat inſidos ſua littora tangere nautas
Obuius ac Minyas terris adytiſq; ſacerdos
Excipit: hoſpitibus referans ſecreta Thyotes
Hactenus in populos uates Samothracia diuum
Miſſa mane: ſacriſq; metum ſeruemus opertis:

Threiciis. Samothracis. Arcana. Quare ἄρρητα. ... uocat Apollonius. Numinis. Cereris. Horror. Ex Orpheo: qui uocat ὄργια φρικτά. Ego ex Apollonii interprete hæc colligo. Samothraces colebant Cabiros ita uocatos a montibus Phrygiæ: quorum nomina ſunt iſta. Axieros: Ceres. Axiocerſa: Proſerpina. Axiocerſos: Pluto. Caſmilos: Mercurius. Quidam Iouis et Electræ Dardanum et Iaſiona filios dicunt: et appellari Cabiros Dardanus uenit Troiam: et Samothracia ſacra intulit. Alii duos Cabiros: ſeniorem et iuniorem. Seniorem Iouem; Iuniorem Bacchum. Decreta piacula. Statutæ pœnę uel peccata. Piaculum eſt ſacra religionis illius reuelare: quem ritum reſpiciens Horatius ſic fortaſſis inquit. Cabiri. Axieros. Axiocerſ Caſmilus. Iuppiter. Bacchus Cabiri. Pro horatio.

Vitabo qui Cereris ſacrum uulgarit arcanę.

De his ſacris ſic meminit Cicero libro primo de natura deorū. Prętereo Samothraciam: eaq; quę lemni nocturno aditu occulta coluntur ſilueſtribus ſæpibus denſa. Incautis. Qui temere uiſa uel audita dicunt. Hāc. Helectriam terram. Demiſſa Ioui. Ploiuia cœlitus demiſſa. Deus. Iuppiter Cabirus illic cultus. Aſperat. Exaſperat: et mare ſæuire facit. Cum uetat. Nunq̄ terra Helectria fluctu pluuiaque uexatur: niſi quādo nautas temere appellentes: et piratas arcet ab inſulę aditu: ne ſacra loca profanorum direptioni pateāt. Inſidos. Periphraſis piratarum. Sua. Sibi Ioui Cabiro dicata.

Obuius. Vt piis et deorum amicis. Referans. Aperiens: quæ nemini ſolebat. Thyotes. Latine ſonat ſacrificator: unde quidam thus deflectunt. Alii tus ſcribunt a tundendo. Hactenus in populos uatem Samothracia ditem Miſſa mane. In codice Alexandri Farneſii principis Auguſti; quem manu Pomponii lęti emaculatum conſtat: reperitur hic uerſuum cōtextus: qui in omnibus: quę quidem uiderim exemplaribus deſunt. Thyotes. Thus.

Hactenus in populos uatem ſamothracia ditem
Sola habuit: uetuitq; ſuis arcana colonis
Scire: nec in numero cœleſtia promere dicta
Iaſius uoluit pater. At uos numine dextro
Miſſa manēt: ſacriſq; metū ſeruemus apertis.

Ditē. An uatē ditē dixit qđ Pluto.i. Axiocerſos illic colebatʼ: et oracula ferebat. An ditē locupletē: quādo ob aduenarū cōfluētiā plurimū lucrabatʼ. Superius diximus multum lucri auaros illos captaſſe ſacerdotes. An quod plures tentur: nomen ē ꝓpriū. Sola. Etiā ſolū. Suis colonis. Scribo. Suos colonos: noluit colonos ſuos pticipare. In numero. Carmine heroico: quod oraculo debemus: ut inqt Plinius. Cœleſtia dicta. Oracula: mētes deorū: futura. Promere. Efari. Iaſius. Interpres Rhodii hūc Cereris filium uocat Iaſiona: fratrē Dardani: qui uocatus eſt Cabirus. De Iaſio q̄ Cererē amauit meminit Ouid. lib. ii. triſtiū. Iaſiū et Iaſiona ꝑ eodē poni docet idem libro. ix. metamor. his. Queritur caneſcere mitis Iaſiona ceres. repetitū mulciber euū Poſcit ericthonio: quis non iaſionem mend ſi codices habeant: ſed iaſona flaua: mendo manifeſtario. De Titono: Endymione: et Iaſione meminit Lucianus in dialogo: qui inſcribitur θεῶν ἐκκλησία. Prodit Hyginus Iaſiona concubuiſſe cum Cerere et fulmine fuiſſe percuſſum. Quem cum innueret Ballio Plautinus de copia frumenti agens in pſeudulo inquit. Vt ciuitas nomen mihi cōmutet: neq; prędicet lenone ex Ballione regem Iaſionem: quāuis perperam ſcriptum ſit Iaſonem. Voluit enim ſignificare ſe amicum eſſe Cereris. Prępoſuerat enim. Fac ſis ſit delatum mihi frumentum: Hunc annum: quod ſatis mihi: et familiæ omni meæ ſit: me igitur frumento abundantē amatū a Cerere ut alterū Iaſionē putabunt: et a regiis facultatibus regem appellabunt: ut qui ſceptro regio etiam ipſum Iaſionem ſuperem. Sacerdote lucriones. Iaſius. Emaculatus Ouid. Plautus emēdatus.

Miſſa. Deprompta: prolata. Manent uos. A uobis uolentibus dis: audientur. Numine dextro. Cabiris fauētibus. Sacriſq; metum. q; poſitum eſt pro at. Sed uos metum ac religionem ſeruemus: neq; tacenda ſacra referemus. Admonet argonautas: ut quę audient: taceant. Opertis. Tacitis. Sacra

Opertanea ſacra. opertanea uocantur a latinis:quę in adytis fiebant.conſciiq; uitabant. Aporrhita uocat Ariſtophanes Illi. Argonautæ. Sole nouo. Diluculo. Pleni deorum. Auditis Cabirorum oraculis uictoriæ
Aporrbita ſpem concipientes:et fauorem cœli. Pręuiderat. Longe uiderat. Condebat. Condi et occultari ui
Imbros. debantur:quoniam uideri deſinebant. Proræ acceſſerat. Erat in occurſu:ante oculos. Imbros. Apollonius: μβϱν ἔχον κατὰ περὶ νήνεαιν ἀελίοιο δυομένου.i.appulerunt Imbro occiden/

Illi ſole nouo læti:pleniq; deorum
Conſidunt tranſtris:iam quas prouiderat urbes
Nauita condebat:proræq; acceſſerat Imbros:
Et ſol ætherias medius conſcenderat arces.
Theſſala Dardaniis nunc primum puppis arenis
Adpulit.et fatis Sigæo littore ſedit:
Deſiliunt:pars hic leuibus candentia uelis
Caſta leuat:tracto pars frangit adorea ſaxo
Farra:citum ſtrictis alius de cautibus ignem
Oſtendit foliis:et ſulphure paſcit amico.
Alcides Telamonq; comes dum littora blando
Anfractu ſinuoſa legunt:uox attigit aures
Flebile ſuccedens cum fracta remurmurat unda.
Attoniti preſſere gradum:uacuumq; ſequuntur
Vocis iter.iam certa ſonat.deſertaq; duræ
Virgo neci:quem nō hominum ſuperumq; uocabat?
Acrius hoc inſtare uiri:ſuccurrere certi.
Qualiter impleuit gemitu cum taurus acerbo

te ſole. Imbros:inquit Stephanus: inſula ſacra cabiris.i.καβείροις:et Mercurio:quem Imbrum uocant. Medius. Meridies erat ſole tamē in occaſum uergente. Patis. Nō uoluntate:ſed tempeſtate acti:ut dis placitum ad Sygiçum littus uene/rūt:ut Aeneas fato uenit in Italiā.
Sygiçum. Rhetbæū. Sygiço. Troiano. Duo promon toria ſunt Troię Sygiçū et Rhetçū. a ſilentio Herculis dictum putant. Deſiliūt. Naui egrediunt argo/nautæ. Tracto ſaxo. Rotatis ſa/xis manualibus. Calpurnius. Vi/lia cum ſubigit manualibus ordea ſaxis. Frangit. Molit. Adorea. Ador far dicebatur. Citum. Ce leriter cōceptum. Cautibus ſtri/ctis. Saxis percuſſis:quæ uocantur
Igniaria. igniaria. Oſtendit. Percutiendo elicit ut uideatur:et appareat. Pa/ſcit. Nutrit Sulphure fomento pe/culiari et grato igni. Legūt. Cō tinuant. Sinuoſa. Incurua. Anfractu. Flexu. Succedens. Continuans per undam maris. Cum fracta remurmurat unda. Succedebat uox illa et ueniebat ad littus ſimul cum uento reuerberan/te mare. Frangitur fluctus cum a medio mari cum mugitu et ſtrepitu littus allatrat:et ad oram fractus accurrit. Attoniti. Telamon et Hercules. Preſſere gradum. Subſiſtere. Poſtq̄ argonautæ ad Sygçum delati ſunt tentoria poſue/runt in litore ut fluctibus laſſi relaxandi animi gratia pars cibo:pars aliis operibus intenta:Hercules
De Eſione mōſtro ex/ſita. et Telamon dum circa Sygæum errarent flebili uoce excitati uirginem conſpexerunt appoſitam mon/ſtro deuorandā. Propterea qd Neptunus indignatus pergamis fabricandis multū impendiſſet:quoniā immiſit Cethe:quo non modo agri inficerentur halitu:ſed cultores abſumerentur hiatu. Sortes lyciæ quæſitæ reſponderunt:iram Neptuni poſſe ſedari ſi iacta ſorte Troiani proles generis pro cibo appone tur. Concilio itaq; aduocato ſors edidit Heſionē Laomedontis filiam. Igitur iuuencula ornata pompa nuptiali cum dote ſcopulo iuncta non ſine totius urbis gemitu relinquitur. Hercules interfecta bellua puellam liberauit. Dataq; ei poteſtas fuit:uellet ne cum Hercule proficiſci:an cum parentibus degere: quę uel gratitudine aduerſus liberatorem:uel metu ne iterum tali bellue traderetur:Heſit Herculi:qui et puellam parentibus:et equos albos eximiæ pulchritudinis a rege datos in premium uictoriæ ſeruan/dos uſque ad reditum commendauit:quibus redeunti denegatis Laomedontem cum multis primoribus interfecit:Troiam diripuit:Heſionen abduxit:Priamum puerum captiuum traxit. Tradunt id bellum fuiſſe ab Hercule et Telamone confectum:Caſtore et Polluce:ſex tantum triremibus:belli naualis.

Vacuum iter uocis. Aerem illum:per quem uox ſe propagat et extendit:quod ſit perinane:et uacuū.

Certa. Vox humana:quæ coegit eos non dubitare. Scribit Ariſtoteles libro primo phyſicorum: aciem noſtram primo uidere uniuerſale:mox particulare. Exempli gratia hominem aduenientem pri/mo uidemus eſſe animal:mox cum appropinquat:eſſe hominem:dein hūc hominem. Qualiter. Eſio/ne ſimilis tauro:Hercules leoni. Auia. Loca inacceſſa a uia militari remota. Hinc annominatio illa
Auia. ex rhetoricis. Auium cantus ducit ad auium. Frangentem. Leonis uiolentię uerbum aptum:qui fra/git potius q̄ mordet.qui ue ira:qua aguntur qui nimia uile ęſtuant: effertur:neruis utitur pene offeis: etiam oſſa habet:quæ ferrei rigoris ſunt:adeo ut concuſſa ignem excitiant ut pyrites a Plinio lapis ap/pellatus:quem latini uocant igniarium:nonnulli ignitabulum.

Sparſo mapali. Tuguriis ruſticanis diſperſis. Conueniunt paſtores ex diuerſis conciti locis. Mapalia eadem et Magaria ruſticanæ domus. Manus. Cohors: turba. Cęco. Confuſo: Indiſcreto. Manicas. Vincula manuum ex Marone. Defecta. Ex anguia: caloreq: et conſequenter ſanguine deſtituta. Surgentia flammea fluctus. In reuerendæ uetuſtatis exemplaribus ſcriptum eſt. Ad primos ſurgentia flumina fletus: quam lectionem adprime probo. Significat illa ad primos fletus .i. cum flere cœpit Heſione miſericordiá captatura: non lachrymæ ſed flumina .i. maxima copia et fluentum lachrymarum emanauit. Coactū. Cū deſcere: uel coactum .i. tornatum. Heſione pallida uidebatr ſtatuæ pariæ ſimilis. Mœret. Palleſcit.

Mapalia.
Magaria.

Auia: frangentem morſu ſuper alta leonem
Terga ferens. coit e ſparſo concita mapali
Agreſtum manus: et cæco clamore coloni.
Conſtitit Alcides uiſuq; eniſus in alta
Rupe truces manicas: defectaq; uirginis ora
Cernit: et ad primos ſurgentia lumina fluctus.
Exanimum ueluti: multa tamen arte coactum
Mœret ebur: parius ue notas et nomina ſumit
Cum lapis: aut aliqui referunt miranda colores.
Ductor ait: quod uirgo tibi nomenq; genuſq;:
Quæ mors iſta doce: tendunt cur uincula palmas?
Illa tremens: triſtiq; oculos deiecta pudore.
Non ego digna malis inquit: ſuprema parentum
Dona uides oſtro ſcopulos auroq; frequentes.
Nos Ili ueteris quondam genus: inuida donec
Laomedonteos fugeret fortuna penateis.
Principio morbi: cœloq; exacta ſereno
Temperies: arſere rogis certantibus agri:
Cum ſubitus fragor: et fluctus Idæa mouentes
Cum ſtabulis nemora: ecce repens conſurgere ponto
Belua: monſtrum ingēs. hanc tu nec montibus ullis:
Nec noſtro metire mari. primæua furenti
Huic manus amplexus inter planctuſq; parentum
Deditur. hoc ſortes: hoc corniger imperat ammon
Virgineam damnare animam: ſortitaq; lethen
Corpora crudelis ſcopulis me deſtinat urna.
Verum O iam redeunt phrygibus ſi numina: tuq;
Ille ades augriis promiſſe: et ſorte deorum:
Iam cui candentes uotiuo in gramine paſcit
Cornipedes genitor noſtræ ſtata dona ſalutis.

Parius. Statua ex lapide pario candidiſſimo omnium de quo Maro primo æneidos: cæteriq;. Liquidi. Triti et aqua macerati. Nomina. Hominis idiuidui effigiem. Cum marmor ex inſula paro i Socratem uel Platonem mutatur.
Ductor. Hercules dux eximius.
Quæ mors. Mortis cauſa. Tēdunt. Explicant: trahunt. Illa. Heſione. Suprema parētum dona. Et oſtendit ueſtes purpureas: et aurea munera: quæ illi tanquam ad uirū eunti parentes poſuerunt.
Frequētes. Pleni. Ili. Ilus rex Troiæ. Fugeret. Ego filia Laomedontis perſititi: ab Ilo progenitore ducens originem: in cuius domo diuitiiſq; domeſticis permanſi: donec fortuna Laomedōtē deſereret: qđ cum fatis in diuerſa tendentibus factū eſt: ego nec Laomedontis filia uideor: ſed miſerrima atq; mẽdiciſſima. Morbi. Subintellige fuerūt caſus multitudinis. Temperies. Clementia cœli: et quędam coctura: ut inquit Plinius: quæ cum colono colit agrum: ut auctor eſt Theophraſtus. Rogis certātibus. Certatim incumbentibus omnia in ruinam dare. Venere. Priſci codices habent idęa. hoc ordine. Cum ſubitus fragor ſubintellige uenit: et uenere fluctus mouētes idęa. ideſt troiana nemora cum ſtabulis. Ida ſilua phrygię. Primęua manus. Lego. Primęua nurus .i. Heſione primigena: πρωτοτόκος puella. nurum fœminá catachriſticos dicunt. principē uocat Iphigeniam Lucretius libro primo eo uerſu. Quæ patrio princeps donarat nomine regem. quæ Iphigenia princeps donarat regem nomine patrio .i. quæ regem: cum prima fuiſſet: fecit appellari regem. Deditur. Monſtro exponitur. Corniger. Quoniam arietina figura colitur. Hamon. Oraculum Hammonis: qui in ſyrtibus colebatur. Damnare. Addicere ſorte electa ad mortem.
Sortita. Sorte electa: iuxta illud uirgilianū. Stat ductis ſortibꝰ urna. Deſtinat. Decernit: adiudicat.
Votiuo in gramine. Voto deſtinato in alimenta equorum Herculi uotorum. Stata. Solennia: certa. Stata ſacra Plinius et Ouidius appellant: quæ certis diebus celebrātur. Papinius. Stata ſacra quotannis ſolennes recolunt epulæ. Sic Ouidius in faſtis appellat. Eſt quoq; Plinius creber in hac dictione ut ſiderum ſtatos curſus appellet: qui nunq̃ ab ordine curſuq; certo et fixo aberrant. Noſtra enim lumina errant. cœleſtes curſus ſtati ſunt et indefecti.

Coctura.
Cęlū et colonus colūt agrum.
Nurus.
Votiuum.
Stata ſacra

Nanque potes. A poſſibili argumentum: ut negare non poſſit Hercules. Aſtris. Mœnia troiana fabricarent: ut altitudine ſua cœlum contingerent. Hyperbole poetica. Auxerat hęc. Verba puellæ magis uериſimilia fecerunt pallor: uincula: litusq́ ſolum et mœſtiſſimũ. Capti. Ab immani monſtro. Tumuli. Editi collis facies. ſcopuli: in quo uirgo ſedebat. Imminet. Incubat habet exemplar optimum. Incubare ſignificat ſuperſtare: imminere: qua figura loquendi Plinius utitur libro ſecundo naturalis hiſtorię: cũ inquit cœlos ſibi inuicem incubare. Quin et gallina ouis incubare dicitur: cũ ſuperſtat: et calefacit ut excludat. Incubatores imperii qui tyrannidem aggrediũtur. Incubare inhęrere. Statius. Et feſtinantia ſiſtens Fata: ſalutifero mitis deus incubat angui.

[Margin: Incubare. — Incubatores.]

Quale. Pro qualiter. qualiter Hercules miſericordia Arcadiæ uaſtatę et a leone direptæ: eum ſtrãgulauit ut mortalibus prodeſſet: tali nunc animi affectu motus Heſione ſuccurrere cõtẽdit. Iter: Leo ille iter nemeęũ obſederat. De hoc Leone Lucretius in quinto. Quid nemiçus enim nobis nunc magnus hyatus Ille leonis obeſſet? Nemea Arcadiæ ſilua. Erimanthi. Vbi Hercules aprum fudit. Martialis: Non erimanthęi gloria fuſus aper. Maro. Fixerit æripedẽ ceruã licet: aut Erimãthi luſtrarit nemora: aut lernã tremefecerit arcu. Mons ẽ Arcadiæ Erimanthus. Lernæ. Paludis argiuorum: de qua prouerbiũ in peſſimos. λέρνη κακῶν. i. lerna malorum. Lucretius in quinto de rerum natura. Lerneąq́ peſtis Hydra uenenatis poſſet uallata colubris: quę in noſtris in Lucretium commentariis affatim attigimus. Nunc breuis ac obuius eſſe laboro.

[Margin: Nemęa. — Erimãthus. — Lerna malorum.]

Annue: meq́ precor: defectaq́ pergama: monſtris
Eripe (nanq́ potes) neq́ enim tam lata uidebam
Pectora: Neptunus muros cum iungeret aſtris.
Nec tales humeros pharetramq́ gerebat Apollo.
Auxerat hæc locus: et facies mœſtiſſima capti
Littoris: et tumuli: cœlumq́ quod incubat urbi:
Quale laborantis Nemees iter: aut Erymanthi
Vidit: et infectæ miſeratus flumina Lernæ.
Dat procul interea ſignum Neptunus. et una
Monſtriferi mugire ſinus, Sigyææq́ peſtis
Adglomerare fretum: cuius ſtellantia glauca
Lumina nube tremunt, atq́ ordine curua triſulco
Fulmineus quatit ora fragor: pelagoq́ remenſo
Cauda redit: paſſuſq́ ſinu rapit ardua ceruix.
Illam incumbentem per mille uolumina pontus
Proſequitur lateri adſultans: trepidiſq́ ruentem
Littoribus ſua cogit hyems. non fluctibus æquis
Nubiferi uenit unda noti. non africus alto
Tantus ouat patriiſq́ manus cum plenus habenis
Orion bipedum flatu mare tollit equorum.
Ecce ducem placitæ furiis crudeſcere pugnæ

Infectæ: Veneno hydræ. Flumina. Stagna. Mõſtriferi ſinus. Anguſta maris loca ubi monſtrũ illud latibulum habuit. Sigyęa peſtis. Bellua inmanis ac peſtilẽs accolẽs promõtoriũ ſigyæũ. Agglomerare. Secũ trahere ac rotare. Stellãtia. Ignea: minacia: terribilia. Nube. Caligine: obſcuritate. Triſulco. Tres ſulcos et ordines dentiũ habebat. Fulmineus fragor. Strepitus fulmini ſimilis: impetuoſus uidelicet et uaſtiſſimus. Pelago remẽſo. Mari reſulcato: quod pertrãſiuit menſurare et metiri ẽ ptrãſire. Apollonius in calce quarti Argonauticon. γαῖαν κεκροπίην παρὰ τ᾽ αὐλίδα μετρήσαντες. i. Terrã cecropiã et aulida mẽſurãtes. i. tranſeũtes. Redit. Replicatur ut angui. Paſſus. Meatus pene colubrinos. Sinu. Sinuoſo tractu uel pectore pturbãs aquã. Forte intelligit qđ habebat caudam tortuoſam in piſcẽ deſinẽtẽ. Rapit. Raptim adhęrẽns trãſmittit: tranſit: elubricat. Ardua. Erecta cũ Virgilio. Incũbẽtem. Inhęrentẽ. Volumina. Giros. Lateri. In coſtas. Adſultans. Aſſiliens: alludẽs. Sua hyems. Tẽpeſtas quã ꝓprio corpore cõcitat. Ruẽtẽ litoribus. Cũ maxima ruina ad ſcopulos tẽdẽtẽ. Aequis. Similibus iſtis. Venit. Ruit. Africus. Plinius in. ii. na. hiſt. Ab occaſu brumali Africus. lyba noiant. Alto. Mari. Tãtus. Tã uaſtus: ac inſanus. Ouat. In fluctibus exultat. Plenus manus. Habenas plena tenẽs manu. Patriis. Neptuni patris. Orion: Hũc Heſiodus Neptuni filiũ dicit: ex Euriale Minois filia natũ. Cõceſſum ei ut ſuper fluctus curreret in terra. Hyginus auctor. Bipedũ equorũ. Hippocamporũ: equorũ Neptuni qui priori parte ſunt bipedes: cętera piſces et cethe cauda tortili et latiſſimã ab umblico. In piſtrim deſinit aluus. Roſtrũ habẽt inter equinũ et lupinũ: unde lupos eos Flaccus noſter alibi dicit. Tales hodie uiſunt romę: Apollonius lib. iiii. Argonaut. adſtipulat᷑ Valerio: qui ex Tritone lacu inquit exiliſſe equũ ingẽtẽ ac formidoloſum. In romanis inſpectionibꝯ uidi Neptunũ aurigãtẽ: cõcha ſedẽtẽ: equis huiuſmõdi uectũ ceruice ardua iubata: ac pedibus elatis. Apollonius Rhodius lib. i. ἀελλοπόδας ἵππους. hoc ẽ equos procellipedes neptuni uecat.

[Margin: Triſulcum — Volumina. — Africus. — Orion. — Hippocampi. — Lupi. — Aellopodes equi.]

Ducẽ. Herculẽ. Placitę. Quã pugnã Herculi placuit eligere cũ inani bellua. Furiis. Ardores

Impetu. Crudeſcere. Exaſperari:ardeſcere. Surgētem. Erigentē ſe in feram. Thoris. Muſcu lis carnis. Immanē paratu. Qui immaniter ac ſęuiter parabat in cethe. Aeacides. Peleus. Graues. Sagittis plenę. Mirabatur Peleus Herculē maximis uiribus ac animo in feram illā inſurgentem. Crudeſcere.
Pulſent terga. Schema hominis euntis cū thecato et pharetra: cui ſi pręſertim motu impetuoſo moueatur: pharetra terga percutit. Ille. Hercules. Patrē. Iouē. Hercules inuocato patris auxilio mouet in feram.

Surgentemq; thoris ſtupet: immanemq; paratu
Aeacides. pulſentq; graues ut terga pharetræ.
Ille patrem pelagiq; deos: ſuaq; arma precatus
Inſiluit ſcopulo: motumq; e ſedibus æquor
Horruit: et celſi ſpatioſa uolumina monſtri.
Qualis ubi a gelidi boreas conuallibus hebri
Tollitur: et uolucres riphæa per ardua nubes
Præcipitat: piceo nec dum tenet omnia cœlo:
Illa ſimul molem horrificam: ſcopuloſaq; terga
Promouet: ingentiq; umbra ſubit: intremere Ide
Illidiq; ratis: pronæq; reſurgere turres.
Occupat Alcides arcum: totaq; pharetræ
Nube premit. non illa magis quam ſede mouetur
Magnus Eryx: deferre uelint quem uallibus imbres.
Iam breuis: et telo uolucri non utilis aer.
Tum uero fremitus: uaniq; inſania cœpti:
Et tacitus pudor. et rurſus palleſcere uirgo.
Proiicit arma manu. ſcopulos uicinaq; ſaxa
Reſpicit: et quantum uentis adiuta uetuſtas
Impulerit: ponti ue fragor: tantum abſcidit imi
Concutiens a ſede maris iamq; agmine toto
Piſtris adeſt. miſeræq; inhiat iam proxima prædæ:
Stat mediis elatus aquis: recipitq; ruentem
Alcides: ſaxoq; prior ſurgentia colla
Obruit. hinc uaſtos nodoſi roboris ictus
Congeminat. fluctus præceps defertur in imos
Iam totis reſoluta uadis. Idæaq; mater
Et chorus: et ſummis ulularunt collibus amnes.
Protinus e ſcopulis: et opaca ualle reſurgunt

Sua arma. Ferociores illi colebant enſem ſuū: ut Papinius oſtēdit. Volumina. Tractus et ſpirę marini draconis horruerūt.
Rhiphęa. Montes Thracię niuales atq; uentoſi: ab impetu dicti: ῥιπὴ impetus ῥιπίζω ſufflo. Rhipęa ſcribēdum non rhiphęa. Ripęa. Piceo cœlo. Nondum toto flatu piceum cœlum et nubilom afflauit: cum ſubito omnia denſis nubibus conflantur: pręcurſorio flatu nubes fugatur. Illa. Bellua: monſtrum:
Molem. Vaſtiſſimum corpus.
Horrificam. Horrendā. Scopuloſa. Alta: immania. Promouet. Profert. Vmbra. Corpore.
Subit. Succedit: ingreditur.
Ratis. Argo mouebatur: uibrabaturq; a fluctibus uaſtitate huius bellueę cōmotis: quę Argo erat i litore ſigyęo. qđā priſci codices hñt rates: quę lectio ſi placet itellige alias ēt naues fuiſſe i ſigyęo: quod difficile ē credere cū Argo pma nauis fuerit. q̃uis rates. i. ſchedia prius fuerit. Ergo prior lectio purior atq; ſincerior. Sunt qui nō rates: ſed arces. i. cacumina montis legunt. Pronę. Inclinatę. Reſurgere. Cum prius ſe inclinaſſent. Turres. Ex motu huius immanis bellueę tremor terrę fiebat. Nube. Copia: uir multitudine. Nō illa magis. ſub. intellige mouetur. Eryx. Siciliæ mons: unde Venus erycina dicta.
Deferre uallibus. Complanare: deturbareq;. Iam breuis. Anguſtus: non ſufficiēs. Nō utilis aer. quoniam paſſim telis eſt occupatus. uel fruſtra aer adiuuabat tela in belluam uolantia: quoniam nihil proficiebāt. Inſania cœpti. Qđ Hercules cœpiſſet illam domare belluā audax ac temerarium cœptum putabatur: quoniam perfici non poterat. Tacitus pudor. Vel tacite pudet Herculem audacis facti. uel tacite pudor eos corripit pro Hercule. Virgo. Heſione: quę uiribus Herculis diffidit. Scopulos. Quos arripere parabat. Ventis adiuta uetuſtas. Ruina ex uetuſtate procedens: uento: hymbre: tempore cuncta domante etiam ſaxa: pręſertim cū uetuſtati uires addiderint animoſi uenti in omnes: ſed proprie in ſcopulos ſæuientes. Ponti fragor. Fluctus ſtrepitu magno alludentes litori: et identidem allatrantes: locum ruinę dederunt. Agmine toto. Omni nixu et conatu corporis. Piſtris. Moles piſcis enormis. Prędę. Heſione. Inhiat. Cum uorādi deſiderio inſtat. Ab Hyatu oris. Dicimus inhio hanc rem: et huic rei. Elatus. Eleuatus. Ruentem. Irruentem et cum impetu uenientem. Roboris. Clauę. Reſoluta. Extenta. Idęa. Cybele pręnimio gaudio ululauit et exultauit. Reſurgūt. Emicant et accurrunt paſtores: qui plus littori appellere non audebant.

Paſtores:magniſq; petunt clamoribus urbem.
Nuncius hinc ſocios Telamon uocat:ac ſimul ipſi
Horreſcunt:ſubitoq; uident in ſanguine puppem.
Nec minus in ſcopulos:crudiq; cacumina ſaxi
Emicat Alcides:uincliſq; tenentibus aufert
Virgineas.de rupe manus:aptatq; ſuperbis
Arma humeris.regem inde petens ſuperabat ouanti
Littora tuta gradu:qualis per paſcua uictor
Ingreditur :tum colla tumens:tum celſior armis
Taurus:ubi adſueti pecoris ſtabula alta reuiſit:
Et patrium nemus:et bello quos ultus amores.
Obuia cui contra longis emiſſa tenebris
Turba phrygum:paruumq; trahens cũ cõiuge natũ
Laomedon:iam mœſtus equos:iam debita poſci
Dona gemit.pars aerii faſtigia muri
Cingit:et ignotis iuuenem mirantur in armis.
Illum torua tuens:atq; acri lubricus aſtu
Rex ſubit:et patrio fatur male lætus amore.

Maxime graiugenum:quem non Sigæa petentem
Littora:nec noſtræ miſerantem funera Troiæ·
Adpulit his fors ipſa locis.ſi uera parentem
Fama Iouem:ſummiq; tibi genus eſſe tonantis:
Noſter ades:iunctiſq; uenis ſator unus:et idem
Stirpis honos:quamquam longis diſiungimur oris.
Quot mihi poſt lachrymas:poſt ꝗ̃ta piacula patrũ:
Serus ades? quam parua tuis iam gloria factis?
Verum age nunc ſocios fraternis mœnibus infer:
Vt tibi ſeruata ſtatui quæ munera prole

Clamoribus. Vocibus lętitiæ plenis. Hinc. E litore ad amicos ſe cõferens. Ipſi. Socii. Horreſcunt. Stupent cum horrore. Puppem. Argo. In ſanguine. In mari quidẽ:ſed cruentato a monſtroſo Cethe. Ipſi. Socii argonautæ. Crudi. Duri. Cacumina. iu faſtigium ſcopuli. Emicat. Exilit. Inde. Poſt ſolutam Heſionem. Armis. Humeris. Amores. Amotam iuuencam.

Vltus bello. Quo dilectam iuuencam bello perdiderat eodem taurum uictorem ulciſcens fruitur:a cõtrario declamat Maro. Et quos amiſit inultus amores: Et ſtabula aſpectans regnis exceſſit auitis. Emiſſa tenebris. In quibus timore monſtri delituerat. Natum. Priamũ.

Iam. Poſt liberatam natã. Dona. Equos:quos illi pactus erat quicunq; Heſionem eſſet liberaturus.

Cingit faſtigia. Coronat Herculem uiſura. Pars ciuium pinnas aſcendit:turres: et loca urbis edita unde poſſint liberatorem Herculẽ conſpicere. Ignotis armis. Erat enim armatus habitu græcanico: et peregrino. Torua tuens. Indignanti ſimilis decipientis ſchemate. Torua. Pro torue. Lubricus. Aſtutus:doloſus. Plautus. Anguilla eſt:elabitur. ſic ligurem Maro dicit. Vane ligur : fruſtraque animis elate ſuperbis Nequidquã patrias

Lubricus.
Lubricare

tentaſti lubricus artes. Inde fit uerbum lubricare. Satyrus. Qui lacedęmonium pitylismate lubricat orbem. Lubricus qui non cõſiſtit appellatꝰ. Male lętus. Triſtitiã obtegens:ſimulta e triſtis. ilari frõte:triſti corde. Subdit. Inſimulat ſe ad illum. Patrio amore. Subit amore patrio:uel lętus amore liberatæ filię. Maxime graiugenum. Oratio Laomedontis ad Herculẽ. graiugenas genitos ex grais gręcos appellamus. Ades. Adſis. Iunctis. Cõſanguineis. a Ioue ut radice ꝓdeũtibus. Nã et nos Iouis genus ſumus. Vnus. Iupiter. Dardanus ex Ioue natus progenitor Laomedontis. Ouidius.

Laomedon ad Herculem.

Dardanon Electra quis neſcit Atlãtide natum
Scilicet Elecram concubuiſſe Ioui.

Piacula. Supplicationes: ſacrificia:quibus piantꝰ dii: unde uictima Plauto piacularis. Patrum. Quoniam ſingulis diebus uaſtiſſimo piſci una puella ſorte ducta exponebatur in ſcopulo a Cethe deuoranda. Ideo patres natis timentes ſummis piamentis te petebant.

Serus. Quãuis tardus ueneris poſt multarum mortem:ueniſti tamen. Maior. Maiora his feciſti. Hæc minima ſunt ſi maximis:quæ geſſiſti:comparentur. Hæc monſtri uictoria ſi comparetur factis maioribus quæ feciſti nihil ẽ. Seruata prole. Liberata filia. Biiuges. Equos cãdidos tibi promiſſos.

Volutat. Coquit. Leuet. Scribe luat ex priſcis exemplaribus hoc eſt ſoluat:euacuet. Reſponſa. Oracula:quæ dicebant ab Hercule Troiam liberatũ iri. Reſponſum hoc capitis Orphei quidam fuiſſe dicunt:quod erat in Leſbo. Fraternis. Meis propter Iouem patrem. Seruata prole. Filia mea Heſione. pollicetur ſequenti die daturum equos Herculi. quos tamen pro tempore nõ accepit:ſed apud regem perfidum reliquit. molitus animo maiora:ac expeditiõnem colchicam: quis poſtmodum fatis alio trahentibus nõ obierit amiſſo Hyla Thyodamãtheo:quẽ nymphę fontanę aquatũ miſſum ſubtraxerũt.

Capitis orphei oraculum.

Biiuges. Equos cādidos tibi promiſſos. Oſtendat. Et oſtēſos donet. Deberi. Fato eſſe deſtinata. Laomedon acceperat oraculū: et reminiſcebat̄ bis telis herculeis Troiā debere ruere. Semel cū in Laomedontem equos denegantem mouebit Hercules: Iterum cum Philoctetem Vlyxes hortabitur: et tandē impetrabit ut cum ſagittis herculeis contra Troianos ueniat: ſine quibus ſagittis Troia capi non poterat a græcis. Priami. Iunge cum inferioribus hoc ſenſu: Sed quis poſſit auertere fata a regnis Priami. i. Quis nam fata i regnū Priami exitium et cladem decernentia poſſit auertere? quoniā fata tolli nō poſſunt. Regnis Priami. A Troia ruitura. Vertere. Auertere: excludere. uel uertere. i. mutare fata regni. Regnis habet ſincerū et priſcum exemplar. Manet. Futura eſt certa fatorum lege: quę uerti mutariq; non poteſt. Luſtris immotis. Annis et temporibus quæ mori non poſſunt: ac aliter ſe habere.

Bis telis Herculis Troia ruit.

Craſtina lux biiuges ſtabulis oſtendat apertis.
Dixerat hæc tacituſq; dolos dirumq; uolutat
Corde nefas: clauſum ut thalamis ſomnoq; grauatū
Immolet, ereptaq; luat reſponſa pharetra.
Nanq; bis herculeis deberi pergama telis
Audierat Priami. ſed quis iam uertere regni
Fata queat? manet immotis nox duria luſtris:
Et genus Aeneadum: et Troiæ melioris honores.
Nos ait ad Scythici Tirynthius hoſtia ponti
Raptat iter. mox huc ueſtras reuehemur ad oras:
Donaq; dicta feram: tum uero plura uocatis
Annuit ille deis. promiſſa infida tyranni
Iam phryges: et miſeræ flebant diſcrimina Troiæ.
Panditur hinc totis in noctem carbaſus alis:
Littoraq;: et ueteres tumulos prælabitur Ili
Dardaniumq; patrem, uigili ſimul omnia ludo
Feſta uident. hinc unda ſacris: hinc ignibus: Ide
Vibrat: et horriſonæ reſpondent gargara buxo.
Inde ubi iam medii tenuere ſilentia ponti,
Stridenteſq; iuuant auræ: phrixæa ſubibant
Aequora: et anguſtas quondam ſine nomine fauces.
Ecce autem prima uolucrem ſub luce dehiſcens
Terruit unda ratem: uittataq; conſtitit helle:
Iam Panopes: Thetidiſq; ſoror: iamq; aurea læua
Sceptra tenens: dum ſternit aquas: proceresq; ducēq;
Aſpicit et placidis compellat Iaſona dictis.

Nox durica. Lignei equi: quē fabricauit Epeus. Senſus eſt. Fatis Troia deſtrui debet equo in Troiā miſſo: in quo gręci proceres deliteſcent. Mox ſomno: Vinoq; grauatos Troianos inuadent: et urbe potientur. Primi codices habent durica. lignea propter equum ligneū. Sunt qui dorica legūt ἁπλῶσ pro gręca. quoniam gręci heroes Troiā uaſtauerūt. Quidam ſcribūt. Nox duria. quoniā Ariſtophanes equum illum durion appellat δουράτεον Homerus his libro octauo odyſſeę ἵππου κόσμον ἄεισον δουρατέου quem Lucretius his imitatus eſt ſic. Nec cū Durateus troianis pergama partu Inflammaſſet equus nocturno graiugenarum. Et genus ęneadum. Iulios. Trudit palpum Cæſari.

Durica.

Durateus equus.

Troię melioris. Renaſcentis fortunatius in Roma. Dicam Troia cades: et Troica Roma reſurges. Obruet hoſtiles iſta ruina domos. Ait. Reſpondet Hercules Laomedonti his uerbis. Raptat. Raptim ducit et importat. neceſſe eſt me itinere maritimo proficiſci ubi non egemus equis. Veſtras. Phrygias. Speramus enim uenturū: et cum cæteris argonautis reuerſurum. Dicta. Promiſſa. unde dicta ipſa ſponſa. Maro. Coniux tua dicta relinquor. Plura. Maiora munera pollicet̄ Herculi q̄ promiſſa fuiſſent. Vocatis deis. Concepto iuramento et dis in teſtimonium uocatis. Iam. Etiam tunc anteq̄ dies mercedis ueniſſet.

Diſcrimina. Futura in Herculis reditu cū hic mercedē negaturus uideret̄. Alis. Cornibus antēnarum. Ili. Progenitoris Laomedōtis. Maro. Iluſq; Aſſaracuſq;: et troię Dardanus auctor. Totis. Sunt qui tortis ſcribunt. Carbaſus. Velum. Idę. Ida ſilua. Vibrat. Reſpondet. Horriſonę. Horrorem incutiente ſono et ſtrepitu. Reſpondent. Vocem alternant per echo. Gargara. Montes Troiæ. Buxo. Tibi. Papinius: Vana celenęa cōmittere pręlia buxo. Phrixęa. Helleſpontū ubi phrixi ſoror Helle decidit in pontum. Fauces. Anguſtias Helleſponti. Quōdā. Anteq̄ decidiſſet Helle. Ecce autem. Quarti diei nauigatio argonautarum. Sub luce. Appetente diluculo. Dehiſcens. Dans locū Helle loquuturę. Oratio Helles ad argonautas. Vittata. Parata ſacrificio et immolationi. quoniam auecta eſt cum illis uittis et infulis: quibuſcum fuerat aræ deſtinata: quas ſubito arietis auxilio rapta pręter ſpem non depoſuit. Panopes. Dea maris eſt Panope propter perſpicuitatem nomen adepta. Læua. Siniſtra manu. ueluti dextra ſalutatura Minyas. Ducem. Iaſonem.

Panope.

Tu quoqꝫ. Oratio Helles ad cognatum Iaſonem indicans ſe in deam maris poſt lapſum ab ariete mutatam. Indicat quoqꝫ nonnulla de luco ubi uellus aureum ſeruabatur. Ordo. Te quoqꝫ Iaſonem fata ſimillima fatis noſtris ferunt ab Aemoniis terris per ęquora ignota. Helleſpontus inquit Plinius ſeptem ſtadiis Europam ab Aſia diuidit: illic inter ſe contrarias urbes habés: in Europa Callipolim et Seſton in Aſia Lampſacum et Abidon. Aemoniis. .i. theſſalis. Infeſta. Infenſa: ſanguini ſuo inimica: ut nobis qui odio nouercæ et crudeli ſuperſtitióe patris I mare occidimus. Domus. Familiæ noſtrę. Quidam non te legunt: ſed tu. .non domus: uerum domas. ſed repugnantibus bonis exemplaribus nihil temere interpolandum. Factis. ſeribendum fatis. eodé fati turbine agimur. Aeolios. Genus ueſtrum ab æolo ducés originé: ut in ueſtibulo diximus. Amnem. Phaſim. Sup. ſupeſt. Procul. Subintelligeeſt. Dabit. Vobis. Geminæ arę. Altera Marti dicata cũ luco cognomine: altera Ioui phyxio hoc é fugæ ſoſpitatori: ut in principio primi dictũ eſt. Tumulis. Collibus uel buſtis phrixi. Procul. Longe exiſtenti cineri fratris mei reddite hæc nomine meo uerba. Non ego. Mandata Helles: quæ dat Argonautis ut cũ ad ſarcophagũ phrixi peruenerint illis utãtur. Quod rere. Vt putas. Credebat enim frater illam in mari ſuffocatam ad inferos abiiſſe. Neqꝫ me e ſcopulis ac fluctibus actã. Scribe cũ priſcis exéplaribus. Neqꝫ .n. ſcopulis me: et fluctibꝫ actã. nó agor p maris ſcopulos: ſed ad inferos deſcendi uiués et uidens. Interpretantur alii actam ſcopulis pręcipitatã: et deiectã: et in pelagus ſaxo deſiliiſſe. Frangit hyems. Tempeſtas agitat: et concutit. Regna. Vt regnarem in hac parte maris: quæ dicitur helleſpontus: a caſu puellæ nomine indito. Numine æquo. Libenter. .æquanimiter tulit Glaucus maris deus ut hic regnarem. Inois. Adiectiuũ ab Ino: quę furorem mariti fugiens Athamantis ſe pręcipitem in mare dedit: et matuta dicta eſt. Sinus. Sedes maris. Vt patrii rediere dolores. Cum recordata eſt dolenter crudelitatem patris Athamantis: quę Hellen concitauit ad lachrymas: quod ne faciat: eſt enim deis indecorum: ſe abſcondit. Inuergens. Declinans: deiciens. Deuergere id dicitur quod declinat: Deuergentiã pro deuexitate legi. Et gentis. Decus undarum et familię noſtrę. Eſt enim pulcherrimum habere diuum ex ſuis unũ. Gaudemus hinc nos Pia familia qd in diuorum .i. agiorũ beatorumqꝫ numerũ relatam habemus Dianam uirginem: quę Bononię templũ ſub nomine diuę Agnes cóndidit antiquitate ac ſumptu uiſendũ: quo nihil magnificentius ac ſanctius: ubi ueſtales .i. monachę diui Dominici diuinis hymnis et ieiuniis deũ optimũ maximũqꝫ propitium patrię reddũt. Pia enim familia equeſtris ſemper ac ſenatoria ueruſtiori cognomine Andalea uocabatur: catantiſtichos fortaſſis: tanquã dicas anthalea: qd ſemp florétiſſimis heroibus effloruit: quorũ ueſtigia diuerſo itinere ſequi cum ſemper ſtuduerimus: aſſequi tamé nó potuimus: uel ſeculi uitio: uel qd ambitióe ſequeſtrata ſemp eſſe maluimus q̃ uideri. Crethea uirgo. Nó orat illam Iaſon per Athamãté patré: qué ob crudelitaté non penitus amabat Helle: ſed per auũculũ Crethẽu cóſanguineũ et cóſequẽter uirgini dilectũ. Athamas fuit filius Aeoli: frater Crethei: qui Athamas duos ex Nephele ſuſcepit filios phrixũ et hellen: qua Nephele mortua Ino ſupduxit illis nouercã. Vndarũ. Reſpóſio Iaſonis ad hellen cóſanguineã. Age. Impelle: ducas. Interuolat. Velociter intercurrit. Medias. Seſton Europę et Abidon Aſiæ. Aeſtus. Fretũ: mare anguſtatum. Maro. Furit aeſtus arenis. Prementem. Occupare ſemper Europæ poſſeſſionem conantem: molientem. lancinantem: ut in re ſimili utar pliniana dictione: littora noſtra.

Te quoqꝫ ab Aemoniis ignota per æquora terris
Regna infeſta domus: fatiſqꝫ ſimillima noſtris
Fata ferunt. iterum Aeolios fortuna nepotes
Spargit: et infelix ſcythicum gens quæritis amnem.
Vaſta ſuper tellus: longum (ne deſice cœptis) ſpe
Aequor: et ipſe procul uerum dabit hoſtia: phaſis:
Hic nemus arcanum: geminæqꝫ uirentibus aræ
Stant tumulis, hic prima pio ſolennia phrixo
Ferte manu, cinerieqꝫ precor mea reddite dicta.
Non ego per ſtygias: quod rere: ſilentia ripæ
Frater agor. fruſtra uacui ſcrutatus auerni
Caeca uias. neqꝫ enim ſcopulis me et fluctibus actam
Frangit hyems. celeri extremplo ſubiere ruentem
Cymothoe: Glaucuſqꝫ manu: pater ipſe profundi
Has etiam ſedes: hæc numine tradidit æquo
Regna: nec inois noſtri ſinus inuidet undis.
Dixerat. et mœſtos tranquilla ſub æquora uultus
Cum gemitu tulit: ut patrii rediere dolores.
Tum pelago uina inuergens dux talibus infit.
Vndarum decus: et gentis crethea uirgo
Pande uiam: curſuſqꝫ tuos age diua ſecundo.
Immittitqꝫ ratem: mediaſqꝫ interuolat urbes:
Qua breuibus furit æſtus aquis: aſiamqꝫ prementem

Deuergere. Deuergentia. Pia familia. Diana pia. Templũ diuę Agnes. Andaleipii. Anthalei. Athamas. Cretheus.

Oris abruptis. Regionibus montanis et caucaſeis: uaſtis niue ac gelu. Immanior. Interpretantur aliqui magis allatrans illa littora. Alii propter ſymplegadas: cauteſq; concurrentes intelligũt. Alii pp Thraces i Europa Sarmatas: et quos Moſchos Lucanus uocat in qnto: quos ita uocari nobis Staniſlaus Tancinenſis muſarũ genius: ac nobilitatis ſarmaticę columen ſępe ſub ſignis noſtris Bononię militans expoſuit: quos pariter ſic appellat Sidonius. Biſſalta: Oſtrogothus: Procruſtes: Sarmata: Moſchus. ap quos i Tomitana urbe audio adhuc Ouidi ſepulchrũ extare: eoſq; barbaros chriſtiani prophetę tumulum credere. Hoc nobis paduſam pter nauigãtibus ſarmata muſſis Bononiæ ſtipendia facturus explicare ſolebat. Ideo dixit immanior propter Scythas: Getas: Anthropophagos: Rhipęos: de quorum regione Plinius in quarto. Pars mundi damnata a natura rerum et denſa merſa caligine. Cõſerta. Cõnexa: unde conſerere manus ſimul pugnare et cõſertores pugnatores. Cuſpis. poeticę p allatratu fluctuũ. Aduerſi ęui. Temporis diuturnitati cõtrarii. Siculũ. Claudianus primo de raptu. Trinacria quondam Italiæ pars una fuit. Sed pontus et æſtus

Moſchi.
Staniſlaus Sarmata.
Ouidi ſepulchrum apud Moſchos.
Conſertores.

Effugit abruptis Europa immanior oris.
Has etiam terras conſertaq; gentibus arua
Sic pelago pulſante(reor neptunia quondam
Cuſpis et aduerſi longus labor abſcidit æui.
Vt ſiculum libycumq; latus ſtupuitq; fragore
Ianus et occiduis regnator montibus Atlas.
Iam iuga Percotes pariumq; infame fragoſis
Exuperant pityamq; uadis tranſmiſſaq; puppi
Lampſacus: Oggygii quam nec trieterica Bacchi
Sacra: nec arcanis phrygius furor inuehit antris.
Sed ſuus in uenerem raptat deus. illius aras
Vrbe ſuper: celciq; uident uelamnia templi.

Mutauere ſitum. rupit confinia Nereus Victori et abſciſſos interluit ęquore montes: Paruaq; cognatas prohibet diſcrimina terras. Longus labor. Diuturna ætatis fatigatio: et erumnæ: quæ procellas infeſtas ulterius ferre non potuit. Libycum. Sequitur fortaſſis illorum opinionẽ: qui dicũt Libyã eſſe Europę partẽ. Lucanus in nono. Tertia pars rerũ libyæ ſi credere famæ Cũcta uelis. At ſi uẽtos: cœlũq; ſequaris Pars erit europæ. Videtur ſentire Flaccus libyã uiolẽtia uẽtorũ: motu terræ: et maris interuenientis impulſu ab Europa fuiſſe ſeiũctã. Fragore. Propter fragorem et ſtrepitum diuulſæ terræ: qui fuit immodicus: uel fragorem quod eſt idem ruentes motu terrę montes inclinatos.

Libya pa Europæ.

Ianus. Arx Ianiculi: pro Italia. Romanus: ut plures aiũt: Flaccus: patriæ loca libẽter attingebat: cũ ſiculũ ſolũ diuulſum ſit ab Italia: ſtupuit pars orbis diuerſiſſimi: et ſtrepitus auditus ẽ i mauritania et romę ubi regnabat id temporis Ianus. Atlas. Mons Mauritanię altiſſimus: ideo dictus regnator quoniã cæteris montibus præcellit. Percotis. Scribe percotes. Apollonius libro primo Argonauticon.
Δαρδανίην δὲ λιπόντες ἐπιπροέβαλλον ἀβύδῳ.
Περκώτην δὲ ἐπὶ τῇ. et reliqua. Dardaniam linquentes applicuerũt: et percoten pręterierũt. Percote inquit Stephanus: et indifferenter Percope ciuitas troadis. Ciuis Percoſius. Orpheus.
Περκώτης τ᾽ εὐθάλου αἶαν
Ἀργυρέαις αἰσηπος ἐπικλύζει προχοῇσιν. Vbi ęſepus argenteis undis percotes fertilem terram alluit. Parium. Parium: inquit Stephanus: ciuitas Helleſponti uocata a Pario filio Iaſionis. gẽtile Parius. Ciuis Parianus. Fœmininũ Pariane. Vadis fragoſis. Breuibus naues frangentibus.

Ianus.
Ianiculum
Percote.
Parium.

Phiam. Scribo. pityam: quæ eſt in medio Parii et Priapi. De Pitya ſic ſcribit interpres Apollonii. Lampſacus prius pitya dicta: quã aliqui pityen uocãt. Aliqui aũt dicũt qđ Phrixus in ea theſaurũ depoſuit: et ab iſto ciuitas pitya dicta. Thraces. n. theſaurũ pityen dicũt. meminit ipſus et Homerus. Pitya: Stephanus: ciuitas in medio Parii et Priapi. gentile πιτυεύς: de qua ſic cecinit Apollonius. ζαθέην τε παρήμειβον πιτύειαν. Diuinãq; prætericrũt pityã. Orpheus. Ἴλιον δ᾽ ἀρδανίην πιτύην ἐπιδέξιον ἔχοντας. a dextris Iliũ et Pityam habẽtes. Diuidit Flaccus Pityam a Lampſaco. Oggygii. Thębani. In Lampſaco colebatur Priapus unde Epigrammatiſtæ Lampſacius pro ſalaci et impudico. Non mea Lampſacio laſciuit pagina uerſu.
Et tarteſſiaca concrepat æra manu. Poeta ingenioſus in oſceno carmine. Mortales tibi Lampſacum dicarunt. Trieterica. Triennalia. Raptat. Agit fœminas. Suus deus. Lampſaci familiariter cultus. Velamina. Per uelamina uel intelligit templum Priapo dicatum: habens ſacellum Priapi uelis reliqua parte templi diſtinctum. Vel per uelamina accipe coronam floream: qua feſtis diebus ſimulacrum Priapi uelabatur. Ex his Auguſtini uerbis ſeptimo de Ciuitate Dei libro. Inter cætera quæ prætermittere cogor in Italiæ compitis quædam celebrata cum tanta licentia turpitudinis: ut in eius honorem pudenda uirilia colerentur: non ſaltem aliquantum uerecundiore ſecreto: ſed in propatulo exultante nequitia. Nam hoc tempore membrum Liberi per dies feſtos cum bonore magno ploſtellis impoſitum: prius per rura in compitis: et uſque in urbem poſtea uectabatur. In oppido

Pitya.
Lãpſacus.
Pityeus.
Lãpſacius
Priapus uelabatur feſtis diebus.
Priapus in ploſtellis.

autem lauinio unus libero totus menſis tribuebatur: cuius diebus omnes uerbis flagitioſiſſimis utebantur: donec illud membrum per forum tranſuectum eſſet: atq; in loco ſuo quieſceret: cui membro inhoneſto materfamilias honeſtiſſima palam coronam neceſſe erat imponere. Filius Bacchi fuit Priapus: unde patria fere habuere ſacra. Huc ſunt qui trahant illud Epigramatici. Schemate nec dubio: ſed aperte no
Dionyſia. minat illam: Quam recipit ſexto mēſe ſuperba Venus. Obſtat qđ Nouēbri mēſe celebrant̃ Dionyſia.

Rarior hinc tellus, atq; ingens undiq; cœlum
Rurſus, et incipiens alium proſpectus in orbem.
Terra ſinu medio pontum iacet inter et hellen
Ceu fundo prolata maris. nanq; improba cæcis
Intulit arua uadis, longoq; ſub æquora dorſo
Littus agit. tenet hinc ueterem confinibus oris
Pars phrygiam, pars diſcreti iuga pinea montis.
Nec procul ad tenuis ſurgit confinia ponti
Vrbs placidis demiſſa iugis: rex diuitis agri
Cyzicus, Aemoniæ qui tum noua ſigna carinæ
Vt uidet: ipſe ultro primas procurrit ad undas,
Miraturq; uiros, dextramq; amplexus, et hærens
Incipit: O terris nunc primum cognita noſtris
Aemathiæ manus, et fama mihi maior imago.
Non tamen hæc adeo ſemota neq; ardua tellus,
Longaq; iam populis imperuia lucis Eoæ,
Cum tales intraſſe duces, tot robora cerno.
Nam licet hinc ſæuas tellus alat horrida gentes
Meq; fremens tumido circunfluat ore propontis,

Rarior tellus. Rarior apparet habitatio. Incipiēs proſpectus. apparet proſpectus Europę in Aſiam.
Ceu fundo. Tāq̃ ſi a fundo maris eructata: eiaculataq; fuiſſet in illum medium maris ſinum. Prolata. Promota: proiecta. Rhodius Apollonius προρέουσαν appellat.
Intulit arua. Importauit dorſum terrenum. Improba. Poetice audētia ire per uim in alienam poſſeſſionem. i. maritimam. Vadis cæcis. Incognitis quæ non uidentur.
Dorſo lōgo. Multa terrę diuoſitate et exſpatianti margine. Cęcis uadis. Scopulis latētibus. Littus. Ois pars iſulę ē litus. Deſcribit
Cherſoneſus. Cherſoneſum: quæ prius fuit inſula. Iacet a regione Troię: quam Rhodius Apollonius appellat cherneſum licentia poetica. Eſt et altera cherſoneſus Thracię. Pinea. Acuta.
Aeſeritæ. Pars. Aeſeritæ tenēt montes illos acutos. Ponti. Propter litus
Cyzicus. maris Cyzicus rex erat. Cyzicus. Filius Aenetes et Iouis. Aenete uero filia Euſori regis Thracię.
Aenete.
Euſorus.
Deſcribit oram Cyzicenā: cui nomen a Cyzico id temporis florente iuuenta: qui per errorē ab argonautis fuit occiſus. Primas undas. In litus. Imago. Pręſentia: aſpectus.
Fama. Sextus caſus: quę fama fuiſſet. Vicit pręſentia famā. Lege Apolloniū. Lōga. Auia: remota.
Imperuia. Inacceſſa. Imitat̃ id maronianū. Nec tā auerſus equos tyria ſol iūgit ab urbe. Eoę. Deſcriptio ſolis. Video et agnoſco ciuitatē meā nō eē prorſus barbarā. et a qua tanq̃ a dira et oſcena ſol abſtineat: ut olim fecit a mycenis: quibus illucere recuſauit: quam urbē pręſentia tot heroum nedū illuſtrauit. ſed conſecrauit. Lucanus libro primo phar. Qualē fugiēte per ortus Sole: Thyeſteę noctem duxere
Aeſeritæ. mycenę. Robora. Robuſtos uiros. Hinc. Ab arcto ubi ſunt gigātes Aeſeritę ſex manus habētes:
Doliones. et Doliones habitatores cherſoneſi. Gētes ſęuas. Gigātas ſeximanus: de quibus ſic Apoll. i primo.
Ἄρκτον μιν καλέουσιν ὄρος περιναιτάοντες.
καὶ τὸ μὲν ὑβρισταὶ καὶ ἄγριοι ναιετάουσι.
γηγενέες. μέγα θαῦμα περικτιόνεσιν ἰδέσθαι
ἓξ γὰρ ἑκάστῳ χεῖρες ὑπέρβιοι ἠερέθονται
αἱ μὲν ἀπὸ στιβάρων ὤμων δύο ταὶ δ᾽ ὑπένερθεν.
Arctos mons. τέσσαρες αἰνοτάτῃσιν ἐπὶ πλευραῖς ἀραρυῖαι.
Terrigenas gigantes inquit habitaſſe montē uocatū arcton. incolis admiratio ingens: qui erant iniurii. Singulis erant manus ſex. De ſiluis arctois et gigantibus cum ſenis manibus meminit itidē Orpheus.
Propōtis. Propontis. Plinius lib. iiii. nat. hiſt. Quartus e magnis Europę ſinus: ab Helleſponto incipiēs męotis hoſtio finitur. Sed totius ponti formā breuiter amplectamur: ut facilius partes noſcant̃. Vaſtū mare
Priapus urbs. pręiacēs Aſię: et ab Europa porrecto Cherſoneſi litore expulſum anguſto meatu irrumpit in terras ſeptem ſtad. ut dictū ē: interuallo Europā auferēs Aſiæ. Primas anguſtias helleſpontū uocāt. Hac Xer
Boſporus thracius. xes Perſarū rex conſtrato in nauibus ponte duxit exercitū. Porrigit̃ deinde tenuis Euripus. lxxxvi. Mpaſ. ſpatio ad urbē Priapū Aſię: qua magnus Alexāder trāſcēdit. Inde expatiat̃ æquor: rurſuſq; in ar
Euxinus Axenus. ctū coit laxitas: propontis appellat̃. Anguſtię thracius Boſporus latitudine. d. paſſuū: qua Darius pater Xerxis copias ponte trāſuexit. Dein uaſtū mare. Pontus Euxinus: qui quōdā Axenus longe refugientes occupat

giẽtes occupat terras: magnoq; litorum flexu retro curuatus in cornua ab his utrinq; porrigit: ut ſit plane arcus ſcythici forma. Medio flexu iungitur oſtio meotici lacus Cimerius Boſporus: id os uocatur. ii. M. paſſuum latitudine. Mitia cultu. Corda hominum habẽtia cultum et ornamẽtum: culta et ornata moribus ciuilibus. Lucis. Subintellige ſunt. Virtus. Robur pugilatorium. Bebrycis. Amyci bebrycum regis ut infra patebit. Scythici ſacri. Tauricæ Dianę: apud aram cuius hoſpites immolabantur. Taurici erant ii populi Scythię. Inclementia. Crudelitas. — Cimerius boſporus.

Veſtra fides: rituſq; pares: et mitia cultu
His etiam mihi corda locis. Procul effera uirtus
Bebricis: et Scythici procul inclementia ſacri.
Sic memorat: lætoſq; rapit: ſimul hoſpita pandi
Tecta iubet: templiſq; ſacros largitur honores.
Stant gemmis auroq; thori, menſæq; paratu
Regifico: centumq; pares primæua miniſtri
Corpora: pars epulas manibus: pars aurea geſtant
Pocula: bellorum caſus expreſſa recentum.
Atq; ea prima duci porgens carcheſia graio
Cyzicus: hic portus inquit mihi territat hoſtis.
Has acies ſub nocte refert: hæc uerſa pelaſgum
Terga uides. meus hic ratibus qui paſcitur ignis.
Subiicit Aeſonides. utinam nunc ira pelaſgos
Afferat: et ſolitis tentent concurrere furtis:
Cunctaq; ſe ratibus fundat manus: arma uidebis
Hoſpita: nec poſt hanc ultra tibi prælia noctem.
Sic ait: haſq; inter uariis nox plurima dictis
Rapta uices: necnon ſimili lux poſtera tractu.

Rapit. Raptim ducit in hoſpitiũ. Pandi. Venientibus argonautis. Auro thori. Reges Aſiæ luxuriam in menſis dedere auro: et gemmis. Ebore habuere tripodas et thoros. Africa deinde citrum ad ornatus miſit. Romani Aſianorum luxũ omnẽ imitati ſuperare certauerunt. Regifico. Regio. Maro. Regifico luxu. Primęua. Primi æui ac formæ. Recentum. Quę Cyzicus recenter geſſerat cum pelaſgis. — Regificũ.

Porgens. Porrigẽs. Carcheſia. Cymbia: uaſa uinaria. pocula a parte ueli ſuperiori nomen adepta: ut in commentariis lucretianis affatim perſcripſimus. Hoſtis. Dolops uel pelaſgus. Refert. Aſſiduo terrore nos implicat: et nocturno: qui maior eſſe ſolet. Hæc. Cadauera: quę uides ſunt pelaſgi a nobis cęſi. Malo tamen hic non hac legere quoniam locum cædis oſtendit. — Porgens. Carcheſia.

Pelaſgum. Aeſeritæ: doliones: contra quos æſeritas et Doliones pugnarũt argonautę et eos uicerũt. Non pelaſgos uocat Apollonius: ſed macrones æſeritas et doliones. Sed cum dolopas non dolionas uocet Orpheus: et dolopes et pelaſgi ſunt iidem: ergo pelaſgi et doliones ſunt iidem: et ita concinent auctores. Stephanus inquit Dolopes eſſe gentẽ theſſalam: pelaſgos argiuã pelaſga pro gręca ponitur. Quos ante uocauit Dolopas Orpheus: Valerius pelaſgos pro gręcis: ut arte pelaſga. Meus. A me iniectus. — Pelaſgi. Dolopes

Ratibus paſcitur. Qui rates dolopum populatur: et bene dixit ratibus: quoniam prima nauis fuit argo. dolopũ rates. i. trabium uexus erant nõ naues. Subiicit. Reſpondet: ſubſequitur. Aeſonides. Iaſon. Ira. Quam neceſſariã putat Ariſtoteles ad bellũ et iuſtitiã. In quem ait Cicero. Vtinã Ariſtoteles iram inter uirtutes nõ poſuiſſet. Legi rem ſcitu dignã apud Plutarchũ in moralibus ſapiẽtẽ quendã uirum cum intus iraſceretur: ſolitum a uerbis abſtinere cõtumelioſis: baculoq; interim per aerem moto uibrare lacertos. Cũq; interrogaretur quid faceret: reſpondit: iram uerbero. Donatus irã ab ire infinitiuo deflectit qđ ire a ſe hominẽ faciat. Cicero ad Quintũ fratrẽ putat nõ tam moderationis eſſe q̃ lenitudinis quandoq; nõ iraſci: ſed uerba cõtinenda et linguam: quę ob irã prorumpit in dedecoroſa probra. Afferat. Adducat: agat in te dũ pręſidio noſtro munitus es. Solitis furtis. Nocte furtim ſoliti erant inuadere Cyzicum. Ratibus. Etiam cum ratibus: quibus armatis aderant. Manus. Turba pelaſgorum. Hoſpita. Hoſpitalia. hoſpitum tuorum qualia et q̃ ualida. Vltra tibi pręlia. Non ulterius: non poſt hac inferent tibi pręlia ulla pelaſgi. Has inter uices. Inter has uices: dũ uiciſſim colloquunt: et ſermones alternant. Plurima. Longa. Maro. Cum ſe nux plurima ſiluis Induet in florem: pro longa ſi Seruio credimus. Simili tractu. Similiter trahendo noctem uiciſſitudine uerborũ lux ſequens eſt continuata. Lux poſtera. Sequens dies. — Subiicere. Ira. Exemplũ irati ſapientis. Irã uerbero. Plurima.

Finis Commenti Pii Bononienſis in Secundum
Argonauticon Valerii Flacci,

## PII BONONIENSIS INTERPRETATIO IN TERTIVM VALERII FLACCI ARGONAVTICON.

d ISCEDVNT a Cyzico argonautę. Iaſon donatur Chlamyde: galea: telo pro munere hoſpitali: cui reddit pateras Iaſon et tela Theſſala. Tiphys ſomno uictus retinacula remiſſa non ſentit. Quo factum eſt ut aberrante naui in Cyzicum argonautę reuerterētur. Irata Cyzico regi Cybele ob leonem interfectum panicos terrores immiſit. Quare Cyziceni noctu exiſtimantes pelaſgos prędandi cauſa illuc acceſſiſſe: manum cū argonautis Cyzicum relapſis conſeruerunt. Cyzicus interficitur per errorem ab argonautis. Superueniens dies pugnam imperante Ioue diremit. Iaſon cyzici mortē deflet. Argonautę exequias cyzicenis faciūt. Mopſus eos a cęde expiat. Nauim ſoluūt. Myſiā annauigāt. Hercules cū Hyla nauim egrediť. Iuno ab Hercule Mineruā auertit ad colchos.

ERTIA Titonia. Tertia aurora: quo toto tempore argonautę cũ Minyis uerſati ſunt. Soluerat. Purgauerat: luſtrauerat. Vndas. Mare: quod liquefit: ex eius humiditatibus denſatę nebulę purgant̃. Cũ quis nauigat uidet exoriente aurora cũcta fieri liquidiora. Sunt qui umbras. emendant uel antiquo codice repugnãte: propter illud Virgilianũ. Humentẽq; aurora polo dimouerat umbrã.

# C. VALERII FLACCI SETINI ARGONAVTICON.

## LIBER TERTIVS.

Ertia iam gelidas titonia ſoluerat undas:
Exuerat q; polũ: Tiphyn placida alta uocabãt
It tectis argoa manus, ſimul urbe profuſi
Aeneadæ: charis ſocium digreſſibus hærent.
Dat Cererem lætumq; pecus. nec palmite Bacchum
Bithyno phrygioue ſatum: ſed quem ſua noto
Colle per anguſtæ leſbos freta ſuggerit Helles.
Ipſe agit Aeſonidæ iunctos ad littora greſſus
Cyzicus: abſceſſu lachrymans: Percoſia ueſtes:
Quas dabat: et picto Clite: uariauerat auro.
Tum galeam: et patriæ telum inſuperabile dextræ
Addidit: ipſe ducis pateras: et theſſala contra
Frena capit: manibuſq; datis iunxere nepotes.

Exuerat. Spoliauerat. Emicante nanq; ſole occultant̃ ſidera. Subintellige ſtellis exuerat. Sideribus. n. cœlũ nudat̃ ſole exorituro. Alta. Maria. It. Abit. Argoa. Græca. argonautę. Aeneadę. Cyziceni ita uocati a rege filio Aenei: nõ ab Aenea troiano. Apoll. lib. pmo. aeneadę cyziceni.
Ἰσθμὸν δ' αὖ πεδιῶντε Δολίονες ἀμφενέμοντο
Ἀνέρεσιν δ' ἥρως Αἰνήιος υἱὸς ἄνασσε: Κύζικος. ὃν κούρη δίου τέκεν Εὐσώρου Αἰνήτη.
Iſthmou aũt campũ Doliones circũhabitabãt: quibus imperabat heros æneius Cyzicus: quem puella incliti peperit Euſori ęnete. Ex his uerbis nõ habes æneadas eſſe cyzicenos. Interpres uero Apollonii inquit ęneiũ appellari Cyzicũ a Rhodio ab æneo theſſalo: cuius genus ẽ ab Helleſponto. Nam Euſori regis Thracię ęete filia genuit Cyzicũ: a quo denciata ciuitas: et Euſori filius fuit Acamas: cuius meminit Homerus. Addit dein idẽ Rhodii interpres Cyzici patrẽ fuiſſe uoie æneum: ut Stilbes: unde ciuitas cognoiata: hoc ẽ ab hoc uerbo αἰνεὺς et ab adiectiuo æneio ęneadę cyziceni uocant̃ a Rhodio: et hoc accepit ab orpheo: q ſic cyzicũ appellat. Aeneus. Aeneus pater Cyzici
Ὃς Δολόπων ἤνασσε περικτιόνων ἀνθρώπων
Αἰνῆος φίλος υἱός. ὅν οἱ τέκε δῖα γυναικῶν
Εὐδώρου θυγάτηρ αἰνίππη καλλιπάρῃος. i. Iamq; recumbebant uenit cum cyzicus heros.
Imperat hic dolopum gentiq; perictiouumq;:
Aenei carum pignus: quem filia clari
Eudori ænippe peperit formoſa puella. Sociũ. Sociorũ cyzicenorũ. Plautus in menechemis. Meum cum ſalute ſociũ. Digreſſibus. Diſcedẽtibus argonautis. Satyrus. Quãuis digreſſu ueteris cõfuſus amici. Lętũ. Pingue. ut pinguiſq; ferinę. Maro idẽ. Quid faciat lętas ſegetes. p pingues: unde lętamen. Bithyno. Domeſtica nũq̃ appetimus. peregrina et alio orbe nata maxime. Suggerit. Subminiſtrat cyzicenis p mare helleſpontiacũ. Leſbos. Inſula ægei maris: quę olim troadi imperauit. nũc a ciuitate ſua mitylene: metallina uulgo dicit̃. Habuit et Creſſum: Antiſſam: et methymnã: de qua Maro in georgicis. Et methymnęo carpit de palmite leſbos. Dicta leſbos a Leſbo Iapeti filio. Habuit ciues pittacũ: Alcęũ: Sappho: Theophraſtũ. Vina habuit generoſiſſima. Proptius. Leſbia mentoreo uina bibas opere. Moribũdo Ariſtoteli uina oblata nõ diſplicuerũt: cæterũ ptulit leſbiũ: in quo iudicio minus inuidioſe uiſũ ẽ oibus pponere theophraſtũ. Agit greſſus. Comitat̃ Iaſonẽ cyzicus. Abſceſſu. Diſceſſu cari amici. Percoſia. Clite filia Meropis regis Percoſii. Ordo. Cyzicus dabat dono ueſtes Iaſoni: quas Clite pcoſia uariauerat auro picto. Percoten diximus libro ſuperiori eſſe ciuitatẽ troadis. Chlamydẽ. in uetuſiſſimo ac antiqtate pene cõſecrato exemplari ſcriptũ ẽ. Clite. i. κλείτη: nõ chlamydẽ ut habẽt pmiſcui codices: quę lectio ſummope placuit. Ait. n. cyzicũ Iaſoni dono dediſſe ueſtes: quas Clite neto uel intertexto auro uariauerat: quę dona fuerãt amoris cõiugalis. Patrię. Paternæ quo pater cyzici utebat̃. Theſſala frena. Nã primi theſſali frenũ iuenerũt. Maro Frena peletroni lapithę: giroſq; dedere Impoſiti dorſo. Quin et in theſſalia reptus ẽ equus. unde Euripides illã πωλότροφον hoc eſt equorũ nutricẽ uocat. unde Poliæ iuriſconſultis equilia: et equorũ greges appellant̃: ex Homero libro decimoquinto Iliados. Iunxere. amicitiã fœderauerũt. Nepotes. Pro minoribus uſurpatũ: Iunio Aenippe. Leſbos. Methymna Clite percoſia. Frenũ inuentũ theſſalicum. Poliæ.

res heroes dona nõ dederũt: ſed manus pro fœdere amicitiæ iũxerunt. Tu mihi. Implorat auxilium muſæ maximũ bellũ aggreſſurus. Infanda. Crudelia: inhoſpitalia: uel nõ dicẽda mortali niſi a adiuuetur a deo. Clio. Heroũ geſta canẽs muſa. Virũ. Virorũ. argonautarũ. Talia. Arma. Quid. Quare Iupiter hoſpitalis: ſubintellige pmiſerit cõcurrere iũctas dextras: argonautas et cyzicenos amicos et hoſpites. Vnde tubæ. qua cauſa inſtrepuerũt tubæ. Mouit. Impulit. Dyndima. Cauſam narrat mortis cyzici. Cyzicus. inquit: dũ p montẽ phrygiæ uenando diſcurrit leonẽ iugo cybeleio ſubiugẽ: proſtrauit. Cybele dyndimene ultura famulã ferã: in eũ ſubornauit furiã: quę totã urbẽ lymphauit: qua tumultuãte cum egredereť Cyzicus percuſſus ẽ ab errãte Iaſone et occiſus. Dyndima. Sẽſus eſt. Dum aſper iuuenis Cyzicus quatit dyndima bacchata ſanguineis lacertis famulorũ Cybeles: id temporis iuuenis occurrit leoni cybeleio: qui dominam uexerat: et occidit.

Famulũ. Famulorũ. Bacchata. In bacchationem acta. Lacertis ſanguineis. Famuli ſacerdoteſq; Cybeleii proprios appetebãt lacertos: ſanguineq; proprio deę litabãt: quod i Syria dea numine ſimili Lucius Apuleius irridet i aſino aureo. Tibullus cõſimiliter. Illa bipene ſuos cedit uiolẽta lacertos: Sãguineq; effuſo placat inulta deam: Statq; latus prętixa ueru: ſtat ſaucia pectus: et canit euẽtus quos dea magna mouet. Quatit. Cyzicus exagitat ut erumpant ferę. Redeuntẽ. Sponte: ideo cicurem: ideo cariorem.

Cybeleii ſacerdotes.

Ad frena. Ad currum deæ tanq̃ uim numinis ſentiret. Et nunc. Senſus eſt. Nunc ille leo mortuus a Cyzico datus ẽ dono Clite uxori quã recẽs duxerat: ex quo Clite fœmina: proh rem indignã tanto animali: pręſertim ſacro: ſibi ueſtem fecit. Erat enim apud antiquos inſtar magni honoris pellẽ leonis a ſe uel a marito ſtrati ferre: quod patet in Hercule. Ille Cyzicus. Bis repetẽdum eſt impoſuit. Cyzicus primũ ora leonis et iubas: et caput prę foribus poſuit: ut ſolent uenatores: qui ora ceruorũ et aprorũ prę foribus figũt uenationis palmam tacite cõmẽdãtes pterceũtibus: uictoriãq; ſuã oſtẽtãtes. Captiua. Caput capti immo interfecti leonis.

Muneribus. Subintelligať q. et. Et coniunx Percoſia impoſuit primas ueſtes muneribus. ideſt in munera. Infelix. Vt tantę generoſitati quãta eſt leonina ita illudatur ut pro indumẽto eam geſtet fœmina. Diuę pudendum. Cuius indignitatis puduit deam. Hemoniam ratem. Nauem theſſalicã.

Aeriſonũ.

Aeriſono. Cybeleio dyndimęo. Appellat Aeriſonum quoniam auctore Lucretio et Catullo tympana et inſtrumenta ſonora pręcedunt illam. Pręfixaq; regum. Poſteaq̃ dea in argo naui uidit heroica ſcuta: cogitare cepit quomodo cladẽ et perniciẽ moliretť cyzico uiolatori ſui leoniš. Voluit. Cybele machinať et cogitat. Noua monſtra. Noua et mõſtroſa terricula: quibus infeſtet cyzicũ et opprimat. Socias. Fœderatas et amicas quales erãt argonautę. Cogitat Cybele quomodo gręcos heroas: et Cyzici ſocios armet: et irritet ignaros in cyzicũ. Canebãt. Albicabãt. Prona. In terrã inclinata: et pronis luminibus arridentia. Tonſas. Remos a tundendis fluctibus. Proneſon. Quid ſi legis Pronecton. Stephanus. Pronectos ciuitas Bithynię: quã poſuerunt phœnices. Quid ſi procneſon ſcribis ut habent antiqui codices? Inſula propõtidis ẽ: cuius meminit Ammianus Marcellinus lib. xxii. hiſtoriarũ. De procneſſo oppidulo prope cephaleniam meminit Strabo in decimo. ſed ad rem nihil.

Pronectos
Procneſos
Rhindacus
Rhyndacites.

Rhindace. Fluuius i medio phrygię et helleſpõti. Rhindacus: inquit Stephanus: ciuitas i medio phrygię et helleſponti. Rhyndaceni inde et Rhyndaci, fœmininũ rhyndacites. Ab unda fracta. Appellatur

Tu mihi nunc cauſas: infandaq; prælia Clio
Pande uirum. tibi enim ſuperũ data uirgo facultas:
Noſſe animos: rerumq; uias. cur talia paſſus
Arma: quid hoſpitiis iunctas concurrere dextras
Iuppiter: unde tubæ: nocturnaq; mouit Erinnys.
Dindyma ſanguineis famulum Bacchata lacertis
Dum uolucri quatit aſper equo: ſiluaſq; fatigat
Cyzicus: ingenti prædæ deceptus amore
Adſuetum phrygias dominam uectare per urbes:
Oppreſſit iaculo redeuntem ad frena leonem.
Et nunc ille iubas: captiuaq; poſtibus ora
Muneribus primas coniux Percoſia ueſtes
Impoſuit: ſpolium infelix: diuæq; pudendum.
Quæ poſtquam æmoniam tantæ non immemor iræ
Aeriſono de monte ratem: præfixaq; regum
Scuta uidet: noua monſtra: uiro noua funera uoluit:
Vt ſocias in nocte manus: utq; impia bella
Conſerat: et ſæuis erroribus implicet urbem.
Nox erat: et leni canebant æquora ſulco:
Et iam prona leues ſpargebant ſidera ſomnos.
Aura uehit: religant tonſas:ueloq; proneſon:
Et te iam medio flauentem Rhindace ponto:
Spumoſumq; legunt fracta ſcylacæon ab unda.

ſcylacęũ ab undarũ fractura. σκυλεύω eſt uerbũ gręcum quod ſignificat ſpolio et prędor. qđ naues uorat et deprędat̃ et nexat ita uocatum. Sic et ſcylacęum in Italia de quo Maro in tertio. Caulonisq́ arces: et nauifragum ſcylacęũ. Eſt.n. Scylacęũ: de quo meminit Flaccus: ciuitas apud Cyzicum: uel in Aſia. Scylace ciuitas apud Cyzicũ ait Stephanus. Hecateus in Aſia ponit. Ciuis Scylacenus et Scylacius. — Scylacęũ.

Solis cubilia. pręuiderat tempus ab occaſu ſolis. Ratẽ miniſtrat. Offert nauẽ uẽto ne pugnare cogatur contra naturę uiolentiam.

Ipſe diem longe ſoliſq́ cubilia Tiphys
Conſulit. ipſe ratem uento ſtelliſq́ miniſtrat.
Atq́ illum non ante ſopor luctamine tanto
Lenit agens: diuum imperiis cadit inſcia clauo
Dextera: demittitq́ oculos: reſolutaq́ puppis
Turbine flectit iter: portuq́ refertur amico.
Vt notis allapſa uadis: dant æthere longo
Signa tubæ: uox et mediis emiſſa tenebris.
Hoſtis habet portus: ſoliti rediere pelaſgi:
Rupta quies. deus ancipitem lymphauerat urbem:

Atq́ illum. Nunq̃ alio tempore ſomnus adeo lenibat et demulcebat Tiphym. Luctamine tanto. Tanta lucta iſtabat Tiphy ut lumina uicta dare cogeret̃: ut in quinto ęnei. accidit palinuro. Lenit. Mulcet. titillat: irritat. Agens. Impellẽs: urgens. Cadit clauo. Excidit gubernaculo. Inſcia. Neſcia ſe cadere: impos ſui: nõ recta a ſenſu. Iuxta illud ouidianũ. Et cadit a mento languida facta manus. Sunt qui nõ inſcia: ſed inſita legũt pro affixa clauo. repugnãt antiqui codices. Demittit. Declinat Tiphys. Reſoluta. Diſſipata: ſine ordine fluctuans: quod accidit cũ gubernaculũ deſeritur: quod euenit dormiẽte tiphy. Turbine. Circũactu: reuolutione. Perſius. Momento turbinis exit Marcus Damma: ut in Perſio dictauimus: cũ prius legeretur: temporis. Iter. Inſtitutum in Colchos. Portu amico. In Cyzicum. Allapſa. Furtim appellens. — Perſii locus.

Notis uadis. In propria litora. Aethere longo. Diuerſo orbis interuallo. Politianus legit longe aduerbialiter. Vox. Incerto auctore. Qui cuſtodiebant portum ſigna tuba dabant hoſtem aduentare nuntiantes. Habet. Hoſtes portũ occupauerũt. Soliti. Turbare quietẽ noſtrã. Quies. Somnus eſt. Deus. Pan naturam referens inſignibus multifariis. Pecori pręeſt: Inguinum tenus habet effigiem hominis: cętera caprę. pinu caput cingit in memoriam pitys dilectę. Dextra fert zonã ex corio caprino qua uerberabat occurrẽtes. Cauda blanditur. Cornicula e fronte erumpũt. Hircina barba mento ſubeſt. modo lyncis: modo dammę corio tegit̃. Baculo paſtorali utitur. Dextro nudus latere. Diurno tempore manet in antris: nocturno uero uagatur. Seruius inquit pana induere nebrida pellem uidelicet ceruinã Sideribus in pectore uariegatam: ut coelũ ſtellatum ſignificet. Cornua ad lunę imaginẽ in capite diuidua. Propter ſeptem planetas: qui concentu muſico mouent̃: fiſtulam ſeptiforem: quo ſignificat̃ æther. Plantam capripedem propter terræ ſolitudinem. Dextra pedum .i. paſtoralẽ baculũ. quo natura ſignificatur. Certaſſe lucta cum cupidine ac fuiſſe uictũ. Perelegans eſt diſcretio panos apud Silium libro. xiii. punicorum his uerſibus. — Pan. — Nebris ſtellata. — Septiforis fiſtula. — Pedum.

Pendenti ſimilis Pan ſemper: et Imo
Vix ulla inſcribens terræ ueſtigia cornu.
Dextera laſciuit ceſa tegeatide capra.
Verbera lęta mouens feſta per compita cauda.
Cingit acuta comas: et opacat tempora pinus.
Ac parua erumpunt rubicunda cornua fronte.
Stant aures: ſummoq́ cadit barba hiſpida mento.
Paſtorale deo baculum: pelliſq́ ſiniſtrum
Velat grata latus tenerę de corpore dammę.

Euſebius libro. v. pręparationis euãgelicę ſcribit Thramno interroganti Pana exclamaſſe. Quãdo iuxta paludem fueris annuntia tunc Pana magnũ mortuũ eſſe. Quem ex Mercurio et Penelope natum perhibent eodẽ auctore ex Mercurio et Penelope: de quo et Lucianus infit ſic: qui cornua habet: et naſum et barbam hirſutã. Crura δ' ἰχαλα καὶ τραγικά. καὶ ἐυρὰν ὕπερ τῶς πυγάσ. ab eodem κεραοφόρου καὶ τραγοσκελῆς. hoc ẽ corniger et hircicruris. — Pan Penelopes filius

Ancipitem. Ambiguam. Lymphauerat. In faneticũ furorẽ exagitauerat: furere fecerat. In aquis fuiſſe laruas antiquitas credidit: unde lymphatos uexatos dęmone dixit: et lymphaticos. Plautus. Sũt ali quot mihi nummi lymphatici. Terrores et conſternationes: quę nos auertunt a mente: panicę uocantur: quoniã repẽtini tumultus ac terroris: qui ſit incerto auctore cauſam Pani tribuũt. Syneſii interpres panicos appellari terrores dicit cũ repente in exercitu uiri: equiq́ perturbant̃ nulla cõparẽte cauſa. Theon in aratũ militaſſe ait pana deũ aduerſus Titanas: primũq́ cũ uideri conchã illã tortilẽ et turbinatã: qua pro tuba utuntur: inueniſſe: quę gręce Cochlos appellatur: factũq́ ipſius opera uti ſe armãdi ſociis interim fieret copia: dũ ſonitu quoq́ illo: qui panicos uocitur: in fugam Titanes agebant̃. De his panicis terroribus meminit Cicero libro quinto epiſtolarũ ad Atticũ. Scis enim quędã πάνικα dici. τὰ πά — Lymphatici nummi. — Panici terrores. — Cochlos.

ϰικα δϵίματα græci dicũt tumores uidelicet panicos. Scribit ſozimus monſtroſo aſpectu quẽpiã apparuiſſe pellitũ Albanis: Romaniſq; prœliũ cõmiſuris. Idem auxilio fuit Atheniẽſibus contra Perſas.

Mygdoniæ Mardi. Mychthonia.

Mygdoniç matris. Cybeles Phrygiç. Mygdonia pars Macedoniç: inquit Stephanus. Altera Phrygiç magnæ. Aliqui Mardos ipſos uocãt. dicit̃ et Myehthonia. Papinius. ii. Thæbaidos. Etiam Mygdoniis elata cubilibus alto Impulerat cœlo gelidas aurora tenebras. Mygdonia regio in finibus Aſiç: a rege Mygdone inquit Lutatius. Iuſſa ſçuiſſima mandata. mandauerat. n. ut lympharet urbẽ: unde mors Cyzici: ſtrages urbis proueniret: quæ oĩa crudelitatis ſunt tragicç plena:

Lucis ad horas. Tẽpore diei. In codicibus tamẽ antiquiſſimis: quorum fidẽ ſæpe citauimus: ſcriptum eſt. Lucis ab oris. i. regionib9. Hoc eſt Pan in antris moratur lõge remotus a regionibus: ſtationibuſq; diei. Lucẽ fugit ac diem Pan. unde in Terento tyberiuo ei templũ ſubterraneum. Per deuia. Per loca inacceſſa: abrupta: ſola. Setigerum latus. Eſt Pani. non quidem omnino ſetigerum ſed hiſpidum.

Coma ſibila. Ex pinu habet: quã riualis olim boreas percutit. Super tubas. Superans tubas exertiſſime clamitat. Conus. Summitas in apice galeç: qui conus fit: auctore Plinio ex pennis ſtruthiocameli auis: quod et noſtra tempeſtate uſurpant. Qua. Voce ſublatiſſima.

Trepidis. Velocibus. Clauſtra. Murorũ ferreæ: ac portarũ ualidiſſimi uectes: etiã ferrei ſponte cadunt audito ſtrepitu uocis panicæ.

Migdoniæ Pan iuſſa ferens ſæuiſſima matris:
Pan nemorum belliq; potens: quem lucis ad horas
Antra tenent. patet ad medias per deuia noctes.
Setigerum latus: et toruæ coma ſibila frontis.
Vox omnes ſuper una tubas: qua conus et enſes:
Qua trepidis auriga rotis: nocturnaq; muris
Clauſtra cadunt: taleſq; metus non martia caſſis:
Eumenidumq; comæ: non triſtis ab æthere gorgo
Sparſerit: aut tantis aciem raptauerit umbris.
Ludus et ille deo: pauidum præſepibus aufert
Cum pecus: et profugi ſternunt dumeta iuuenci.
Ilicet ad regem clamor ruit. exilit altis
Somnia dira thoris: ſimulacraq; pallida linquens
Cyzicus. ecce ſuper foribus Bellona recluſis
Nuda latus: paſſuq; mouens oricalca ſonoro
Adſtitit: et triplici pulſans faſtigia criſta:
Inde ciere uirum. ſequitur per mœnia demens
Ille deam: et fatis extrema in prælia tendit.
Qualis in Alciden et Theſea Rhœtus. iniqui

Dçmogorgo. Dçmoniarches. Gorgon.

Gorgo. Pro Dçmogorgo p apocopen poetice. Eſt. n. auctore Lutatio Papinii interprete Dçmogorgon Dçmoniarches: quẽ cũcti uerẽtur et formidant. Eius uerba ſunt hçc libro quarto thçbaidos. Dicit deũ Dçmogorgona ſummũ: cuius nomen ſcire nõ licet. Infiniti aũt philoſophorũ magnorũ per ſe etiã cõfirmarũt re uera eſſe prçter deos cognitos qui colunt in templis aliũ principẽ et maxime dominũ cçterorũ numinũ ordinatorẽ: de cuius genere ſint ſoli ſol atq; luna. Cæteri uero qui circũferunt̃ aſtra noiant̃: quç eius clareſcunt ſpiritu: maximis in hoc auctoribus Pythagora et Platone: et ipſo Thagete cõuenientibus. Sed dire ſentiunt: qui eũ intereſſe nefandis artibus actibuſq; magicis arbitrant̃. Ad hçc trahũt carmen id Papinianũ. Et triplicis mũdi ſummũ quem ſcire nefaſtum. Illum ſed taceo. Sunt qui Gorgonẽ Meduſam intelligunt: quæ eſt in clypeo Palladis: quæ mortales omneis terrificat: uel qđ Gorgo hoies cõuertebat in ſaxa. Tantis. Tam formidoloſis. Aciem. Exercitũ. Raptauerit. Turbauerit. Vmbris. Simulacris immanibus. Ludus deo. Subintellige: eſt. ita Pan ludere ſolet: et ludum ſuũ putat cum rapit pecus in maximã cõſternationem. Prçſepibus. Extra præſepia. Sternunt dumeta. Per dumos et ſpinas incedunt.

Ilicet.

Ilicet. Statim. Virgilius. Ilicet ignis edax ſumma ad faſtigia tecti uoluitur. Ruit. Præcipitat: conuolat: accelerat. Somnia dira. Vanã cõſternationem et diram. Forte cũ hunc clamorẽ audiuit Cyzicus dirũ ſomniũ ſomniabat: quod linquens emicuit in bellũ. Simulacraq; pallida. Vel periphraſis ẽ ſomniorũ. uel intelligit ſimulacra Bellonç: quç Cyzicũ circũſiſtebant eũ et ſecũ totã ciuitatẽ lymphatura. quoniã infra dicet in mẽſa fuiſſe. Sed thoris hic pro menſis intelligere poſſumus: ut illud uirgilianũ. Inde thoro pater Aeneas ſic orſus ab alto. Poteſt et ad lectũ referri. i. cubile. Nõ. n. uideo quomodo ſomnia dira relinquere potuit in mẽſa. Sic. n. debes ſimpliciter interpretari: relictis ſtratis et ſomno Cyzicũ ad arma proſiluiſſe. Orichalca. Tubã: galeã uel ocreas. Triplici. Trilingui et ſerpẽtibus armato. Inde. A foribus recluſis. Virum. Cyzicũ ad arma laceſſere. Extrema. Vltima: quibus immoriet̃. Rhœtus. Cẽtaurus notiſſimus: qui Theſeũ mero furẽs adortus ẽ: unaq; Pirithoũ. Iniqui. Nõ æqui: immodici. Vino. n. nimio prçgrauatus furebat cẽtaurus. Nube. Exhalatione: qua oculi caligãt et obumbrat̃ ſapiẽtia. Geminã pholoen. Duplicatũ illũ montẽ. Ebriis. n. ſimplex uidet̃ duplex uel ſatyro teſte. Geminis aſſurgit mẽſa lucernis. Petit Ariſtoteles in problematis encyclicis cur uinolẽtis res una plures interdũ eſſe uident̃. An qa aſpectus cũ cõmoueat̃ euenit ut nullũ tempus idẽ in eodem

Thorus menſa. Rhœtus. Omnia duplicantur ebriis.

quieſcat. Qđ aūt eodē tpe uarie cernit̃:id ſerius occurriſſe uideri pōt. Qđ.n.cernit̃ nō cōſpectus ratione ſentit̃. Fieri aūt nō pōt ut idē pluribus attingat̃. quod cū nullū ſenſum admittat:id tēpus quod interpoſitū tēpori ē diſtinguat:quo rē cōſpectus attingit et quo repetit. Efficit̃ hinc ut tp̃s unū eſſe uideat̃ quo attingit̃:quo ꝗ repetit̃. Itaq; cū plures aſpectus rē eādē eſſe uideat̃ quod unū cōſpectui ſubiacet. quoniā fieri nō pōt ut res eadē modo eodē attingat̃. Maiora. Vtpote gemina et duplicata:quoniā:ut reor:obnubilata uis optice.i.uiſiua nō pōt diſcrete uidere:ſed cōfuſe:et paſſim uidet.

Nube meri:geminam Pholoen: maioraq; cernens
Aſtra ruit. qualis ue redit uenatibus actis
Luſtra pater triuiamq; canens:humeroq; Learchum
Aduehit:at miſeræ declinant lumina Thebæ.
Jamq; adeo nec porta ducem:nec pone moratur
Excubias ſortita manus:quæ prima furenti
Aduolat:hinc alii ſubeunt:ut proxima quæq;
Intremuit domus:et motus accepit inanes.
At Minyas anceps fixit pauor.ægra uirorum
Corda labant:nec quæ regio:aut diſcrimina cernūt:
Cur galeæ clypeiq; micent. num peruigil armis.
Donec et haſta uolans immani turbine: tranſtris
Inſonuit:mouitq; ratem:rapere obuia cæca
Arma manu. princeps galeam conſtringit Jaſon
Vociferans. primam hanc nati pater accipe pugnam:

Aſtra. Pomponius Lętus uir eloquētiſſimus: Antiquitatis indagator: legebat antra:quoniā i antris et montiū cauernis ſtabulabant̃ ipſi centauri: Sin aſtra legimus ſepulti mero cētauri uidēt oia maiora pręſertim lumina. Qualis:q̄ furioſus et imanis. Hanc fabulā proſequitur Ouidius libro quarto metamor. his. Iuno grauiter ferens qđ Ino liberi altrix ſororibus punitis cū duobus remaneret liberis i uita: cōtemptrix numinis ſui p tęnarum premōtoriū peloponeſi ferarum ſequēs iter ad Erynnes ultrices ipiorę deſcēdit: petitq; ab eis et athamāta cū cōiuge Ino aduerſarios numinis ſui ulciſceret̃: quarum una imperio parēs deę relicta regia ditis ad ſuperos egreſſa eſt. Vt Athamātis regiā cōtigit: in ſinu eius ac coniugis. angues ac uirus: quibus ſenſus eorū alienarent̃: iniecit. Quā ob inſaniā ille Learchū filiū in uenatione pro fera interfecit. Ino aūt Melicerten ex ſcopulo ſecū in profundū pręcipitauit. Qui ueneris precibus pro nepote habitis a Neptuno pelagi rectore in deorum ceſſere numerum. Ita et Melicertes Palemon. Ipſa Ino Leucotoe inter marinos deos nuncupentur. Redit. Ad furorem reuenit. Luſtra pater. Athamas ſe uenari putabat. Sequitur Ouidiū in quarto ita ſcribentē. Protinus æolides media furibundus in aula Clamat io comites his retia tendite ſiluis. Hic modo cū gemina uiſa eſt mihi prole leena: et filios ſuos leonis catulos uocabat: matrem uero leenā. nec erat in uenatione ſed uenari uidebatur. quoniā: ut inquit Ouidius: Mens ē quæ diros ſentiat ictus. Venatibus actis. Trahēs filios tanq̄ ex uenatione more leonum: matrem uero Ino tanq̄ leenā. Triuiam. Dianā uenationis pręſidem. Learchū. Ouidius. Deq; ſinu matris ridentem et parua Learchum Brachia tendentē rapit: et bis terq; per auras More rotat fundæ. Aduehit. Ducit in populi conſpectū. Declināt. Auertūt. Lumina. Oculos ne immanitate tam tetri ſpectaculi ſcelerarentur. Thębe. Thębani. Porta ſortita. Paſſiue pro ſorte data. melius. porta nō moratur ducem: Omnia erant cōfuſa. nihil ordine procedebat. dux qui ſerie diſpoſitiſſima pręmittere turbā debebat: nō moratur loco ſuo: ſed lymphaticus antecedit. Adeo. Eſt particula expletiua ut inquit Donatus.

Athamas.
Ino.

Learchus.

Nec pone. Poſt. Maro in.ii. Pone ſubit coniunx. Lucanus. Pone ſequi. Ordo. Nec manus ſortita excubias morat̃ pone excubitores: quorū officiū eſt in ſtatione ſua ſubſiſtere: non ꝑgredi: nō ſubſtitūt: immo progrediunt̃ cōſternatione cōfuſi. Manus. Cohors. Morat̃. Subſiſtit. Sed exilire properat. Excubias. Vigilias. Quę prima. Quę manus excubitorū prima aduolat: et accurrit furēti turbę. Intremuit. Timuit. Tremere: auctore Marcello: eſt timere: adducitq; uerſiculū illū Plauti in Aſinaria. Pro mōſtro ē quādo qui ſudat: tremit. Virgilius.ii.ęne. Hic aliud maius miſeris: multoq; tremēdū. Motus inanes. Terrores panicos quidem: ſed uanos. Fixit. Defixit: attonitos reddidit. Aegra. Dubia: ſolicita: quoniā uidebat diſcrimina pręſentia. Virorū. Minyarū. Labāt. Nutāt: fluctuant. Regio. Sit illa: ad quā appulerūt. quoniā eis ignaris nauis Argo relapſa ē. Micēt. Moueant̃: unde micare digitis. Num peruigil armis. Ita reuerēdę uetuſtatis codices habēt: nihil auſim immutare. Dubitāt argonautę nū peruigil armis.i.ignorāt quare ꝑfecti uigilū ſint in armis. nun qđ iſte tumultus ueniat a uigilibus nocturnis. uel dubitāt minyę an certandū ſit: uel potius in armis manendo expectare exitū rei tumultuoſæ. Sunt qui ſcribūt. Cur peruigil armet. Sed hoc in codicibus antiquis nō reperio. Turbine. Impetu inſano. Tranſtris. Coniecta per tranſtra nauis. Mouit. Motum et tumultum magnum fecit in naui. Ratem. Argonautas: qui erant in naui. priſci codices nō: mouit ratem: habēt: ſed monuit pro admonuit argonautas quid agere deberēt: uim ſcilicet ui repellere. Monuit rapere: expone monuit ut raperent. Cęca manu. Neſcia cōtra quos eſſet pugnatura. Galeā cōſtringit. Bucculā demittit ut faciē tegat: quod pugnaturi facere ſolēt. uel cōſtringit cōnodat et affibulat. Nati. Iaſonis.

Tremere.

Huc affore. Lego. hic. ut ſit apoſtropha Iaſonis ad argonautas. Pugnate inquit Iaſon o minyę tanq̃ cum Colchis hoſtibus pugnaretis. Biſtonas. Thraces. Comparatio pugnantium marti ad arma promicanti. Martius. Equi Martis coniugati trahentes currum martiũ. Antiqui. n. in quadrigis cur/ rebant et pugnabãt: ut patet ex Homero gręco et latino. i. Marone. Exilit aſtris. Vel cęlitus deſcẽdit modo in gręcos: modo in Troianos: uel aſcẽdit in altũ omnẽ uincẽs difficultatem. Ingentes animę.

Voſq; uiri optatos huc affore credite colchos.
Biſtonas in medios ceu martius exilit aſtris
Currus: ubi ingentes animæ clamorq; tubæq;
Sanguineæ iuuere deum: non ſegnius ille
Occupat arua furens. ſequitur uis omnis achiuum.
Adglomerant latera: et denſis thoracibus horrens
Stat manus: ægiſono quam nec fera pectore uirgo
Diſpulerit: nec dextra Iouis: terrorq; pauorq;
Martis equi: ſic contextis umbonibus hærent.
Cœruleo ueluti cum Iuppiter agmine nubem
Conſtituit. certant zephyri: fruſtraq; rigentem
Pulſat utrinq; Notus. pendent mortalia longo
Corda metu: quibus ille fretis: quibus incidat aruis.
Hinc manus infelix clamore impellere magno
Saxa: faceſq; atras et tortæ pondera fundæ.
Fert ſonitus immota phalanx: iraſq; retentat
Congeries dum prima fluat: ſtillantia mopſus
Tegmina: et ingentẽ corythi notat Eurytus umbrã.

Heroicę. Sanguineæ. Ad ſan/ guinem cędẽq; prouocantes. Ille. Iaſon naui deſilit gręcis omnibus cõcomitantibus. Vis. Multitudo. Agglomerant. Cingunt: redimũt. Stipant argonautę latera Iaſonis.

Horrens. Horrida: rigens. Sũt qui ſcribunt hęrens ut teſtudinem deſcribat codicibus priſcis refragã/ tibus. Manus. Cohors. Quã.

Aegiſonũ. Manũ fortiſſimã. Virgo. Pallas Dea bellica. Pectore ægiſono. Aegide ſonora munito. Eſt. n. ægis clypeus Palladis: in quo caput ẽ me duſæ. Diſpulerit. In diuerſum compulerit: diſiecerit. Dextra Io uis. quę eſt propter fulmen ualidiſ/ ſima. Terrorq; pauorq;. Maro

Dimos. Phobos. tertio georgicon. Martis equi biin/ ges: et magni currus Achillis. Ser/ uius. Martis equi. δεῖμος et φόβος. ideſt. timor et terror. Papinius the/ baidos. Pectũt furor: iraq; criſtas: Frena miniſtrat equis pauor armi/

Dimos unde. ger: et uigil omni Fama loco. Ho/ merus dixit δειμός τε φόβος τε.

Deus unde. a formidine noia excogitata. Nã ut lego in grӕco etymologico. δειμός inflectit ut ἀπό τοῦ ἄνθος ἄνθιμος. et ἀπὸ τοῦ κῦδος κύδιμος. Sic ἀπὸ τοῦ δέος δείμος καὶ θεῖμος. δέος apud gręcos timorẽ ſignificat: unde grãmaticuli deũ inflectũt ad id reſpicientes. Pri/ mus in orbe deos fecit timor. Cõtextis. Facta teſtudine cõſertis. Vmbonibus. Clypeis. Cæru leo. Pluuię picęę et caliginoſæ. Agmine. Copia. Cõſtituit. Condẽſauit: fecitq; monſtrũ quoddã

Balbianũ. in nubibus. quod coactũ terris cladẽ minitatur. Vidi in Balbiano ſuburbano Bononienſi circiter horam

Rota ignis noctis primã: rotam ignis per aera nõ longe a terra ſublatã diſcurrere: luce ſolis lumine maiori: oculis ad eius radios caligãtibus: ut tũc mihi uiſum eſt per inſubriã trãſcurrebat: quæ loca igni: ferroq; uaſta/

Heluetiorum laus. ta ſunt. Tãdẽ Venetis Galliſq; cõnitentibus Ciſalpina gallia ſceptro gallico ſubacta ſeruit: nõ uictis aut profligatis Heluetiis: quæ Duci Mediolani Sfortiæ auxiliares copiæ confluxerant. ſed miro ordine in patrios montes recellẽtibus. Egregie quidẽ ab his pugnatũ eſt: et cũ equitatu penitus carerent: uictoria diu fuit anceps. Tam fortis: acer: cõſtãs: inuictus eſt Heluetiorũ peditatus. Non tamẽ in hoc loco Flac/ cus orbẽ illũ igneũ innuit: ſed gradinẽ iam cœlitus proruptura: et in terras deciſurã. Rigentẽ. Cõ/ denſatã nimio rigore atq; duricie. Pẽdent. Suſpenſa ſunt in quã partẽ cadat hoc monſtrũ. Hoc totũ

Viduertas. Flacci aliqui ad tempeſtatẽ: gradinẽ uidelicet et calamitatẽ referũt: quã: quia bonis uiduet: priſci uiduer tatem uocauere. Quibus incidat aruis. in quæ arua calamitas illa caſura ſit formidant oẽs cũ tamen nemo ſit certus mali. Manus infelix. Turba cyzicenorũ: quæ ſuperabitur: ab euentu uocatur infelix.

Impellere. Subintellige ſatagit. Tortæ. Cõtortæ: uibratæ in aduerſarios. Põdera. Glãdes plũ beas. Maro. Balearis uerbũ fundæ. Fert. Excipit patiẽter et cõſtãter. Sonitus. Ictus fundarũ. Pha/

Retentare. lanx. Legio heroũ. Retẽtat. Retinet iras: et taciti minyæ primũ cyzicenorũ excipiũt impetũ. Cõge/ ries dũ prima fluat. Dũ prima cõgeries hoc ẽ globus cyzicenorũ fluat: prætereat et incõdite trãſcurrat. Graphice ſignificanterq; dixit cõgeries. Eſt. n. cõgeries inconditæ multitudinis cõſtructio atq; ſtrues.

Fluat. Præcipitãter abeat et irruat. Stellantia. Ignea: et coruſca. Coryti. Vel eſt nomẽ propriũ

Corytus. cyziceni. uel corytũ galeã interpretare. κόρυς κόρυθος galea græce dicit̃. mutauit declinationẽ: quod

Chorys. fieri ſolet: et quod erat terti e inflexionis: fecit latine ſecundæ Flaccus: quem Sidonius imitatus eſt. Cuius fax arcus chorytus pendebat. quis aliter in noſtris in eundem auctorem cõmentariolis cenſueri/ mus. Quo me cũq; rapit tempeſtas deferor hoſpes. Perplacet tamen ut hic corytus ſit nomen proprium ſtaturoſi cyziceni. Ille. Corytus. Euryti umbra uiſa ſubſtitit. Eurytus enim fuit ex argonautis unus ut in ſuperioribus annotauimus. Præceps. Corytus pręceps. i. qui pręcipitanter ruebat ſuſtinuit ſe.

A lumine ferri. Eminus ac longe ab armato eurytus: cuius arma ex omni parte coruſcabãt. Subitum. Quoniam ſubito et pter ſpem offendit et obuiã habuit. Nimbis. Aquis collectitiis. Ruẽtem. Cõuellẽtem: pręcipitantẽ. Intẽtis uiribus. Enixo conatu. Dari manibus. Obiici duello meo: cum quo manus cõſerã. Sonũ. Cadẽs. Compreſſa. Corpore preſſa: proculcata. Purpureã. Sanguine infectã. Singultibus. Anhelationibus: et motibus animę cũ morte luctãtis. Rupes. Scopulus.

Reſtitit ille gradu: ſeſeq́ a lumine ferri
Suſtinuit præceps: ſubitum ceu paſtor ad amnem
Spumantem nimbis fluctuq́ arbuſta ruentem:
Et Tydeus: en intentis quem uiribus inquit
Experiar: manibuſq́ dari quem cominus optem.
Qui ſteteris: moriere loco. ſubit ilia cuſpis
Ochenii. dedit ille ſonum: compreſſaq́ mandens
Aequora: purpuream ſingultibus expulit haſtam.
Ac uelut in medio rupes latet horrida ponto:
Quam ſuper ignari nunquam texere magiſtri
Præcipites impunẽ rates. ſic agmine cæco
Incurrit ſtrictis manus enſibus. occubat Iron:
Et cotis. et Pyrno melior genitore Bienor.
At magis interea diuerſo turbida motu
Vrbs agitur. Geniſo coniux amouerat arma.
Aſt illi ſubitus uentis: uiuoq́ reluxit
Torre focus. telis gaudes miſerande repertis.
Linquit et undantes menſas: infectaq́ pernox
Sacra Medon. chlamys imbelli circundedit oſtro
Torta manum: ſtrictoq́ uias præfulgurat enſe.
Talis in arma ruit. nec uina dapeſq́ remota:
Statq́ loco thorus: in quo omnes manſere miniſtri.
Inde uagi: nec tela modis: nec caſibus hiſdem
Conſeruere manus: longe et iacuere perempti.
Ecce grauem nodis pinguiq́ bitumine quaſſans
Lampada: turbata phlegyas decurrit ab urbe.
Ille leues de more manus: aciemq́ pelaſgum
Per noctem remeaſſe ratus: pulſumq́ requirens
Sæpe ſibi uano thamyrum clamore petebat
Arduus: et late fumanti nube coruſcus.

Impune. Sine naufragio. Quin eę pœnaliter pcipitarẽt. Cæco. Ignaro quo: et cõtra quos ruat.

Incurrit. Vrget inuicẽ. Amouerat. Vt a bello deſiſteret. Vẽtis. Ventus flans recenduit ignẽ. ut Fata uolentem ducũt: nolentẽ trahũt.

Torre. Titione cãdẽti: ligno obuſto: immo ſemicremo ut uocat Ouidius. Focus. Locus ignis. Tibullus. Et meus aſſiduo luceat igne focus. Miſerãde. Geniſe gaudes fato tuo incaſſum. Infecta. Non finita. Pernox. Qui totã noctem uigilabat. Non eſt igitur mirũ ſi cęteris dormiẽtibus Meſon uigilabat quoniã pernox ſacrificauerat. Sic enim habent priſci codices nõ pernix. Circũdedit. Manum cinxit: redimiuit: habitũ certe ſacris nõ idoneũ. Oſtro. Purpura. Torta. Intorta: inuoluta: implicata. Inuoluit palliũ brachio: quod facere ſolent: quibus deprehẽſis pręter ſpem improuiſo uſus clypei nõ ſuppetit. quod qui facit clypeare brachiũ dicitur. i. id inuoluere brachio in ſimilitudinem ſcuti induſtriam e re nata captando. Hic paruirudentũ ſibilus. Hic incuruiceruicum pecus. Hic chlamyde clupeat brachiũ. Ita codicem Varronis emenda libro primo de lingua latina: Vbi nos ſubſtituimus incuruiceruicũ: legebatur in ceruice ruitũ: prępoſtero ſenſu. Pacuuius. n. ut ſcribit libro primo Quintilianus gręcam dictionẽ interpretaturus κυρταυχένα feliciter pronũtiatã: dixit muſſis iniquiſſimis: et Apolline nullo: incuruiceruica: quod uix a riſu defendimus. Obiter Plinius non deſinit prępoſteram grãmaticorũ diligentiam arguere: qui clypeum a cluendo. i. pugnãdo deducunt: cum a uerbo γλύφω hoc eſt pingo deriuet. Seruius tamen ueluti ἀπὸ τοῦ κλέπτειν τὸ σῶμα hoc eſt ab occultãdo corpore. Pręfulgurat. Illuminat ex radiis enſis coruſci. Thorus. Menſa non remota fuit: nec quidem turbata diſceſſu domini: quinimmo ibidem famuli remãſere expectantes dominum reuerſurum: qui ad ſubitum clamorem accurrerat. Omnes. Scribendum ex priſcis exemplaribus: omen: per appoſitionem figuram: quod omen fuit miniſtros domino debere ſuccedere. Inde. A menſis ſe proripiunt.

Longe. Diuerſo loco prout uage et diſperſe pugnabat. Leues. Quę leui cauſa incurſiones in urbẽ Cyzicum faciebãt. Manus. Pelaſgorum putabat incurſiones eſſe temerarias. Thamyrum. Nomẽ ducis pelaſgorum: quem ſubinde ſolebat Phlegyas propulſare: et ab urbe repellere. Arduus. Erectus elata ceruice. Fumanti nube. Face bituminoſa: ardenti pice reſplendens. Nubem fumum ex ardenti bitumine uocat metaphorice: non ſecus ac Plautus in Amphitryone. Spiritu ac anhelitu nebula cõſtat.

Torris. Titio.

Inuoluere pallium.

Clypeare brachium.

Varronianus codex emendatus

Incuruiceruicum.

Cyrtauchena.

Clypeus unde.

Thorus menſa.

Typhon.

Typhon. Comet' ſpecies dira:uel potius globus ignis:de quo Plinius hęc libro.ii. Diraq̧ comperi in æthiopū et ægypti populis:cui nomen æui eius rex dedit Typhon ignea ſpecie:ac ſpirę modo ĩntorta:uiſu quoq̧ toruo:nec ſtella uerius q̃ quidā igneus nodus. Lege Ammianū Marcellinum libro.xvii. De Typhone ægyptio:qué aiūt inuidia cōmotū terrá ſimul:atq̧ mare turbaſſe meminit Euſebius libro quinto pręparationis euangelicę. Martianus libro.iii.de nuptiis. Diſſona ſacra mitrā:ditemq̧ ferumq̧ Typhonem. Scribit Athenęus Iouis et Aſtreę filium Herculē in Libyam proficiſcētē a Typhone fuiſſe interemptū:reuocatū mox in uitam odore coturnicis. Sed ad orbē igneū reuertamur. Si fulmen non fuerit ignitum:typhon uocatur auctore Apuleio libro de mundo.

Quantus ubi immēſo proſpexit ab æthere Typhon
Igne ſimul uentiſq̧ rubens:quem Iuppiter alte
Crine tenet.trepidant diro ſub lumine puppes.
Tollitur hinc:totuſq̧ ruit Tirynthius arcu:
Pectore certa regens aduerſa ſpicula flamma
Per piceos accenſa globos,et pectus harundo
Per medium contenta fugit.ruit ille comanti
Ore facem ſupra:maiorq̧ apparuit ignis.
Ambroſium Peleus:ingentem Ancæus Achelum
Sternit:et elatæ propius ſuccedere dextræ
Telecoonta ſinit:deiectaq̧ ora ſecuri
Diſiecit ceruice tenus.ſimul aſpera uictor
Cingula ſublustri uibrantia detrahit umbra.
Has precor exuuias:et opima cadauera noſtro
Linquite ait feretro:potius mihi dextera ferro
Nauet opus:prēſumq̧ manu detruncat Amaſtrum.
Diuerſaſq̧ ſimul potius inuadere turmas
Admonuit.pergunt rupta teſtudine fuſi:
Qua tenebræ campiq̧ ferūt.grauis inuenit Ochum
Phlias:et trepido Pollux impingitur hebro.
Ipſe ſuper uultus:taboq̧ labantia terga:
Dum campi martiſq̧ potens:ut cæca profundo
Currit hyems:Zelen:et Brotem:Abaringq̧ relinquit

Crine tenet. Poeticū figmētum crine.dixit apposite quoniā cometes eſt. Trepido. Ne in eas incidat: et omnia exurat. Tollitur hinc. Phlegyas ex una parte:ex alia mouetur Hercules in duellū. Sunt qui ſcribunt. Tollitur hinc.i.dirigitur Hercules contra hunc Phlegyam. Sed priſca reclamant exemplaria.

Regens. Dirigēs. Harundo. Sagitta. Medium. Corpus Phlegyæ. Contenta. Arcu contento miſſa. Maior. Quoniā cadēti cōflagrauere capilli. Comanti. Capillato. Deiecta. Demiſſa. Emendati codices cura recenti:habent deciuaq̧. Diſiecit. Diſſipauit:cōtuditq̧. Achelū. Priſci codices habent Echelum.res parui momenti.

Aſpera uaſa.

Anaglypha.

Aſpera. Auro uel argēto inſignita:ut Maro:aſpera ſignis uaſa uocauit:quę Seruius ἀνάγλυφα interpretatur. Epigrammaticus poeta libro primo. Nec menſis anaglypta de paternis. Plinius libro trigeſimo tertio. Vaſa ex argento mira inconſtantia humani ingenii uariat:nullum genus officinę diu approbādo.nūc Furniana:nūc Gratiana:Et.n.tabernas mēſis adoptauimus:nūc anaglypha:in aſperitatēq̧ inciſa circa linearū picturas quęrimus. Vibrātia. Coruſcātia. Sup uultus. Currit Hercules ſup uultus hoīum ſtratorū.i.calcans facies mortuorū:et ſup terga reſupina p tabo.i.ſanguinē et cruorē. Ouidius. Enſe tuo factos calcabas uictor aceruos. Sublustri. Semiobſcura. Subeſt particula quę attenuat dictionē cui addit̃:ut ſublustre minus ſit q̃ illuſtre. Has p̄cor. Hęc uerba dicit Amaſtrū aſpiciēs:quem tropęo et opimis ſuis ſeruatū gaudet. Opima cadauera. Spolia cadaueris hoīs inſignis:quibus utar pro ſpoliis opimis. Ferro. Scribēdū aut ferto:p ſacrificio quo luſtrabant̃:ut ex Catonis:Pompeiiq̧ ſnia in amphitryone plautina diximus.uel pheretro. Tāq̃ cupet Hercules pheretrū et tropęū erigere Ioui pheretrio pro ſupato robuſtiſſimo Phlegya. Pheretrū uocat̃ id quod cū pompa aliquid fert. Liuius. Spolia ducis ſuſpēſa fabricato ad id apte feretro gerēs in capitoliū aſcēdit. Iuppiter pheretrius dictus ad ędē cuius ferebant̃ ſpolia. Potius. Mutat ſtatim ſniam uiſo altero hoſte. Obtrūcare uult potius q̃ ſpoliare. Nauet. Expediat.ab agilitate deductū nauis:adeo ſincerū uerbū ut ab eo nō abſtinuerit Cicero loquendi norma. Diuerſas. Deliberat modo Hercules non ſolum inuadere Phlegyam:ſed diuerſas turmas:uniuerſoſq̧ potius ferire q̃ unum. Admouit inuadere. Aduixus eſt et parauit inuadere.

Sublustre.

Fertum.

Pheretrū.

Iuppiter pheretrius

Nauare.

Pergūt. Ruūt cyziceni. Rupta teſtudine. Ordine diſiecto. Tenebrę. Nox. Ferūt. Illos agūt et impellūt. Phlias. Nomē unius argonautarū:de quo ſuperius multa.gręce ſcribit̃ φλῖας. Impingit̃. In eū cōplodit̃:illidit̃. Hebro. Nomē cyziceni. Zelen. Scribo Zelyn ex Apollonio:q tamē interfectus fuit a Peleo:quod mutat poeta ne metaphraſtes uideat̃. Labātia. Fluētia. Tabo. Sāguine. Currit. Pręcipitat oia oppoſita. Verbū hoc ſeruit illi uerſui. Ipſe ſup uultus. Dū cāpi potēs. Subītellige ē.dū regnat in acie:et oia proſternit Hercules. Cęca. Caliginoſa. Similis procellę in terram cadenti.

Semineces. Semimortuos. Ouidius. Atq; ita ſemineces partim ſtillantibus artus Mollit aquis. Decreſcere. Dũ in carnẽ penetrat. Cornũ. Haſtã. Maro. Et bona bello cornus. Ityręos taxi curuantur in arcus. Biſtoniæ alumnũ. Orpheum. Socia. Quę ſemper cũ comitatᷓ. Diſiicit. Diſſipat. Silua. Silueſtres arbores. Labat. Diſiicitur: deiicitur. Gemit. Remugit: reboat. Cuneis adactis. Interius impactis lignis acutis. Tũ primi cuneis ſcindebãt fiſſile lignũ: inqt Maro. Hidmon. Alibi ſcriptũ reperio Ichmo. alibi ichnon: et neceſſe eſt alterutrũ recognoſcere: quoniã paulopoſt alterũ Hidmonẽ Valerius attingit.

Seminece,

Semineces: Glaucum ſequitur: Glaucumq; ruentem
Occupat: et iugulo uulnus molitur aperto.
Ille manu contra telum tenet: ultima fruſtra
Verba ciens: fixamq; uidet decreſcere Cornum.
Hinc Alyn: hinc rigido tranſcurrens demetit enſe
Protinus: inſignem cythara cantuq; fluenti
Dorcea: qui dulci feſtis aſſiſtere menſis
Pectine biſtoniæ magnum poſt auſus alumnum.
Nec pharetram aut acres ultra Tirynthius arcus
Exercet: ſocia ſed diſiicit agmina claua.
Ac ueluti magna iuuenum cum denſa ſecuri
Silua labat: cuneiſq; gemit graue robur adactis:
Iamq; abies: piceæq; ruunt: ſic dura ſub ictu
Oſſa uirum: malæq; ſonant: ſparſuſq; cerebro
Albet ager. leuis ante pedes ſubſederat Idmon.
Occupat os barbamq; uiri: clauaq; ſuperne
Intonat: occumbes et nunc ait Herculis armis
Donum ingens: ſemperq; tuis mirabile fatis.
Horruit ille cadens: nomenq; agnouit amicum
Primus: et ignaris dirum ſcelus attulit umbris.
Nec tibi theſſalicos tunc profuit ornyte reges
Hoſpitiis: aut mente moras fouiſſe benigna:
Et laribus ſacraſſe diem: procul aduenit Imon:
Oblatamq; ferit galeam: criſtaſq; rubentes
Heu tibi dona gerens. quem te qualemq; uidebit
Attonitus ceruice parens: en frigidus orbes
Purpureos iam ſomnus obit. iam candor et anni
Deficiunt: uitaq; fugit decus omne ſoluta.
Deſere nunc nemus: et nympharum durus amores.
At diuerſus agens turbantem fallere neruo
Tum primum puer auſus Hylas (ſpes maxima bellis
Pulcher Hylas: ſi fata ſinant: ſi proſpera Iuno:)
Proſtrauitq; uirum celeri per pectora telo.
Acceſſere: nefas: tenebris fallacibus acti
Tyndaridæ in ſeſe: Caſtor prius ibat in ictus
Neſcius. aſt illos noua lux: ſubituſq; diremit
Frontis apex. tum Caſtor Ityn: qua cœrulus ambit
Balteus: et gemini committunt ora dracones

Donum mirabile tuis fatis. Morti tuæ pręclarũ erit et cœlitus donũ mirabile cecidiſſe manu Herculis. Nec enim parũ refert a quo uincaris. Lucanus conſimiliter. Quis nollet ab iſto enſe mori? Horruit. Diriguit metu: morte ſimul ac admiratione Ichmo cũ audiuit ſe mori Herculis hoſpitis manu: et i exitu ſuꝑmo errorem recognouit. Dirũ. Temeratum Iouẽ hoſpitalẽ ab Hercule: uel Cyzicenis: qui hoſpites reuertẽtes impetierũt. Idmon. Argonauta. Heu tua dona ferens. O Crenęe uenit Idmon: qui xenia et hoſpitalia munera ferebat a te dono accepta. Qualem. Lacerũ ac ſanguinolentũ. Attonitus. Subita morte. Orbes. Oculorum caua. deſcriptio mortis. Purpureos. Sidereos: ſplendẽtes. Deſere. Apoſtropha ad Crenęũ: qui relictis ſeceſſibus amœnis: et uoluptariis operam Marti dederit. Durus. In diuerſa puicax: uel inexorabilis a patre. Iuno. Subintellige ſit: uel quę cũ nimis faueret Iaſoni: fauore immodico illi fatum intẽtauit. Acceſſere. Caſtor et Pollux per tenebras alter neſcius alterius cõcurrebant. Sed galearũ ſplendore ſe mutuo agnouerũt. Nefas. Interpoſitio epiphonematica. O rẽ nefariã: ꝑditã et dirã fratres cõcurrere. Acti in ſeſe. Impulſi in uulnera propria.

Frontis apex. Comas ſtellatus: uel fulmen pro inſigni galeæ ardẽti ſimile: quod in Papinio legimus.

Dracones. Chelydri: quę ſpecies eſt redimiculi apud Pollucem. Vel dracones intelligit ex auro fibulas in anguium ſpiras et uolumina recurrentes: et ita ſe mutuo nexu coniungentes.

Tranſigit. Tranſadigit:tranſforat. Torſerat. Pollux. Venatori. In uenatorem. Breuis. Breui mora. Prodit. Manifeſtauit luna. Comitem. Venatorem. quoniam uenatores captata noctis opportunitate feras inuadunt. Refulſit. Lucem dedit qua poſſet Erymus fata uenientia declinare.

Ceſſere. Declinauere ictum uenientis lãceę. Iubę. Inſigne galeę. Maro. Iubaq́ȝ inſignis equina. Significat illum Pollucem percuſſurũ galeã:et Erymum fore ut interfeciſſet. Sed motu galeę in alterã partem declinauit ictum:quo lãcea effugit:et i latus lubricauit. Vulnus. Lãcea uulnus illatura. Cita. Percita:percuſſa. Extrema cuſpide. Acie extrema et mucrone galeæ. Cedentis. Non reſiſtentis tenui. Secreta. Subintellige ſũt. Vbi ſunt uitalia ſtomachi:exta:et caput extorum.

Frater Hagen:Tapſumq́ȝ: ſecurigerumq́ȝ Nealcem
Tranſigit:et Canthi pallentem uulnere Cydnum.
Torſerat hic totis connixus uiribus haſtam.
Venatori Erymo breuis hanc ſed fata ferentem
Prodidit:et piceo comitem miſerata refulſit
Luna polo. ceſſere iubæ:raptumq́ȝ per auras
Vulnus:et extrema ſonuit cita cuſpide caſſis.
Niſeum Telamon:et Ophelten uana ſonantem
Per clypei cedentis opus:partemq́ȝ trilicem
Qua ſtomachi ſecreta ferit:lætuſq́ȝ profatur.
Di precor hunc regem:aut æque delegerit alta
Fors mihi gente fatum:magnuſq́ȝ et flebilis urbi
Conciderit. ſuper addit Aren:fratremq́ȝ Melãthum
Photeaq́ȝ O leniden:Lelegum qui pulſus ab oris
Regis amicitiam et famuli propioris honores:
Qua patiens non alta tulit?nox alta cadentum
Ingentes donat ſonitus:augetq́ȝ ruinas:
Vt magis inarime:magis ut mugitor anhelat
Veſbius attonitas acer cum ſuſcitat urbes:
Sic pugnæ crebreſcit opus.neq́ȝ enim ignea cedunt
Aſtra loco:lentis hæret nox conſcia bigis.
Perge age tartareæ mecum ſimul omnia noctis
Muſa ſequi.trepidam Phaethon afflauit ab alto
Tiſiphonem:grauiorq́ȝ locos iam luce propinqua
Vmbra premit:non ſigna uirũ:non funera cernunt.
Et rabie magis ora calent.uos prodite diuæ:
Eumenidum noctiſq́ȝ globos:uatiq́ȝ pateſcat.

Lelegeſ.

Lelegum. Strabonis uerba lib. ſeptimo geographię. Leleges uero ſunt nonnulli:qui eoſdem illos:et cares arbitrantur. Alii finitimos ſolum : municipeſq́ȝ:atq́ȝ commilitones. Quocirca in mileſiorum agro habitationes quędam leſegum nominantur. Frequẽtibuſq́ȝ ih locis cariæ:et ſepulcra lelegum: et munimenta deſerta lelegia appellata monſtrantur. Quęq́ȝ nũc Ionia dicitur totam eam cares et leleges incolebãt:quos cum Iones expuliſſent:ipſi regionem occuparũt. Etiã ueteres illi:qui Troiam expugnauerunt:lelegas e locis Side et Pedaſu et Sarnioenti fluuio uicinis eiecerunt. Q̃d autẽ iſti Barbari fuerunt uel hinc ſignum putandum eſt q̃d caribus pariter congregati fuere. Acarniæ partem in occiduam plagam ſpectantem leleges tenent: ut auctor eſt Ariſtoteles. Hos nõ prętererit intactos Ouidius metamorphoſeos libro nono. Caras et armiferos lelegas:lyciamq́ȝ pererrat. Leleges: Euſtathius inquit:appellatos quaſi λελεγμένους. Qua nõ arte? quaſi dicat omni. Eſt interrogatio. Donec. Scribẽdũ donat:prodat et efficit:uel duplicat. nox ſtrepitus et tumultus ſemper ſolet augere. Eſt. n. timoris mater. Vt magis. Comparatio ciuitatis tumultuoſæ ac ſtrepitus plenę: inarime:quę mugit immane cũ Typhęus excutere ſe conatur. Maro. Inarime Iouis imperiis impoſita Typhæo. Silius. Non prochyte:non ardẽtẽ ſortita Typhęa Inarime. Inſula in mari thuſco. Mugitor. Cũ enim uentus antra ſulphurea ueſbii depopulat̃:tunc egrediens flatus mugire uidet̃. Eſt enim ſpiritus motus terrę:qui mugitus appellat̃:ſpecies quoq́ȝ tremoris.

Lelegia.

Ionia.

Inarime.

Mugitor.

Anhelat. Suſpirare uidetur cũ uentus debacchatus intus Putida multiuagis populat̃ flatibus antra.

Veſbius. Mons Campaniæ ardens:qui et ueſeuus et ueſuinus apex dicitur a Papinio:cuius incẽdiũ cum propius intueri curoſitate ingenita uellet Plinius Secundus:obiit. Acer. Acriter exęſtuans.

Veſbius.

Suſcitat. Concitat et erigit. Non cõſcia. Volũtatis Cybeles ut Cycizeni delerẽtur. Lentis bigis. Longa mora. Perge age. Muſam inuocat ut cũ ipſe ſit impos et huic impar deſcriptioni:coelitus ipſa fauorem uati conanti ſubminiſtret. Phaethon. Sol furiam:cæde:cæcoq́ȝ furore cuncta miſcẽtẽ irradiauit:cuius radios cũ ferre nõ poſſet:coelo noſtro ceſſit:cuius abitu mens priſtina uiris rediit:unde a bello deſtiterũt. Signa. Notas:et indicia hoſpitũ. Cernũt. Diſcernũt. Rabie. Libidiue furiali protrahuntur. Prodite. Patefacite. Diuę. Muſę. Globos. Coetus armatorum. uel noctis globos:manus ſtygias:quę in orci foribus ſtabulant.

Vania

Vanis. Nil profecturis. Diſcurſibus. Modo exhortās hunc globū: modo illū. Fingit. Inſinuat illi miſero. Ceſſit in imo unda iouis. Scribendū cum antiquiſſimis exemplaribus. Cū Cæus in imo uincla Iouis. Senſus eſt. Cyzicus uano conatu expugnare nitit̃ argonautas: non ſecus ac ſi Cæus uinculis adamantinis compeditus niteret̃ uincula confringere: et erumpendo carcerē inferorum in cœlum aſcendere: et inde Iouem deturbare. Cæus cœli ac terrę filius gigantum maximus. Maro. iiii. ęneidos. Cæus.

Cęo enceladoq̨ ſororē progenuit.

Armorum fragor: et tepidi ſingultibus agri
Labentum: atq; acti Minyis per littora manes.
Cyzicus hic aciem uanis diſcurſibus implet
Fata trahens: iam pulſa ſibi ceſſiſſe pelaſgum
Agmina. iam paſſim uacuos diſiecta per agros
Credit ouans. tales aditus: ea gaudia fingit
Ira deum. fundo ueluti cum ceſſit in imo
Vrna Iouis: fractoq; trahens adamante cathenas:
Saturnum Tityumq; uocat: ſpemq; ætheris amens
Concipit. aſt illam fluuiis et nocte remenſa
Eumenidum canis: et ſparſæ iuba reppulit hydræ:
Sæuit acerba fremens: tardumq; a mœnibus agmen
Increpitat. nunquam ne dolor uirtute ſubibit
Nil auſas ſine rege manus? at barbara buxus
Si uocet: et uotis ululantia dindyma ſacris:
Tunc enſis placeatq; furor. modo tela ſacerdos
Porrigat: et iuſta ſanguis exuberet urna.
Talibus inſultans: iam dudum numine diuæ
Deficit: infracti langueſcunt frigore curſus.
Corda pauent. audit fremitus iraſq; leonum:
Cornuaq; et motas uidet: internubila turres
Tunc grauis: et certo tendens ſtridore per umbram
Aeſonii uenit haſta ducis, latumq; ſub imo
Pectore rumpit iter: quam nunc incognita uellet
Luſtra ſibi: nulloſq; daros uenatibus annos.
Talia magnanimi diuerſo turbine fundunt

Adamāte. Inſuperabili duricie. Tityum. De quo Maro in ſexto. Terrę omnipotētis alumnū. Saturnū. Cęlo expulſum a Ioue: nūc uocat ut in communē hoſtem procedatur. Tityum. Hoſtē Iouis: qui per nouē iugera diſtendit̃. Spem ætheris. Se poſſe cœlo potiri. Cō cipit. ſperat poſſe ſe fractis catēnis ī cœlum eniti. Fluuiis. Remenſis ac ſuperatis. Canis. Cerberus latrator: uigil. Acerba. Pro acerbe uirgiliana imitatio. Fremēs. Cyzicus. Barbara. Phrygia. ſic a Lucretio uocatur. Virtute. Stimulante: incutiēte. Buxus. tibia ex buxo. Dyndima. Matri deorum conſecrata: quam Cyzicus negligebat. Enſis. Quo Cybeleiī muſculos ac lacertos inceſſebant.

Sāguis. Elicitus et expreſſus enſibus a fanaticis ſacerdotibus. Nota iambum niſi ad Donatiani regulam tranſire libeat: qui ultimam dictionis ſyllabā indifferentē putat: ut Inualidus etiamq; tremens: etiam inſcius ęui. Iambus in heroico. Iuſta. Plena: ut iuſto bello. Diuæ. Cybeles: cuius numine aduerſo deficiebat. Frigore. Torpore mortifero. Iras leonū. Propter leonē deę: quem trucidauerat: ut in quo peccarā per id puniatur. Cornua. Tubas et lituos cybeles. Turres. Quas Cybele uertice geſtabat: unde turrigera dicta. Eſt enim terra. Aeſonii: Iaſonis. Orpheus tamen inquit interfectum ab Hercule: qui tātū abeſt a propoſito noſtri poetę ut tradat iram rheę Rhea. commotam morte Cyzici ei perdilecti. Orphei uerba.

ὃν ῥ᾽ἀέκων ἔκτανε βαλὼν διὰ νύκτερον ὄρφνην
ἡρακλέης. τῷ μῆνι θεᾶς ἐχολώσατο ῥείης. idest.
Quem iaculo inuictus traiecit noctis in umbra
Alcides: ira et rheam concuſſit amara.
Rhodius libro primo adſtipulatur Flacco his luculentiſſimis uerſibus.
ἀλλά μιν αἰσονίδης τετραμμένον ἰθὺς ἑοῖο
πλῆξεν ἐπαΐξας στήθεος μέσον, ἀμφὶ δὲ δουρὶ
ὀστέον ἐῤῥαίσθη. ὁ δ᾽ ἐνὶ ψαμάθοισιν ἐλυσθεὶς
μοῖραν ἀνέπλησεν: τὴν γὰρ θέμις οὔποτ᾽ ἀλύξαι
θνητοῖσιν. πάντῃ γὰρ περὶ μέγα πέπταται ἕρκος.
Sed Aeſonides Cyzicum in ſe conuerſum percuſſit circa pectus mediū oſſe ad haſtā perfracto. Ille reuolutus in arena morti cōceſſit. Nō. n. mortalibus fatū uitare dat̃: quo ubiq; aduolāte difficultates et ſepta cūcta ſuperant̃. Annos. Annos ſcribēdū. nunc ex triſti exitu ac lugubri nollet unq̃ in uenationem prodiiſſe: qua morte uidelicet leonis: ira deę prouocata eſt. Datos. Sunt qui ſcribāt dari: propter

Homioteleuton indecẽs: dari interpretanť pro datos fuiſſe reclamantibus tamen priſci exemplaribus. Motu. Mouẽdo. Exagitãdo: explorãdo: excutiẽdo obuios ne quẽ ex ſuis ferirent. Vocẽ repoſcunt. Cogũt eos loqui ne temere ut Pollux et Caſtor: ſocius uulnere ſocii caderet. Qď ſi tãta Iouis. In co
Fabricius Varanus Camers. dicibus Fabricii Varani Camertis epiſcopi uiri grę́cę latineq́ doctiſſimi: et Pomponii Lęti emendatio/nibus mira ac multiplex lectio: modo ſcriptum eſt. Qď ſi tanta heu uis. Modo. Qď ſi dextra Iouis ſeros

Tela uiri ſonituſq́ pedum: ſuſpectaq́ motu
Explorant. prenſant ſocios: uocemq́ repoſcunt.
Quod ſi Titanis ſeros duraſſet in ortus:
Extinctum genus: et ſolas per mœnia matres
Vidiſſet: ſtratamq́ dies in littore gentem.
Tum pater omnipotens tempus iam rege perempto
Flectere fata ratus: miſeraſq́ abrumpere pugnas:
Supremam celerabat opem: nutuq́ ſereno
Intonuit: quem nocte ſatę: quem turbidus horret
Armipotens. tunc porta trucis coit infera belli.
Continuo dant terga metu: auerſiq́ per agros
Diffugiunt: quę ſola ſalus. nec terga ruentum
Mens Minyis conuerſa ſequi. ſtetit anxia uirtus.
Ecce leui primo iam ſpargere lumine portus
Orta dies: noctemq́ (nefas) albeſcere turres.
Di maris attonito conclamat ab agmine Tiphys.
Vt mea fatali damnaſtis pectora ſomno.
Heu ſocii quantis complerunt littora monſtris.
Illi autem neq́ adhuc gemitus: neq́ conſcia facti
Ora leuant. tenet exangues rigor horridus artus.
Ceu pauet ad crines et triſtia pentheos ora
Thyas: ubi impulſę iam ſe deus agmine matris
Abſtulit: et cęſi uaneſcunt cornua tauri.
Nec minus effuſi grandæuum ad littora uulgus.

duraſſet in ortus. Hoc eſt: niſi dextra Iouis: hoc eſt clementia Iouis Lucetii et Dieſpitris diẽ adduxiſſet maximã omnium cladẽ accepiſſent Cyzeni. Adiuuat carmen ſequẽs. Tum pater omnipotẽs tempus iam rege perempto Flectere fata ratus. In priſcis exemplaribus ſcriptũ eſt. Tanta Iouis qď manifeſtariũ mẽdũ eſt. Nobis nõ diſplicet ſic emẽdare. Qď ſi Titanis ſeros duraſſet in or/tus. hoc ẽ niſi affulſiſſet aurora: qua cũctis irradiatis ac illuſtratis: patuit error: et cędibus finis eſt factus. Cõcinit Apollonio tradenti in aurora ab ambobus errorẽ cognitũ. Verba Rhodii ſubſcripſi. κῶϊεν δ᾽ ὀλεὴν καὶ ἀμήχανον εἰσενόησαν ἀμ/πλακίην ἄμφω. Titanida uocat aurorã filiam ſolis unius ex titani/bus: unde aſtra titania Maro dixit i ſexto: uel Titonida ſcribe. ſic uoca/bit aurorã uxorẽ titoni ut ſuperius unde Maro. Titoni croceũ linquẽs aurora cubile. Gentem. Cyzicenum populũ. Fata. Mala cyzicenis et exitioſa. Celebrabat. Scribe celerauit. Nocte ſatę. Furię. Tũc porta trucis coit infera belli. Quidã legebãt. Tunc porta trucis coit effera belli. p efferã portã Iani tẽplũ intelligebãt: cuius portę belli tẽpore patẽt: pace clauſę ſũt quia bellum ſic includi uidetur et uinciri portarũ obicibus. Ego rimatus exẽplaria priſca nihil interpollandum cenſeo: et ἁπλῶς explicandũ. Hoc ſenſu. Furię et peſtes inferorũ quę mouebãt et rotabãt in bella uiros cyzicenos et theſſalos ueniẽte die fugerũt ad inferos: et inferorũ porta tãdẽ clauſa ceſſarũt egredi: et lymphare miſeros. porta inferorũ die clauditř: nocte aperitř: iuxta quã ſniam ptulit id Papinius ſiluis. Cũ ſuperis i terrena placẽt. Tua turba relicto Labeť cœlo: miſcebitq́ oſcula iuxta. Sola ſalus. Eſt fugere. Mens ſequi. Nõ ẽ mens: nec aius minyis ſequi terga ruẽtũ: et cũ ruina fugiẽtiũ cyzicenorũ. Cõuerſa. In fugã. Iũge cũ terga. Virtus: Minyę uirtutis ſocii. Anxia. Laſſa. Dies. Subintellige icipit. Albeſcere. Micare: ſplẽdeſcere. Vt damnaſtis. ut implicuiſtis. Fatali. Nõ naturali. Cauſam reiicit in fatũ: et a ſe culpã deprecatř. Littora. Vbi erãt ſtrata cadauera cyzicenorũ. Monſtris. Monſtroſis cędibus. Illi. Argonautę in principio notitię erroris nõ leuãt gemitus. ſed admirabũdi ſtupẽt. Ora leuãt. Videt: ſuſpiciũt: agnoſcũt. Ri/gor. Stupor. Triſtia. Triſti tabo pfuſa: quoniã laceratus ẽ a fœminis bacchãtibꝰ: etiã matre: cui filius
Pentheus. aper uel iuuẽcus: ut Perſius et Catullus ſentiũt: uidebať. Pẽtheos. Penthei. Fabula Pẽthei notiſſima queamodũ uidelicet Pẽtheus ſacra Bacchi cõtemnebat: quare liber pater iratus fœminis thębanis furo/rẽ iniecit ut putarẽt Pẽtheũ aprũ eſſe: et una cũ Agauẽ matre inuadẽtes lacerauerũt: clamãte matre. Ille aper in noſtris errat q maximus agris Ille mihi feriẽdus aper. Senſus ẽ igiť Flacci. Nõ ſecus q̃ Agaue
Thyas. Penthei mater indoluit cũ primum cępit reſcipiſcere ſcelere: cognoſcereq́ furore bacchico in mortem
Pentheus iuuẽcus. filii fuiſſe ſtimulatã: perinde minyę cognito ſceleſcere ſuo ingemuere. Thyas. Baccha. Agmine. Bacchus deſeruit agmẽ thębanorũ ſequẽtiũ Agauen furẽtẽ et fanaticã. Impulſę. Exagitatę a baccho. Abſtulit. Receſſit. Vaneſcũt. Euaneſcũt: abeũt: nõ apparẽt: apparere deſinũt. Prius .n. Pentheus iuuẽcus fœminis illis uidebať. Tauri. Credebat filiũ eſſe iuuẽcũ uel uitulũ. Sic Catullus: quẽ Flaccus Per/

ſiuſq; ſunt imitati. Perſianũ carmẽ hoc eſt. Et uitulo caput ablatura ſuperbo Baſſaris: et lyncem mænas flexura corymbis. Grãdæuũ uulgus. Senes. Dare terga. Subintellige incipiũt. Aſper. Infenſus. Miſeros honores. Pyras et monimẽta. Tũ. Poſtq̃ blãde illos allocutus ẽ Iaſon. Cõfertæ. Cõmiſtæ: accumulatę. Cõiux. Quęcũq; hęc uel illa. hic uel ille pater: qui mortuũ filiũ inuenerat: uel nupta maritũ: quẽ cognouit ab Ephestride: quã ſibi exuerat. Sinuoſa. Vel incurua pp tumorẽ aquarũ: uel multorũ ſinuũ maris. Tenues morti uicinos cũ lachrymę aboriunt̃ uiribus morte deficientibus: et oculis diffletis. i. fletu exhauſtis. Stridẽtia: Ebullientia ſanguinẽ. Cõponũt lumina. Oculos claudunt more romano. Plinius libro. xi. nat. hiſt. Moriẽtibus oculos operiri: rurſuſq; in rogo patefacere quiritiũ magno ritu ſacrũ ẽ. Ita more cõdito: ut neq; ab hoie ſupremũ eos ſpectari fas ſit: et cœlo nõ oſtendi nefas. Ouidius. Dii precor hoc faciãt: ut cũtibus ordine fatis Ille meos oculos comprimat: ille tuos. In mediis. Inter media cadauera. Rege. Cyzico. Aggeribus. Cumulis: cõgerie. Famulũ. Famulorum. Ita famuli matreſq; iſolabiliter dolent. Ad unũ. Ad ſolũ cyzicũ cõplorãdũ. Verſa manus. Cõuerſa cohors. Ducis. Iaſonis. Solant̃. Cõſolant̃ Iaſonem lugentẽ uicem ſuã: qui iugulauit et occidit hoſpitẽ. Ille. Iaſon.

Vt ſocias uidere manus dare uerſa retrorſus
Terga metu: dexteram tendens proclamat Iaſon:
Quos fugitis? uellem hac eqdem me ſtrage meoſq;
Procubuiſſe magis: deus hæc deus aſper utriſq;
Implicuit. ſumus en Minyæ ſumus hoſpita turba.
Cur etiam flammas miſeroſq; moramur honores?
Tum ſuper exangues confertæ cædis aceruos
Precipit. plangore ruunt: agnoſcit in alta
Strage uirum ſua texta parens: ſua Munera coniux.
It gemitus toto ſinuoſa per æquora cœlo.
Pars tenuis fletus: et adhuc ſtridentia prenſat
Vulnera. pars ſera componunt lumina dextra.
At uero in mediis exangui rege reperto
Aggeribus: triſti ſileant ceu cætera planctu:
Sic famulum matrumq; dolor: ſic omnis ad unum
Verſa manus. circa lachrymis ac mentibus ægri
Stant Minyæ: deflentq; nefas: et cuſpidis ictus
Aeſoniæ: fortemq; ducis ſolantur acerbam.
Ille ubi concretos pingui iam ſanguine crines:
Pallenteſq; genas: infractaq; pectore caro
Tela: neq; heſternos agnouit in hoſpite uultus:
Ingemit: atq; artus fatur complexus amicos.
Te tamen ignatum tanti miſerande furoris
Nox habet: et nullo teſtantem fœdera queſtu.
At mihi luctificum uenit iubar. en quibus adſum
Colloquiis? cui me hoſpitio fortuna reuexit?
Extingui ne mea? fatis iam defuit unum)
Speraui te poſſe manu? taliſue reliqui
Has ego amice domos? quod ſi iam bella manebant:
Et placitum hoc ſuperis: non hæc mea iuſtius eſſent
Funera? meq; tuus melius nunc plangeret error?
Nec clarii nunc antra dei: quercuſq; tonantis
Arguerem. tales ne acies? tales ne triumphos
Sorte dabant? tantumq; nefas mens conſcia uatum
Conticuit? patriæ exitium crudele ſenectæ:
Et tot acerba canens? heu diuis uiſa ſiniſtris

Heſternos. Lętos: qui tam ilariter cũ exceperãt. Te. Habet emphaſin. te comem: hoſpitalẽ: generoſum fratrẽ amoris. Luctificũ. faciẽs luctũ: lachrymabile. Iubar. Dies nefas meũ detegẽs. Quibus. q̃ triſtibus alloquiis te alloquor ſolitus genialibus: conuiualibuſq; paſcere ſermũculis. Reiũxit. Lege cũ priſcis exemplaribus reuexit. Ad q̃ triſte: calamitoſum: luctificũq; hoſpitiũ fortuna et fata me in cyzicũ reuexerũt: ut eſſet hoſpes: qui tibi hoſpitali manu fatũ moliret̃ et intẽtaret. Fatis iam. Scribe. Fatis id defuit unũ. hoc deerat infelicibus fatis meis ut xenophonos. i. occiſor hoſpitũ uocarer. Talcis. Sic de me male meritas ut te uellem occidere.

Luctificu.

Xenophonos.

Qd ſi iam bella manebãt. Sunt qui emẽdãt. Qd ſi impia bella manebant. Quare ſi fata perire neceſſe fuerat aliquẽ: et iſta bella cœlitus erant decreta: cur nõ potius ego perii? Quercus. In Epiro Iuppiter oracula dat ex uocalibꝰ quercubus. Maro. Atque habitæ grais oracula quercus. Arguerẽ. Mendacii inſimularem. Tales. Tam infauſtas. Cõticuit. Siluit aut ſiluerũt uates me hoſpitem occidere debere: quod omnium luctuoſiſſimum eſt mihi: qui dixerunt omnia ſecunda prouentura. Canens. Mens uatum conſcia futurorum mihi cecinit futura patris mala; hęc uero tacuit.

Primis harenis. Primo litoris hoſpitio: ut infauſtũ: impiũ: temeratorẽ hoſpitũ. Rurſus. Cum re/uerterer uictor ac triumphator. Hęc littora. Cyzicũ. Tuos hoſtes. Aceſeritas et pelaſgos. Con/ferre genas. Oſculari nos inuicem. Schema patheticon. Voluite. Deuoluite: amputate. Siluas. Ar/bores. Funereas. Funeribus aptas: ut ſunt picęę ac reſinoſę arbores: et quę odore cõmendant: ut ca/daueris nidorẽ tollant. Luſtrate. purgate. Quomodo hoc fieret docet Maro libro. vi. Idem ter ſocios pura circũtulit unda Spargens ro/re leui: et ramo felicis oliuę. So/cios. Socii Cyzici et cyzicenorũ. Igni. Pyrę. Vt amicus ſi forte ſimili raptus fuiſſem. Parte alia

Clite. Clite. De Clite Cyzici uxore ſic Apollonius.

Οὐδὲ μὲν οὐδ᾽ ἄλοχος κλείτη φθιμένοιο λέλειπτο
Οὐ πόσιος μετόπισθε. κακῷ δ᾽ ἐπὶ κύντερον ἄλλο
ἤνυσεν ἁψαμένη βρόχον αὐχένι. τὴν δὲ καὶ αὐταὶ
νύμφαι ἀποφθιμένην ἀλσηίδες ὠδύραντο.

Latine. Non. n. uxor Clite mortuo ſupuixit marito: ma/lo ſuperaddẽs peius: fauces ſibi la/queo frangit. Hanc tamen ita extin/ctam ſiluicolę nymphę fleuerunt. Subiũgit Apollonius ex lachrymis nympharũ ſiluicolarũ fontẽ manaſ/ſe nõe Cliten. Filia fuit Meropis Regis Percoſii. Euphorion Piaſi

Piaſus. Thracis. Euanthes in Mythicis con/cinit Apollonio. Quis. Quibus gaudiis receptis. Si quis mihi par/uulus aula Luderet cyzicus. Myg/doniã. Se uocat infortunatã patre maritoq; ſpoliatã: qui pater in bello contra mygdonas obiit. Mygdoniæ: ut inquit Stephanus: Macedoniæ ciuitas: altera phrygię magnę. hos quidã Mardos uocant. poſſeſſiuum Mygdonicos: dicitur et Mygdonios et Mygdonia dicit᷑ et Mychthonia. De Mygdonia Marcellinus libro xxii. meminit codice ignorabili: et uepribus ſpinoſiore. Triuię. Dia/nę. Dicit matrẽ Clites Dianę ſagit/tã percuſſam interiiſſe: quã fabulã me legiſſe nõ memini: nec quidẽ in hymnis Orphei ubi craniopeplos et didymatocos Latona dicitur. Si/mul. Tecũ obierunt publica et pri/uata gaudia. Morari thalamos. tarde in thalamũ redire. Paulo ante ſũm queſta expectare te i thalamis.

Regna mihi. qui nam reditus: quæ me hoſpita tellus
Accipiet? quæ non primis prohibebit arenis?
Inuidere dei ne phaſidis arua remoti
Et ſcythicas populatus opes: hæc rurſus adirem
Littora: ne ue tuos item tunc ultor in hoſtes.
Fas tamen eſt conferre genas: fas iungere tecum
Pectora: et exangues miſcere amplexibus artus.
Vos age funereas ad littora uoluite ſiluas:
Et ſocios luſtrate rogos: date debita caſis
Munera: quæ noſtro miſiſſet Cyzicus igni.
Parte alia Clite laceras ſuper ora mariti
Fuſa comas: miſera in plãctum uocat agmina matrũ
Fatur et hæc primis coniux ereptus in annis
Cuncta trahis. nec dum ſuboles: nec gaudia de te
Vlla mihi quis mœſta tuos nunc optime caſus
Perpetere: tenui luctum ſolamine fallens.
Mygdonis arma patrem: funeſtaq; prælia nuper
Natales rapuere domos: triuiæq; potentis
Occidit arcana genetrix abſumpta ſagitta.
Tu mihi qui coniux pariter fraterq; parenſq;
Solus: et a prima fueras ſpes una iuuenta
Deſeris heu: totamq; deus ſimul impulit urbem.
Aſt ego non media te ſaltem Cyzice uidi
Tendentem mihi morte manus. aut ulla monentis
Verba tuli. quin et thalamis modo queſta morari
Heu talem tantiq; metus ſecura recæpi.
Illam uix geminam mœrens cum caſtore pollux
Erigit hærentem: compreſſaq; colla trahentem.
Interea innumeras nudatis montibus urgent
Certatim: decorantq; pyras: et tempora mœſti

Talẽ. Tã ſanguinolẽtũ: tam deformẽ. Secura tãti metus. Seor/ſus a cura mortis tã metuẽdę. nũq; putarã hoc futurũ. Interea. Scribit Apollonius in primo qđ argo/nautę ſe ob dolorẽ totõderũt: et Cyzico Aenei filio funus armati celebrarũt. poſtea monimẽtũ erexe/runt: et Clite dolore anxia ſe ſuſpẽdit. Nudatis mõtibus. Succiſis arboribus. Tpa. Si ita legimus ſenſus eſt. Argonautas ſũmũ et pręcipuũ tp̃s collocaſſe in pyra congerẽda ac exornãda. Tpa quoq; ha/

Cari in pyram iacie/bantur. bent antiqui codices. Emẽdati uero corpora. quoniã auctore Plinio Cecilio in epiſtolis. Regulus in fu/nere filii mortui quęq; cariſſima mannos: canes: aues: et huiuſmodi cõiecit in pyrã defuncti. Quin nedũ cara corpora in pyrã cõiiciebant: ſed uxores apud oriẽtales in ſepulchrũ mariti pſiliebãt: quod. M. Tul. et Propertius enarrãt. Felix: inquit Propertius: eois lex funeris una maritis: Quas aurora ſuis nigra colorat equis: et quę ſequunt᷑. Huc uergit illa Euſebii libro. vi. de pręparatione euangelica deriſio aſtro

logorũ. Indi mortuos cremant: quibus cũ ſponte uxores cremant̃: nec oẽs qui ſponte rogũ mariti aſcendunt mulieres natiuitate nocturna Solẽ cũ Marte in Leone habuerunt. Mirũ eſt quod idẽ auctor ſcribit apud Gallos pueros publice nubere: muliebria pati: nec ullo dedecore pp legẽ notari. quẽ morẽ Dionyſiũ Areopigitã et piũ dogma expiaſſe credibile eſt. Hieronymus libro p̃mo cõtra Iouianũ. Indi et oẽs pene barbari uxores plurimas habẽt. apud eos lex eſt: ut uxor cariſſima cũ defuncto marito cremet̃. Hę igit̃ cõtendũt inter ſe de amore uiri et ambitio ſumma certãtiũ eſt: ac teſtimoniũ caſtitatis dignã morte decerni. Itaq; uictrix in habitu: ornatuq; priſtino iuxta cadauer accubat amplexans illud et deoſculãs: et ſuppoſitos ignes pudicitię laude cõtemnens. Hęc Hieronymus contra Iouinianũ. Qd uero equi et canes in pyrã inicerent̃: hoc germani quoq; ſolent auctore Tacito: qui ſtruẽ rogi nec ueſtibus nec odoribus cumulãt. Sua cuiq; arma: quorũdã igni et equus adiicit̃. Sepulchrũ ceſpes erigit. Summa. Si tempora legimus interpretemur maxima et pcipua. Si corpora: Sũma pro caris accipiamus. Sonipes. Equus. Forte intelligit de funali equo: de quo. ſic Statius in ludis archemori. Voce nominibuſq; cient: Pholoen Admetus et Irin Funalenq; Thoen. Propertius. Cuius honoratis oſſa uehant̃ equis. Sunt qui referunt ad Taciti de Germanis opinionẽ.

Galli puer nubunt.

Vxor cum defũcto crematur.

Germani tumuli odorati.

Equus funalis.

Summa locant: uadit ſonipes ceruice remiſſa.
Venatrix nec turba canum pecudumq; morantur.
Funereæ quæ cuiq; manus: quæ cura ſuorum:
Quæ fortuna fuit. medio rex aggere longo
Eminet: hunc crebris quatiens ſingultibus ora
Adleuat Aeſonides celſoq; reponit in oſtro.
Dat pictas auro atq; ardentes murice ueſtes:
Quas rapuit telis formoſa uocantibus auſtris
Hypſipylæ galeam dilectaq; cingula regni
Inicit: ille ſuam uultus conuerſus ad urbem
Sceptra manu ueterum retinet geſtamen auorum.
Nam quia nec proles: alius nec deniq; ſanguis:

Funereę. Funeribus aptę. Dona defunctis idonea. Cuiq;. Subintellige erant pſto: et premanibus. Veſtes iniiciunt et p̃tioſiſſima queq;: ut in funere Cęſaris a Romanis factitatũ fuiſſe Trãquillus meminit: et Maro his conſimilia in. vi. Purpureaſq; ſuper ueſtes uelamina nota iniiciunt. Quę cura ſuorũ. Quod magis curabãt ex ſuis facultatibus: id in rogũ coniiciebãt. Sunt qui ſcribũt: cara: quod cuiq; carũ fuit: uoluit ardere ardente Cyzico. Quę fortuna fuit. Pro fortuna ſua. Res oẽs in ignẽ iaciũt: quas fortuna: facultaſq; ſua parauerat. Longo. Quid ſi longe? Quatiẽs ora. Faciẽ uerberãs. Oſtro. Purpura. Quas rapuit telis. Dat ueſtes quas adhuc nõ raptim Iaſoni laborauerat Hypſipyle: tã p̃cipitis diſceſſus ignara: quãdo uocãtibus uentis et impellẽtibus argonautis Iaſon nauigare coactus ẽ. Dona Hypſipyles fuerũt chlamys ubi labores Thoãtis erãt intexti: et acu illuſi Ganymedis raptus. Enſis. Qui fuit Thoãtis: quę tñ Hypſipyles dona Rhodius aliter dicit fuiſſe diſtributa. Telis. Ex textrino rapuerat Hypſipyle pp repẽtinũ: et inſperatũ abitũ amatoris. Furtiua. Clã culũ dono dedit Hypſipyle pudore mulieribus ingenito tegẽs amorẽ. Non deſunt qui formoſa legunt. Sunt qui functura: ut ſignificet̃ elaboraturã: et opus id pfuncturã Hypſipylen niſi moleſte ac intempeſte abnauigaſſet Iaſon. Priſci codices habẽt fortuna Hypſipyles p infortunio. Eſt. n. caſus infeſtus deſeri ab amãte pręſertim. Vocantibus. Inuitantibus uentis. Galeã. Dono datã Iaſoni ab Hypſipyle. Vel propriã dat galeã Iaſon: hoc ẽ aut ſuã aut Cyzici: quoniã inter dona Hypſipyles nõ inuenio galeam. Regi. In priſcis codicibus inuenies: regni: Significat Iaſonẽ obtuliſſe cingulũ aureũ uel purpureũ: quo diadema circũnectit̃ Monyma uxor Mitridatis cũ ſe cingulo diadematis ſuſpẽderet abrupto laqueo inquit. O infelix cingulũ quod nec in tã triſti miniſterio aliquid opis afferre potuiſti. Sunt q ad inſigne Thoãtis referũt: de quo inter Hypſipyles numera meminit in ſecũdo: quod nõ probo. Inicit. In pyrã iacit. Ille. Cyzicus. Sceptra geſtamen. Appoſitio. Sceptra quę geſtamen erant maiorum ſuorũ. Nã quia nec proles. Senſus ẽ. quoniã nõ erat filius aliquis Cyzici: qui habitu regio: regiiſq; infulis honorare Cyzicũ poſſet ut patrẽ: eius pyra erat ſuggeſtu regio decorata: et ipſe Cyzicus regiis ornamẽtis decoratus erat: tanq̃ mos eſſet regis filiũ adſiſtere funeri regio habitu. Sanguis. Soboles. Maro. Proiice tela manu ſanguis meus. Tibullus. Sãguis eſt tamẽ illa tuus. Ipſe. Cyzicus. Refert. Pręfefert: oſtentat: repręſentat. Parentis. Sũt q paterni ſcribunt. Codex antiquus habet parentiſq;. quod defendi poteſt: nec eſt hypermeter propter uocalem ſequentem primam ſuperfluentem excipientem. Significat illum uicem regni. i. filii regis et parentis impleſſe.

Monymæ dictum.

Filius habitu regio adſiſtit funeri patris.

Per armatos. Scribendum cum Rhodio Apollonio: ter armatos. Verba Rhodii ſunt hæc.

Αὐτὰρ ἔπειτα τρὶς περὶ χαλκείοις δίχα τεύχεσι δινηθέντες τύμβῳ ἀνεπερίξαν. Ab armatis uidelicet minyis ter circa tumbã reuolutis parentatam eſſe Cyzico.

Ipſe decus regniq; refert inſigne parentis.
Inde ter armatos Minyis referentibus orbes
Concuſſi tremuere rogi. ter inhorruit æther
Luctificum clangente tuba. iecere ſupremo
Tum clamore faces. rerum labor omnis in auras
Soluitur: et celſis collucent æquora flammis.
Scilicet hæc illo iuuenem populoſq; manebant
Tempore: Peliacis caderet cum montibus arbor.
Hoc uolucrumq; minæ: præſagaq; fulmina longo
Acta mari tulerant. ſed quis non prima refellat
Monſtra deum: longoſq; ſibi non auguret annos?
Iamq; ſolutus honos cineri: iam paſſibus ægris
Dilapſæ cum prole nurus. tandemq; quieſcunt
Diſſona peruigili planctu uada: qualiter arces
Ad patrias auibus medio iam uere reuectis
Memphis: et aprici ſtatio ſilet annua Nili.
At non inde dies: neq; iam magis aſpera curis
Nox Minyas tanta Cæſorum ab imagine ſoluit.
Bis zephyri iam uela uocant: fiducia mœſtis
Nulla uiris: ægro aſſidue mens carpitur æſtu.
Nec dum omnes lachrymas: atq; omnia reddita cæſis
Iuſta putant: patria ex oculis: ſacer atq; laborum

Orbes armatos. Enopliam ſaltationem per giros orbiculares: quoniam fiebat circa ſepulchrũ. Strabo libro decimo geographię cum de curetibus agit. Armiſona uero ſaltatio militari de more et Hypericha et pyrrichus ipſe indicio ſunt: qui huiuſmodi repertor exercitũ pro iuuenibus ad militarem pueritiã fuiſſe perhibentur. Clangente tuba. Strepente tuba: qua in funeribus utebantur uel iuuente Propertio. Tibia funeſta triſtior illa tuba. Perſius. Hinc tuba: candelę. Hęc. Fata. Iuuenẽ. Cyzicum. Volucrum minę. Omina ſęua. Fulmina. Nauigationis primę tempeſtas: qua totum mare concuſſum eſt cum Argonautæ ualde timuerunt. Auguret. Quis non ſibi ſpem propagat in futurum: et ſibi bonam ſpem ominatur?

Paſſibus ægris. Vt laſſæ et ab obitu ſuorũ redeuntes. Dilapſę. in diuerſum abierunt. Diſſona planctu. In diuerſas partes circunſtrepitur eiulatu ſuorum. Vada. Aquę maris et littora. Sunt qui iuga ſubſtitunt. Priſca tamen exemplaria repugnãt. Qualiter. Senſus eſt. Quẽadmodum ęgyptus obſtrepẽtibus auibus ſolet hyeme impleri propter naturalem teporem: quę ęgyptus cantu et clangore illarum circũſtrepit: illis uero reuolantibus: cõquieſcere: nec circũſtrepi: perinde accidit in Cyzico et Cyzici littoribus: quę matribus diſcedẽtibus ſiluerũt: reuerſis matribus luctu ac planctu cuncta miſcere: confundereq; ſolitis. Arctos. Ad ſeptentrionem: borealeſq; regiones: a quibus diſcedunt aues hyemis initio: et ęgyptũ ſemper uernantem aut autumnitatem tranſeunt. Arctos eſt duplex maior et minor. Signũ urſarum quod eſt in cœlo. Reuectis. Reuolantibus: iterum illuc tendentibus. Memphis. Ciuitas ægypti metonymicos. Aprici. Expoſiti. Apricũ aptũ: ut aiũt: locũ appellamus: ac ſoli expoſitũ: Perſius apricos ſenes appellat ſolitos in ſole cõſiſtere. Silet. Vocũ ac clangoſarũ auicularũ tinnitu nõ ulterius ſtrepit. Statio. Manſio. Multas ſignificationes habet ſtatio a nobis alias explicatas: inter quas ponit̃ p loco ubi ſtamus: et cõſiſtere ſolemus: cõcinẽte lingua uernacula. Annua. In quę loca annuis uiciſſitudinibus diuertere ſolẽt aues. De gruibus immẽſo tractu maris cõuolãtibus meminit libro. x. Plinius: Ciconię quo nã e loco ueniãt aut quo ſe trãſferãt: incõpertũ adhuc eſt: e lõginquo uenire non dubiũ: eodẽ quo grues mod illas hyemis: has ęſtatis aduenas. Simili modo et coturnices aduolãt in ęſtiua mox reuolãt ſemp ortygometra duce. De gruib idẽ Plinius ſic. Quas pontũ trãſuolaturas certũ ẽ primũ oium anguſtias petere inter duo promontoria Criumetopon et Carambem. De enchoriis. i. regionalibus auibus: et his quę auolãt et aduolãt meminit Ambroſius in Hexaemero. Hoc et hirundines faciunt. Nõ dies. Nõ tẽpus diurnũ ex Cyzico ſoluit argonautas: nec nocturna tẽpeſtas eo auocat ex triſti cõſideratione cęſorũ. Nox magis aſpera. Nox magis infeſta: ut quę curarũ ſeminarium eſſe ſoleat: nõ argonautas auellere ſinit ex illo loco luctuoſo. Soluit. Aufert. auocat. Cęſorũ ab imagine. Quin cõſiderat et malũ: quod patrauerãt: et ex cõſciẽtia peccati cruciabant atq; tabeſcebãt. Vela uocãt. Eos ad nauigãdũ pelliciũt. Scribit Apollonius Iaſoni dormienti circũuolaſſe Alcyonẽ uaticinãtẽ uoce acuta: et ut ceſſatorẽ incitaſſe: quod Mopſus itellexit auis fatalẽ uocẽ audiẽs: et a ſomno excuſſit Iaſonẽ monens placãdã Cybelen ut procellę ceſſent: quod ſignificauit Alcyone. Fiducia. Audacia: uigor: aius nauigãdi quoniã erãt polluti. Aegro æſtu. Triſti cogitatione. Carpit̃. Tabeſcit et paulatim diffluit. Maro. Cęco paulatim carpit̃ igni. Aeſtu. Freto mẽtis ſolicitę: triſtiq; anxię mẽtis cogitatione. Nec dũ. Putabãt nõdũ ſatiſfactũ eſſe defunctis ꝗuis oia feciſſent. Torporq; natus a cõſciẽtia nõ abibat. Torpebant. frigeſcebant heroes. Iuſta. Exequias et choragia funebria. Ouidius. Iniuſtaq; iuſta peregit.

Enoplia ſaltatio.
Armiſona ſaltatio.
Hypericha
Pyrrichus.
Tuba funerea.
Tibia.
Arctos.
Aprici ſenes.
Ciconiæ.
Coturnices.
Ortygometra.
Grus.
Enchoriæ.
Alcyon.
Iuſta.
Emẽdatus
Ouidius.

quis ꝑperã illic ſcriptũ ſit buſta. Frigeſcere. Torpeſcere. Apolloniũ imitat̃ Valerius: q lib. iiii. intro ducit Iaſonẽ poſtq̃ apud ſacellũ Dianę Abſyrtũ prodẽte Medea interfecit oras extremas ueſtis recidiſſe in mortuũ iactaſſe: bene ꝑcatũ fuiſſe: ut ſe redimeret ac expiaret. Mox uero circeios et mare noſtrũ petiſſe ut: ita dis iubẽtibus: Circen adiret: a qua expiaret̃ a cęde: quoniã ante hoc remediũ torpebat admodũ: quę nũc breuiter attigo: quoniã libro. x. carmine noſtro: utinã feliciter: repetent̃. Triſtiſſima rerũ. Pro res ac euentus triſtes ęquanimiter ferant̃. nec enim qui cęteros regit: decet a ꝑturbationibus regi. Triſtiſſima rerũ dicit̃ ut: a cõtrario declamãdo: ab italico pulcherrima rerũ Romã. Caſtigãda. Moderanda. Sapiens fingit fortunam ſibi. Premẽda. Tegẽda. Vultu ſereno. Quod genus ſimulationis fuit in Domitiano: quare cachinãtẽ ſęuitiã Pacatus appellat. Dulcibus. Eſt quędã flere uoluptas: inqt Ouidius: Explet̃ lachrymis: egeriturq̃ dolor. Phœbęũ. Vaticinũ. Ait. Iaſon. Lues. Torpor. Apollonius libro primo ſcribit dormiẽti cũ heroibus Iaſoni ſuperſtiſſe Alcyonen: cuius augurio Mopſus Ampycides cognouit cęlaturas inutiles procellas: excuſſiſſe Iaſonem: admonuiſſe: dyndimon aſcenderet: et iratã cęde Cyzici matrẽ deorũ placaret: quo facto mox nauigãdi uniuerſos cupido inceſſit. Fato. cœlitus. Pauor. Torpor: ſegnities. An tibi.

Cachinans ſæuitia.

Pulſus amor? ſegniq̃ iuuat frigeſcere luctu.
Ipſe etiam Aeſonides (quanquam triſtiſſima rerum
Caſtiganda duci: uultuq̃ premenda ſereno)
Dulcibus indulget lachrymis: aperitq̃ dolorem.
Tum ſecreta trahens Phœbeum ad littora mopſum
Quænam ait iſta lues? aut quæ ſententia diuum?
Decretus ne uenit fato pauor? an tibi nectunt
Corda moras? cur iam immemores famæq̃ lariſq̃
Angimur? aut pariet quem nam hæc ignauia finem?
Dicam ait: ac penitus cauſas: labemq̃ docebo
Mopſus: et aſtra tuens: Non ſi mortalia membra
Sortitiſq̃ breues: et parui tempora fati
Perpetimur: ſocius ſuperi quondam ignis Olympi:
Fas ideo miſcere neces: ferroq̃ morantes
Exigere hinc animas: redituraq̃ ſemina cœlo.
Quippe nec in uentos: nec in ultima ſoluimur oſſa.

Scribe ſibi. An iugat corda noſtra timẽt ſpontanea pauore muliebri ac inutili: Cũ tam immemores. Scribẽdũ. Cur iã. Laris. Reditus in patriã. Pariet quẽnã hęc ignauia finẽ? Hic torpor quouſque durabit? quo fini ꝑcedet. Labem. cauſam mali. Aſtra tuẽs. Vates erat. nec hoc tacuit Apollonius in hac cauſa. Nõ ſi mortalia. Senſus eſt. quãuis nobis moribunda membra ſint datã: corpuſq̃ temporarium non tamen debemus conſcire mortem: putantes expuncto corpore: animam deſinere: quę immortalis eſt: nec ullo corporis caſu perit: fruſtra laboraremus. Nec debemus ſic argumẽtari. Corpus ſortitum eſt temporis anguſtias: ergo a corpori iuncta concidet concidente corpore. quoniam diſcedit hoc ab hoc tanquam corruptibile ab incorruptibili. Nec ſi nobis mortem inferremus: mala et curę ideo ceſſarent: qđ ad uitam deteriorem reuerteremus quoniam mors nõ oia abolet. Sed luſtrãdi eſtis ut torpor et crimen ueſtrũ tollat̃: unde acies aię defecata nihil terrenũ cogitabit: ſed decus et gloriã: et in ꝑpetuũ deſideriũ laudi ac glorię inhians reſoluet̃. Ordo. Nõ ideo eſt fas miſcere tẽpora fati quoniã luimus pœnas illas mortis. Nã anima ẽ perennis. Fas ideo. Nõ ideo qđ perpetimur tpa parui fati: fas eſt miſcere neces. i. promiſcue cõſcire ſibi mortẽ. Perpetimur ſortitus breueis. Patimur breuẽ ſortẽ et conditionẽ uitę. Sortimur breuẽ uitã. Parui fati. Vitę parũ durãtis. bene dixit fati ut fatalẽ hoc eſt naturalem uitam intelligeres: quę nonaginta annos nõ excedit: cui tres Saturni curſus exitũ creãt. Ideo a Virgilio dictũ. Quę quia nec fato: merita nec morte peribat: Sed miſera ante diem. Sic et in philippicis Cicero. Multa mihi imminere uidebant̃ pręter naturã: pręterq̃ fatũ. Socius. Cognatus. Vis aię multũ de diuinitate trahẽs nõ ammittit illã cũ corpore. Ignis. Anima habens cœleſtẽ ac ad alta uolantẽ naturã. Iuxta illud uirgilianum: Igneus eſt ollis uigor: et cœleſtis origo. Seminibus quãtũ nõ noxia corpora tardãt: Terreniq̃ hebetãt artus: moribũdaq̃ membra. Eſt. nam: uel aliquid tale ſubintelligat̃. Nam ſocius ſuperi et reliqua. Quõdã. Cũ oia in chao erãt cõfuſa: et ſpiritus natabat ſuper aquas. Alludit illi ouidiano. Siue recẽs tellus: ſeductaq̃ nuper ab alto ęthere cognati retinebat ſemina cœli: niſi repugnarẽt exẽplaria legere iuuaret: breuis et perpetitur. Hoc ordine. Nõ ideo fas miſcere neces: ſi ꝑpro et ſi ignis ſortitus tpa breuis et parui fati: remaneret illæſus igitur ille q ſocietate olympi uiuificat̃ et perẽnis cõſeruat̃. Nec eſt qđ ſyllaba in dictione breuis te moueat: hoc oibus abũ ſolitis. Olympi. Si placet ſecũda lectio addamus uerbũ eſt. Anima cœleſti et olympicæ naturæ cognata ẽ. Ferroq̃ morãtes. Habitãtes i hoc corporis ergaſtulo ut in depoſito: exturbare aias ac eiicere. Exigere. Exturbare: excludere. Hinc. ex hoc corporis hoſpitio. Imitat̃ Platonẽ. Semina. Principia: et animã cõſtãtẽ ex aura cœleſti. Nam Plato in Timęo inquit animã ſingulã habere aſtrũ: a quo depẽdet: ad quod poſt mortẽ corporis aia reuertitur: ut in ſuum principium et fontem. Ira manet. Supereſt ac ſuperuiuit corporea affectio.

Naturalis uita.

Tremendi Iouis. Fingit animas ſolitas ante Iouem ſe ſtatuere:audita mortis cauſa prout bona fuit aut mala in illás ſtatuere. Quidam tremendum Iouem Plutonem intelligunt. Queſtu. Non ſine lachrymis ac eiulatu ut quę conſcię ſint futuri iudicii. Nefandam. Illatam ſibi uiolenter. Ollis. Illis Verbum uirgilianum. Igneus eſt ollis uigor:et cœleſtis origo Corporibus. Ianua lethi. Vita quę eſt introitus ad mortem. Iterum ad huius uitę meſerias deuoluuntur. Atq̧ iterum remeare licet. Ad uitam iterum reuerti. Pythagoriſſat in hoc loco Flaccus Maroni concinens:qui ſic libro ſexto cecinit.

Has omnes ubi mille rotam uoluere per annos
Lethęum ad fluuium deus euocat agmine magno
Scilicet immemores ſupera ut conuexa reuiſant:
Rurſus et incipiant in corpora uelle reuerti.

Ita manet:duratq̧ dolor.cum deinde tremendi
Ad ſolium uenere Iouis:queſtuq̧ nefandam
Edocuere necem: patet ollis ianua leti.
Atq̧ iterum remeare licet.comes una ſororum
Additur:et pariter terras atq̧ æquora luſtrant.
Quiſq̧ ſuos ſontes:inimicaq̧ pectora pœnis

Verba Theologi Aquinatis quę poſita ſunt libro tertio contra gentiles plurimũ huic rei quadrant. Per hoc excluditur error platonicorum:qui dicebant animas ſeparatas poſtquam felicitatem ultimam adeptę fuiſſent:iterum in corpora incipere uelle redire:et finita felicitate illius uitę iterũ miſeriis uitæ huius inuolui. Etiam error Origenis qui dixit animas et angelos poſt beatiudinem iterum poſſe ad miſeriam deuenire. Comes additur. Proprium cuſtodis uerbum:etiam nõ amiciſſimi:ut Honoratus grammaticus introſpexit cum Plauto:qui ait. Additus Ioui argus.et Iuno addita a Marone libro ſexto.

*Animas iterum in corpora reuerti.*

Remeare. Reuerti in ſuperas auras. Sororum. Aliqui ad furias:aliqui ad dęmonem et cacodęmonem referunt:qui cacodęmon:uel quę furia deducunt animam ſontem ad tartara:ad pyriphlegethontem et illic eam puniunt:quam hereſim ſequutus Maro libro ſexto ſic cecinit.

Ergo exercentur pœnis: ueterumq̧ malorum
Supplicia expendunt:aliis ſub gurgite uaſto
Infectum eluitur ſcelus:atq̧ exuritur igni.

Alii referunt ad angelos cuſtodes corporis:de quibus meminit Plato:et omnes platonici concorditer.

Terras. Cum illa cuſtodia iterum ad terras luſtrandas:et uitam ſubeundam deſcendũt. Aequora. Mare ſub quo puniunť animę ſontes:ut ex Marone didicimus. Luſtrãt. Circũeũt:obeũt. Quiſq̧ ſuos ſontes. Deus ſcilicet et dęmon:quoniá ut inquit Apuleius de deo Socratis animus humanus corpori inſitus diciť dęmon. Suos ſontes appellat peccatores ſuæ.i.dęmonis cuſtodiæ permiſſos. Virgilius uatũ prǽcellẽtiſſimus hoc innuit ita canẽs libro Aenei.ix. Niſus ait. Dũ ne hũc ardorẽ mẽtibus addũt Euriale:an ſua cuiq̧ deus fit dira cupido?quod ad proprium dęmonem referẽdum eſt. Quæ uerba plurimum egent interpretatione Plotini ut Seruius doctiſſime cenſuit. Scribit enim Plotinus tertię eneadis libro tertio capite quarto hęc quę ſubiungere collibuit. Memento animam ſortiri dęmonem talem aut talem propter talem quandam electionem eius atq̧ motionem:non dico propter electiones ſingulas ſed ſpeciem electionis ad quandam uitę ſpeciem dirigẽtis:neq̧ mutare dęmonẽ q̃diu uitę ſpeciem omnino nõ mutat. Quatenus igitur uitam agit ueneream:dęmonem tenere uenereum. Ac ſi abſtineat quãdoq̧ laſciuie amoribus:tamen quãdiu facile pergit amare:quãuis honeſte:ſpeciem dęmonis nõ permutat. Adhuc enim uenereum habet. Sed prǽſtantioris inter uenereos ordinis. Similiter ſi a mercatura cõferat ſe ad litteras:dęmonem ſeruat mercurialẽ:mutato more naturę:mutatur dęmon:et cũ dęmone fortuna. Addit Plotinus. Nõ prǽeſt uitę dęmon aliquis:ſed ipſe deus.ſ.tum diuinus intellectus:tum intellectualis unitas quę eſt intelligentię quaſi aurigę caput: Tum ipſa ſimpliciter unitas deus ipſe deorũ. Regit animam dęmon:non quidẽ ſimpliciter optime:ſed optime pro prǽſenti ipſius animę qualitate. Poſt hanc in terreno corpore uitam dęmon tam intimus q̃ externus animam ad iudicium ducit:in ſuo quodã aerio corpore conſtitutam:anteq̃ ad corpus terrenum redeat. Dęmon dico alius quatenus alia tũc tu anima ſpecies ſit uiuendi:alioqui dęmon eſt idem. Eſt autem accommodatiſſimus purgatorio iudicio ſtatus in aerio corpore. Ibi enim eſt afflictio ſpiritus in peccantibus:ac propter minorem diſtractionẽ facilior occaſio pœnitentię:expectaturq̧ profectus quidam in anima:et futuri ſtatus electio. Sentiunt prǽterea platonici dęmonẽ animã ad iudiciũ perducere:quod poetę noſtro cõgruit. Qui ſenſus eſt ſeruus:habet dęmonẽ. Qui rõe utiť habet deũ ꝓ dęmone:qui pãdere ei poſſit occulta. Hinc ergo Plotinus et Iamblichus ægyptiorũ ſentẽtia intellectũ unicuiq̧ ſuũ ꝑficiũt tanq̃ dęmonem rõnis ſemp oia ſpeculãtẽ. Porphyrius adductus eſt magica ægyptii ſacerdotis opera:qui et profitebať ſuũ cuiq̧ dęmonẽ oculis demõſtrare et demonſtrauit Plotino.pluribuſq̧ ꝑſentibus nõ dęmonẽ Plotini ſed deũ:quippe cum Plotinus nõ tã ratione q̃ intelligẽtia uiueret:nitens uidelicet intuitu plurimũ potius q̃ diſcurſu:neq̧ permotiones amputans:ſed extirpans. Dixit igiť Valerius Flaccus propriũ et ſingulis attributum dęmonẽ plectere eos qui fuerunt ſontes qui intus animum coquit ac exercet. Hoc eſt quod innuit Iuuenalis his. Occultum quatiente animo tortore flagellum. Et. Nocte dieq̧ ſuum geſtare in pectore teſtem.

*Alius dæmon.* — *Dęmon prius.* — *Dęmones mutari.* — *Venereus dęmon.* — *Mercurialis.* — *Deus intellectus.* — *Deus unitas.* — *Dęmõ animam regit.* — *Ad iudiciũ ducit.* — *Senſuũ ſeruus habet dęmonem.*

Implicat. Innodat:uinculis coercet. Hoc ſenſus faciũt et a ſenſibus Pathe.i.paſſiones prouenieñtes: quibus tanq̃ dominis anima peccãtis agitur:ut cõtemplãtes platonici tradũt. Pectora. Quç ultore cõſcia cruciant̃:quç occulto:ut inquit ille:flagello uerberat. Meritos. Propter ſcelera patrata. Pulſant. Scribo pulſat. quoniã dixit implicat. occulto flagello quatiunt̃ iſti ſontes atq; pulſant̃. Sed de his loquimur qui peccãt ſciẽtes atq; prudẽtes. At quibus. Hi uero quos nolẽtes ſed forte:caſuq; ſiniſtro cõtingit homicidiũ facere: illi ultrici conſcientia quidẽ uexant̃:ſed ad langorem et torporem uſq; quod minyis contigit. Inuito ſanguine. Pro ipſi inuiti maduerunt humano ſanguine fuſo. Figura poetica. Si fors tulit. Si bonis operibus aduerſa fortuna illos errantes impulit in ſcelus:cui ſi nõ adeſt uolũtas:innocẽter peccatur. Proxima culpa. Peccatũ proximũ errori:ut ſi occidamus hoſtẽ:inſidiatorem:latronẽ:ſicarium:furem ſe telo defendentẽ. Mens ipſa. Quam Theologi platonici in Platonis uerbis dęmonem intelligunt. Agitat. Vexat. Sua facta. Delicta et ſcelera patrata. Reſides. Ocioſos in luctu originem habẽte a malis admiſſis. Etiã. Quinimmo. Amplius. Pro amplum magnificentius:elatius. nihil altum cogitant. Humiles. Degeneres:leues: inanes. Metus. Frigidiuſculi ſunt et meticuloſi. Degeneres aĩos timor arguit. Aegrã. Solicitã:timidã. Fatiſcũt. Reſoluunt̃:abeũt. Segnitiẽ. Signate locutus eſt. Segnities ẽ calori cõtraria. Calor pro ardore ponit̃ et animoſitate. Cura. Prouiſio. animus prçſcius. Requiret. Inuenire tentabit:cogitabit. Viã. Remediũ. Quos uides. Quales uides argonautas. Ecce. En tales:et oſtendit argonautas. Ecce tales reſolutos in ſegnicięẽ et torporẽ. Memori. A me qui nõ dedidici;nõ oblitus ſum quç ab altero uate acceperã. Vate. A me fatorũ conſcio. Quidã hęc referũt ad aliũ uatem memorẽ.i.qui memoriter illã tenebat. Eſt procul. Deſcribit locũ tenebricoſum cimmeriũ noie: in quo moram trahebat Celeneus ſacerdos:a quo ſacra huiuſmodi luſtralia didicerat. Et profecto conueniẽs eſt locus niger et illuminus uati:qui rerum inferarũ notitiã habeat. De cimmeriis populis prçter Pompeium et cçteros meminit Ouidius his metamorphoſeos libro undecimo. Pathe. Cimmeriũ nemus Celeneus.

Implicat:et uaria meritos formidine pulſat.
At quibus inuito maduerunt ſanguine dextrę:
Si fors ſçua tulit miſeros: ſed proxima culpa.
Hos uariis mens ipſa modis agitat:ſua carpunt
Facta uiros reſides:etiam nil amplius auſi
In lachrymas humileſq; metus:ægramq; fatiſcunt
Segnitiem:quos ecce uides:ſed noſtra requiret
Cura uiam:memori iampridem cognita uate.
Eſt procul ad ſtygiæ deuexa ſilentia noctis
Cimmerium domus:et ſuperis incognita tellus
Cœruleo tenebroſa ſitu. quo flammea nunquam
Sol iuga:ſidereos nec mittit Iuppiter annos.
Stant citatæ frondes:immotaq; ſilua comanti
Horret uerna iugo. ſpecus umbrarumq; meatus
Subter:et oceani præceps fragor:aruaq; nigro

Eſt prope cimmerios longo ſpelunca receſſu
Mons cauus:ignaui domus et penetralia ſomni.
Quo nunquam radiis oriens:mediuſue cadenſue
Phœbus adire poteſt. nabulæ caligne miſtæ
Exhalantur humo:dubięq; crepuſcula lucis.
Non uigil ales ibi criſtati cantibus oris
Euocat auroram:nec uoce ſilentia rumpunt
Sollicitiue canes:canibus ue ſagacior anſer. Et quç graphice ſequunt̃. Ad ſtygię noctis. Quç ſpelũca uſq; ad inferos penetrat. Deuexa. Inclinata. Cimmeriũ. Cimmeriorũ. Hic habitãt populi nomine cimmerii. Superis. Quo nunq̃ aliquis deorũ penetrat. Situ. Obſcuritate:caligine. Maro. lib. ſexto. Per loca ſenta ſitu. Annos. Aliquã partem anni lucidi. Exſcribit illud Ouidianum. Quo nũq̃ radiis oriens medius ue cadẽſue Phœbus adire poteſt. Sunt qui ſcribũt axes. Squallet hic locus et deſertus ẽ. Situs.

Tacitę. Immotę:ſine pſithiriſmate. Ita enim uocat̃ attritus ille foliorũ inuicem. Horret. Squallet ut uſuuenit herbis:quç non illuſtrant̃ a ſole. Herbas has non arbores fuiſſe tradit Ouidius ſic. Pſithiriſma.

Ante fores antri fœcunda papauera florent:
Innumerçq; herbç:quarum de lacte ſoporem
Nox legit:et ſpargit per opacas humida terras. Tamẽ idẽ ſubdit. Nõ feræ:nõ pecudes: nõ motis flamina ramis. Muta quies habitat. Meatus. Deſcẽſus. Subter. Infra. Oceani. In eodẽ loco ſi recte meminimi: uidelicet apud oceanũ cimmerios collocat Homerus. apud mare ſcythicũ aliqui ponũt:a quibus cimmerius boſporus appellatus:unde cimmeriæ tenebrę prouerbialiter a Lactãtio dictç. Ephorus cimmerios in Italia fuiſſe ſcribit. Pompeius de his meminit:et inter cumas et baias collocat. Prçceps fragor. Murmur et ſtrepitus aquç in quandam quaſi uoraginẽ cadentis. Ouidius illic fuiſſe riuum tradit poeticç magis q̃ uere. Saxo tamen exit ab imo Riuus aquç lethes: Et crepitantibus unda lapillis.

Vaſtus. Nigro uaſta metu. Lõga deſerta et inhabitata pp portẽtoſas imagines: ac nigra ſimulacra: quibꝰ referta eſt: uaſtũ oratorẽ Cicero uocat icõditũ illepidũ: inſacetũ: ineptũ. Subitę uoces. Subito emiſſæ: nec auctor certus apparet: et dormiẽtibus accidit: pręſertim pueris: quibus erumpũt p interualla uoces incertę: tertiatę: perplexę. Longa ſilẽtia. Poſt ſomnos pfundiſſimos: cũ diu ac diu tacitũ ſit: etiã tace/
Celeneus. tur: tamẽ uox ex inſomnio erumpit. Enſifer. Vt qui lites dirimat ac iuſtitiã exerceat. Celeneus. Iu/

Vaſta metu: et ſubitæ poſt longa ſilentia uoces:
Enſifer hic: atraqꝫ ſedens in ueſte Celeneus
Inſontes errore luit: culpamqꝫ remittens
Carmina turbatos uoluit placantia manes.
Ille mihi quæ danda forent luſtramina cæſis
Prodidit. ille uolens herebum terraſqꝫ retexit.
Ergo ubi puniceas oriens aſcenderit undas:
Tu ſocios adhibeto ſacris: armentaqꝫ magnis
Bima deis. me iam cœtus accedere ueſtros
Haud fas interea: donec luſtralia pernox
Vota fero: mouet en gelidos latonia currus.
Flecte gradum. placitis ſileant age littora cœptis.
Iamqꝫ ſopor mediis tellurem preſſerat horis:
Et circum tacito uolitabant ſomnia mundo:
Cum uigil arcani ſpeculatus tempora ſacri
Ampycides petit aduerſis æſepia ſiluis
Flumina: et æquoreas pariter decurrit ad undas.
Hic ſale purpureo: uiuaqꝫ nitentia lympha
Membra nouat: ſeqꝫ horrificis accommodat actis.
Tempora tum uittis: et ſupplice caſtus oliua

dex ante ęacũ Minoẽ: et Rhadamãthum: ut quidã ſcribunt. Ego mere fictũ puto nomenqꝫ Celenei appoſite ſimulatũ: quoniã Celenon Homerus nigrũ: et in epigrãmatis auctore Fulgẽtio ac Suida. quia Celeneus iſte fugit incolere loca dãnata pruinis ac caligini. Ideo Valerius addidit. Atraqꝫ ſedens in ueſte.

Inſontes errore. Qui aliqd per
Luere. errorẽ cõmiſerũt. Luit. Luſtrat: et abſoluit. Sic Liuius. ut tãdẽ debito ſupplicio ſcelus lueret. λύω ẽ ſoluo. Fortaſſis. υ. in. u. mutat̃. Luere pœnas ẽ dare ac ſubire quãdoqꝫ.
Luere pignus. Luere pignus apud Iuriſperitos eſt redimere et exigere libro undeuigeſimo digeſtorũ. Culpã. Peccatũ.
Remittens. Ignoſcẽs. Voluit.
Luſtramina. Euoluit: dicit. Luſtramina. Expiationes. Luſtrare purgare: expiare.
Herebũ retexit. Aperuit modũ aperiẽdorũ inferorũ. Retexit. Aperit ac denudat. Puniceas. Solis radiis irradiatas punicãtibus atqꝫ rubentibus. dixit aſcẽderit. i. cum erit media nox: ut infra uidebis: quoniã ſol incipit aſcẽdere horizõtẽ antipodum. uel quia tũc incipit dies romanus a media nocte in mediã. Socios. Minyas. hoc audire potuit in boſporo cimmerio a Celeneo ubi tũc fuerũt. Adhibeto. In priſcis exẽplaribus legit̃ adhibere: et ſub/
Bima. intelligit̃ ſis memor. Bina. Duplicata: uel bima duorũ annorũ ex ſolenni ſacrificãdi ritu: unde bidẽ/
Bidentes. tes dictę quaſi biennes. dicit̃ et bimatus tempus duorũ annorũ: etiã trimatus. Bimulus puer a Catullo
Bimatus. duorũ annorũ. Trimus triũ et trimulus. uel dixit bina quãdo pari numero hoſtię immolabant̃ Plutoni
Trimatus. Par inferorũ. Impar ſuporũ numerus: ut legat̃ bima adiuuat infra. Atqꝫ argoa manus uariis inſignis
Bima dies in armis Ibat agẽs lectas aurata frõte bidẽtes. Iuriſcõſulti bima et trima die dicũt pro biẽnio et triẽnio.
Trima. Haud fas. Subintellige eſt. Cętus ueſtros. Pollutos et cõtaminatos. Luſtralia. Expiatoria. Per/
Luſtralia. ſius. Luſtralibus ante ſaliuis. Pernox. Per totã noctẽ. Latonia. Luna. Cęptis placitis. Omnes taceant dũ placide incipio ſacra luſtralia. Iamqꝫ ſopor. Deſcribit mediã noctẽ: quo tpe operari ſacris ẽ opportunũ. Oris mediis. In media regiõne mundi. Si legimus horis ut priſcus codex habet: ſignificat medio tempore noctis. Sunt qui defendunt madidis alis. Tacito mundo. Cum omnia tacent: con
Ampycides mopſus ticinium eſt: et nox intempeſta. i. inactuoſa. Volitabant. Allata ſunt ſomnia. Ampycides. Mopſus Ampyci filius. Aeſepia flumina. Vt purget ſe in Aeſepo. Reperies in Iliados libro duodecimo ἀίσηπος
Aeſepus. ſcriptum: et ita ſcribi debet. Aeſepus: ut inquit interpres Apollonii: fluuius Aſię troadis. Troas a Myſia incipiens in ęſepum deſinit Dolionia et Phrygia incipit ab ęſepo: et excurrit in Rhyndacũ. prope cyzicenos alii ponũt ęſepum. Pariter. Sequutus fluxũ ęſepi Mopſus. Sale. Mola ſalſa. Pur/ pureo. Candido. Eſt et purpura candida. Maro ad Mæcenatem ſi modo Maronis ẽ carmen. Carmina
Purpura candida. purpurea candidiora niue. uel combuſto: et cõſequẽter rubenti. Nitentia. Defecata: ſed poſt ablutionem. Lympha uiua. Currenti fluuio. Purgatura malum fluuio uiuente ſoporem. Nouat. Reficit
Nouare. ac inſtaurat. Horrificis. Horrendis. Sacris facientibus horrorem propterea qd̃ fiebant manibus.
Actis. Operis: ſacris. Supplice. Qua utuntur ſupplices et pacem petentes: unde poeta ingenioſiſ/
Pacales oliuę. ſimus pacales uocat oliuas. ideo oliuã adhibet: quę et pacis eſt inſigne diuinę. Caſtus. Nõ pollutus.
Implicat. Innectit. Deſignat littora. Deſcribit morem augurũ: qui lituo deſignabãt in cœlo templa et loca auibus: ut auguria captare poſſent. Lege Liuium primo ab urbe condita. Stricto fer/

ro. Lituo uel enſe euaginato. quoniá dixerat ſupra. Enſifer Celeneus: tanq̄ ad umbras et cacodæmonas fugandos opus ſit enſe ſtricto. quo laruę fugant. quoniá corpora dęmonū pulſari poſſunt: et dolent iuxta platonicos: Corpus quorū ubi ſecatur mox in ſe iterū recreatur et coaleſcit: ſicut aquę aeriſq; partes quádo aliquid intercidit ſolidū. Sed et dicto uelocius dęmonicus ſpiritus in ſe reuertitur. Dolet tamé interea dū diuidit: quáobrē acié ferri metuit: idq; animaduertétes q̄ fugare dęmones moliútur tela: et enſem rectum ibi conſtituút: quo nolút dęmones aduentare. Cui rei Maro platonici dogmatis aſſertor cum data eſt occaſio: alluſit inquiens. Strictamq; acié uenientibus offert: cum æneam pro uirtute ſolida deſcripſerit. Humiles. Non multū ab humo ſuſpéſas. Ignota. Vt pote inferna. Cōtriſtat. Obumbrat. Opaca. Frondoſa. Metū. Religioné. Numen. Conſecratū locū et luſtralibus uerbis addixit Plutoni ac manibus dis ſacrū fecit. Sacram quieté. Vt eſſet locus pacificus: quē nec laruę tentaret: nec dęmones infeſtaret. uel attétionem religioſam. Euocat. Elicit igneum ac rutilū Sidus ex coelo: cuius pręſentia cūcta colluſtrent. Eliciebantur. n. ex coelo dii: unde Iupiter elicius: et fulmina: quod Plinius lib. ſecūdo nō omiſit. Nitidum iubar. Stellam fulgété. Alto. Coelo. fortaſſis ē illa ſtella: a qua uita ſingulorū: auctore Platone i Timęo: depédet: quam euocatā a Mopſo Flac. iducit ut reſerenaret: reficeretq; torpétes argonautarū aios. Cui ſtellę alludit his Alcinous de phátaſia et itellectu. Quoniá uero de hoium genere utpote dis cognitio tū patri deo: tū etiá natis cura erat: demiſit huius generis aias i terrá ipſe oium artifex ſtellarū numero pares. Verū cū quálibet cognato aſtro tanq̄ uehiculo impoſuiſſet: inſtar legū fatales illis leges explicauit: ut ipſe extra culpá exiſteret: iuſte uicturas in cognatū aſtrū rédituras.

Demones pulſantur.

Elicius Iupiter.

Fulmina eliciuntur.

Alcinous.

Implicat: et ſtricto deſignat littora ferro:
Circum humiles aras: ignotaq; nomina diuum
Inſtituit: ſyluaq; ſuper contriſtat opaca.
Vtq; metum numenq; loco ſacramq; quietem
Addidit: ardenti nitidum iubar euocat alto.
Atq; argoa manus uariis inſignis in armis
Ibat agens lectas aurata fronte bidentes.
Delius hic longe candenti ueſte ſacerdos
Occurrit: ramoq; nouat. iamq; ipſe recenti
Stat tumulo placida tranſmittens agmina lauro.
Ducit et ad fluuios: ac uincula ſoluere monſtrat
Prima pedum: glaucaq; comas prætexere fronde
Imperat: hinc alte Phœbi ſurgentis ad orbem
Ferre manus: totiſq; ſimul procumbere campis.
Tunc piceæ mactantur oues: profectaq; partim
Pectora: per medios partem gerit obuius Idmon.
Ter tacitos egere gradus: ter triſtia tangens
Arma ſimul ueſteſq; uirum: luſtramina ponto

Argoa manus. Gręca cohors. Argonautę. Lectas. Debét. n. habere ſigna multa: qbus diſtinguunt a cæteris ea quę ſunt ſacrificio deſtinata. Delius. Phœbęus: Apollineus: diuinus Mopſus. Aurata fróte. Apud Parthos auctore Marcellino libro. xxiiii. bouē coronatū agere ē ſuſceptę pacis initiū. Ramo. Spargés rore leui: et ramo felicis oliuę. Quin et Tibullus pedibus in hác ſulam uadit. Sacra placét ſuperis. pura cū ueſte uenite: Et manibus puris ſumite fontis aquá. Vocat. ſcribo. nouat. ad p̄ſtinū. ſ. uigoré reducit. uel uocat. i. reuocat ad ſolitū robur et animoſitaté qué ramū I caput tráſeūtiū mittebat eos ſingulatim uocádo: ut ſubiret pœná ſi nō uerá: ſaluté imaginariá: ut pduellionis reus Horatius coactus é ſubire ſororiū tigillū. Recéti tumulo. Recenter cóſtructo. Placida. Quieté generáte pergádo. Lauro. Arbore purgationibus et luſtrationibus per idonea uel Plinio Satyroq; auctoribus. Cuperét luſtrari ſi qua darent ſulphura cū tędis: et ſi foret humida laurus. Placida. Luſtrali: pacali: expiatoria: pacifica. Tráſmittés. Tráſuchés: ſubire faciens: et tráſire ut Horatii more: qui ſororé occidit: expiaret. Talia ſacrificia uocant piacularia: de qbus Liuius hęc ad ré noſtrá faciétia ſcribit libro p̄mo ab urbe códitæ. Itaq; ut cędes manifeſta aliquo tamen piaculo lueret: imparū patri ut filiū expiaret pecunia publica. Is qbuſdá piacularib⁹ ſacrificiis factis: quę deinde genti horatię tradita ſunt: tráſmiſſo p uiá tigillo: capite adopto uelut ſub iugo miſit iuuené. Id hodie publice quoq; ſemp refectū manet. ſororiū tigillū uocát. Quidá illud tráſmittés agmina ad tranſuectioné referút: ut ſit quoddá inſtar: quod nō ſatis placet. Fabius Rutilianus primus inſtituit ut eqtes Romani idib. quintilib. ab ęde honoris equis inſidétes i capitoliū tráſirét. Trabeati aút tráſuchebant ut docet Valerius Max. lib. ii. qué moré iá abolitū Auguſtus reuocauit auctore Tráqllo. Ac uincula ſoluere monſtrat. Sacrificátes ac dis operátes ſoluebát oés nodos. cui alluſit Maro. Nec compte máſere comę. Sine uinculis: etiá calceorū: ſacrificát. uincula pedū ſunt crepidarū anſulæ in ſe recurrétes. Glauca. Viridi. Prętexere: operire: uel ornare. Fronde. Oliua. Phœbi. Solis imperat ut ſolé oriétem ſalutent.

Bos coronatus initium pacis.

Tigillum ſororium.

Piacularia ſacra.

Tráſuectio

Anſuæl.

Piceę. Nigrę. Manus: Supplices. Procūbere. In genua cócidere. Profecta. Seceſpita hoc é ſacrificali cultro p̄ciſa. Lucanus lib. vi. Laui calido profecta cerebro. Gerit. Refert. Plautus i menechmis. uſurpat degerit pro defert. Tacitos. Suſpenſos: leues: non impetuoſos. Luſtramina. Expiationes.

Profecta.

Degerit.

Trans caput iacere. Pone. Poſt. Maroniana mimiſis in buccolico ludicro. Riuoq́ꝫ fluenti: Tranſq́ꝫ caput iace: ne reſpexeris. quoniá inquit Seruius numina uideri nolebant. Adolentur. Conſumatur. Cætera quę parata erant utpote inteſtina: iuxta illud catullianum. Omentum in fláma pingue liquefaciens. Truncas nemorum quercus. Arboris quernę truncú ingentem in longitudiné porrectum: cui ſuſpenderent illa ſimulacra. Effigies uirorum. Simulacra argonautarum. Rite. Ritu ac lege religioſa.

Pone iacit. rapidis adolentur cætera flammis.
Quin etiam truncas nemorum effigieſq́ꝫ uirorum
Rite locat quercus: ſimulataq́ꝫ ſubligat arma.
Huc ſtygias tranſire minas: iramq́ꝫ ſeueri
Sanguinis: his orat uigiles incumbere curas.
Atq́ꝫ ita luſtrifico cantu uocat. ite perempti:
Ac memores abolete animas: ſint ocia uobis.
Sit ſtygiæ iam ſedis amor. procul agmine noſtro
Et procul ite mari: cunctiſq́ꝫ abſiſtite bellis.
Vos ego nec graias unqam contendere ad urbes:
Nec triuiis ululare uelim. pecoriq́ꝫ ſatiſq́ꝫ
Nullæ ideo peſtes: nec luctifer ingruat annus.
Nec populi noſtri ue luant ea facta minores:

Subligat. Subnectit. Simulacra arma. Quę non erant: ſed uidebantur. Oſcilla. Innuit oſcilla: de quibus hęc Maro in georgicis libro ſecundo. Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu. Oſcillorum aút uariæ ſunt opiniones. Nam alii aſſerunt hanc fabulam. Icarus atheniéſis pater erigones cú acceptú a libero patre uinú mortalibus indicaret: occiſus eſt a ruſticis: qui cum plus ęquo potaſſent: et inebriati uenenú ſe accepiſſe crediderant. huius canis eſt reuerſus ad Erigoné filiam: quę cú eius comitata ueſtigia perueniſſet ad patris cadauer: laqueo uitá finiuit. Hęc deorum uoluntate inter aſtra relata eſt: quam uirginé uocát. Canis ille inter ſidera collocatus. Sed poſt aliquantú tempus atheniéſibus morbus immiſſus eſt talis ut eorum uirgines quędam furore ad laqueú compellerentur: quę cum diu quęſitę nuſq́ inuenirent ad oſtendédá deuotionem ſuam Athenienſes: ut etiam in alieno eas querere uiderent elemento: ſuſpenderunt de arboribus funem: ad quem ſe tenentes homines hac atq́ꝫ illac agitabant: ut etiam quaſi in aere illarú cadauera quęrere uiderentur. Sed cú inde pleriq́ꝫ caderét inuentú eſt ut formas ad oris ſui ſimilitudiné facerét: et eas per ſe ſuſpenderent et mouerent. Vnde et oſcilla dicta ſunt ab eo qđ in his cillerentur. i. mouerent
Cillere. ora. Nam cillere eſt mouere: unde et furcillæ dictæ ſunt: quibus frumenta cillerentur. i. mouerentur.
Furcillæ. Alii prudentiores aiunt ſacra liberi patris ad purgationem animę pertinere. Omnis autem purgatio aut per aquas aut per igné: aut per aerem fit: ſicut et in ſexto ait. Alię panduntur inanes ſuſpenſę ad uentos. Aliis ſub gurgite uaſto Infectum eluitur ſcelus. aut exuritur igni: ut nunc per oſcilla effigies uirorum: quod idé eſt genus purgationis quod maximú eſt intelligamus. Nam primú aquę: ſecúdú ignis: tertiú aeris eſt. Huc. In hęc arma ſimulata et oſcilla: ut quidquid diſcriminis inſtat In tunicas eat: inquit Satyrus in hanc ſententiá. Stygias minas. Mala quę minyis ingruebant a cyzicenorú manibus lęſis: et cóſequenter ab inferis: in quorú patrocinio ſunt manes. Tranſire. Euadere: tráſferri. Irá. Quia manes qui pro ultione redierant uexabant phantaſmatis mentes argonautarú: minas illarum animarú dicit: ſubiungitq́ꝫ iram ſanguinis eorú: qui cęſi fuerant: et ea uia ulciſci ſtudebant. Addit deinde curas: intellige manium cęſorú: qui ad ultionem inſurgebant et inuigilabant.
Seuerum. Seueri. Punientis ſeuere: uel irati: triſtis. Maro. Amnemq́ꝫ ſeuerum Eumenidú aſpicies. Sanguinis. Hominú cęſorú. Curas. Erat ut oés curę q́ eſſent i minyas tráſiturę i illa oſcillorú ſuſpédicula uel manes cęſorú tráſferrenť: quę
Suſpendicula oſcillorum. ad argonautarú ultioné inuigilabát. His. In ea oſcilla uel manes. Vigiles. Inſontes: edaces ppetim quare Plautus exanimales appellat. Incúbere. Inhęrere. circa illa exerceri. Luſtrifico. Luſtralis expiatorio: ut luxu regifico apud Virgiliú. Vocat. Alloquiť: excitat. Ite. Abite mortui. Abolete. Tollite. Deponite: obliuiſcimini. Memores. Acceptę iniurię. Animas. Scribédú aios: indignatio
Luſtrificú. neſtras. Sit amor. Incipite amare tartareas ſedes et infernas: ac de ſuperis nihil ulterius cogitate.

Agmine. Faceſſite a turba ac noſtris argonautis. Ite. In priſcis exemplaribus ſcriptú eſte. Abſiſtis a mari: per quod pegrinaturi ſumus. Mihi magis placet: eſte: quoniam mox ait abſiſtite: ut magis ſimili uerbo utať. Abſiſtite bellis. Nec uos bellis noſtris: quę ſubituri exhauſturiq́ꝫ ſumus immiſcete. Cótédere. Ire: et populares municipeſq́ꝫ gręcos infeſtare: ut lemures ſolét: qui nocturnis terriculis domú infeſtát. Nec triuiis. Hecate potés inferú colebať in triuiis. Vlulare. Querentes iniuriá acceptá ſine uindicta: quę etiá manes iuuat. Nullę peſtes: Subintellige ſint et ueniát. Ideo. Propter hác ſtragé quá accepiſtis a nobis. Táq́ ulciſci nolétes. Cacodęmones. n. lędút iuméta hoium: et ueterina uexát: ut per illa hoibus noceát. Luctifer annus. Luctuoſus: calamitoſus: peſtilés. Ingruat. Inſtet: imineat.

Nec populis noſtri uelét. Scribo. Nec populi: noſtri ue luát ea facta minores. nó ingruát morbi populatim calamitate bacchá te. Noſtri minores. Poſteri noſtri. .Ve. Vel. Luát ea facta. Dent pœnas p malefactis noſtri. Nó ęquú patres noſtros uexari a uobis iniuſte iniuriá paſſis: ſi nos fuimus auctores

iniurię

iniuriç: ut dicimus luere pœnas: ita luere aliorum delicta. Minores. Poſteri. Sępe enim ex manium ira fit peſtis. Patres comederunt uuas acerbas: et dentes filiorum obſtupuerunt. Scriptum eſt tamen. Filius non portabit iniquitatem patris. Summas dapes. Particulam feralis cœnę prçcerpſit: libauit: et manibus guſtãdam dedit. Frondentibus aris. Arę tectę erant lauro: oliua: ſagmine: cęteriſq; luſtralibus herbis. Placidi angues. Vtpote hominibus cognati. e ſpina hominis ſcribit Ouidius ſerpẽtẽ naſci: unde ſepulchra inhabitare dicũtur: et eſſe famulas manũ. Plutarchus in Cleomene. Tradunt enim ſicut ex bobus apes: ex equis fuci: ex aſinis crabrones generantur: ita humana corpora: prçſertim medullas: humoremq; ex eis profluentem ſerpentes producere. Itaq; nõ abſq; ratione permoti antiquiores heroibus draconem conſecrarunt.

E ſpina hominis.

Dixerat. et ſummas frondentibus intulit aris
Libauitq; dapes: placidi quas protinus angues
Vmbrarum famuli linguis rapuere coruſcis.
Continuo puppem petere: et conſidere tranſtris
Imperat Ampycides. nec uiſum uertere terræ.
Exciderint quæ geſta manu: quæ debita fatis:
Illi alacres: pars arma locant: pars ardua ſummis
Insternunt tabulata thoris: oriturq; trementum
Remorum ſonus: et lætæ concordia uocis.
Iuppiter urgentem ceu ſumma ceraunia nubem
Cum pepulit: moitq; iugis: fulſere repente
Et nemora et ſcopuli: nitiduſq; reducitur æther:
Sic animi rediere uiris: iamq; ipſe magiſter
Nutat ab arce ratis: remiſq; obſiſtere tendit.
Inſtaurant primi certamina: liber amictu
Eurytus: et dictis Talai non territus Idas.
Inde alii increpitant: atq; æquora pectore tollunt.

Vmbrarum. Manium. Rapuere. Raptim deuorauere. Coruſcis. Vibrantibus. Virgilius in quinto. Tandẽ inter pateras ac lenia pocula ſerpens Libauitq; dapes: rurſuſq; innoxius imo Succeſſit tumulo: et depaſta altaria liquit. Nullus locus eſt ſine genio: qui per anguẽ plerũq; exprimit. Virgilius. Incertus genium ne loci: famulũ ne parentis eſſe putet. Continuo. Statim. Imperat. Minyis. Ampycides. Mopſus. Viſum. Oculos. Vertere. Conuertere. Aſpicere ad illam terram. Terram nõ aſpicerent ubi uel in qua exciderũt geſta manu. i. per imprudentiam peccatum eſt. Exciderint quę geſta manu. Sunt qui emẽdãt. Qua pro in qua quã recte uidebis paulopſt. Hoc eſt. Terram non aſpicerent ubi uel in qua exciderunt geſta manu. i. per imprudentiam peccatũ eſt. Sunt qui interpollant ſic interpretãtes. Nec uiſum uertere terrę. Nec uiſum eſt uertere. i. puertere hoc eſt anteponere illi terrę colchicę aliquid: quę debita eſt illis minyis: uidelicet fatis: quę geſta glorioſa per torporem exciderunt manu: hoc eſt prçterfluxerunt eis cõniuentibus iniquiſſimis fatis eos ab inſtituto itinere auocantibus. Si primam expoſitionem ſequimur: exciderint manu interpretare euenerint eis ignaris quid agerẽt. Sermo pene uernaculus. Quę. Terra. Debita fatis. Ad quos colchos fata nos impellunt et concedunt ut potiamur: uel quę cyzicena terra nobis fato debebatur: ut illam peteremus: et appellentes omnia ſanguine hoſpitum pollueremus. Tabulata. Tranſtra: quoniam tabulis ſternuntur. Maro metaphoricos in georgicis tabulata uocat in arboribus maritatis primum: ſecundum: ac tertiũ ordinẽ uitiũ: ſũmaſq; ſequi tabulata per ulmos. Thoris. Sedilibus. Trementi. Inflexorum in aqua cũ lacertis et pectore cõnituntũ nauim impellere. Lętę uocis. Celeumatis uitulãtis ac hilaris. de qua concordi uoce ſic Papinius. Dulcior et ſenibus cycnis: et pectine Phœbi Vox media de puppe uenit. Iuppiter. Comparatio Iouis fugãtis nubes et ſerenitatẽ inducẽtis: ad minyas ſubito exhilaratos: cũ primũ nauẽ cęperũt impellere. Nubẽ urgẽtẽ. Nubem inſidẽtẽ. Summa ceraunia. Sũma illorũ montũ cacumina: qui ſunt montes Epiri a crebris fulminibus appellati. κέραυνον gręci fulmen appellãt. Archiceraunos Iupiter ab Homero: qui latine fulminator dictus. Pepulit. Fugauit. Mouit. Egit. Fulſere. Fugatis nubibus enituere. Maro. Collectaſq; fugat nubes: ſolemq; reducit.

Tabulata.

Ceraunos

Archiceraunos.

Aether. Aethra: ſerenitas. Sic. Ea celeritate qua ſerenitas fugatis nubibus inducitur a Ioue. Magiſter. Tiphys. Nutat. Vacillat: tanto impetu remis urgẽt nauẽ. hoc ſolet accidere quãdo impulſu conatuq; ualidiore potius nauis agit: q̃ moderatis uiribus. iuxta ſententiã priſcã. Arte nõ ualẽtia nauis impellit: ut inquit ille. Ab arce. A puppi ubi ẽ gubernaculum. Temo uidelicet dux nauis et magiſter. Tendit. Nititur: conatur. Obſiſtere. Reſiſtere: moderari. ne diſcordes agãt nauim in prçceps. Inſtaurãt. Renouãt Idas et Eurytus incipiunt certare uter impulſu maiori nauim agat. Liber amictu. Exutus amictũ. Dictis. Aemulis uocibus quis Talaus Idã uerbis tumidioribus quereret abſterrere ab impulſu remorũ factis accinctus: Idas uerba nõ curabat. Sũt qui interpretentur aliter: ad prçſcita Talai referentes: qui Idã moriturũ dixit in colchis: quę ſomnia ſunt ęgri ueteris nullo auctore fulta. Talaus fauebat Euryto. tamẽ hoc fauore nõ ẽ Idas cohibitus a ſtudio remigii. hoc cõfirmat uerſus ſequẽs. Inde alii increpitãt. Pectore. Robore et ipulſu pectoris: quia ad pectus adducuntur remi: uel pectore. i.

Valentia.

Loci genius p anguẽ exprimitur.

remo fortitudine pectoris eleuato. Gemitu. Expreſſione niſus et conatus. Verſum. Eremigatū a

Iuuenalis explicatus.

nerro ut Maro. Cerula uerrūt: alibi. et uerſa puluis inſcribitur haſta: ſunt qui carmen Iuuenalis id. Si trulla inuerſo crepitū dedit aurea fundo: interpretentur inuerſo: non leui ſed aſpero et anaglypho: iuxta

Aſpera uaſa.

illud uirgilianū. uaſa aſpera ſignis: ut cenſura ſit acutior in eū qui nullo delectu trullas aureas etiā aſpe ras et emblemate uermiculatas ad uſum immūditarū traducebat. Mittitur in puppē. Trāſuolat et le uiter preteritur. Dicitur mare mitti in puppē quando aqua maritima: que eſt in prora impulſa naui tru ditur in puppē. Alcides. Subintellige accinctus ad emulum calorē: Quis uocat fluctus i certamina. Quis mirū audet in his fluctibus remigio conniti et cōtēdere. Intortis. Remo cōuulſis. Torquent aque ac in orbem rotant cum remus illas agit. Deceptum pectus. Pro ipſe deceptus. Credebat remum ſiſtere debere prope pectus: ſed nimis herculis ui diffractus: et impulſu diruptus pectus icit et heroa reſupinauit ac precipitē egit.

Fragmen.

Fragmine. fractura. In terga. Reſupinus cadens Hercules. Longe ſecurum. Nuſq̄ timentē. Tante molis. Tante ruine quāta in eū cōcidit. Poſuit caput. Cernuus cecidit. In tuo trāſtro. Capite percuſſit trāſtrum Iphiti. Sūmas arces. Meridiem: ſummā coeli altitudinē. Candētior. Ardētior. Reuocauerat. Retraxerat: reſtrinxerat. Nā meridie ſunt umbre parue ſole exaltato: et ad perpendiculum capitis eucto: quod peregrina lingua Genith appellant:

Genith.

Contrarium accidit ueſperi uel innuente Marone in buccolico ludicro. Maioreſq̄ cadūt altis de montibus umbre. Vicerat. Superauerat. Medius. In meridie conſiſtens. Tardior. Nauis ibat tardior propter Herculem ceſſantem

Par gemitu pulſuq̄ labor. uerſumq̄ uiciſſim
Mittitur in puppem remo mare: lętus et ipſe
Alcides. quis nam hos uocat in certamina fluctus?
Dixit et intortis aſſurgens arduus undis
Percuſſit ſubito deceptum fragmine pectus:
Atq̄ in terga ruens: Talaum: fortemq̄ Eribotem
Et longe tante ſecurum Amphiona molis
Obruit: inque tuo poſuit caput Iphite tranſtro.
Iam ſummas coeli Phoebus candentior arces
Vicerat: et longas medius reuocauerat umbras.
Tardior hinc ceſſante uiro: quę proxima Tiphys
Littora: quoſq̄ dabat denſos trabe Myſia montes:
Aduehitur. petit excelſas Tirynthius ornos.
Hęret hylas lateri: paſſuſq̄ moratur iniquos.
Illum ubi Iuno poli ſummo de uertice puppem
Deſeruiſſe uidet: tempus rata diua nocendi
Pallada conſortem curis: curſuſq̄ regentem:
Nequa inde inceptis fieret mora. fallere prima
Molitur: charoq̄ dolis auertere fratri.
Tum ſic alloquitur procerum ui pulſus iniqua
Germaniq̄ manu repetit quo crimine Perſes:
Barbaricas iam mouit opes. hyrcanaq̄ ſigna:
Aeętes contra thalamis et uirgine pacta

et a nauigatione deſiſtentem. Ceſſante uiro. Hercule morante et a remigio deſiſtente propter fractū remum. Tiphys. Aduehit illuc ubi ſunt proxima litora. Denſos trabe. Plenos multa trabe. Xanthus et Menecrates aiunt fagū dici a Lydis Myſen: unde Myſorū factū cognomen. Ea nunc regio repleta fagis eſt.

Myſi unde.

Ornos. Robora montana ut remū diffractū reficeret. Moratur. Cum mora aſſequitur.

Iniquos. Magno menſuram gradu hylę excedentes. Diua. Iuno. Nocendi. Herculi. Pallada Ordo. Prima Iuno molitur fallere pallada conſortem curis: curſuſq̄ regentē: ne qua inde ceptis fieret mora. Nam Pallas ſemper Herculi comes hęrebat. quoniā uirtus militaris Hercule. i. robore: nec non pallade hoc eſt cōſilio egebat.

Pallas herculis comes.

Cōſortē curis. Sociā in curis Herculi: et meditationibus. nō. n. credibile eſt Herculē non ſapientem fuiſſe: quare ſunt qui philoſophū et aſtronomū dixerunt. et ſeptem eius ęrumnas ad rem phyſicam reuocauerunt. Curſus. Nauis. Ne qua. Pallas propria manu nauem regebat ut ſine mora ad optatum portum ac hoſtia phaſidis appelleret. Ne qua inde. Ne per moram nauis ſtaretur et hęſitaretur quin optatum portum appellerent. Prima. Cupit anteuenire ac preoccupare. Molitur. Parat: accingitur. Auertere. Reuocare: abducere: ſeperare. Fratri. Ab Hercule fratre: propter Iouem patrem Herculis et Palladis: qua Pallade abducta deerit Herculi auxilium mentis: ſine quo nō cōſulte faciet Hercules. Alloquitur. Iuno Palladem. Procerum. Satrapū colchicę regionis: qui fauent Aeetę regi. Iniqua. Quoniā fauebat honeſtati: et tyrannidis Aeetem arguebat. Iuno ut Palladē auerteret ab Hercule: inquit. Iuno colchica regio tota bello miſcetur: uade illuc et pro Iaſone cuncta diſpone. Nam ego pro te nauem Argo regam. Germani. Aeetę. Manu. Cohorte: multitudine. Quo crimine. Subintellige irritatus et prouocatus Perſes mouit opes barbaricas.

Hyrcana ſigna. Acies ac uexilla Hyrcani regis: ut iferius in ppria dicet hiſtoria. Virgine. Medea.

Conciliat. Sibi fecit amicos Stiro Albanię regi Medeā deſpondens. Agmina coacta. Gentes cō/gregatas. Fundit. Effundit: et totus it prçceps in bellum. Arctoo. Septentrionali: odryſiis ſtabulis Martis. Aequore atro. Aqua picea e procella imminēte. Refer. Narres regibus illis ad bella laceſſitis. Cępta: qđ minyę iampridem nauigare cęperunt et cito ſunt affuturi. Inuo fingit ſe uelle iuuare minyas illis iungendo Perſen. uel refer retrofer: et reiice cępta Perſę: ut ſtent ac hęreant ne progrediant.

Conciliat reges Scythicos: primuſq; coacta
Aduehit albana Styrus gener agmina porta.
Bellum ingens atq; ipſe citis Gradiuus habenis
Fundit equos. uiden arctoo de carcere quanta
Tollat ſe nubes atq; æquore pendeat atro?
Corripe prima uias: finem cum phaſidis alti
Tranſierit Perſes: faciemq; admouerit urbi:
Cœpta refer, paulumq; nefas et fœdera necte
Cœnſiliis atq; arte tua ſponde adfore reges
Diis genitos, quis arma uolens, quis agmina iungat,
At uirgo, quanquam inſidias æſtuſq; nouercæ
Sentiat, et blandos quærentem fingere uultus
Obſequitur tamen, et iuſſas petit ocyus oras.
Ingemuit Iuno, tandemq; ſilentia rumpit.
En labor, en odiis caput inſuperabile noſtris.
Quam Nemeam tot feſſa minis? quæ belua lernæ?
Experiar? phrygiis ultro concurrere monſtris
Nempe uirum: et pulchro referantē pergama ponto
Vidimus. en ego nunc regum ſoror et mihi gentis
Vllus honos? iam tum īdecoræ iuſſæq; dolorum
Primitiæ: et tenero ſuperati protinus angues,

Vrbi. Ad obſidēdum Aeetem. Necte. Siſte: morare. Nefas: Bellum nefariū utpote inter duos fratres cōmiſſum. Cōſiliis. Prudentia tua. Arte tua. Palladio cōmento. Reges. Argonautas. Quis arma iungat. Quibus fœderetur. Volens. Sponte: lubēs. Quis. Quibus: cum quibus. Virgo. Pallas. Aeſtus. Curas et animi cogitationes intimas. Eſt imitatio uirgiliana libro. iiii. cum Iuno pro Aenea et Didone adiit Venerem: ex ea icone et archetypo: hoc Flaccus effinxit. Quęrentem. Et ſentiat eſſe Iunonē quęrentem. i. quę quęrit fingere: exſcribere uidelicet et referre uultus blādos ac ſimulatos. Obſequitur tamen. Iunoni Pallas obtemperat: et ſi nouerit Iunonē Herculis odio talia pertractare. Oras. Regionem colchicam. Ingemuit. Secum. ſine Pallade: quādo erant libera ſuſpiria. Labor. Hercules quo laboraui ſemper et ab eius īfantia. Caput. Hominē quem cum oderim acerrime tamē ſuperare nū quā potui. Quam. Neſcio quam nemeam excogitaui: quā friuolam inueni. Per Nemeā intelligit leonem nemeum: quem ſtrangulauit Hercules in ſilua Arcadię. Lucr.

Nemea.

Quid nemięus. n. nobis nunc magnus hyatus Ille leonis obeſſet? Tot minis. Tot minacibus belluis abiectis. Feſſa. Obiciēdo. Ille nō ē feſſus domādo. Epigrāmaticus poeta. Alcidę nemeę terror et arcas aper. Bellua lernę. Chimera quid profuit. Eſt eclipſis figura grata indignantibus. Experiar? Debeo ne experiri officere Herculi: quē maiorē facio nocēdo: et ſola malis proſum. Cōcurrere. Cōcertare. Subintellige uidi. Figura grata indignātibus eclipſis. Vltro. Sponte: ad quas ęrumnas ſubeūdas nulla ratio: nulla neceſſitas debebat impellere. Sūt qui itero ſcribūt quod nō ſatis placet. Phrygiis mōſtris. Cethe: cui erat expoſita Heſione. Virū. Herculē. Referātē. Aperiētē: liberātē: eximētē a tanta lue. Cœlū aperiri dicit̃ cū ſol coruſcat. Silius auctor his. Lęta ſerenati facies aperit̃ olympi. Pulchro ponto. Vel nūc pulchro nō amplius obſeſſo pp monſtrū quo occupabat̃. Vel ē ppetuum epitheton maris. nā ab Homero pulchrifluus dicit̃. En ego. Vt nihil poſſum: nihil polleo. ut Iouis et ſoror et cōiunx una cū gēte tot annos Bella gero. Regū ſoror. Iouis: Neptūni. Plutonis. Et mihi Subintellige erit. Gentis. Originis et genealogię diualis? Iam tū. Abuſq; infantia fruſtra contra Herculē ſum molita. Indecorę. Inglorię: nō palmares. quoniā ego: nō Hercules ſuccubui. Iuſſę. Scribo caſſę. uanę uidelicet et inefficaces: irritę: quoniā infans geminos eliſit angues p impluuiū immiſſos ad eū ſtrāgulādū. Et puer in cunis iam Ioue dignus erat. Dolorū. Meorū cū uideo inimicū laboribus alī: ac ęrumnis euadere digniorē. Primitię. Primi dolores mei fuerūt cū nidi puerū illū tam robuſtū: tā lacertoſum. Primitias lucis uocat Marcellinus libro. xxy. Protinus. Plautus in Amphytr.

Mare pulchrifluum.

Primitię.

Poſtq̄ in cunnas conditus eſt: Deuolauit angues iubati deorſum in impluuium duo
Maximi: continuo extollunt ambo capita. addit mox. Angues oculis omnes circūuiſere.
Poſtquam pueros conſpicati: pergunt ad cunnas citi.
Ego cunnas receſſim: rurſum prorſum trahere et ducere
Metuens pueris: mihi formidans: tantoq; angues acrius
Perſequi. poſtq̄ conſpexit angues ille alter pauet.

Citus e cunis exilit: facit recta in angues impetum
Alter alternaq; apprehẽdit eos manu perniciter. Puer ambos anguis enecat. Iuueni. Herculi. Iã. Poſt hãc ęrumnã in infantia exhauſtã. Quęrere. Moliri. Caſus. Pericula. Forſan. Debebat. dubitat an debuerit. Caſus. ęrũnas et pericula. Victa. Superata ſemper Herculis robore. Tales. Tã indecores ut in quibus ſemper reſurgit glorioſior aduerſarius. Pugnas. Contentiones cũ Hercule.

Debueram nullos inueni iam quærere caſus
Victa: nec ad tales forſan deſcendere pugnas.
Verum animis inſiſte tuis actumq; mouebo:
Tende pudor: mox et furias: ditemq; ciebo.
Hac ait. et pariter læui iuga pinea montis
Reſpicit: ac pulchro uenantes agmine nymphas
Vndarum nemorumq; decus. leuis omnibus arcus:
Et manicæ uirides: et ſtricta myrtus habena:
Summo palla genu. tenui uagus innatat unda
Crinis ad obſcuræ decurrens cingula mammæ.
Ipſa citatarum tellus pede plauſa ſororum
Perſonat: et teneris ſubmittit gramina plantis.
E quibus herculeo Dryope percuſſa fragore
Cum fugerent iam tela feræ, proceſſerat ultra
Turbatum uiſura nemus, fontemq; petebat
Rurſus, et attonitos referebat ab Hercule uultus.
Hanc delapſa polo, piceæq; acclinis opacæ
Iuno uocat, prenſaq; manu ſic blanda profatur.
  Quem tibi coniungio tot dedignata dicaui
Nympha procos, en Aemonia puer appulit alno
Clarus Hylas, ſaltuſq; tuos fonteſq; pererrat.
Vidiſti roſeis hæc per loca Bacchus habenis
Cum domitas acies: et Eoi pericula regni

Animis inſiſte tuis. Veterem tuã diſciplinã et mores ſolitos ſequere Iuno. Da operã ne ceſſes Herculẽ exercere.

Acta agã.

Actum mouebo. Acta agã. Prouerbiũ priſcũ incaſſum uidelicet laborabo. Tende. Perſeuera. Pudor. Eſt ab inceptis turpiter deſiſtere. Ditemq; uerto. Scribe. ditẽq; ciebo. Plutonẽ inuocabo. Virgilius. Flectere ſi nequeo ſuperos: acheronta mouebo. Vel quoq; uerto. i. conuerto me ad Plutonẽ ſi nõ proderit Iupiter. Leui. Ad leuã hoc ẽ ſiniſtrã poſiti. Pinea. Vel pinu plena: uel acuta ad inſtar et ſimilitudinẽ pini. Arcus. Subintellige erat.

Myrtus.

Myrtus. Tragula ex myrto: qua uirgines in tutela Veneris poſitę utebantur: cui dicata myrtus. Auctor Virgilius libro. vii. de Camilla loquẽs. Lyciã ut gerat ipſa pharetrã et paſtoralem prefixa cuſpide myrtũ. Habena.

Amentatę haſtę.

Amento: hoc ẽ corio quo lanceolę nectebant: ut emiſſę retraherent ad mittentẽ. Amẽtatę uocant. Sũt qui auena perperã ſcribãt nõ ſuffragãtibus priſcis exemplaribus. Sũmo genu. Vſq; ad genua religata. Venus uirgiliana ęn. lib. i. Nãq; humeris de more habilem ſuſpẽderat arcũ Venatrix: dederatq; comã diffundere uẽtis: Nuda genu: nodoq; ſinus collecta fluentis. Tenui

Vmbella. Patagiũ.

umbra. Subtili umbella: reticulo: redimiculo. Patagium dicit Apuleius. Innatat. Diſcurrit. Sũt qui legũt, innatat unda. ne tanq̃ undis. i. flexibus: gradibuſq; diſcurrat. Repugnãt priſci codices. Obſcurę. Nõ tumidę cõpreſſę ut in uirgine. Faſcia creſcẽtes dominę compeſce papillas: Vt ſit quod capiat noſtra tegatq; manus. Metaphora a ſenſu uiſus ad tactũ: ut ſilere luna dicit̃ cũ nõ lucet. Decurrẽs. Deſcẽdẽs. Cingula. Quibus mãmã alligabat. Plauſa. Percuſſa: unde plaudere: et raucus ploſor Auſonio. Sẽtẽtia moralis ẽ apud. M. Tulliu in Catone maiori. Sapiẽti nõ uſq; ad plaudere uiuẽdũ.

Vſque ad plaudere.

Sũmittit. Surſum emittit: ſuccreſcere facit ne tenelli nympharũ pedes lęderent̃. Turbatũ. Ab Hercule: et Hyla cędẽtibus ornos: unde aptũ nomẽ hęſit nymphę. δρῦς ẽ.n. quercus dicit̃. Ab Hercule. Poſt uiſum Herculẽ. Numina ſane uideri nolũt: ut Tethys Pelea monet apud Rhodium quarto argonauticon libro. Acclinis. Inclinata. adhęrens. Opacę. Vmbroſę: patulę. Prenſa manu. Signum incudę amicitię ac blandimẽti. Quẽ. Qualẽ: quãtũ: q̃ formoſum. Nympha. Salutãdi caſus. O dryope. Tot dedignata procos. Stomachata: contemnẽs. Procos. Petitores tuos. O nympha dedignata tot procos quẽ et qualẽ tibi perpetuo dicaui cõiugio. Alno ęmonia. Naui theſſala: argo. Appulit. Ad litus ueſtrũ uenit. Vidiſti. Cũ Bacchus rediẽs ex indico triũpho p Myſiã iter faceret et Bithyniã uiſus ẽ a te O Dryope: nõ tamẽ Hylã ullũ nec Bacchũ nec Bacchi comites uidiſti pulchriores. Roſeis habenis. Intextis: uelatiſq; coronis roſeis: quod fuit inſigne lętitię.

Per loca. Sũt qui pręmia legũt. Ego in codice illo ex Germania allato mirificę maieſtatis: repio ſcriptũ pecula: mox ab eadẽ manu ſupſcriptũ. r. ut exeat i percula. Ex quibus literis dat̃ cõiecturę locus aut peculia pro bonis oriẽtis: et omni facultate: qua illos ſpoliauerat Dionyſus: ut ſit pceleumaticus: uel immutato primo elemẽto fercula ſcribẽdũ: pro pheretro: et tropęo: quod pręſe Bacchus agebat ex oriente

Fercula.

ſubacto. Fercula dici poſſunt cũ ciuitatũ ſimulacra i triumpho ferunt: quod Trãquill in Cęſare dicta/

ſore hęc uerba docent. Pontico triumpho inter pompę fercula triũ uerborũ ꝓtulit titulũ: ueni: uidi: uici. Ambroſius in libro officiorũ et. M. Tullius pręcipiũt ne imitemur fercula pomparũ: hoc eſt geſtamina et idola: quę ferunt in thenſis in ſupplicationibus: quę lentiſſime pręteruehunt. Thyaſos. Genus ſal- Thyaſus.
tationis excogitatę a Baccho. Sacra. Trieterica: triẽnalia. Mouentẽ. Scribe. moueret Bacchus ui- delicet: pręterduceret: agitaret. Hũc. Hylã. Venantẽ. Hylã uenatorẽ uel potius Phœbum uenatione

Duceret: ac rurſus thyaſos: et ſacra mouentem.
Hunc tibi, uel poſito uenantem pectine Phœbum
Crede dari. quæ ſpes nymphis aufertur achæis?
Præreptum quanto proles bœbeia queſtu
Audiet: et flaui quam triſtis nata lycormæ.
Sic ait. et celerem frondoſa per auia ceruum
Suſcitat: ac iuueni ſublimem cornibus offert.
Ille animos tarduſq; fugæ longumq; reſiſtens
Sollicitat: ſuaderq; pari contendere curſu.
Credit Hylas: prædæq; ferox ardore propinquæ
Inſequitur: ſimul Alcides hortatibus urget.
Proſpiciens. iamq; ex oculis aufertur uterq;.
Cum puerum inſtantem quadrupes: feſſaq; minatẽ
Tela manu procul ad nitidi ſpiracula fontis
Ducit: et intactas leuis ipſe ſuperfugit undas.
Hoc puero ſpes luſa modo eſt. nec tendere certat
Amplius: utq; artus et concita pectora ſudor
Diluerat: gratos auidus procumbit ad amnes.
Stagna uaga ſic luce micant: ubi cynthia cœlo
Proſpicit: aut medii tranſit rota candida Phœbi?
Tale iubar diffundit aquis: nil umbra: comæq;:

ſe exercẽtẽ: ut ſit hic ſenſus. Crede Hylam tibi dari ſimilẽ Phœbo ue nanti uel poſito pectine. Adeo for moſus Hylas ut ſit Phœbo ſimi lis etiã cũ uenat: quo Phœbo nihil ſpectatius Roma uidet i ortis pon tificiis et uaticanis. Vel poſito pe ctine. Etiã depoſito plectro. Cum Phœbus lyrã attrectat tũc eſt com poſitiſſimę formoſitatis: crine redi mito: ſyrmate ad pedes uſq; deflue te. Quod ſic Tibullus expreſſit.
Qualẽ te memorant Saturno rege fugato Victori laudes concinuiſſe Ioui. Quę ſpes. Per exclamatio nem. O quãta ſpes aufertur ac adi mitur gręcis fœminis: quę frauda buntur coniugio tuo ſpe Hylę: quẽ maritum ſperabant cum domum fuiſſet reuerſus. Pręreptũ. Abla tum. Proles bębeia. Theſſalica a lacu bœbe de quo Liuius meminit lib. ii. de bello macedonico. Sed de altera bœbe i macedonia. Bębos. i. Bœbe.
βοῖβος ciuitas Theſſalię inquit Ste phanus. βοῖβην τε γλαφυρὰν τε καὶ εὐκτιμένην ἰαωλκόν. Eſt et ciui tas et lacus bębias a Bębo Glaphy ri filio. Eſt et in Creta Bœbe: et in Macedonia lacus bœbe. gẽtile bœ Boebeus.
bes eſt βοιβεὺς: et bœbeis fœmi Boebeis.
ninũ. Eſt et bœbeiũ ciuitas: et bœ beia lacus. In Theſſalia Plinius ait eſt lacus bœbeis. Per prolem igitur boebeiam intellige Theſſalos et conſequenter argonautarum pa triam. Bœbeis ſtagnum Theſſalię Straboni prope mare ad phęras. eidem quoque eſt oppidum: Dicit et alibi bœben inter ſeptem eſſe ciuitates: quas Demetrius Poliorcetes deduxit i Demetriadem: uocata aũt bœbe a Bœbo filio Glaphyri: qui Glaphyrus oppidũ ędificauit. Eſt et cretenſis bœbe: et in Macedonia item ſtagnũ. hęc Euſtathius. Lycormę. Strabo libro ſeptimo tradit euenũ in auſtrum uer Lycormas.
gentẽ irrumpere mare ioniũ: quem Euenũ et Lycormã dici teſtatur etiãnũ Stephanus. Gentile lycor meus. Lycormã quoq; Sequeſter inquit fluuiũ ętolię. Scribũt aliqui euenũ in lycormã ſe ꝓcipitãtẽ ei no men dare: Propertius libro primo. Nõ Idae et cupido quondã diſcordia Phœbo Eueni patriis filia lit toribus. Iuueni. Hylę. Offert. Iuno ut ita perſequentẽ eũ in retia Iuno compingat. Ille. Ceruus. Ordo. Ille ſollicitat animos Hylę. Tardus fugę. Tardus in fuga et offerẽs ſpem poſſe capi. Longũ reſiſtẽs. Multũ remoratus: diu ac diu tardãs. Sollicitat. Acuit: irritat ſpe potiũdi. Suadet. Dat ſpem.
Pari. Cũ ceruo. Credulus Hylas ſperabat curſu ſe poſſe cũ ceruo cõtẽdere. Vrget. Impellit Hylã i perniciẽ ſuã. Proſpiciẽs. Procul aſpiciẽs. Vterq;. Hercules et Ceruus. A deo extraxerat et abdu xerat puerũ Ceruus ut nõ uideret amplius Herculẽ Hylas. Quadrupes. Ceruus. Feſſa. Laſſa cur ſu nimio. Spiracula. Cauernulas quaſdã: quę apud fontes idẽtidẽ uiſitari ſolẽt: uel ora unde origines fontiũ erumpũt. Sũt q ſpectacula mallũt. repugnãt priſci codices. Supfugit. Saltu trãſcurrit. Ipſe. Ceruus: Hoc puero pfuſa modo. Lege. hoc pueri ſpes luſa modo ẽ. hoc pacto deluſa ſpes pueri Hylę: qui dũ capere ceruũ cõtẽdit ac ſperat: ipſe captus ẽ. Tẽdere. Vltra fontẽ ceruũ aſſequi. Certat. Inſtat.
Vt. Eo mõ quo erat ſudore pfuſus ſe abluit aqua fontana. Diluerat. In diuerſas partes lauauerat uel purgauerat. Gratos. In ſudore et calore. Auidus. Pro auide. Cõcita. Cõcitata: agitata: feruida.
Vaga. Sidus lunę erraticũ ſemp. Quapp i ſacris literis ſapiẽs cõparat ſoli: inſipiẽs uero lunę. Lunaq; quę nũq quo prius orbe micas inqt Ouidius. Medii. Quoniã meridies ẽ. Hoc ſenſu. Talẽ ſplẽdorẽ in ſtagnis facit uaga luna: aut ſol i terris quãdo meridies ẽ. Rota. Orbis ſolis. Fingit ſol quadrigis rotas habẽtibus ineqtare cęlũ. Iubar. ſidereũ decus. Diffundit. I diuerſas ptes fundit Hylas. Nil umbra.

Nympha emergẽs ut qui putauit eſſe propriã umbrã. erat et ipſe ore uirgineo. Turbauit. Vel terruit Hylã: uel aquę fontiſq; uitorẽ. Sonus. Strepitus factus ab nympha aquã frãgẽte ac erumpente. Hãc
Dryope. nymphã quoniã inter quercus uerſabat: Dryopen Flaccus appellat. Cęterum Apollonius Ephydacian
Ephydacia quaſi aquarũ incolã: aquatũ ibat Hylas ſi Propertio: Apollonio: cęteriſq; credere libet. Herculẽ fregiſ-ſe remũ Flaccus ait: cuius manus nõ ſunt ſolitę quieſcere: dumq; Hercules ut procella cõuellit ornos ad fractũ remũ reficiẽdũ: interea aquatum tendit Hylas: ut Herculi cœnam prępararet. Thiodamantis fi-
thiodamas lius fuit: Thiodomãtẽ interfecit hercules q̃d bouem norãdũ rogauit: et nõ obtinuit. hęc oia a rhodio accepimus. Illa. Dryope uel Ephydacia. Auidas iniecta manus. Iniiciẽs manus cupidas. ex Apollonio qui inq̃t. Αὐτίκα δ' ἥγε λαιὸν μὲν καθύπερθεν ἐπ' αὐχένος ἄνθετο πῆχυν κῦσαι ἐπιθύουσα τέρεν στόμα. δεξιτερῇ δὲ Ἀγκῶν' ἔσπασε χειρὶ μέσῃ δ' ἐνικάββαλε δίνῃ. Hoc ẽ. Statim hęc nympha ſiniſtrã ſupra ceruicẽ impoſuit cubitũ tenerũ os capiens ſuauiari: dextraq; manu cõtrahens mediũ coniecit in uerticẽ. Heu. Epiphonema miſerantis auctoris. Cientẽ. Implorantem. Sera. Quę ſero cognouit quoniã aberãt: et nihil prodeſſe poterãt. Magni. Herculis. Referentem. Iterãtẽ. Detrahit. Deorſum in fontem trahit. Prono pondere. Declinũ Hylę corpore: quoniã Hylas ſe inclinauerat ad fontẽ cũ lauaret faciẽ et hauriret aquam. Vires. Virginis. Vmbroſis. Arboribus plenis: quas ipſe ſubinde uocat umbras. Et cęſa decreſcat Caucaſus umbra. Idẽ tradit Apollonius. Pater. Pręceptor Hylę. Satyrus. Qui pceptorẽ cari uolnere parẽtis eſſe loco. Arcibus. Mõtibus. Depulerat. Vi lacertorũ effregerat. Sic ait Apollonius Herculẽ humeris innixũ ex ſolo profundis radicibus arborem eleuaſſe cum ipſis terre retinaculis.
πεδόθεν δὲ βαθύρριζόν περ ἐοῦσαν
προσφυὲς ἐξήειρε σὺν αὐτοῖς ἔχμασι γαίης. Stridore. fractura. Reuulſas. Arbores radicitus euulſas: quod et Apollonius inquit. Porrexerat. Explicuerat: ſtrauerat. Terga. Pellẽ. Horrida. Formidãda. Monſtri. Leonis nemięi. Alio calle. Credebat Hylan reuerſum eſſe alia uia. Quare ſecurus erat. Capta ferinas. Lege ferina: capto ceruo. Virgilius primo ęn. ait pingui ferina pro carne ferarũ. Apud ſocios. Cũ hercules peruenit ad argouantas nõ uidit Hylam. nec ueterẽ cognouit amicũ.

Turbauitq; ſonus ſurgentis ad oſcula nymphæ.
Illa auidas iniecta manus heu ſera cientem
Auxilia et magni referentem nomen amici
Detrahit: adiutæ prono nam pondere uires.
Jam pater umbroſis Tirynthius arcibus ornos
Depulerat magnoq; iugi ſtridore reuulſas
Terga ſuper fului porrexerat horrida monſtri
Littora curua petens. alio nam calle reuerſum
Credit Hylan: captaq; dapes auxiſſe ferina.
Sed neq; apud ſocios ſtructaſq; in littore menſas
Vnanimum uidet æger Hylan: nec longius acrem
Intendens aciem: uarios hinc excitat æſtus
Nube mali percuſſus amor. quibus hæſerit oris
Quis tales impune moras: caſus ue laborue
Attulerit: denſam interea deſcendere noctem
Iam maiore metu tum uero et pallor et amens
Cum piceo ſudore rigor. ceu pectora nautis
Congelat hyberni uultus Iouis: agricoliſue
Cum coit umbrã minax: comitis ſic adficit error
Alciden: ſæuaq; monet meminiſſe nouercæ.

Strueferta-rii. Structas. Laute pręparatas: unde ſtrueſertarii qui fercula cõgerũt appellati: et Plauto ſtruices pa-
Struices patinarię. tinarię. Videt. Hercules. Aeger. Triſtis. Nec longius acrẽ Intendẽs aciẽ. Nõ ad ulteriora reſpiciens Hercules. Hinc. Ex hoc q̃d illũ nõ uidit. Excitat. Suſcitat: generat. Aeſtus. Curas. Nube. Suſpicione: intentionis incertitudine. Percuſſus. Zelo percitus. Iuxta illud ouidianum. Res eſt ſolliciti plena timoris amor. Quibus oris. Quibus regionibus. Hęſerit. Adhęſerit Hylas. miratur Hercules et ſecũ cogitat: quibus nã in locis Hylas mãſerit. Quis tales moras Attulerit. Quis importauerit et inuexerit has ęrumnas? quis i cauſa fuit Hylã remorãdi. Impune. Sine pœna. Mirat̃ Hercules quis nam eũ morari potuit. quoniã ſi homo erit occidet̃ ab Hercule. Labor. Laborioſa difficultas. Interea. Dũ hęc cogitat. Deſcendere. Pręcipitare: cęloq; labi. Iã maiore metu. Repete uerbũ ſupius poſitũ. Varios nũc excitat ęſtus Nube mali pcuſſus amor. Rigor. frigus et horror. Amẽs herculis mẽtẽ cõcutiẽs. Piceo ſudore. Nigro. melãcholię ſignũ. Cõgelat. Attonita reddit. Vultus.
Cõgelare. Mutatio: uices alternę ac diuerſę. Papinius. Vultũq; meo ſumebat ab ore. Plautus. Cuius nũq̃ uoltum trãquillauit gratus. Iouis hiberni. Tempeſtatis ac temporis pluuii. Tibullus. Arida nec pluuio ſupplicat herba Ioui. Coit. Denſatur. Vmbra. Nubes. Minax. Nimboſa: procelloſa. Afficit. Debilitat: agit: cruciat. Affectus miſeris modis: inquit Plautus in aulularia. Error. Amiſſio errabundi Hylę. Monet. uellit aurem Herculi ut inimicam Iunonem reminiſcatur.

Continuo. Statim. Compatio Herculis furētis Tauro aſylo ac oeſtro ſaucio cūcta ſuppeditanti atq; proſternēti. Aſylo. Tabano. Aſilū romanū ō oeſtrum graii uertere uocantes. Apollonius Rhodius. Aſylus.
εἰσ δ' ὅτε τίσ τε μύωπι τετυμένοσ ταῦροσ ἔσσεται προλιπών. καὶ ἑλεσπίδασ, οὐδὲ νομήων Οὐδ' ἀγέλησ ὄθεται. πρήσσει δ' ὁδὸν. ἄλλοτ' ἄπαυστοσ Ἄλλοτ' δ'

Continuo uolucri ceu pectora tactus aſilo
Emicuit Calabris taurus per confraga ſeptis
Obuia, quacq; ruens, tali ſe concitat ardens
In fuga ſenta fuga. pauet omnis conſcia late
Sylua: pauent montes luctu ſucceſſus acerbo
Quid ſtruat Alcides, tantacq; quid apparet ira.
Ille uelut refugi quem contigit improba mauri
Lancea ſanguineus uaſto leo murmure fertur:
Frangit et abſentem uacuis ſub dentibus hoſtem.
Sic furiis accenſa gerens Tirynthius ora
Fertur, et intento decurrit montibus arcu.
Heu miſeræ. quibus illæ feræ quibus incidit uſq;
Immeritis per luſtra uiris. uolat ordine nullo
Cuncta petens. nunc ad ripas deiectacq; ſaxi
Fragmina: nūc notas nemorū procurrit ad umbras.
Rurſus Hylan: et rurſus Hylan per longa reclamat
Auia, reſponſant ſyluæ: et uaga certat imago.
At ſociis immota fides: auſtriſq; ſecundis
Certa moræ. nec paruus Hylas: quāq̄ omnibus æque
Grata rudimenta, herculeo ſub nomine pendent.

ἱστάμενοσ καὶ ἀνὰ πλατὺν αὐχέν' ἀείρων ἵησιν μύκημα κακῷ βεβολημένοσ οἴστρῳ. Nō aliter inquit q̄ taurus Myopi muſca pcuſſus cōmouēt nemora relinquēs et auia loca proprias caulas: ac ſtabula dſerēs: pcurrit uiā oēm aliquādo idesinēter currēs: aliquādo ſtās: et latā ceruicē arduus erigens mittit mugitū malo percuſſus oeſtro. Myopis.
Confraga. Per loca prupta. Septis calabris. Per Calabriæ paſcua armētoſæq; quæ ſepta uocat quoniā ſūt cōcluſa reticulis et funibus: etiā ſublicis: et palancis: uel ſeptis. i. mapalibus. Ruēs. peruincēs: perfringēs. Tali fuga. curſu. Marcelli uerba. Fuga dicit̄ nauigatio. Virgilius ęn. lib. iiii. Nō fugis hinc pceps dū pcipitare poteſtas. Idē lib. iii. Tēdūt uela noti. fugimus ſpumātibus undis. Plautus in aſinaria. Remigio ueloq; quātū potes feſtina et fuge. Fuga.
Cōſcia. Se refugiū eſſe et auctorē tabanorum: uel cōſcia pallida ab euētu. Pallent cōſcii. ii ſunt q trepidāt et ad oīa fulmina pallent. Statius. Si cōſcia deſ pyrene. quā Perſius: Pallidā Pyrenen appellauit: quāuis alii a pallore poetarum uelint: iuxta illud. Vt dignus uenias hederis et imagine macra. Tactus. pcuſſus. Tāgere pcutere: Lege Marcellū. Apollonius. τετυμένοσ inquit. Aſylo Tabano: oeſtro. Emicuit. Exiliuit magna uehemētia. Senta. Spinoſa uepribus oppleta. Quid ſtruat Alcides. Pauēt montes Herculē: et dubitāt ne paret aliquid infeſtū: ut armare manus igni. Succēſus. Hercules inflāmatus. Apparet. Moliat̄. Tāta ira. Tā inani furore. Refugi. Refugiētis ab ictu. Inter fugiēdū ut parthus eques maxime ferit. Improba. Audax. Sanguineus. Sanguine calēs. Frāgit. Emphaſis poetica. hoc ē anteq̄ tāgat: ruit: impetit: uel frāgere meditatur. Vacuis. Sine pda fremētibus ſeſeq; inuicē collidentibus. Intēto. Lunato: flexo: ad feriendū accōmodato. Miſeræ. Futuræ. Quibus incidit. In quas irruit Hercules. Immeritis. Innocētibus ita amicū ut inimicū ferit Hercules. Per luſtra. Per auia loca et inacceſſa. Petens. Impetēs: diruens. Tangere. Senta.

Reclamat. Clamādo iterat ac repetit. Auia. Inacceſſa: ut in res uoluptarias pueruialiter dicit̄. Auiū cantus ducit ad auiū. Reſponſant. Iterāt uocē Herculis. Vaga. Mobilis. Certat. Certatim ac uiciſſim uocē alternat. Imago. Echo: Horatius primo carminū. Quē deū? cuius recinit iocoſa Nomen imago. ſpectat etymologiam. Vocatur. n. imago quaſi imitago. At ſociis. q̄ hauſtri ſecundi ſint ac nauē regant: fides tamen: ac erga Herculem amor: illos tenet: et ſoluere non ſinit. Auſtris ſecundis. q̄uis hauſtri proſperi ſint. Certa. Refertur ad fidem. eſt certa fides moræ. Decreuerunt ſine Hercule non diſcedere. Auſtriſq; ſecūdis. q; pro etiā. q̄uis auſtri ſint ſecundi. Nec paruus Hylas. Subintellige morat̄ eos. Quāquā. Per parentheſin. Paruus Hylas nō morat̄ eos quāq̄ æque omnibus grata rudimenta pendēt ſub noīe herculeo: ut ſit hic ſenſus. Hylę iacturā nō magnifaciunt: licet rudimēta et indoles: futuræq; uirtutis ſpecimen illos multū moueat. Nā adoleſcētē iuuant omnes cū in eo elucet igniculus pcocis induſtriæ. Aeque. Pariter. Rudimēta. Initia uirtutis: ſubintellige ſint. Rudimēta uocantur ab omnibus: ab Apuleio rudatus: ab Ouidio rudimentum. Tale rudimentum tanto ſub nomine debes. Sententia Apuleiana ſuſpicienda eſt. Omnium rerum primum eſt ſpei rudimentum: q̄ rei experimentum. Pendent. Dependent ac originem habent. Sub nomine herculeo. Sub Herculis titulo ac magiſterio: ſchola: diſciplina: clypeo. Senſus eſt. Hylas gratus omnibus qd nobilis: qd bonæ indolis: qd in eo uiſebantur rudimenta ab Hercule Herculiſque diſciplina hauſta: quoniam herculeo Imago Echo. Rudimēta. Rudatus.

lacte nutritus erat Hylas. Omnes Hylā amabāt uel qđ eius diſciplina: et quicqd habebat rudimēti: habebat ab Hercule: unde gloria et amor doctoris redūdabat in diſcipulū. Sunt qui uel priſcis codicibus repugnātibus legūt. herculeo ſed noīe pendēt: diuerſo ſenſu. Quāuis grata Hylę rudimēta moueant argonautas: magis tamē mouet Hercules: qui pluris lōge q̄ Hylas habet. Illū. Herculē. Repoſcere. Repoſcebant. Incerti. Ignorantes: metu cuncta augente: ubi Hercules eſſet: dabāt ſigna nocturna.

Illum omnes lachrymis, mœſtiſq; repoſcere uotis,
Incertiq; metu nunc longas littore uoces
Spargere, nunc ſeris oſtendere noctibus ignes.
Ipſe uel excelſi cum denſa ſilentia montis,
Strata uel oblatis ductor uidet æquora uentis:
Stat lachrymans: magnoq; uiri cunctatur amore.
Illius inceſſus, habilemq; ad terga pharetram,
Illum inter proceres, mœſtæq; ſilentia menſæ
Quærit inops, quondā ingenti comprenſa trahētem
Vina manu, et diræ referentem monſtra nouercæ.
Nec minus interea crudelis Iapyga Iuno
Aſſidue mouet, et primis cum ſolibus offert.
Iamq; moræ impatiens, cunctantes increpat auſus
Tiphys, et oblato monet ocia rumpere curſu.
Ergo animum flexus dictis inſtantis Iaſon
Concedit, ſocioſq; ſimul ſic fatur ad omnes.
O utinam ſcythicis ſtruerem cum funera terris:
Vox mihi mentitas tulerit Parnaſia ſortes.
Agmine de tanto ſocius qui maximus armis
Adforet, hunc Iouis imperiis fatoq; teneri
Ante procelloſum ſcopulis errantibus æquor.
Nec dum fama uiri, nec certior extitit author.
Vetum agite, et dubiis uariant quis pectora curis
Conſulite, et motis ſeu uos uia flatibus urget
Pergite, et incœptos mecum reuocate labores.
Seu plures tolerare moras, rurſuſq; propinquis
Quæſiuiſſet iugis: pretium haud leue temporis acti:
Dixerat, et ſtudiis iam dudum freta iuuentus

Ignes. Signū noctis mutum eſt
Ignis ſignū mutū. ignis auctore Vegetio. Ipſe. Iaſon Herculē reſpiciēs summopere cruciatur ac angit. Hoc idē Apollonius. Οὐδ᾽ ἔτι τοῖον Αἰσονίδης: ἀλλ᾽ ὅσ τε βαρεῖν νείοθεν ἄτη θυμὸν ἔδων. Silentia. Loca silētii plena ubi uerisimile eſt Herculē uerſari. Strata. Sedata uidet.

Ductor. Dux Iaſon. Oblatis. Ad nauigādū inuitātibus. Cunctatur. Morat et oblatā uētorū occaſionem differt. Illius inceſſus. Quęrit Iaſon. deſiderat Herculem incedentem uidere. Quęrit. Requirit. Inops. Deſtitutus. Dirę. Scribēdū ex antiquiſſimo exemplari: durę: difficilis: quę uix q̄ explorari potuit: cui labores herculei: et generoſa uirtus: quę inimicos etiā fœderat et conciliat: mollire odium nouercale non potuit. Ex Marone qui in georgicis inquit. Quis aut Euryſthea durū? Aut illaudati neſcit buſiridis aras? Durum uocauit Euryſthea qui potuit ad odiū nouercale ſufficere. Trahentem. Haurientem. Monſtra. Sępe in menſis Hercules narrabat uictoriā suā contra monſtra: quę immittebat Iuno. Nec minus. Iuno nihilo ſecius ut ſine ſocio Hercule ſoluerēt argonautę ſingulo mane offerebat uentum nauigantibus proſperum.

Iapyx. Iapyga. Appulū uentū ſpirātem etiā i illis oris: de quo Lucanus ivi. Excipit aduerſus Zephyros: et Iapyga pindus.
Iapygia. Apulia ab Iapyge dędali filio Iapygia dicta. Herodotus
Meſſapia. et Solinus auctores. Vocata et Meſſapia: Iapygia: Calabria: Salētina: Iapyx Apulus uentus aduerſus eurū pflās.
Iazigia. Virgilius. xi. Victor gargani cōdebat Iapygis agris: Iazigia uero ē pars Pannonię: quę nunc Trāſſiluania uocat. Mouet. Cōcitat. Auſus. Per interpoſitiōnē cū admiratione. Tiphys bonā nauigationē nactus oēs auſus ē increpare: et ſubintelligat: eſt. Curſu. Oblata nauigatione. Flexus animū. Sinēs ſe flecti. Inſtātis. Tiphys admonētis īſtāter ut diſcederēt. Struerē. Cōciperē ac aīo uoluerē. Funera. Excidiū: pfectionē exitioſam. Mētitas. Falſas. Parnaſia. Themidis: quę colebat i monte parnaſo ut ingt Ouid. Sortes pcinuerāt nōnullos ex ſociis ſubſiſtere debere anteq̄ ſymplegadas argonautę trāſirēt. Socius. Scribe ſociū. et iūgit cū uerbo teneri. Teneri. Cōprehēdi. Ante. Anteq̄ cyaneas appuliſſemus. Cū hęc ſortes cecinerūt adhuc fama nō fuit Herculis nobiſcū uēturi. Ante ęquor procelloſum. Anteq̄ ingrederemur mare naufragū cautibus cōcurrētibus. Scopulis. cyaneis. Sūt. n. uerius ſcopuli q̄ inſulę. Nec dū fama uiri. Cū iſta ſortes cecinerūt adhuc fama nō fuit Herculis nobiſcū uēturi. magna ueritatis ſortiū approbatio ē. Quis. Quibus. Sēſus ē. Cōſulite uobis qbus pectora uariis curis uariāt. i. incerta ſūt cōſilia. Motis flatibus. Vētis mutatis ad iter adiuuādū. Via. pfectio maris: nauigatio. Vrget inſtat. Pergite. Ite mecum. Reuocate labores. Reſumite expeditionem.
Pretiū. Subītellige ē. Si pplacet herculē quęrere: et nauigatiōe deſiſtere. Tp̄s id erit optie collocatū.

Orat. Iaſonē. Inire. incipere ĩgredi mare. Vnū. Dicit iunctus. Solū Herculē reſtare: et propter unū nauē nō eſſe retinendā. Tanto cœtu. A tanto collegio ſolū Herculē ſupereſſe: ideo tot pro uno nō ſunt retinēdi: iuxta illud epigrāmatici poetę. Nauē ſcis puto non moratur unus. Abſore. Abeſſe. Nec minus in ſeſe. Clamāt argonautę nō minus in ſe eſſe nobilitatis et uirtū q̄ in Hercule. Generis. Nobilitatis. Omnes. n. ferme a dis erant oriūdi. Dextras potentes. Vires ſibi nō deeſſe et uirtutē bellicā ſibi eſſe ferūt. Tali flatu.

Orat inire uias: unum tanto abſore cœtu
Nec minus in ſeſe generis: dextraſq; potentes
Eſſe ferunt. tali mentem pars maxima flatu
Erigit, et uana gliſcunt præcordia lingua,
Saltibus ut mediis tum demum læta reducit
Cerua gregem, tum geſtit aper, reboatq; ſuperbis
Cominus urſa lupis, cum ſeſe martia tygris
Abſtulit, aut curuo tacitus leo condidit antro.
At pius ingenti Telamon iam fluctuat ira,
Cum fremitu, ſæuiſq; ferens fera iurgia dictis
Inſequitur, magnoq; implorat numina queſtu.
Idem orans prenſatq; uiros, demiſſaq; ſupplex
Hæret ad ora ducis, nil ſe ſuper hercule fari,
Sed ſocio quocunq; gemens. quanquam aſpera fama
Iam loca, iamq; feras per barbara littora gentis,
Non alium contra Alcidem, non pectora tanta
Poſſe dari, rurſum inſtimulat, ducitq; fauentes
Magnanimus Calydone ſatus potioribus ille
Deteriora fouens. ſemperq; inuerſa tueri
Durus, et haud ullis unquam ſuperabilis æquis:
Rectorum ue memor. nō Herculis (inqt) adempti
Sed tuus in ſeros hac noſtra ſilentia queſtus

Superbia et tumiditate uerborum: uento inani. Spirabāt merā ſuperbiam. nō enim erāt Herculi comparandi. Erigit. Extollit. Vana. Iactabunda. Pręcordia. Animi ferociores. Gliſcūt. Creſcūt: tument: turgent. Plautus in aſinaria. Subducā hinc me. pulchre hoc gliſcit prælium. Mātuanus poeta. Nec minus irato gliſcit uiolentia turno. Glires inde dicti qd eo tempore quo dormiunt: creſcunt atque pingueſcūt: cui rei alluſit epigrāmatiſta. Gliſcere. Tota mihi dormitur hyems. ſed pinguior illo Tēpore ſum: quo me nil niſi ſomnus alit. Gliſcerię cœnæ ideo dictę qd ſemper dapibus creſcebant. quibus quoniā ſemp aliquid adiiciebatur: et uni ferculo nouum: ut Geliana dictione utar: ſuccenturiabatur: Adiiciales appellatę ſunt. Gliſcerę cęnę. Adiiciales cęnę.

Saltibus ut mediis. Elegantiſſime comparat Herculem leoni: Argonautas ceruis et minoribus animalibus. Nō ſecus: inquit: leone condito et nuſq̄ apparēte: ceruæ: apri: dammę uagant̄ impune: et prata perambulāt ſibi nō timētes: Perinde Argonautę flatu linguę liberioris utebant̄ Hercule abſente pœnas petulantię luere non timentes. Lęta. Propter hoſtilē abſentiā. Reducit. In paſcua retrahit.

Gregē. Suos hinnulos. Geſtit. Exire ſatagit et cupit. Reboat. Reclamat et imperterrita ululātibus ululatu reſpondet. Cōminus. Prope. Martia. Bellicoſa: ferox: armata ſemp ad uiolētiā. Abſtulit. Aufugit: aut hinc ſeſe abduxit. Tacitus. Placatus. Cōdidit. In latebras ſpelūcę fornicatę ſe abdidit.

At pius. Omnibus ire ſatagētibus Telamon Herculis ſocius fremebat: abſceſſum ſine Hercule non laudabat. Sequit̄ Apolloniū libro primo ita ſcribentē. Τελαμῶνα ἕλεν χόλος ὧδ' ἔτ' ἐνισπε et quę ſequunt̄. Telamonē cępit indignatio: et ſic exorſus ē. Nō decebat Herculem nūc ita relinquere: et cū Tiphyn uiolēter retraxiſſet a gubernaculo perſuaſerat Iaſoni ut expectaret Herculem niſi boreadę thraces Zetus et Calais cōtra poraſſent. Fluctuat. Incertus eſt an Iaſonē ſine ſocio comitet̄. Ferēs fera. Codices antiqui. Ferens in iurgia. cōcitās ſe in maledicta. Prēſat. Ambit: rogat: ſupplicat. Cādidati prēſare dicebant̄. Demiſſa. Inclinata: decidua dolore: pp Herculē amiſſum. Lugētes et dolore cōfecti ſolēt collū demittere. Nil ſe ſuper Hercule fari. Incipit Telamon argumētari ab honeſto. ſed quoniā id paucos mouet: Cura quid expediat prior ē q̄ quid ſit honeſtū: mox ab utili ratiocinat̄. nō inquit loquor ſup Hercule tātū: qui factis glorioſis diutiſſime expectari meret̄. uerum loquor de quocūq; γενικῶς. i. generatim. Eſt. n. inhoneſtū et impiū ſocios deſerere: ſociis imponere. quod q facit pro pbro maximo ſociofrauda uocat̄ a Plauto. Sed ſocio quocūq. Etiā nili quē necqdē deſerere decet. Quāq̄. Sociofrauda. A neceſſario ſumit argumenta contra gentes tam barbaras ualde neceſſarius eſt Hercules. Aſpera loca fama. Quę fama dicit aſpera aſſume uerbum contra. Non alium. Ordo. quanquam contra loca aſpera fama: et contra feras gentes per barbara litora non dari alium Alcidem.. Pectora tanta. Tantum robur bellicum. Ducit fauētes. Abducit fauentes Telamoni in aliā ſniam: ſecum oraturos cōtra Telamonem. Calydone ſatus. Meleager Aetolus. Potioribus. Melioribus. q̄ meliora. Ille. Meleager: Deteriora. Prępoſtera et deteriorē cauſam. quoniā fauit Atalātę olim in fratres matris. ſed hoc futurū ē. Deſcribit ſemina naturę eius. Fouēs. Protegēs. Inuerſa. Prępoſterā et deteriorē cauſam: contrariam uero et bono. Durus. Pertinax: difficilis. Aequis. Qui nunq̄ cedit ęquo et bono.

Traxit honor, dum iura dares, dum tempora fandi:
Septimus hic celſis deſcendit montibus auſter,
Iamq́ ratem ſcythicis forſan ſtatuiſſet in oris,
Nos patriæ immemores, maneant ceu nulla reuectos
Gaudia, ſed duro ſæuæ ſub rege Mycenæ,
Ad medium cunctamur iter. ſi finibus ullis
Has tolerare moras, et inania tempora poſſem,
Regna hodie, et dulcem ſceptris calydona tenerem
Lætus opum: paciſq́ meæ: tutusq́ manerem:
Quis genitor materq́ locis. quid deſide terra
Hæremus? uacuos cur laxant æquora uiſus?
Tum comitem alciden ad phaſidis amplius arua
Adfore, tu ſocias ultra tibi rere pharetras?
Non ea fax odiis: oblitaq́ numine feſſo
Iuno ſui. noua tartareo ſors ſemine monſtra:
Atq́ iterum inachiis iam nuncius urget ab argis.
Non datur hec magni proles Iouis, at tibi Pollux
Stirpe pares Caſtorq́ manent. at cætera diuum
Progenies. nec parua mihi fiducia gentis.
Aſt ego met quocunq́ uoces: qua tegmina ferro
Plura metam. tibi dicta manus, tibi quidquid in ipſo
Sanguine erit. iamq́ hinc operũ quæ maxima poſco.
Scilicet in ſolis profugi ſtetit Herculis armis
Noſtra ſalus. nempe õia æque mortalia cuncti
Ecce gerunt. ibunt æquo nempe ordine remi.

Honor. Dum te honoramus: ac tibi primas loquẽdi damus. Iura. Facultatẽ. Tempora. Occaſionẽ: uices. Septimus hauſter. Septimus dies qui hauſtris afflatus eſt. dum tibi tanq̃ duci primã loquẽdi facultatem dare uolumus. Statuiſſet. Impuliſſet hauſter. Nos patriç. Meleager orare incipit cõtra Herculẽ. Nos inquit oblitos agimus reditus in patriã: ad quã tunq̃ nunquã reuerti curemus: uolumus terere tempus Herculẽ expectando: et diẽ die trudere. Ordo. Nos patriç immemores ad mediũ cunctamur iter: ceu nulla reuectos gaudia maneãt: ſed duro: et reliqua

Maneant gaudia. Tanq̃ nõ in patriam reſpiciamus: ut in cauſam laborum: et finẽ expeditionis: in qua patria omnia gaudia ſubibimus.

Reuectos. Reuerſos. Duro rege. Euryſtheo. Hercules reuerti nõ curat: et ubiq́ eſſe mauult q̃ in patria ne perpetiatur durum Euryſthea: quem durum uocat quoniam potuit ad odium nouercale ſufficere. Maro tertio georgicon. Quis aut Euryſthea durum? Stheneli filius fuit Euryſtheus regis Mycenarũ. Mycene. Ciuitas argiua ſub Euryſthei ſceptro. Ad medium iter. In medio profectionis colchicç curſu. Cunctamur. Moramur. Inania. Ocioſa: ingloria. Dulcem. Vt paternã. Calydona. Tydeus et meleager fuere Calydonii. Infra dicit idem Flaccus. Calydonis alumni. De Meleagro uero hic: nõ Tydeo intelligere Flaccum inferius nobis ex Flacci uerbis erit manifeſtum. Sceptris. Ditione et regno. Lçtus opum. Lçtus in opibus et pace mea. Quis locis. In illis locis in quibus. Genitor materq́. Subintellige manẽt. Deſide. Pro nos deſides. Hçremus. Moramur: moram trahimus. Vacuos. Pro ipſi uacui: et feriati. Tũ comitẽ. Scribe Tun pro tu ne: Argumentatur ab impoſſibili. Credulitatis uanç inſimulat Iaſonem: qui putat Herculẽ ſecum uẽturum repugnante Iunone et fatis. Amplius. Deinceps. Pharetras ſocias. Herculẽ ſociũ pharetratũ. Ea. Nõ ita parua. Fax. Incentiuum: incẽdiũ. Oblita ſui. Propoſiti crudelis: depoſuiſſe feritatem ſuã Iunonem non eſt credibile.

(Margin: Euryſtheus durus. Mycene.)

Numine feſſo. Iunonio numine delaſſato atq́ languente: quod credere ridiculum eſt: quoniã dei non laſſeſcunt: prçſertim fœmina ultrix. Tartareo ſemine. Quales ſunt peſtes: quç in ueſtibulo inferorũ ſtabulant. Monſtra. Vrgent Herculem. Nuntius ab argis. Ab Euryſtheo ueniẽs Argiuorũ rege.

Non datur. Non eſt conceſſum nobis Herculẽ habere? at Pollucem habemus oriundũ Ioue: etiam Caſtorem: q̃uis Caſtorem Tyndarei filium multi putent: ſed ipſe in cauſa ſua uera falſis immiſcet.

Stirpe pares. çqualiter iouigenç. Nec parua mihi. Et ego meum genus ad deos refero. Poetç fingunt hos omnes heroas originem a dis trahere. Fiducia. Confido me a dis oriundũ. Gentis. Originis meç. Qua. In eo campo: in quo erunt plura tegmina ferri: omnia gladio metam: hoc eſt obtruncabo: agminatim cçdam. Horatius. Metit horcus Grandia cum paruis non exorabilis auro. Tegmina ferro: et tegmina ferri indiſcriminatim dicere poſſumus: et thoracatos homines intelligimus. Dicta manus. Dicatus labor manus: et laboris mei in bello. Sãguine erit. Sãguinẽ effundẽdũ tibi dedico. Vel intelligit ſe animã deuouiſſe Iaſon: quam quidã in ſanguine conſiſtere putant. Hinc. Deinceps.

Operũ maxima. Quç ſunt laborioſiſſima libentiſſime ſubibo. Profugi. Amoti longe ab oculis. Vtiẽ uerbo ignominioſo. Scilicet. Seruit Ironiç hoc uerbũ. Stetit. Fũdamẽtũ habuit. tanq̃ nobis nedũ uicere: nec uiuere qdẽ ſine hercule liceret. Ibũt. Sine hercule nauigare ſciemus. Ille. hercules.

Inſano ęſtu. Temerariis cōſiliis. Quid ſi alludit morbo comiciali: quo aliquādo corripiebať Hercules auctore Ariſtotele: etiā Iulio Cęſare hūc morbum patiēte. Turbidus. Elatus: uel obnubilatus ſi ad morbum comicialē reſpicimus. Tumēs. Superbiēs. parta iam laude. Ora. Corpora. Nos perin de habemus digitos i manibus ut ipſi habēt: et manus ut ipſi. Mortalia. Nos mortales: et ille mortalis. In nobis nihil differt. Cōſortia. Participationē. non uult nobiſcū laudem ſuā participare. Deſpicit. Negligit. Ferri: Portari in colchos. Sunt qui fieri ſcribunt priſcis exemplaribus repugnantibus.

Hercules caducarius

Ille uel inſano iam dudum turbidus æſtu,
Vel parta iam laude tumens: conſortia famæ
Deſpicit: ac noſtris ferri comes abnuit actis.
Vos quibus et uirtus et ſpes in limine primo
Tendite: dum rerum patiens calor: et rude membris
Robur ineſt. nec enim ſolis dare funera colchis
Sit ſatis: et tota pelagus luſtraſſe iuuenta.
Spes mihi quæ tali potuit longiſſima caſu
Eſſe fuit: quiſcunq; uirum perquirere ſyluis
Egit amor: loca uociferans non ulla reliqui.
Nunc quoq; dum uario nutat ſententia motu
Cernere deuexis redeuntem montibus opto.
Sat lachrymis comitiq; datum: quem ſortibus æui
Crede uel in mediæ raptum tibi ſanguine pugnæ.
Talibus oenides urget. ſimul incita dictis
Heroum manus. ante omnes argiua iubebat
Vincla rapi Calais. furias miratur ouantum
Aeacides: multuſq; uiri cunctantia corda
Fert dolor: an ſeſe comitem tam triſtibus actis
Abneget: et celſi mœrens petat ardua montis.
Non tamen et gemitus et inanes deſinit iras
Fundere. quis terris proh Iuppiter inquit Achæis
Iſte dies? ſeui capient quæ gaudia colchi?
Non hi tum flatus: non iſta ſuperbia dictis.

Abnuit. Recuſat. Virtus. Sub intellige ineſt uel adeſt. Spes i limine primo. Vel ſpes eſt in limine primo hoc eſt in ętate uiridi. Vel ſe iungatur. In limine primo tendite. contendite in ueſtibulo ętatis: dum affulget ętas uelis ac remis enitimini. Rerum. ęrumnarū: laborum. Calor. Iuuentus. Rude. Inexercitatū. ad omnia rudimēta ſuffi ciens. Dare funera. Non nobis ſatis erit Colchos uiciſſe: aggrediemur etiā maiora. Luſtraſſe. Cir cuiſſe: tranſuolaſſe. Iuuēta. Dū nobis iuuenta floret. Spes mihi. Ordo. Spes mihi fuit longiſſima: quę potuit eſſe in tali caſu. Longiſſima. Ab initio profectionis: antecapta: pręcipitata. Initio nauigationis noſtrę ſperaui aduenięnte tali caſu ut perderet Hercules me poſſe hoc munus ſubire cū aliis minyis Quiſcūque. Quibuſcūq; etiam. Et fuit quibuſcūq;: pro qbus. quomodocūq; amor egit quęrere uirū: qui impulſi ſunt quęrere hūc ducē. Egit. Impulit. Reliq. Et ego Herculē quęrendo tandē laſſus reli qui loca montana longo clamore circunſtrepita. uel reliqui fregi. Vt illud Virgilianū. et colles clamore relicti. Lucretius uſus ē i hac ſigni ficantia ut noſtris in eum poetā cōmētariis diſſeruimus: quos magnos auctores ſequutus eſt Epigrāmaticus poeta his. Nunc plorat ſpeculo fallax ancilla relicto: Gemma uel a digito: uel cadit aure lapis. Lingua uernacula aliquā famū uaſis uel uitri partem eſſe relictam dicit: cū ſignificare uult: eſſe uas fractū. Huc aliqui referunt id ſatyri poetę. Atq; oculos medico nil promittente relictos. Nunc quoq;. Et adhuc opto Herculē uenire ne credatis me pperare odio illius: qđ ſi nō uen turus eſt: abeamus ne tempus incaſſum teramus. Vario motu. Cōſiliis alternantibus. Nutat. Flu ctuat: incerta eſt. Deuexis. Curuis: inclinatis. Comiti. Herculi querendo. Satiſfecimus Herculi re et rei ſimulacris complorando eū et exoptādo. Sortibus ęui. humanę uitę conditione. Morte: quę ſorte data eſt omni carni. Finge Herculē eſſe fato raptū. Lugeamus illū ac relinquamus. Sanguine. Cęde. Oenides. Filius Oenei Meleager: ut docebimus inferius. Vrget. Impellit: feſtinare facit ar gonautas. Incita. Impulſa. Argiua. Codex priſcus habet argoa: et ueritati conſonat ab naui quę argo uocata eſt. Iucita. Incitata: ſuſcitata. Manus. Cohors. Vincla. Retinacula. Calais. Idē Apollonius libro primo ſic. Εἰ μὴ θρηικίοιο δύω υἷες βορέαο Αἰακίδην χαλεποῖσιν ἐπητιέσκον ἐπέεσσιν. Scribit Apollonius ideo poſtea iterfectos ab her cule Zetū et Calaim: et poſtea fabricaſſe Herculē duas mirificas columnas. Furias. Furorē ac amētię pximū abeūdi deſideriū. Aeacides. Peleus. Fert. Huc et illuc rapit. Triſtibus. Luctuoſis Hercule amiſſo. Abneget. Subtrahat ſe ab argonautarū cōtubernio. Mœrens. Lachrymabundus: gemebundus. Inquit. Peleus exclamās et lachrymas fundens. Quis iſte dies. q̄ acer hic dies quo toti gręcię perditus eſt Hercules. Flatus. Tumor et elatio cum Herculis contemptu.

Relinquere.

Martialis enodatus.

Oenides.

Calais.

Littore patrio. Theſſalico. Petētibus. Inuitare:et ad profectionē uiſi. prouocare. Cūctus. Cūctorum heroum. Sequitur Apollonium qui libro primo tradit hęc.

πάπτηναν δὲ νέοι θρασὺν ἡρακλῆα
ἥμενον ἐν μέσσοισι μίνδ' ἕπαντες αὐτῷ
σημαίνειν ἐπέτελλον. et reliqua. uidētes: inqt Apollonius: Heroes Herculē audacē ſedētē in medio ipſum ſummo cōſenſu iuſſerūt imperare. Ipſe uero maieſtate manus recuſat imperiū dicens. Iaſon. qui nos coegit: ipſe ducat ac regat.

Ipſe. Hercules. Iuuaret. Nos dicebatis. Ducis curas. Subiret imperabatis. Iam ne animis. q̄ cito abſente Hercule: cui pręſenti mādabatis imperium: credebatisq̄ clauū: pares ei facti eſtis. Animis.

Littore cum patrio iam uela petentibus auſtris
Cunctus ad Alcidem uerſus fauor: ipſe iuuaret:
Ipſe ducis curas: meritoſq̄ ſubiret honores.
Iam ne animis: iam gente pares, atq̄ inclyta uulgi
Dextera, nulla fides, nulli ſuper Hercule fletus,

Animoſitate: ſtrenuitate militari. Gente. Stemmate. Inclyta uulgi Dextera. Vulgo ſunt qui ſcribant nō uulgi. Codicis antiqui literę ſunt adeo uetuſtatis uitio exoleſcentes ut percipi nō poſſint. Senſus eſt. Paſſim uirtus omniū ac robur nunc apparet: ut uulgo cuiq̄ dextra eſt inclyta: hoc eſt. quilibet ē uilis rei militaris ſe prędicat ſciētiſſimū. Dextrā pro uirtute bellica ponimus. Silius. Minor laus in ducē dextrę.
Nulla fides. Nulla fides. Magna in amicis infidelitas. Nuſq̄ tuta fides inqt Maro. Nullus ſocialis amor et conſtans dilectio. Hercule. Amiſſo. Fletus. Nullę amiſſo ſocio lachrymę et complorationes.
Parthaonides. Parthaonides: Per parthaoniden intelligit Meleagrū a Parthaone auo Tydei regnatore Actholię: ut patet infra in principio quarti cum loquitur Hylas de impulſore Iaſonis ut Herculē deſereret. Hortator poſtq̄ furiis: et nocte nefanda
Meleager. Impulit oenides: nerū cum gēte domoq̄ Iſta luet: ſęuęq̄ aderūt tua nomina matri: ubi torrē et lignū intelligit: quod Meleagri mater
Althea. Althea iniecit igni: quo facto periit Meleager. Parthaonidē Meleagrū uocat Peleus quaſi nimio faſtu flatuq̄ ſuperbū: ac elatū. Prouerbiū antiquum fuit ut cū ſignificare uolebāt hominē nobilitatis et antiquitatis faſcibus ſuperbiētē uel ignotum
Parthaon es. propter uetuſtatē dicerent. ſcilicet Parthaon es. ut ſi diceremus ironice. nō te cognoſco? Tu es rex Britannię: aut Gallię quem nunq̄ aſpexi. Vel utrūq̄ Plautus innuit ſuperbiā elationēq̄ et incognitum ho
Plautus diligētius euō tilatus. minem: ac uelut inauditum: a Tydei feroci ſuperbia qui auū Parhaonē recognoſcit. Hoc adagio Plautus utitur in menhemis. Nō te noui? cum Parthaon es me derides. Meleager igitur oenides dici poteſt: quoniā erat Calydonius: cui rex Oeneus imperauit. Nam auctore Porphyrio Platonico a rege ſubditi
Oeneus. nomen ſortiuntur: ut Romulidę: Arſacidę. quod errare coegit omnes ante nos: qui hoc ad Tydeum referebant: cuius pater fuit Oeneus. Papinius libro. ii. Thębaidos. At ſi patriis parthaonis aruis
Inferar: et reduci pateat mihi martia pleuron. Oeneus rex in Actholia fuit auctore Lutatio interprete Papiniano: in qua eſt Calydon ciuitas. Statius primo Thębaidos.
Calydon. Vos quoq̄ progenies quāquā Calydonius Oeneus:
Et parthaonię dudum ſi certus ad aures Clamor iit.
Statius quoq̄ in. ii. Theb. de Tydeo. Sęuoq̄ infanda precatur Oenidę. Parthaonidem apud Flaccum expone ſimpliciter ętholum: a Parthaone rege Actholię: ut Tydeus parthaonides dicatur a ſanguine: et Oenides. Meleager utrūq̄ a patria: quam regebāt Parthaon et Oeneus: diuerſis tamē temporibus. Ad Tydeū referri nō poteſt Valerii uerſus: niſi ſibimet diſſentire uolumus. Quin: quod omnē amouet dubitationē: reperio apud Lutatium: ſi Lutatius eſt: qui Fabularū Naſonis argumēta pręgtexuit: Oeneum quoq̄ patrem fuiſſe Meleagri: quod et Ouidius indicat his.
Oenea nāq̄ ferunt plenis ſucceſſibus anni
Primitias frugū Cereri: ſua uina lyęo: et reliqua id genus. Paulopoſt. Oeneos ultorē ſpreta p agros
Miſit aprum. Inferius quoq̄ in eodem libro metamorp. octauo Meleager ab Ouidio uocat Oenides.
At manus Oenidę uariat: miſſiſq̄ duabus
Haſta prior terra: medio ſtetit altera tergo. Oenei uero patrem fuiſſe parthaonē conſtat Papinii: Lutatiiq̄ teſtimonio: unde Meleager dicit Oenides. Tanta eſt in mythiſtoriis uariantia. Meleager fuit Calydonius ut Tydeus: ex patre eiuſdem nominis. Valerius Flaccus inferius. Et ſimul ęacides: ſimul et calydonis alumni. Oenides uocat Meleager quia fuit Calydonius a rege. Tydeus quia fuit filius Oenei et ipſe dictus oenides. Diuerſis igitur conſiderationibus Meleager et Tydeus dicunt oenidę. Alter a rege. Alter a patre. Eſt tamen poſſibile utrūq̄ habuiſſe patrem cognominē: pręſertim hoc aſſerente Ouidio. Alii fratrem Tydei Meleagrū putāt cōiecturis Deianirę ſororis: et q̄d regis filius putat Meleager: et q̄d patrem Oeneū habuit ut Tydeus. et q̄d Meleager ad uenationē conuocauit proceres Gręcię: quod ſolus rex uel regis filius facere potuit. Vtuntur aliis argumentis: qui in diuerſum nituntur: uidelicet q̄d Valerius Flaccus et Apollonius in catalogo eos non ſimul poſuere de more: immo diuerſe de his agunt. Alii non a germine fratres dicunt: ſed patrueles aut quouis alio traduce propinquos. Ego nihil cenſeo: ſed ad poſteros reiicio. fabulę ſane hiſtorice dici non poſſunt.

Thracia proles.

Thracia proles. Zetus et Calais filii Boreę et Orithię: qui regnat et maxime perflat in Thracia. Mihi. Vel parebou eſt: uel cupit eſſe dux meus: qui ſum eo pręſtantior: proferunt iſta cum ſtomacho. Aſpera. Ferox: quod ẽ cõtra naturã agninã. nũc agnę leoninã pellẽ induũt. Spoliũ. Opima: tanq̃ ſpoliauerit Didymaona. Imitatur Maronẽ: qui tamẽ artificẽ facit his. Et clypeũ efferri iuſſit Didymaonis artẽ. Matre. Arbore. Perempta. Eradicata. Fida miniſteria. Quę haſta eſt mihi fidiſſima miniſtra.

Nunc parthaonides: nunc dux mihi thracia proles:
Aſpera nunc pauidos contra ruit agna leones.
Hãc ego magnanimi ſpolium Didymaonis haſtam:
Quæ neq; iam frõdes uirides: neq; proferet umbras:
Vt ſemel eſt auulſa iugis: ac matre perempta
Fida miniſteria et duras obit horrida pugnas,
Teſtor: et hoc omni ductor tibi numine firmo.
Sæpe metu: ſæpe in tenui diſcrimine rerum
Herculeas iam ſerus opes: ſpretiq; uocabis
Arma uiri: nec nos tumida hæc tum dicta iuuabunt.
Talibus Aeacides ſocios terroribus urgens
Illachrymat: multaq; comas deformat arena.
Fata trahunt: raptuſq; uirum certamine ductor
Ibat: et obtenta mulcebat lumina palla.
Hic uero ingenti repetuntur pectora luctu:
Vt ſocii ſedere locis: nullæq; leonis
Exuuiæ: tantiq; uacant ueſtigia tranſtri.
Flet pius Aeacides. mœrent pœantia corda.
Ingemit et dulci frater cum Caſtore Pollux.
Omnis adhuc uocat Alciden fugiente carina:
Omnis Hylan: medio pereuntia nomina ponto.
Dat procul interea toto pater æquore ſignum
Phorcys: et immanes intorto murice phocas

Haſta Pelei.

Haſta Pelei dicebat pro ſua inuicta. ut: Et patria ſeſe metit in haſta. Homerus libro Iliados. xvi. de hac ſic cecinit:
πηλιάδα μελίην τήν πατρὶ φίλῳ πόρε χείρων πηλίου ἐκ κορυφῆς φόνον ἔμμεναι ἡρώεσσιν
Inducit Homerus Patroclũ arma Achillis inducere: tibialia circũdare argenteis loris circa talos fabrefacta. Tum thoracẽ illũ diſcolorem ac ſidereũ: dehinc enſem argẽteo capulo: clypeũq; ut grandẽ grauemq; humeris accommodat: deinde capiti galeã indidit ſuperbã criſtis ex equina iuba cõcinnatis: quæ admodũ ipſum uidebat horrendum quiddã annuere. Poſtremo dextra ualida lanceas ſumit: quas cõmode tractare poſſet. Nam peliada omni armatura Achillis ſolam nõ cœpit proceram: craſſam ac grauiorem q̃ aut ipſe tractaret: aut gręcorũ alius pręter unũ Achillẽ: quam Chiron ex orno in pelio monte fabricatus Peleo donauerat heroũ interemptricem Patroclo ſe armante Automedon ab eo iuſſus propere iungere equos Achillis mãdata exequebatur. Ouidius: Vulneris auxiliũ Pelias haſta tulit. Teſtor. Iurat per haſtam more militari. Ductor. O Iaſon. Firmo. Affirmo eſſe uerum. Serus. Quoniã tũc Hercules aberis. Sero ſapiũt Phryges. Viri. Herculis. Nos. Ad inuidiam declinãdã: et ne ducẽ offenderet ſe etiam inſeruit. Quidam legunt uos. Priſca exemplaria repugnant. Tumida. Elata: Superba. Harena. Vt apud Catullũ. Caniciem terra: atq; iniecto puluere turpãs. mos lugentiũ eſt: qui apud multos et hodie ſupereſt uolutari per puluerẽ. Aeacides. Peleus. Trahunt. Impellunt Iaſonẽ nõ libenter ſine Hercule abeuntẽ. Iuxta illud Biantis. Fata uolentẽ ducunt: nolentẽ trahunt. Raptus. Per uim auulſus a litore. Virum. Virorũ: ſociorũ. Obtẽta. Oculis oppoſita. Maro. Obtẽta denſant nocte tenebrę: ab obtẽdo: quod eſt explico. Palla. Veſte. Hic. Tunc. Repetunt. Repercutiunt. Locis. Trãſtris ſibi attributis. Exuuię. Subintellige uiſę ſunt. Intelligit leonis pellem: quã ſemper ſecũ ferebat Hercules. Veſtigia. Nulla apparẽt Herculis ueſtigia. Trãſtri. Quia nemo in loco Herculis ſedebat. Pœantia corda. Philoctetes Pœantis filius: qui Pœantius heros tum Ouidio tum reliquis dicitur. Fugiente. Abeunte. Pereũtia. Non exaudita: fruſtra emiſſa. Cũ. n. Herculem Hylãq; ſubinde uocarẽt: nõ exaudiebãt uocãtes Hylas aut Hercules. unde noĩa perire dicebant. Pater. Proteus et Phorcys di aquarum. Deſcriptio elegantiſſima noctis.

Philoctetes.

Pœas.

Phorcys.

Phorcys. Etymologici gręci uerba. φόρκυς δαίμων θαλάσσιος παρὰ τὸ φέρεσθαι ὠκέως. Phorcys inquit deus maris qđ celeriter fertur. Filius fuit Neptũni: ex quo natam Meduſam ferunt. Intorto murice. Tuba ex conchili facta: de qua ſic canit Ouidius primo metam. Cęruleum Tritona uocat: conchaq; ſonanti

Buccina Tritonis.

Inſpirare iubet: fluctuſq; et flumina ſigno
Iam reuocare dato. Caua buccina ſumitur illi:
Tortilis in latum: quę turbine creſcit ab imo.

Murex. Buccinare

Canebat igitur receptui Phorcys. Apuleius. Triton cócha ſonaci buccinat. Muricem cóchã maris appellamus: cuius una ſpecies é intorta et ut tuba porrecta: unde nomen buccini ortũ: et uerbũ buccinare. Phocas. Vitulos marinos et cethe grãdiora. Cõtrahit. Reducit: receptui canens cogit. Lyctius.

Lyctos.

Cretenſis: ſuperuenientibus noctis tenebris paſtores armẽtis ac gregibus receptui canũt. Lyctos: inquit Stephanus: ciuitas crete a Lycto filio Lycaonis. Gentile lyctios. fœmininũ λυκτίς. Armentarius. Qui curat armenta. Maro. Armentarius afer agit. Ilicet. Cito. Cõdidit domos iberas. Oſtendit noctis poſtremę tempus ultimũ: quod eſt quãdo ſol eſt in litore hiſpanici oceani: in quod mare cadit ultimũ. quãdo enim apud nos adhuc ſunt tenebrę: apud Iberos eſt dies. Solis extremi. Sol ultimus irradiat hiſpaniam. unde manauit id. Soliſq; cubilia gades. apud Calpen: unde Satyrographus: Sed longe Calpe relicta Audiet herculeo ſtridẽtem gurgite ſolẽ: ubi Priſcianus libro ſeptimo miratur Iuuenalẽ: qui non potius iuxta Lucanũ protulerit calpe ꝑducta ultima: ut Penelope et Arachne: pręſertim Lucano libro primo ita canẽte. Thetys maioribus undis Heſperiã Calpe: ſummoq; impleuit Atlante ut ſit ſenſus Lucani: mare euagatum enormius impleuiſſe. i. alluiſſe Hiſpaniã: Calpe: ideſt circa Calpen Europę: et Atlãte. i. circa Africã ubi eſt abila metę ac columnę Herculis: quem locũ deprauauit Aldus cęcos ſequutus interpretes: qui ſupra crepidã non iudicant. Nox alta. Profunda et intempeſta. Suſtulit. Oſtẽdit: ſurſum tulit. Aris. Emendãt audaculi quidam aruis. Ego priſci codicis auctoritate perſuaſus nihil auſim immutare. Sidera oſtendi dicunť aris: quãdo apparẽt expuncto et decidente ſole. Proxima faucibus ab occaſu ſolis et gaditano freto: qua irrumpens oceanus Atlanticus in maria interiora diffundiť: utrinq; impoſiti montes coercent clauſtra: abila Africę: Europę Calpe laborum Herculis metę. Quam ob cauſam indigenę columnas eius dei uocant: credũtq; perfoſſas excluſa antea admiſiſſe maria: et rerũ naturę mutaſſe faciem. Hic Hercules duas aras ſtatuit: alterã in Calpe: alterã in Abila. De his aris noſter Flaccus intelligit. Flamina. Venti a flando. Amphitryonides. Hercules putatiuus Amphitryonis filius. Fata. neſcit qua morte perierit Hylas: nec habet quod ſuis referre poſſit. Parenti. Thiodamanti patri Hylę. Sequitur diuerſam hiſtoriã. Diximus ſuperius Herculẽ Thiodomantẽ interfeciſſe patrẽ Hylę. nunc uideť ſentire cõtrariũ: Quare niſi parenti matri Exponamus: ſcribendũ erit perempti hoc eſt amiſſi Hylę: et in ſiluis interfecti. Sic enim putabat Hercules. Referat. Argonautis. Videt. Agnoſcit. Lea. Scribendum leo: cui infra dat iubã: qua fœminę carent. Plinius libro octauo natu. hiſt. Quos Pardi generauere: ſemper iuba carent: Simili modo fœminę. Reſpondebat Beroaldus pręceptor meus. At qui leo non curat ſobolem: ſed leena. Hoc nos falſum putamus et aſſerimus. Quin dicet ille: Plinius inquit marem non habere curam ſobolis. Plinio igitur diſſentiret Valerius noſter. Pliniana uerba ſunt hęc. Cum pro catulis fœta dimicat oculorum aciem traditur defigere in terram. ne uenabula expaueſcat. Ex hoc non colligis marem non habere curam ſobolis: et ſi Plinius dicat fœminam pugnare pro ſobole. Queãdmodum ſi quis dicat: matrem alere et curare ſobolem: non utiq; patrẽ excludit. Quid ſi teſtimonio Flacci eiuſdem probo non tantum leam: ſiue leenam: ſed et leonem maſculũ curare ſcymnos. i. catulos ſuos. eius uerſus appoſui lib. vi.

Arę Herculis.

Amphitryonides.

Leo et lea curant ſobolem.

Pro plinio

| | |
|---|---|
| | Contrahit antra petens: ſimul et Maſſylus: et una |
| | Lyctius, et Calabris redit armentarius aruis. |
| | Ilicet extremi nox littore ſolis Iberas |
| | Condidit alta domos: et ſydera ſuſtulit aris. |
| | Flamina conticuere. tacet cum flatibus æquor. |
| | Amphitryoniades nec quæ noua luſtra requirat: |
| | Nec quo teneet iter: comitis nec fata perempti |
| | Quæ referat uidet: aut ſocios qua mente reuiſat. |
| | Vrit amor: ſoliſq; negat decedere ſyluis. |
| | Non aliter gemitu quondam lea prolis ademptæ |

At uero ingentem Telamon procul extulit orbem
Exanimem te Canthe tegens: ceu ſeptus in arcto
Dat catulos poſt terga leo.

Quibus teſtibus et his locupletiſſimis quis dare herbã et ſe uictũ fateri pudeat? Sed quoniam priſci codices habẽt lea: ſi te eorum mouet auctoritas in mendo tam facili: tam lubrico per iubam ſimilitudinarie pilos colli uocabimus: ut collo plicatiore dracones iubatos dicimus: iubam in equis: in monſtris marinis Rhodius: in draconibus Maro in. ii. æn. quando iubatos reperiri ſerpentes neſcio quis auctore Plinio crediderit. et ita concordes erunt omnes ſi iubam pro pilis colli quibuſlibet: uel loco iubę capis: ut barbam pro loco barbę. Prolis ademptę. Abductorum catulorũ. Seruius illos erroris arguit: qui comparationem in fine pouunt: cum tamen Maro in calce primi georgicon ita canat.

An iu fine compatio.

Vt cum carceribus ſeſe effudere quadrigę
Addunt ſe iu ſpatia: et fruſtra retinacula tendens
Fertur equis auriga: neq; audit currus habenas.

Et ſi ibi tranſlationem eſſe hanc nõ comparationẽ Seruius cenſeat: quę ſi ponatur in fine uitioſum eſt.

Quintilianus tamen contrarium ſentire uidetur: cuius uerba recitauimus. In omni autem parabole: inquit: aut prçcedit ſimilitudo: et res ſequitur: aut prçcedit res et ſimilitudo ſequitur. Sed interim libera et ſeperata eſt. Interim quod longe optimum eſt: cum re: cuius eſt imago connectitur: collocatione inuicem reſpondente: quod facit redditio cõtinua: quç Antipodoſis dicitur: prçcedit ſimilitudo illa: cuius modo feci mentionem. Inde lupi ceu Raptores atra in nebula. Sequitur in primo georgicon poſt longa de bellis ciuilibus: aut externis conqueſtione. ut cum carceribus ſeſe effundere quadrigç Addunt ſe in ſpatia. Sed hçc ſũt ſine antipodoſi. Redditio autem illa rem utramq; comparat: et uelut ſubiicit oculis et pariter oſtendit: cuius prçclara apud Virgiliũ multa reperio exempla: ſed oratoriis potius utendũ eſt. Eſt igit̃ iſta Flacci comparatio ſine Antipodoſi: quç etiam cadit in fine. Antipodoſis.

Terga dedit ſedet in deuiis. incluſaq; longo
Peruigiliant caſtella metu. dolor attrahit urbes.
Interea et miſero manat iuba ſordida luctu.

Sedet in deuiis. Scribe. Sedet inde uiis. Inde hoc ẽ poſt amiſſam prolem leo ſedet in uiis publicis iniuriam illatam ulturus ab hominibus: et uelutĩ uias obſidet. Vrbes. Scribendum orbes: caua oculorum: foramina oculorum. Hic pro oculis capitur. Intra caput prç mœrore ſunt oculi: retracti: et reducti ĩ ſeceſſum fame: pçdore: illuuie: tabe oculi leonis ſunt intra caput adacti. Signa morituri apud Lucretium ĩ ſexto ſunt iſta. Compreſſç nares: naſi primoris acumen Tenue: cauati oculi: caua tempora: frigida pellis. Miſero. Miſerabili.

Finis Tertii.

## QVARTI LIBRI PRINCIPIVM: ET ARGVMENTVM INTERPRETE PIO.

i Vpiter Iunoné: quç Herculi filio ualde nocuerat increpat: et minatur ei Herculi ſomniũ immittit. Hylas inſomnis Herculem conſolatur. Herculi Iuppiter per Irim iubet ut accedat ad liberandum Prometheum. In Bebryciam argonautç perferuntur. Domus Amyci pugilis deſcribitur. Argonautç accedunt. Pollux cçſtu cum Amyco pugnat. eumq; interficit: et Bebryces fugantur. Sacrificant poſt uictoriam. Inde uerſus boſporum ſoluũt. Inter nauigandum narrat Orpheus Ius fabulam: et cur Boſporus dicatur. Tranſito Boſporo ad Phineum deueniũt: a quo Zetes et Calais harpyas depellunt aduſq; ſtrophadas: unde a Ioue retrocedere iubentur. Ad nauim inde redeunt et ſacrificant pro harpyis fugatis: Ioui hoſpitali. Poſt cibũ de euẽtu Iaſon interrogat Phineum. Ille uaticinatur et futura prçdicit argonautis. inde ſoluentes Argonautç ad Cyaneas deueniunt. Ope Palladis et Iunonis pertranſeũt: Pontus Euxinus deſcribitur. Argonautç ad Maryandinos appellunt: ubi a Lyco hoſpitaliter accipiunt. Et de Amyco mortuo et Bebryciis ſubactis narrãt. Hçc libro. iiii. continentur.

# INCIPIT COMMENTVM LIBRI QVARTI INTERPRETE PIO.

Tꝗ ea. Iupiter Herculem dilectum filiũ tanto affectum dolore uidens ob amiſſum Hylam armigerum chariſſimũ Iunonem tanti mali cauſam acerrime corripit. Aequis. Non equanimiter ferentibus dolorem filii. Pios. Socraticus erat amor Herculis in Hylã. Ardenti. Acri: bili maſcula ſub pectore feruẽti: ut uerbis Satyri utar: quã nõ extinxerit urna cicutę. Grauis. Seuerus. minime agens uxorium. Vt noua. Irati uerba ex abrupto uenientia: ſine arte principii. Quantũ gaudes ac exultas Iuno herculi nocuiſſe. Nunc compos uoti: Hercule dulci orbato diſcipulo. Tollũt. ſe erigunt. uel tollunt pro tolluntur. Quãtum tibi places et criſtas tollis Iuno qđ Herculi nocueris. Faciles. Faciliter Herculis abſentiã ferentes: uel negligentes. Sic. Honeſte in hoc. Hoc pacto ſuum Iuno extollit Iaſonem. aliis uidelicet nocẽdo. Anxia. Inuida glorię Herculis. Sic. Illiberaliter. Sũt uerba prolata per ſarcaſmon hoc ẽ irriſionem hoſtilem. Iam. in tempus futurum. Ordo. Quibus bellis iam cernam incertam Iunonem: et pauẽtem opes gẽtis ſcythicę. Cum Iaſon erit in periculo pontico. Incertam. Ancipitem: dubiam: hęſitãtem: neſciẽtem quid agat. Tum cum Iaſon in ponto periclitaret: Precĩbus. Iaſonis uel Iunonis potius.

Veto. Nunc incipiẽs prohibeo. Interdico ne mihi audeat pro Iaſone preces adducere Iuno. Rerũ. Decretorum meorum: uel rerũ futurarum. Firma. inconcuſſa: facilis: mutari nõ poteſt. Poteſtas. Voluntas. uel regnum meum uult ac poteſt ſimul: et omnia continuo facit. I furias. Cõceſſio per negationem. I modo et Medeã in furias urge. Dabit pœnas illa furoris ac crudelitatis ſuę. Sic et Maro ęn. iiii. I ſequere Italiã uentis. Pete regna per undas. Impia. Vel ab interfecto Abſyrto: patreq́ꝫ deſerto. Virgo. Medea. Gemitus. Poſt amiſſam filiã et filiũ. Roré. Iupiter pharmacũ excogitauit: quo perlitũ Herculis caput in ſomnũ ſolueret. Anodynon gręci uocãt. Quẽ penes. Apud quẽ rorem. In quo medicamento ſomnus erat. Liquidi. irrigui. Detulit. Iuſſit deferri per irim et Mercurium. non ſeruaret aliter decorũ niſi patrẽ pro filio eia deceret. Redolentẽ nectare. In quo nectar erat immiſtum. Liquor et potus deorũ nectar: Cũ auferẽdi caſu etiã apud Maronẽ redoleo cõtra Diomedẽ redolentq́ꝫ thimo fragrãtia mella. Vagi. Vagãtis diſcurrẽtiſq́ꝫ per auia. Ora ferẽs reſonãtia Hylan. Habens ora ſemp reſonãtia ac iterãtia nomẽ Hylę. Vt nulla deũ ſuperare poteſtas. Procumbit Hercules et ſomno cedit: ut ille qui deũ. i. Iouẽ Iouiſq́ꝫ medicamẽtũ ſuperare nõ põt. Feſſis. Ruptis aſſiduo clamore Herculis Hylã uocãtis. Vacuis. Ceſſantibus ab Hyla. Ecce. inſomnis. Puer. Hylas. Croceis. aura diuina ſplẽdidis: aureis. Imitatio Maronis: qui arborẽ illã admirabilẽ ut admirabiliorem faceret dixit fuiſſe aureã uiſco croceo ſimilem bracteã leni uẽto crepitãtem. Et croceo fœtu teretes circũdare truncos. Iniquę. improbę Dryopes: quę illũ abſtraxit Herculi. Munere nymphę. Quã Dryope dono dede

Anodynõ.

Redoleo cũ ablatiuo

## C. VALERII FLACCI SETINI ARGONAVTICON.

## LIBER QVARTVS.

Tꝗ ea nõ oculis diuũ pater amplius æquis
Suſtinuit: natiq́ꝫ pios miſeratus amores:
Iunonẽ ardẽti trepidã grauis increpat ira.
Vt noua nunc tacito ſub pectore gaudia tollunt
Hæret inops, ſoliſq́ꝫ furit Tirynthius oris.
At comite immemores Minyæ facileſq́ꝫ relicto
Alta tenent. ſic Iuno ducem fouet anxia curis
Aeſonium. ſic arma: uiros: ſocioſq́ꝫ miniſtrat.
Iam quibus incertam bellis, ſcythicæq́ꝫ pauentem
Gentis opes, quanta trepidam formidine cernam.
Tum precibus, tum me lachrymis et ſupplice dextra
Attentare ueto. rerum mihi firma poteſtas.
I furias ueneremq́ꝫ moue. dabit impia pœnas
Virgo: nec Aeætæ gemitusp atiemur inultos.
Dixit: et arcano redolentem nectare rorem:
Quem penes alta quies: liquidiq́ꝫ potentia ſomni
Detulit: inq́ꝫ uagi libauit tempora nati.
Ille graues oculos: et Hylan reſonantia ſemper
Ora ferens: ut nulla deum ſuperare poteſtas
Procumbit. tandem feſſis pax reddita ſyluis:
Fluminaq́ꝫ et uacuis auditæ montibus auræ.
Ecce puer ſumma ſe tollere uiſus ab unda
Frondibus in croceis: et iniquæ munere nymphæ:

rat. Forte ueſtē cęruleā intelligit: quã Mopſus libro primo indutũ inquit. Vnde urna humeris: niueoſque per artus cęruleę ueſtes. Stans. Hylas. Super carũ. Super aſſiſtens Herculi. Edere. Edebat. Fatis domus. Attributa uidelicet. Improba. Petulās. Quo. in quam domũ. Rapit. Rapuit. In amnes. in cubilia ſua intima: ima ſtagna: et me ſuũ maritũ fecit. Apollonius primo. Αὐτὰρ ὕλαν φιλότητι θεὰ ποιήσατο νυμφη Οὐπόσιν. i. Hylam amore deā fecit maritum ſuũ. Iouis acceſſus. iter in cœlũ. Lumina cœli. Sedera. Sunt qui limina ſcribunt pro domo cœleſti. Abludũt priſca exemplaria. Cōciliat. Concedit: attribuit. Verbum maronianum in re ſimili. Iũgit preces. Nympha tot muneribus iũgit preces hominũ: hoc eſt ut hoīes numina noſtra precentur: et Hylę fauorem uotis implorēt. Fontis honores. Libationes et ſacrificia. Virg. Semper honore meo: ſemper uenerabere donis. Idem. Porte die ſolennem illo rex Arcas honorem Amphytrionaidę magno diuiſque ferebat. Plautus in aulularia interprete Marcello. Cœpi obſeruare ecquid maiorē filius mihi honorē haberet q̃ eius habuiſſet pater. Fōtis. intelligit fōtinalia hoc ē ſacra fontiū: de quibus ī Plautũ affatim ſcripſimus. O dolor. Hylę rapti. O dulces. Appetit: quę ſibi in uita cara fuerunt. Rapuerunt uincula. Soluerunt retinacula. Oenides. Meleager. Luet. Patietur hęc incommoda. Aderunt. Fauebunt. Tua. irata. Numina. Pręſagit mortem Herculis poſtq̃ deorũ numerũ implebit. Sęuę matri. Herculis numen in perniciē matris Meleagri illā impellet i facinus ut combuſto ligno filii fatũ intentet. Sęuę. Ouid. Incipit eſſe tamē melior germana parente. de quo ſtipite ſic Ouid. viii. met. Stipes erat quem cum partus enixa iaceret Theſtias: in flāmā triplices poſuere ſorores: Staminaque impreſſo fatalia pollice nētes Tēpora dixerūt eadē ligno que tibi que O modo nate damus. In duris. Difficilibus. Defice. Succūbe. Talis ē illa apud Siliũ ſentētia. Talis lege deū cliuoſo tramite uitę per uarios preceps caſus rota uoluitur ęui. Cœlo aderis. Fies deus exuta in Oeta mōte mortalitate. Ferent. Suſtinebunt. Amoris. Mei. Viſu fruētē. Cui nocte cōceſſum eſt Herculē uidere tantũ nō tāgere. Ille. Hercules. Conamina dextrę. Manũ conātē amplecti. Hebet. Languet. Refuga. Amplexũ refugiēte. Eluditur, Subterfugit. Rumpere. Rumpebat: immittebat. Spes mœſta. Sperabat Hercules apprehendere poſſe: deinde cũ nō amplecti poterat mœrebat: unde ſpes mœſta dicit. Vano actu. irrito conatu: eludēte ſpē mœſti amatoris. Fluctus ab undiſoni. Comparatio Herculis conātis amplecti Hylā cū Alcyone: cuius nidus abripit a fluuio cũ pullis: illa uero fouere filios inſtat: et inſiſtere nido: donec hauriť a torrēte nidus cũ pullis: et illa inſiſtēs alis euolat: et ī aerē refugit. Vndis. Maritimo fluctu allatrati atque percuſſi. Crepidine. Abrupta aſperitatē: unde crepidinoſum montē ac ſcopulũ dicimus. Maro libro. xi Forte ratis celſi cōiūcta crepidine ſaxi. Alcyonis. Auis ē: quę nidulat quo tpe quieſcunt fluctus: unde pro quiete et ocio a Plauto dictũ ē. Alcedonia ſunt circa forũ. It ſup. Supuolat. Ferāt. Agāt nidũ undę. Icta. Ordo. Donec domus icta fatiſcit aquis. per domũ intelligit nidũ alcyoniũ. Fatiſcit. aperitur et ſcinditur. Hauſta. Abſorpta. Dolēs. Se non poſſe ſubuenire pullis.

Stanſque ſuper charum talis caput edere uoces.
Quid pater in uanos abſumis tempora queſtus?
Hoc nemus: hæc fatis mihi iã domus improba: quo
Nympha rapit ſæuæ monitu Iunonis in amnes. (me
Nunc iouis acceſſus etiam mihi lumina cœli
Cōciliat: iungitque preces et fontis honores.
O dolor: o dulces quas geſſimus ante pharetras.
Iam ſocij lætis rapuerunt uincula uentis.
Hortator poſtquam furiis: et uoce nefanda
Impulit Oenides. iterum cum gente domoque
Iſta luet: ſæuæque aderunt tua numina matri.
Surge age. et in duris haud unquam defice. cœlo
Mox aderis: teque aſtra ferent. tu ſemper amoris
Sis memor: et chari comitis ne abſcedat imago.
Talibus orantem dictis uiſuque fruentem
Ille ultro petit: et uacuis amplexibus inſtat:
Languentiſque mouet fruſtra conamina dextræ.
Corpus hebet ſomno: refugaque eluditur umbra.
Tum lachrymis: tũ uoce ſequi: tũ rumpere queſtus:
Cum ſopor et uano ſpes mœſta reſoluitur actu.
Fluctus ab undiſoni ceu forte crepidine ſaxi
Cum rapit Halcyonis miſeræ fetumque laremque:
It ſuper ægra parens queriturque tumentibus undis.
Certa ſequi quocunque ferant audetque pauetque:
Icta fatiſcit aquis donec domus: hauſtaque fluctu eſt.
Illa dolens uocem dedit: et ſe ſuſtulit alis.

Cęruleę ueſtes.
Honores.
Fontinalia
Torris Meleagri.
Conamina.
Alcyone.
Crepido.
Crepidinoſum.

Somni. Herculei. Mœſtus. Mœrebat quoniã potiri re deſiderata nõ poterat. Labor. Fruſtra laborabat Hercules dormiẽs. Mirabere. Et mirãdo imitabere. Priores pp admirationem philoſophari cœperũt ut inquit Ariſtoteles. Relegit. Reuertit̃ per eaſdẽ uias. Iuno. Semp offerẽs noua monſtra. Valerius. viii. Egreſſi relegũt campos: et fluminis ora ſumma petunt. Ferat. Monſtrũ latura ſit. Iras. Monſtra per irã domãda. Pręcipites. Celeriter nauigantes. Tacitũ. Tacite uel tacitũ nomen pro nõ nocatũ. Relinq ſe a ſociis: quod ẽ ꝓditionis. Tyrãni. equos pro liberata Heſione ꝓmiſerat Laomedon. In quẽ aliũ. In quẽ aliũ Herculẽ differs Prometheũ liberãdũ: quaſi dicat. Si omittis hãc occaſionẽ quis ſoluere poterit? Caucaſeũ. Prometheũ religatũ i caucaſo: de quo Martialis. Qualiter in ſcythica religatus rupe Prometheus Aſſiduã nimio pectore pauit auẽ. Malorũ. qđ in mortaliũ uſum ignem e cœlo ſuſtulit. Montes. Orant. Feſſa. Boatu Herculeo lacerata. Ignis. Quem in ferula cõſeruatũ: cœlitus ad hoies detulit. Defenſa Silẽtia. Hoc aliĩ: ut Seruius vi. ęn. ad Siſyphũ referũt: quẽ torſit Iupiter qđ meſę deorũ colloquia publicauit. Varię ſunt fabularum ambages. Dixit ubi. Sẽſus et ordo. Vt cũ primũ dixit. i. dicere cœpit Prometheus et proclamare inter roſtra uulturis: et fatigat ſuo gemitu Iouẽ: cõgeminãt amnes: rupeſq; fragorẽ. Dixit igit̃ ubi. i. cũ cœpit ducere. E ſcopulis. Ex montibus editiſſimis. Media inter pabula. Dum eius cor laceratur a uulture. Vulturis. Quidã aquilã dicunt. Fatigat. Vociferat̃ ut Iupiter fatigatus clamoribus ignoſcat. Retegens. Denudãs ac exerẽs. Ambuſta. Lęſa. Frigus pręſertim caucaſi mõtis gelidiſſimi adurit. Lumina. oculos. Cõgeminãt. Echo reſonat. Fragorẽ. Strepitũ. Ales dei. Vultur uel agla impoſita a Ioue: cui dicata eſt. Iapetus. Pater Promethei: a quo Iapetionides et iapetioniades: cui alludit his Ouid. Quẽ ſatus iapeto miſtã fluuialibus undis Finxit in effigiẽ moderãtum cuncta deorũ. Grauis. Grauiter ploratũ filii ferẽs. Orãtem. Iapetũ pro filio procul inclamat ne ęgre ferat ultionẽ iouis i filiũ ſuũ. Ille. Iupiter poſq̃ ꝓces Latonę et Dianę audiuit obtemperauit et Herculem ad ſoluendum Prometheum miſit.

Prometheus caucaſeus.

Iapetus. Iapetioniades.

Haud aliter ſomni mœſtus labor. exilit amens:
Effuſiſq; genas lachrymis rigat. ibimus inquit:
Solus et hos montes: deſertaq; luſtra tenebis
Chare puer, nec res ultra mirabere noſtras.
Hæc fatus, relegitq; uias: et uallibus exit:
Incertus quid Iuno ferat: quas apparet iras.
Nec minus et ſocios cernit procul æquore ferri
Præcipites tacitumq; pudet potuiſſe relinqui.
Iamq; iter ad teucros, atq; hoſpita mœnia Troiæ
Flexerat iliaci repetens promiſſa tyranni.
Cum mœſto Latona ſimul: Dianaq; uultu.
Ante Iouem ſtetit: et ſupplex ſicfatur Apollo.
In quem alium Alciden, in quæ iam tẽpora differs
Caucaſeum rex magne ſenem? nullum ne malorum
Finem adeo pœnæ ꝑ dabis? te cuncta precatur
Gens hominũ: atq; ipſi iam te pater optime mõtes:
Feſſaq; cum ſiluis orant iuga. ſat tibi furtum
Ignis: et æthereæ defenſa ſilentia menſæ.
Dixit ubi e ſcopulis media inter pabula diri
Vulturis ipſe etiam gemitu, mœſtaq; fatigat
Voce Iouem, ſæuis releuans ambuſta pruinis
Lumina: congeminant amnes, rupeſq; fragorem
Caucaſeæ. ſtupet ipſe dei clamoribus ales:
Tunc etiam ſuperas Acheronte auditus ad arces
Iapetus grauis: orantem proclamat Erinnys.
Reſpiciens celſi legem Iouis. ille dearum
Fletibus, et magno Phœbi commotus honore:
Velocem roſeis demittit nubibus irim.
I phrygas Alcides, et Troiæ differat arma:
Nunc ait eripiat diræ titana uolucri.
Diua uolat, defertq; uiro celeranda parentis
Imperia: atq; alacrem lætis hortatibus implet.
Iam Minyæ mediis claræ per ſidera noctis

Dearũ. Latonę et Dianę. Honore. Reſpectu amã altera erat Phœbi ſoror: altera mater. I. uade iris et herculẽ iube i aliud tps differre phrygas. et bella troię. Alcides. et iube ut alcides differat phrygas et arma troię. Phrygas. Bellũ i Laomedontẽ phrygiũ. Arma Troię. Bella i troiã. Eripiat. liberat. Titana. ꝓmetheũ Titane gigãte Iapeto natũ. Volucri. Vulturi uel aglę i defeſſo roſtro pectus eius abſumẽti. Diua. Iris. Viro. Herculi. Parẽt. Iouis genitoris Herculis. Celerãda. Accelerãda: q̃ hercules accelerare debet. Alacrẽ. Velocẽ. quaſi alis acrẽ interpretat̃ grãmaticorũ ꝑpoſtera curioſitas.

Voluũt. Tractãt:uolutãt: Colloquunť. Thracius ſacerdos. Orpheus uates. Sacerdotes poetę dicebãtur et uates a ui mẽtis diuinę. Maro. Quiq; pii uates: et phœbo digna locuti. Nomothetę hoc eſt legum cõditores ſacerdotes appellati auctoribus iuriſperitiſſimis. E puppe ſumma. Tanq̃ in roſtris et pulpito unde ab oibus audireť. Solãs fata deũ. Cõſolãs argonautas et adhortãs ut ęquanimiter fata deorum ferãt. Scribit Orpheus in ludis funebribus Cyzici ſe cantaſſe: et munera ab Iaſone recepiſſe coronam floreã: et intextos auro cothurnos. Nomothetę.

Fluctibus intulerant placido caua lintea curſu:
Multaq; deſerto memores ſuper Hercule uoluunt:
Thracius at ſummi: ſocios e puppe ſacerdos
Fata deum: et miſeræ ſolans incommoda uitæ:
Securum Minyis agit et medicabile carmen.
Quo ſimul aſſumpta pulſus fide luctus: et iræ.
Et labor: et dulces cedunt e pectore nati.
Interea magni iam iam ſubeuntibus aſtris
Oceani genitale caput: titania frenis
Antra ſonant. ſol auricomus urgentibus horis
Multifidum iubar: et biſſeno ſydere textam
Loricam induitur. ligat hanc qui nubila contra
Balteus undantem uariat mortalibus arcum.
Inde ſuper terras: et Eoi cornua montis
Emicuit: traxitq; diem candentibus undis:
Et Minyas uiſo liquerunt flamina Phœbo.

Securũ. Semouẽs curas et abſtergens. Eſt.n. muſica curarũ leuamẽtum. Neronis cibarã nõ improbat Apollonius Tyaneus: ut quę dabat iterualla ſęuitię: neronianęq; carnificinę. Medicabile. Medicãs. uim hic habet agẽtis: ut apud Maronem penetrabile frigus. medicabile carmen appellat id quod laborẽ tollit. In muſicã Medicabile.

Quo ſimul. Scribe ex fideliſſimis exemplaribꝫ. Quod ſimul adſumpta pulſum fide. Hoc ſenſu. Quod carmen ubi pulſum ẽ.i. pulſando lyrã modulatũ: aſſumpta fide aſſumpta et accepta cythara. Fides chordas: quas auctore Gelio priſci neruias appellauere. Luctus. Cedit. Tale fuit nepenthes Helenę auctore Philoſtrato: quod oẽs tollebat curas. Irę. cedũt. Dulces nati. Cadũt ex aio memorię dulciũ filiorum. Interea. Ortus diei deſcribiť quãdo ſidera relicto cœlo ſubeunt oceanũ: ubi ſtabulari dicunť: et nox cedit diei. Geniale. Res omnes generans. Iuxta ſententiam Fides. Neruię. Nepẽthes. Aqua principium.

Thaletis qui dixit aquam eſſe principium rerum: in quam ſententiam prolatum illud eſt a Marone. Oceanumq; patrẽ rerũ. Titania. Solaria. Frenis. Quos horas iubet equis imponere. Sol. oriente mox die ſol induit loricã duodenis ſideribus intextã: quo ſit cõſpectiõr. Auricomus. Habẽs comas ideſt radios aureos. Vrgẽtibus. Inclinãtibus in diẽ ex nocte. Cęterũ priſci codices habẽt urgẽtibus. Hoc ẽ impellẽtibus: quoniã horę ad frena ſolis pręminiſtrãt: uel Ouidio teſte lib. ii. met. Iungere equos Titan uelocibus imperat horis. Et. Iuſſa deę celeres peragunt. Ignẽq; uomẽtes Ambroſię ſucco ſaturos pręſepibus altis Quadrupedes ducũt: addũtq; ſonãtia frena. nec te moueat qđ auricomus habet ultimã correptã quoniã uel iambus ẽ in carmine uel ſequiť grãmaticos antiquos: qui ultimã dictionis ſyllabam indifferẽtẽ cẽſuerũt: quod uel illo Virgiliano patet. Inualidus et ãq; tremẽs: etiã inſcius ęui: quod in lucretianis commentariis a nobis affatim tractatum eſt. Lorica ſolis. Auricomꝰ. Horę ad frena ſolis

Multifidũ. In diuerſas partẽs fiſſum: ut quadrifidum in quatuor. bifidum in duas. Orbis et lumen ſolis multifidũ appellať qđ radii in diuerſum trãſuolant ac emicãt. Biſſeno ſidere. Duodecim ſideribus quę ſunt ſigna zodiaci ut leo: cancer: uirgo et reliqua. de quibus Maro. Per duodena regit mũdi ſol aureus aſtra. Hãc. Loricã induit Iris. Baltheus. Zodiacus uel arcus. Fingit irim mille coloribꝫ pręditã ligare loricã ſoli. E re phyſica natũ puerbiũ. Nã arcus fit ſole cauã nubẽ irradiãte ex aduerſo. Propterea Maro canit. Mille trahit uarios aduerſo ſole colores. Eſt.n. Baltheus ſolis Iris quoniã cœlũ obliquo ambitu cingit. Vndãtẽ. Coruſcãtẽ. Cornua. Cacumina: uerticẽ. Traxit. Secũ duxit. Flamina. Venti appetẽte Phœbo. i. die nauigationem reliquerũt. Bebrycii. Bebryces ſunt populi Bithynię. aliqui bebrycas incoluiſſe loca Magneſię et Epheſi. Charon uero ait lampſacenorũ regionem prius bebryciã uocatã ab habitãtibus ipſam bebrycibus: apud quos regnauit Amycus pugillatu cœſtibusq; prępollens: de quo ſic Rhodius Apollonius libro ſecũdo. Multifidũ. Iris coſmeta ſolis. Baltheus. Bebryces. Amycus.

Ἐντά δὲ ἔσαν σταϑμοί τε βοῶν: αὐλίς τ' ἀμύκοιο
βεβρύκων βασιλῆος ἀγήνορος: ὅν ποτε νύμφη
τίκτε ποσειδάωνι. γενεϑλίῳ εὐνηϑεῖσα
βιϑυνίσ μελίη. Et quę ſequunť. i. illo litore boues ſolis et aula Amyci Bebrycũ regis ſupbi: quẽ quondã nympha peperit Neptuno genitori concumbens Melie Bithynis: ſuperbiſſimum hominũ: quẽ hoſpitibus indecentẽ morem impoſuiſſe ferunt: ut nullus illinc abſcederet quin ſecum Pygmachia. i. pugillatu contenderet: quę res maximam circũcirca habitantibus cladem intulit.

Pandunt. Ape:iunt:oſtendunt. Nō inuida. Nō maligna:ſed larga et rēſpondēs. Regis fatis. qđ erat,rex eorū Amycus inuictus:uel qđ erat Neptūni filius. Cinxere. Bebryces. Hyberna. Et cōſequēter tempeſtatis ac procellarū plena. Seruāt. Obſeruāt ac diligēter attēdūt. Sicubi. Si in aliquo loco. Aduertet pabula. Aduehat tibi O Polypheme cibos hoc eſt hoīes quos tu uorando tibi facis

Curſare. cibos. nam Polyphemus aduenīētes comedebat. Curſant. Frequēter currēdo luſtrāt. Regi. Amyco. Ea Neptūno. Sēſus eſt. Corpora quę trahebat Amycus ſcopulo deuoluebat:ſi corpora erāt plebeia et deſpecta. Sin aūt heroicā formā referebant:reſeruabat:ac ſecū cęſtu cōtēdere cogebat. Trux. Amycus.

Proxima Bebrycii panduntur littora regni:
Pingue ſolum:et duris regio non inuida tauris.
Rex Amycus. regis fatis et numine freti
Non maris cinxere domos: non fœdera legum
Vlla colunt,placidas aut intra tenentia mentes.
Quales ætnæis rabidi cyclopes in antris
Nocte ſub hyberna ſeruant freta,ſicubi ſæuis
Aduectet ratis acta notis:tibi pabula dira
Et miſeras Polypheme dapes ſic undiq; in omnes
Proſpiciunt curſantq; uias,qui corpora regi
Capta trahant. ea Neptuno trux ipſe parenti
Sacrifici pro rupe iugi:media æquora ſupra
Torquet agens,ni forma uiris præſtantior adſit.
Tum legere arma iubet:ſumptiſq; occurrere contra
Cæſtibus. hæc miſeri ſors eſt æquiſſima leti.
Huc ubi deuectam Neptunus gurgite puppem
Senſit,et extremum nati proſpexit in oras:
Et quondam lætos domini certamine campos:
Ingemit:et tales euoluit pectore queſtus.
Infelix imas quondam mihi rapta ſub undas:
Nec potius magno Melie tum mixta tonanti
Vſq; adeo ne meam quacunq; ab origine prolem
Triſtia fata manent?ſic te olim pergere ſenſi
Iuppiter,iniuſtæ quando mihi uirginis armis
Concidit infelix,et nunc chaos implet Orion.
Nec tibi nunc uirtus,aut det fiducia noſtri
Nate animos,opibuſq; ultra nec crede paternis.
Iam iam aliæ uires,maioraq; ſanguine noſtro
Vincunt fata Iouis,potior cui cura ſuorum eſt

Pro in. Pro rupe. i rupe:ut i roſtris. In oſceno carmīe. Ambulare p ſoccis ſignificat i ſoccis:pro tribunali p i tribunali. Sacrifici iugi. in quo iugo ipſe Neptūno ſacrificabat corpora capta. Supra ęquora media. in mediū ęquor proiiciebat. Supra mare iaciebat. Torquet. Rotat ac impellit. Agēs. impellēs. Ni forma uiris. Torquet eos Amycus niſi fuerit his captiuis forma pſtantior. Quę ſi fuerit:ad pugillatū reſeruat.

Tum legere. Tūc ſi forma fuerit pręſtantior eos arma iubet eligere et una certare. Ad hāc legē immanem ac barbarā:quam Apollonius

Theſmos. θεσμὸν appellauit:ſunt qui putant

Barbarica lex. Plautū alludere in captiuis his uerbis. Barbaricis accipiere legibus.

Pro Plau. Sors. Cōditio. Eſt. Eſſe uidet Amyco: cui crudelia ęqſſima uidebant. Nati. Amyci. In oras. Bebrycię in Bithynia. Fingit poeta Neptunū ui pręſaga ac diuino numine cognoſcere filiū moriturum: acriter indoleſcere:et fatū filii miſereſcere. Puppē. Argo. Deuecta gurgite. Allapſam per mare appuliſſe litoribus bithynis. Extremum proſpexit. Supremū: ultimū aſpexit. Nō. n. amplius proſpiciet.

Oras. Litora Bebrycię. Domini. Amyci. Infelix. Verba Neptūni ad Melien puellam a ſe raptā: ex qua natus eſt Amycus. O Melie inquit cur non potius tecū cōcubuit Iupiter:a quo ſatus Amycus nō uinceretur a filio iouis polluce:ſed illū

Monſtroſi filii neptōni. potius uinceret. Melie. Salutatiuus caſus. Meam prolem. Filios meos:monſtra et temerarios homines antiqui Neptūni filios appellarūt. Quare Plautus in Pyrgopolynice uaſtum hominem deſcripturus arcadium Neptūni filium commentus eſt. Triſtia. Lugubria:mali euentus. Iuppiter. Apoſtropha dolore plena ad Iouem. O Iupiter inquit ita te ſenſi pergere ac ſequi propoſitum tuum:cum permiſiſti Orionem filium meū occidi:

Virginis. Dianę. Armis. Sagittis. Iniuſtę. Quoniā ęmulatione uenandi interfecit:nō aliquo ſuo ſcelere. Oppreſſit uirtutem pręſtantiorem inuidia ſimulata. Chaon. Scribendum ex codicibus antiquis chaos:hoc eſt inferos. Virtus. Tua. Alloquitur Orionem ut non uirtute ſua tollat animos:aut criſtas erigat:quoniam Neptūni filii cędunt iouis filiis. Paternis opibus. Auxilio Neptūni. Alię uires. Iouis. Cōceſſę a Ioue pollici. Cui. Ioui. Potior. Maior. Attentior. Cura ſuorum. Qui magis ſuos curat q̄ alienos. iuxta illud prouerbium. Tunica pallio propior eſt.

Ideo. Quãuis cognouerim filio meo nociturã: q̃m iuſſu Iouis nauigabat. Tumidis uentis. Procellis erectis a tumore uentorum. Auertere. Abducere a litore tuo. Reges. Argonautas. Preme. Pelle. Dure. Inflexibilis fili: in una ſemper carnificina perſeuerans hoſpitum. Secũdos. Fauorabiles et dis omnibus acceptos. quaſi dicat. da operã ne appellãt minyę litori tuo: cui ſi appellent de te actũ eſt. Abſtulit. Neptũnus alio uertit. Inde. A bebrycia. Sanguineo. Quo ſanguinem filii effundendum breui ſignificauit. Ante monet ſemp deus futura mala. Terras. Litora. Alluit. Lauit: inundauit.

Atq; ideo neq; ego hanc tumidis auertere uentis
Tentaui: tenui ue ratem: nec iam mora morti
Hinc erit ulla tuæ. reges preme dure ſecundos.
Abſtulit inde oculos: natumq; et triſtia linquens
Prælia: ſanguineo terras pater abluit æſtu.
Principio fluuios: gentemq; et littora ductor
Explorare iubet. Paulumq; egreſſus Echion
Inuenit obſcura gemitus in ualle trahentem
Clam iuuenem: et cæſi mœrentem nomen amici.
Ille uirum ut contra uenientem: umbrataq; uidit
Tempora: Parrhaſio patris de more galero:
Paciferæq; manu nequicquam inſignia uirgæ:
Heu fuge ait certo quicunq; es perdite paſſu:
Dum datur: obſtupuit uiſu nonacria proles:
Quid ferat admirans. poſt quam remeare monentem
Ocyus: et dictis perſtantem cernit in iiſdem:
Abripit: et ſociis quæ ſint ea promere cogit.
Ille manum tendens: non hæc ait hoſpita nobis
Terra uiri. non hic ullos reuerentia ritus
Pectora mors habitat: ſæuæq; hoc littore pugnæ.
Iam ueniet diros amycus qui tollere cæſtus
Imperet: et uaſto qui uertice nubila pulſet.
Talis in aduectos Neptuni credita proles
Aeternum furit: atq; æquæ uirtutis egentes
Ceu ſuperum ſegnes ad iniqua altaria tauros
Conſtituit tandem ut miſero lauet arma cerebro.

Aeſtu. Reciprocatione maris, maritimi fluxus et refluxus dicũtę ęſtus ac ęſtuaria. Principio. Iaſon cũ litus Bebryciũ appulit ſtatim more boni ducis mittit exploratũ litora. Ductor. Iaſon. Iuuenẽ. Amicum Otrei: quem interpres Apollonii Priolaũ uocat. Cęſi. Interfecti. Amici. Quẽ unice diligebat. Alii fratrem fuiſſe dicunt. Lycus et Otreus filii regis Meryãdinorum. Virum. Echiona. Parrhaſio. Arcadico. Patris. Mercurii. Nã Mercurius pileatus petaſatuſq; fingitur. Quare a Papinio dictum eſt. Et temperat aſtra galero. Paciferę uirgę. Oliuę: quę eſt ſymbolon hoc eſt inſigne pacis. Nequicq̃. Fruſtra ferebat oliuã Echion: quoniam Amycus pacem nullam nouerat. Ait. Lycus. Perdite. Inſaniſſime qui in manifeſtariũ ruis excidiũ. Vel qui te perdis ulterius procedẽdo. Dum datur. Dum licet: dum facultas eſt reuertere. Nonacria. Arcadica. a patre Mercurio arcade. Nonacris inquit Stephanus ciuitas Arcadię. Rhianus in Eliacorũ primo. Gẽtile nonacrites: et per pleonaſmon nonacriates Mercurius Lycophron. νωνακριάτης τρικέφαλος φαιδρὸς θεός. Fœmininũ nonacriatis. et νωνακρινὸς dicitur apud Ariſtophanẽ. Latini nonacrium et nonacrinum dicũt. Admirãs. Echion. Quid ferat. Quid nunciet lycus: qui iuſſit eum remeare. Poſtquam. Senſus. Poſtquã iubet iuuenis Timas nomine Echionem ſępe ac ſępe retrocedere: incertus Echion quid ille ſibi uelet: abripit: et iubet Otreũ abruptũ ad Iaſonẽ ferri. Ordo. Poſq̃ cernit Echion Otreũ monẽtem remearet ocyus et pſtãtẽ in iiſdẽ dictis. Monẽtẽ. Otreũ nõ ocyus monẽtẽ. Sed ocyus remeare. Perſtantem. Perſeuerantẽ. In hiſdẽ dictis. In eadẽ uerba ut remearet. Abripit. Inuadit Echion Otreũ et illinc aufert. Sociis. Iaſoni: et Minyis. Ea. Quę monebat Otreus. Promere. Explicare. Ille. Otreus. Hęc terra. Bebrycia. Hoſpita. Hoſpitalis et amica. Non hic. Hic non habitant deorũ aut legũ reuerentes. Pectora. Animi humani. Talis. tam Barbarus: efferus: tam ſtaturoſus. Abductos. In appellentes litori ſuo: uel ſimpliciter in peregrinos huc aduenientes. Neptũni. Amycus qui ſe Neptũni filium credit. Aequę uirtutis egentes. Et furit in eos qui ſunt uirtute ęquales. Vel quę ẽ interpretatio potior ęque. i. qui iniquo Marte ſecum decertant: uel indigni ſunt ſecum certare: cõſtituit ad altaria ut tauros et immolat Neptũno. Segnes. Non tauros ſegnes: ſed captiuos ſegnes. Iniqua. Fera: ſanguinaris ut quę humana cęde gauderet. Tandem. Poſtquam mille modis illos male habuit.

Lauet arma. cęſtus madefaciat. et humano ſanguine polluat: temeret: conſceleret: quę opera quadrant proli neptũnię: quę ſemper immanis ac effera fingitur a poetis.

Priolaus. Lycus. Otreus. Mercurius Pileatus. Nonacris. Nonacrites. Nonacriates. Nonacrinum. Timas.

Conſulite. Prouidete uobis:et fugā capeſſite. Medium. Inter mortē et fugam. Tempus. Occaſionem. Fruſtra. Nec debetis fruſtra et ſine cauſa huic monſtro uelle concurrere:in quo effugiendo ſpes maxima uictorię eſt. Voluptas. Eſt. Nulla uoluptas eſt hoc monſtrum uidere horrēdum ac tetrū.

Populares regibus meliores.

Bebryx. Amycus:ac popularis Amyci. Regens. Scribo gerens. Melior. Sententia catholica. Semper populares regibus ſuis ſunt meliores. Hoſtis. An uenis hoſtis. Et tua. Et ſi tua alienigena uel hoſtis Amyci:cur te adhuc eſt paſſus uiuere gigas ille immanis ac efferus. Nomen. Magna amoris expreſſio qua ſe affici Lyco plurimum fatetur. Dulcis eſt ſuorū memoria : pſertim intime cognitorū. Ille dicit̄ ſequi nomen alterius:qui ad illius famā erigitur:et cuius ueſtigia ſequitur. Numen. Annominatio iucundiſſima:qua nō tantū famigeratū ac celebrē uocat otreū: ſed deum in humano corpore hoſpitatum.

Vnanimus

Vnanimi. Amici concordis ac indiuidui. Vnanimi ꝑ unanimis. In actus. Qui ad geſta magnanima ſemper erat:ut uos eſtis: accinctus. Heſionā. Ibat deſpōſatum Heſionam de qua ſupra.

Gaudia. Primam noctem quę ē plena nectaris ut inquit Donatus.

Hic. Otreus. Stetit cōtra Amycum. Pugnauit contra Amycum.

Iuſſus. Pugnare quocunque modo uel inſidiis paleſtricis aut potius arte: ut mox fecit Pollux.

Ego. Amore me urgente ad prima ſubeunda diſcrimina. Palmas. Manus et brachia. Implicui. Innodaui cęſtibus. Ora leuātis. Ordo. Fudit frōtē fulminea dextra eius uix leuātis procul ora prima. Vix eleuauit ora primo cōgreſſu cum ſtatim fuit oppreſſus. Fudit frontem. Confudit:rupit ſinciput. Dextra fulminea. Manu bellicoſa et forti imitante fulmen.

Diſiecta lumina. Oculos cū frōte in diuerſam partē iactos et excuſſos. Letho. Morte. Dignatus. Dignum duxit. Non enim cum quocunq; congrediebatur.

Conſulite:atq; fugæ medium ne temnite tempus.
Nanq; iſti fruſtra quis nam concurrere monſtro
Audeat?et quæ nam talem uidiſſe uoluptas?
Ductor ad hæc .bebryx ne uenis:diuerſaq; regi
Corda regens?melior uulgi nam ſæpe uoluntas.
Hoſtis an externis fato delatus ab oris?
Et tua cur Amycus cæſtu non dum obruit ora?
Nomen ait prædulce mihi:numenq; ſecutus
Otreos unanimi: decus ille et læta ſuorum
Gloria:nec ueſtros comes aſpernandus in actus:
Heſionam et phrygiæ peteret cum gaudia nuptæ:
Hic amycum contra iuſſus ſtetit.atq; ego palmas
Implicui.ſed prima procul uix dum ora leuantis
Fulminea frontem dextra :diſiectaq; fudit
Lumina:me nunquam leto dignatus et armis.
Sed lachrymis potius:luctuq; abſumor inerti.
Spes tamen his fando ſi nuncius extitit oris:
Et mariandynum patrias penetrauit ad urbes:
Vnde genus fraterq; uiro ſed et ille quierit
Oro:nec a uanis cladem Lycus augeat armis.
Hec ubi nonulla iuuenis formidine moti
Accipiunt:dolet et dura ſic pergere mente
Terga ſequi properoſq; iubet coniungere greſſus.

Potius. Non meritus ſum mortem : ſed perpetuas lachrymas. Inerti. Deſide ac ueternoſo.

Spes tamen. Subintellige eſt. Senſus eſt. Niſi periimus omnes funditus:et ſi nuntius penetrauit ad Maryandinos:ſperamus affuturum fratrem Lycum: qui Otreum mortuum ulciſcetur:ſed melius erit quieſcere:quoniam ſpes nulla ſalutis eſt:ſi ſi cum Amyco congrediuntur. Fando. Qui uel uerbo tenus iſta nuntiauerit apud populos dilectores Otrei regis. His oris. Ex his regionibus penetrauerit ad maryandinos. Maryandinum. Maryandinorum. Maryandini populi Paphlagonibus propinqui.

Viro. Otreo. ſubintellige eſt. Ille. Lycus frater ne mortem inueniat rogo quieſcat:nec bella bellis ferat. Quierit. Quieuerit rogo. Oro nec a uanis. Scribendum ex priſcis exemplaribus. Oro:nec uanis. Oro non Lycus arma uana moueat:ac nihil profutura. Cladem augeat. Addendo mortem ſuam morti fraternę. Hęc. Verba. Vbi. Poſtquam. Iuuenis. Timantis generoſi qui nulla formidine mouebatur. Dolet. Iaſonem perſeuerare in propoſito adeūdi Amycū monſtrum merum. Videbatur ęgreferre Timas qd Iaſon contra Amycum confligere tentaret. Sic. Obſtinate. Non ulla qd nulla cum formidine loquebatur:ſed audacter:ſignum erat illum uera loqui. Pergere. Perſequi. Dura. Tenaci ac propoſiti memore. Iubet. Iaſon. Terga ſequi. Iuuenem maryandinum.

Properos. Citos ac celeres. ne monſtro bebrycio pœnaliter afficiatur:qui tantum crudelitate gaudet et heroum ſanguine fuſo:ſpem a pręteritis uictoriis accipiens.

Littore. Topographia. deſcribit ſpeluncam quādā immanē: formidoloſam: ubi Amyco mortuorū cadauera uiſebant tetro ſpectaculo: ac horrēdo theatro. Super. Deſuper. in dorſo ſpelūcę arbores erant locum denſis frondibus obumbrantes. Dorſo minanti. Eleuato ac educto. Dona deum. Solē: afflatum uentorū: Trahat. Hauriat ac recipiat. Locus ſentus ac ſitu ſquallidus. Aetheris ignem. Sidera: lumina. Sonitu tremebunda. Propter ſonum et mugitum hominū iugulatorū ſpelunca concuſſa uidebatur intremere: pręſertim cū cęſtu certabat cū hoſpitibus immanis ille gigas prope ſpeloncam.

Littorē in extremo ſpelunca apparuit ingens
Arboribus ſuper: et dorſo contecta minanti:
Non quæ dona deum: non quæ trahat ætheris ignē.
Infelix domus: et ſonitu tremebunda profundi
Vt uarii pro rupe metus: hinc trunca rotatis
Brachia rapta uiris: ſtrictoq; immortua cæſtu:
Oſſaq; tetra ſitu: capitum mœſtiſſimus ordo.
Reſpicias quibus aduerſo ſub uulnere nulla
Iam facies. nec nomen erat: media ipſius arma
Sacra metu: magniq; aris impoſta parentis.
Hoſpitis hic primum monitus rediere Timantis:
Et pauor et monſtri ſubiit abſentis imago.
Atq; oculos cuncti inter ſe tenuere ſilentis
Donec ſydereo Pollux interritus ore:
Te tamen hac (quicunq; es) ait formidine faxo
Iam tua ſilua ferat: modo ſint tibi ſanguis et artus.
Omnibus idem animus forti decernere pugna:
Exoptantq; uirum: contraq; occurrere poſcunt.
Qualiter ignotis ſpumantem funditus amnem

Vt uarii. Prout euomebant profundi ac uarii metus: ita ſpelūca reboabat. Poſſumus legere cōmodius Et uarii. Metus. Voces ac ſtridores meticuloſi. Pro rupe. Vel quī metus fiebat in rupe: ex quo homo deuolutus in mare uaſtum ac immane boabat. Pro ſignificat in. Hinc. Ex hac parte uiſebant membra trūca. Rotatis. Per uim auulſa cęſtuū nodo: uel dum miſeros rotat: inter rotandum membra cōuellebat. Stricto. Incuſſo. uibrato. Immortua. In illo ꝑlio mortua. affirmat in. Ordo. Subintellige erat. Situ. Illuuie: ſquallore. Reſpicias. ſi reſpicias. ut illud Satyri. In cœlum iuſſeris. Ibit. Ordo. quibus ſi reſpicias nulla facies erat. Quibus. Cōfectis. Aduerſo ſub uulnere. cum quis nō timet pugnat aduerſa facie. Cū uero timet cedendo excipit uulnera. Nemo unquam cum Amyco pugnauit aduerſus. Nulla facies. Sub eorum uulneribus nulla facies erat: ideo crudeliter et ferociter infligebat uulnera: ut omnia diſſiparet oſſa: nulla remanente forma. Nomen. Proprii noīs expreſſio et ſignificatio. non eorū propriū nomē cognoſcebat ex oris deformitate colliſi. Nec dicere poteramus. Hic eſt Alexander: hic Ianus. hic Ptolemęus: quippe nullis apparentibus lineis. Media. In meditullio illius ſpeluncę poſita. Sacra. Conſecrata: inuiolabilia: intacta. Metu. Qd nemo audebat ulterius cum eo congredi.

Immortua

Pro Iuue.

Hoſpitis. Qui ab Amyco ſuſceptus erat hoſpitio. uel qui apud minyas nō pro captiuo: ſed pro hoſpite ſeruabatur. quoniā infra leges. Hęc mea uiſat hoſpitia. Monitus. Admonitiones ut crudele litus fugerent: et horrendū monſtrum. Rediere. Remanere: et in memoriā rediere uiſa ſpelunca et cadauera. Tymantis. Tymas homunculus ille dicebatur qui ſequutus fuerat Otreū amicum occiſum ab Amyco. Monſtri. Amyci monſtroſi. Subiit imago. Recordatus eſt imaginis. Venit in mētem ſimulacrum et ſpectrum Amyci. domus horrenda horrendū dominū indicabat. Eſt Iambus. Cuncti ſilentes. Ex admiratione nō metu: qui nō in tam altaq; heroicaſq; mentes cadebat. Te tamen. Senſus eſt. Quicūq; fueris O gigas: tam inhumane tractas hoſpites faciam ut tua ſilua: in qua occidis aduenas te ferat proſtratum et mortuum ſuſtineat. uel auferat tecum tua formidine. Faxo. Faciam. Tua ſilua. In qua uictimas et iugulas hoſpites. Fera. Suſtineat te mortuum: et tecum formidinem quam soles incutere: poſſumus quoq; interpretari ferat. i. auferat plenum formidinis. Iam tu timere incipies: uel te cum tua formidine auferet ſilua. Verba cōtemnentis Amycum. uel ferat. i. mortuum ſuſtinebit. Artus. Modo uimbra humana ſint tibi. Decernere. Pugnare. Virum. Amycum animis reuirentibus. Occurrere. Venienti ire obuiam. non ſolum animo forti expectare. Poſcunt. Cum deſiderio petunt. Qualiter ignotis ſpumantem funditus amnem Pandit iter. Vel nullus ex his uerbis ſenſus elici poteſt uel inſulſus. Conſtat apud omnes hanc eſſe mentem auctoris. Quemadmodum turbato grege: et tranſire fluuium non audente: ſi forte uiſum ab eo fuerit unum ex illis animantibus pertranſiens: omnes æmulatione ductę animantes: ſe committunt aquę: quam prius formidabant. perinde cum pauerent omnes: uiſa uirtute Pollucis Amycum prouocantis: ęmula uirtus ad certamen accingitur. Et ita exponunt. Qualiter pandit iter funditus amnem ſpumantem ignotis: pecoribus uidelicet: quę norant illum: et illius βαθος hoc eſt profunditatem: ut iter ſit caſus rectius: ſic habent codices omnes inuulgati.

Tymas.

Domo horrenda dominum inducat.

Pandit iter. mox omne pecus formidine pulſa
Pone ſubit: iamq́ et mediis præcedit ab undis:
At procul e ſiluis ſeſe gregibuſq́ ferebat
Sæuus in antra gigas, quem nec ſua turba tuendo
It tanti ſecura metus, mortalia nuſquam
Signa manent. inſtar ſcopuli: qui montibus altis
Summus abit, longeq́ iugo ſtat ſolus ab omni.
Deuolat inde furens. nec qua uia: cur ue profecti:
Nec genus ante rogat: ſed tali protonat ira.
Incipite O iuuenes. et enim fiducia credo
Huc tulit: auditas et ſponte laceſſitis oras:
Sin errore uiæ: nec dum mens gnara locorum:
Hic mihi lex cæſtus aduerſaq́ tollere contra
Brachia. ſic ingens Aſiæ plaga: quiq́ per arcton
Dexter: et in læuum pontus iacet hæc mea uiſat
Hoſpitia. hoc cuncti remeant certamine reges.
Neptuni domus: atq́ egomet neptunia proles.
Iampridem cæſtu reſides: et frigida raris
Dentibus aret humus. qui mecum fœdera iunget
Prima manu? cui dona fero? mox omnibus idem

Gnarū pro noto.

Iter. Via tranſitus alicuius pecoris. Pecus audax primū iter faciens. Ignotis. Pecoribus ignaris: qui finibus ignotis legunt latinitati magis conſulūt: quãuis Tacitus gnarā pro nota capiat: ut ignarum pro ignoto. Maro. Ignarū lautēs habet ora mimanta: pro ignoto. Loquimur tamen de uſu nō abuſu: ut ſit animal iter capeſſit per fluuiū finibus ignotis poſitū: in loco uidelicet deuio. ubi nō eſt ſolitum tranſire pecus. Ideoq́ magis formidat ad uada nota ut pecudes formidoloſę ſolēt. Probo ut legāt ignotis finibus. Fabritius Varranus Epiſcopus Camers uir gręce latineq́ doctiſſimus legebat hoc pacto. Qualiter ignotis ſpumantē finibus amnem Pan intrat. Huiuſq́ lectionis principem et auctorē citabat Aſclepium neſcioquem. Qui ſenſus eſt apertior nec minus cultus. Sed priſca: quę quidem ego legerim: exemplaria: repugnant. Pan deus pecoris pecus referens: capripes et hyrſutus cum pecora ſua timere uidet trāſitū: pręcedit: et mox totus grex uel armentū ſequitur: quale portentum Iul. Cęſarem ad trāſitū Rubiconis pręceſſit. Spumātē amnē. torrentem concitatū auctu et aquarum incremēto: de quo ab Ouidio dictum. Spumeus et feruens et ab obice ſęuior ibat. Omne pecus. caterua reliqui gregis ſequitur ſecura Pane deo pręcedente; uel audaciore pecude.

Pone

Pone ſubit. Poſt intrat et ſequitur. Maro. ii. ęn. Pone ſubit coniux. Pręcedit. Antecedit pecus: quod prius uix ſuccedebat. uel procedit legēdū. i. proſequitur antecedentem pana. Ferebat ſeſe. Veniebat a ſiluis. Sua turba. Bebrices. Tuendo. Dum tuentur illum et aſpiciunt tam immanem: tam efferum. Tanti metus. Scribendum ex codicibus uetuſtiſſimis: Taciti. i. tacite concepti. Quanquis tacite uenerentur: formidabant. Nuſquã. In nulla parte corporis. Manent. Inſunt. Signa mortalia. Aliqua humana ueſtigia. Inſtar. Amycus pręfert reprę ſentatq́ ſcopulum editum. Secura. Sine cura: imperterrita. Summus. Altus: excelſus. Abit. Refugit in cœlum. Stat. Extat eminet. Ante. Quę ſolent eſſe principia loquendi: aduenas ſalutare et cum pręfatione alloqui. Ante. In principio. Genus. Quod genus: unde domo. Protonat. Profatur magno uerborū ſtrepitu ac tumultu. Fiducia. Fidētis uiribus ac lacertis ueſtris: quos ualtis nobiſcū experiri. Huc tulit. Vos ad has oras uenire compulit. Auditas. Bebryciā auditam fama. Laceſſitis. Tentatis adire ſponte non coacti: et quodam modo prouocatis. Errore uię. Huc appuliſtis. Nec dum. Eſt particeps. Et ſi ignorando loca mens huc impulit. Sic. In hoc loco auget lex cęſtus a me impoſita. Aduerſa. Et eſt lex cęſtus erigere aduerſus uos brachia. Hic. Obſeruando hanc legē mecum pugnant aſiatici: pugnant et ſeptētrionales. Ingens dixit quoniā latiſſima eſt Aſia ſi Europę Libyęq́ comparetur. Pontus. Et totus ille pontus: totum illud mare: quod dextroſum iacet per ſeptentrionē: et in ſiniſtrum per meridiem: omneſq́ mortales horum locorum accolę ſi ad nos accedūt: ita tamen accedūt ut nobiſcum pugnare cogātur. Viſit. Inuiſit: guſtat: ſentit cum tali tamen lege. Hoſpitia. Habet emphaſin. Tanquam hoſpes uocādus ſit ille qui cędit hoſpites. Cuncti reges. Nō parcitur quidem regibus quin coguntur certare: miſcereq́ manus in paleſtra. Remeant. Retrocedunt cū pugnauerint. aliter non dat. Domus dicata Neptūno. Reſides. Ocioſos et pigros. Diu eſt qd cęſtibus non conflixi. Aret. Siccescit non madefacta ſanguine e dentibus alicuius profluente. Imitatur Amycus illam Plautinam in milite iactantiā. Nam ego hanc macheram mihi conſolari uolo ne lamētetur: ne ue animum deſpondeat: quia ſe iampridem feriatā geſtitem: quę miſera geſtiat fractum facere ex hoſtibus. Qui. Quis nam erit ille: qui primus mecum deſcendet in certamen. Fœdera. pacta belli. Nam in duellum deſcendentes certis conditionibus deſcendere ſolent. Dona. Cęſtus: quibus mecum digladietur. Omnibus. Per omnes minyas.

Honos.

Honos. Cęſtus oblatio: quod Amycus perhonoratū putabat. uel gloria certare potuiſſe cum Amyco. Fuga. Qui uincetur a me in nullas orbis partes fugere poterit: nec ſi quidē alas habuerit. Vocati. Inuocati. Rex. Subintellige eſt. Apud nos Neptūni numen tātū colit̄. Trāſcendere. Deinceps a prima naui exemplo ſumpto. Volitet. Collidat cū uelocitate. Inani. Sine nauibus. uacuo nauibus et nauigātibus. Aeacides. Peleus Calydonis alumni. Tydeus et Meleager: qui fuere Calydonii. Re

Ibit honos, fuga ſub terras: fuga nulla per auras.
Nec lachrymæ nec forte preces, ſuperi ue uocati
Pectora noſtra mouent. aliis rex Iuppiter oris.
Faxo bebrycium nequeat tranſcendere puppis
Vlla fretum: et ponto uolitet ſymplegas inani.
Talia dicta dabat: cum protinus aſper Iaſon:
Et ſimul Aeacides ſimul et Calydonis alumni:
Nelideſq;, Idaſq; prior: quæ maxima ſurgunt
Nomina. ſed nudo ſteterat iam pectore Pollux:
Cum pauor: et gelidus defixit Caſtora ſanguis.
Nam nec ad Elei pugnam uidet ora parentis:
Nec ſonat Oebalius caueæ fauor aut iuga nota
Taygeti: lauitur patrios ubi uictor ad amnes.
Nec precium ſonipes: aut ſacræ taurus arenæ:
Premia ſed manes: recluſaq; ianua leti.
Illum Amycus nec fronte trucē nec mole tremendū:
Vix dum etiam primæ ſpargentem ſigna iuuentæ:

gnauit in ętholia Oeneus: ut inquit Lutatius interpres Papinianus. ii. Theb. in qua eſt Calydon ciuitas. Ibi teſtatur Parthaonis filiū fuiſſe Tydeum uel a Parthaone oriundū qui ſic loquitur. At ſi patriis Parthaonis aruis Inferar: et reduci pateat mihi martia pleuron. Idē ꝗ Tydeo. Sęuoq; infanda precatur Oenidę. Pater Tydei dictus eſt Oeneus et pater ſimiliter Meleagri: amboq; Calydonii fuerūt: quod ignorātes Negocinūmii librarioli: nugarum uenatores: fucos chartis illudentes: alumnus pro alumni deprauarunt: contra omniū exemplariū fidē pręſertim antiquorū. Nelides. Periclimenus. Ordo. Surgunt Nelides periclimenus: quę maxima nomina: inter argonautas ſunt. Nudo pectore. In procinctu paratus ad pugnā. Apollonius Rhodius lib. ii.

Librarioli negocinūmii.

Nelides.

Ἄψα δ᾽ ἑῶν ἑτάρων πρόμος ἵστατο φωνήεντι
ἴσχεο νῦν μηδ᾽ ἄμμι κακὴν
ὅτις εὔχεται εἶναι
φαῖνε βίην. θεσμοὺς γὰρ ὑπεί-
ξομεν ὥς ἀγορεύεις. Statim ſociis ſuis propugnator affuit Pollux ita alloquens. et quę ſequuntur. Pollicetur q; Amyco Pollux ſe ſponte pugnaturū. Pauor. Formidabat fratri tantulo ſi tā uaſtę moli compareť. Res eſt ſoliciti plena timoris amor. Defixit. Obſtupefecit. Honeſtiſſimū uerbum. Aelei parentis. Iouis Olympii. Senſus eſt. Non hic leuia aut ludicra petunt̄ Pręmia: qualibus olim certabant inuicē ad helęa certamina pro gloria: nō pro uita. Iupiter olympius colitur in Helide peloponeſſi ciuitate. Tibullus. Qui ſimul elęo eſt carcere miſſus equus. Equę currebāt in olympiis: et quoniam hoc fiebat apud urbem Elim: ideo Maroni equę dicunt̄ Eliades. Eliadū palmas epiros equarū. Propertius. Et quas Elis opes ante pararat equis. Ora. Quibus refici poſſet i pugna: ut ꝗ fauorē ſperaret a Ioue patre. De ſtatua Iouis olympici meminerunt omnes: ideo ſilentio pręterco. Romę ſcribimus ubi nunꝗ dies noſter. Iactamur in alto Vrbis: et in ſterili uita labore perit. Sonat. Plaudit. Oebalius. Lacedęmonius.

Defigere.

Elis.

Eliades eq̄.

Romę nūꝗ dies noſter.

Labor Romę ſterilis.

Caueę. Theatri. Poeta caueatū uocauit: et recte quoniā cauea eſt locus ubi ſedetur in theatro. Maro. Caueę conſeſſum ingentis et ora prima patrū. Illic metonymicos poſitum eſt. Nota. Pollucis ut pote patria. Taygeti. Mons Laconię. Maro. Virginibus bacchata lacenis Taygeta. Lauit̄. Lauatur. Dicimus lauo is. et lauo as. ut ſuperius affatim dictū. pręmiū paleſtrę erat lauari in Eurota. Victor. Certator ac ſuperator in pygmachia. Sacrę harenę. Execrabilis ſpectaculi. Sacrū uocamus dirū. Auri ſacra fauces. ꝗuis magnum nonnulli interpretentur. in priori ſignificatu Horatius. Inteſtabilis ac ſacer eſto. Harenam uocamus locum ubi conficiuntur beſtię. et illarum cōfectores harenarii dicti. Sic appellata quoniam ſternebatur harena. i. ſabulo ut melius ferę conſiſterent. Sed manes. Recluſi: ſed inferi aperti. hoc eſt mors erat his parata qui uincebantur. Recluſa. Aperta. In promptu: in facili: in mūdo. Alludit illi maroniano. Non hic leuia aut ludicra petuntur Pręmia: ſed Turni de uita ac ſanguine certant. Nec fronte ducem. Scribe. Trucem. qui erat fronte prope uirginea. Nec mole. Nec magnitudine corporis gigantęa. Concinit Apollonio ita ſcribenti libro. ii.

Caueatum Theatrum

Taygeta.

Lauo. uis.

pygmachia

Sacrum.

Harena.

Harenarii

Τοῖος ἐὼν Διὸς υἱὸς ἔτι χνοάοντας ἰούλους
Ἀντέλλων ἔτι φαιδρὸς ἐν ὄμμασιν. ἀλλά οἱ ἀλκὴ
καὶ μένος ἠΰτε θηρὸς ἀέξετο.

idest Talis erat Iouis filius iam producens lanuginem pubeſcentem. Splendidus in oculis ſed robur et animus tanquam ferę augebatur. Signa. Vix primam barbulam: ut Lucillius appellat: et lanuginem primam emittebat. quo iulos gręci memorant: et Rhodius.

Renidenti. Subridēti uelut ſtomochatus ętatulā: deridenti ſubſanantiq; ſimilis. Luſtrrās. Obiēs obambulans: circūdans. Fremit. Indignatᷓ cum murmure. Auſum. Qđ Pollux auſus fuerit co uigredi. Sanguineos orbes. Oculos ſcintillantes atq; flammeos ignē uomentes. Rotat. Crebro: celeriterq; conuoluit. Non aliter. Pulcherrima comparatio. Non ſecus exarſit Typhęus cum ſpei plenus ac temerarii uoti ſe poſſe cœli potiri ſpoliis. Iouemq; oppoſitū conficere. Vidit ſibi ac Pallanti fratri oppoſitam eſſe Palladē: a q̄ trucidatus cecidit Pallas. Iuxta illud Claudiani. Et Pallas Pallanta petit: a quo nomen inditū Palladi ut grammatici rentur. Ferens. Dicens aciactans: uel re uera referēs opima ſpolia cœlo uicto ac ſpoliato: cū di fugam cœperunt. Iupiter in arietem ceſſit: Diana in felem. Iuno in uaccam candidam. Primā. In arte bellica uel ſapientia cęteris pręcellētem. Angues. Meduſam: quā in ęgide fert Pallas: qua cuncta in lapidem uertunt et obſtupeſcūt. Virginis. Palladis. Inſequitur. Inſectatur Pollucem ſubſanāti ſimilis.

Celera. Expedias te ad ꝓcinctū.

Manſerit: manebit: nō eris deinceps ętate ita florenti ac formoſa.

E ſociis. E numero ſociorum.

Selectus. Ad hoc certamen electus. Iniquis. Malis uiriū tuarū ac mearū eſtimatoribus qui iniqui huic ętatulę te oppoſuerunt mihi.

Protulit. In mediā harenā ꝓduxit artus informes cū pectoroſa totius corporis oſtentatione. Thoris. Muſculis et lacertis. piſciculos lingua uernacula dicit. Quare Thoroſa iuuentus a Perſio uocata. Multumq; thoroſa iuuentus Ingeminat tremulos naſo criſpante cachinos.

Pectoroſa oſtentatio.
Thoris.
Thoroſum

Viſu. Vidēntes illud monſtrum: deficiūt uiribus ac animo. Viſum in ſe. Scribe. uiſu minyę hoc ē argonautę. Tyndarides. Pollux cum tamē. eſſet audentiſſimus et confidētiſſimus. Redit Alcydę cupido. Incipiūt Herculem deſiderare: ſed ſero ſapiunt phryges: quoniā quod cupiunt eo potiri nō poſſunt. Vacuos. Carētes Hercule. Luſtrarunt. Obierūt oculis/ex deſiderio Herculis relicti. Lumine. Oculis. Aequoreo rege. Neptūno. Amycus Neptūni filius ita loquitᷓ.

Tauris. Corio taurino cui cęſtus erāt alligati. Durata. Ex duro corio cōfecta. Volumina. Giri: plicę: uincula: quibus brachia ligabantᷓ. Ne pete ſortis opē. Noli mecū ſortiri uter potiores cęſtus accipiat. Sum. n. tibi daturus utros uelis. Verba Amyci ad Pollucē dātis optionē cęſtuū apud Apol. ın. ii.
Τῶν δ᾽ ἔτι ἐνὶ ἐθέλεισα, πάλευ ἄτερ ἐγγυαλίξω
Αὐτὸς ἑκὼν. ἵνα μή μοι ἀτίμβιαι μετέπισθεν. hoc eſt: horū cęſtuū utrū uelis ſine ſorte ꝓbebo ſpōte: ne de me queraris in poſterū. Quos potes. Quoniā Amyci cęſtus erant laxiores et grauiores q̄ Pollux uir ſtaturę mediocris ferre poſſet. Vrgētis fati. Mortis inſtantis neſcius. Poſt ſera piacula. Poſt tardas pœnas: ſatiſſactionē peccati. Neſcius. Hoc eſſe tp̄s extremū quo cęſtibus palmas implicabit: ignarus futuri fati. Armis. Ceſtibus. Innectere. Implicare lacertos zonis ceſtuū. Alibi. Atq; ego palmas implicui Dat famulis. ꝓcipiendo cōcedit ut Arcto et Ornico. Dat et ille lacon. Scribe ex ueteri codice. Dat et inde Lacon. Deinde dat Lacon Pollux arma impedienda lacertis. Dat expone pręcipiēdo cōcedit: Caſtori uidelicet ac Talao. Ignotis prius. Inter ignotos Amycū et Pollucē: qui ſe nō prius cognoſcebāt q̄ certamē inirēt: ſurgūt odia aſpera: hoc ē certāt odiis mutuis. mox incēſa mente feruntᷓ I mediū. Sāguis Iouis. Pollux filius Iouis. Neptunia ꝓles. Amycus Neptūni filius. Hinc. Ab Argonautis. Illinc. A Bebryciis. Bebrycii et Minyę uotis diſcordibus agunt. Minyę pro Polluce orāt: et cupiūt. Pro Amyco Bebryces. Dubiis uotis. Diſparibꝰ. Intēta. attēta: ſinē uictorię cūctis

Ore renidenti luſtrans obit: et fremit auſum:
Sanguineoſq; rotat furiis ardentibus orbes.
Non aliter iam regna poli: iam capta Typhoeus
Aſtra ferens: Bacchum ante acies primamq; deorum
Palladi: et oppoſitos doluit ſibi uirginis angues.
Sic adeo inſequitur: rabidoq; ita murmure terret.
Quiſquis es. infelix celera puer: haud tibi pulchra;
Manſerit hoc ultra frontis decus: ora ue matri
Nota feres: tu ne e ſociis Selectus iniquis:
Tu ne Amyci moriere manu? nec plura moratus
Ingentes humeros: ſpatioſaq; pectoris oſſa
Protulit horrendoſq; thoris informibus artus.
Deficiunt uiſu Minyæ, miratur et ipſe
Tyndarides: redit Alcidæ iam ſera cupido,
Et uacuos mœſto luſtrarunt lumine montes.
At ſatus æquoreo fatur tunc talia rege.
Aſpice et hæc crudis durata uolumina tauris:
Nec pete ſortis opem: ſed quos potes indue cæſtus.
Dixit, et urgentis poſt ſera piacula fati
Neſcius extremum hoc, armis innectere palmas
Dat famulis: dat et inde lacon. odia, aſpera ſurgunt
Ignotis prius, atq; incenſa mente feruntur
In medium ſanguis Iouis et neptunia proles.
Hinc illinc dubiis intenta ſilentia uotis,

prę́ſtolantibus. Et pater. Et tandē Pluto exoratus ab umbris cęſorū cōceſſit illis ut montē aſcēderēt edi-ti: illincq; pugnę totā ſcenā cōtemplarent. Pater tartarus. Pluto rex inferorū. Orantis. Orantes.

Cęſorum. Mortuorū. Nube caua emittit. Educit umbras ac exire cōcedit p nubē cauam in medio cuius tegebant umbrę in harenā exiturę ne ab oculis profanorū cerni poſſent. Meritę pugnę. Quam merebāt. i. militabāt duo lacertoſi pugiles. uel meritę quā meriti ſunt uidere manes illi ut pote in eadem pugna iniuſtiſſime cęſi. Nigreſcūt. Offuſcant pp umbras nigras quibus inſidebat. Cōtinuo. Statim. Repēte ferus Amycus uno ictu ſolitus cōficere peregrinos turbide ac proceolloſe Pollucē inuadit uiribus pugnās et corporis mole: ille uero arte: calliditate: aſtu laconico.

Et pater orantis cæſorum tartarus umbras
Nube caua tandem ad meritæ ſpectacula pugnæ
Emittit. ſummi nigreſcunt culmina montis.
Continuo bebryx maleæ uelut arce fragoſa
Turbo rapax: uix ora uirum: uix tollere paſſus
Brachia: torrenti præceps agit undiq; nimbo
Curſibus inuoluens: totaq; immanis arena
Inſequitur: uigil ille metu cum pectore et armis
Huc alternus et huc ſemper ceruice reducta:
Semper et in digitis: et ſummi puluere campi
Proiectuſq; redit: ſpumanti qualis in alto
Pliade capta ratis: trepidi quam ſola magiſtri
Cura tenet: rapidum uentis certantibus æquor
Intemerata ſecat: Pollux ſic prouidus ictus
Seruat: et oebalia dubium caput eripit arte.
Vt deinde urgentes effudit nubibus iras:
Ardoremq; uiri: paulatim inſurgere: feſſo
Integer: et ſummos manibus deducere cæſtus.
Ille dies ægros amyci ſudoribus artus

Bebryx. Amycus ut turbinis impetus ferebat in Pollucē. Arce. Sūmitate fluctus eleuati: uel uenti uortex ueniēs a rupe maleę: quod ē mare interſitū rupibus altiſſimis. Fragoſa. Pręcipiti: cōfraga: prurupta. Virū. Pollucē. Tollere. Erigere. Agit. Agitat: urget: promontorium Laconię: protenſum in mare multa longitudine: ubi mare naufragum propter aduerſos et diuerſos uentorum flatus: de quo intellexit Maro. Ionioque mari: maleęq; ſequacibus undis. Et Properti9. Prębeat hoſpitio ſęua malea tuo. Prouerbialiter dicebat. Cū ad maleā acceſſeris propinquorum obliuiſcere. Malia promōtoriā: inquit Stephanus. circa Peloponeſſū: et Malęa cū diphthongo. et Maliętes ut Aſietes. et Maleatis. et a Malęa Malęus Iupiter: et fœmininū maliça acra. Nimbo torrenti. Pręcipiti procella. Curſibus. Currēdo: recurrēdo: implicando. Inuoluens. Implicās. Immanis. Vaſtus: ſtaturoſus gigās. Vigil. Experrectus: ſobrius: prouidus Pollux. Cū pectore. Ante pectus obiciendo: et tergori cauendo. Quidam legūt. Tum pectore. Armis. Tuēdo ſe armorum obicibus: quibus frāgat ictus aduerſarii. Huc alternus et huc. Mō ī hāc: mō ī altera partē ſe proiiciēs: altrinſecus ſaliēdo uitās ne uulneribus Amyci cōficeret. Reducta. Retroducta: retracta: ne caput aut frons a cęſtuū plumbeis opprimeret ictibus. Puluere. In ſuperficie. ad motū pronis ac promptis pedibus. Sūmi campi. Ad ſuperficię ęquoris cāpeſtris. Redit. reſilit in aduerſariū. Proiectus. Ante ſe iaciēs. Alto ſpumanti. Mare procelloſo: quo tempore ut uidere licet ſpumas emittit: unde Maroni dictum. Et ſpumas ſalis ęre ruebant. Spumabundum eſt mare propter craſſitudinem ſui. Comparatio a Polluce ad cymbulam: quę ueſaniente uento deprehēſa in procella: arte potius q̄ uiribus impetum maris eludit. Pliade. Tempeſtate. Exortus pliadum. i. uergiliarum ſtellarum: de quibus alibi diximus: tempeſtatem gignit.

Capta. Intercepta: deprehēſa. Intemerata. Non obruta: neq; peſſundata. Secat. Trāſit. Sic. Eodem artifici aſtu. Ictus. Venientes ab Amyco. Oebalia arte. Paleſtra lacedęmonia. Sunt q aſtu oebalio ſcribunt repugnantibus priſcis exemplaribus iuxta Diotimum poetam: qui in luctam Herculis et Antęi ſic inſit. ἀργεῖοι ὧν ... ἄμμιν ... λιβύων. gręcorum eſt paleſtra nō libycorum. et inter gręcos: Lacones in ea peculiariter fuere celebres. Caput dubium. Caput ita celeriter declinans ut dubium foret an eſſet in leua an in dextra. uel dubium: de quo dubitabat omnes an tactum fuiſſet. Eripit. Aufert ab ingruente malo. Vt deinde. Cum eludēdo impetum Amyci Pollux incaſſum Amycum furere permiſit: et uires in uentos effundere. Effudit. Effundi permiſit. fecit in uanum cadere.

Iras urgentes. Iras impetuoſas. Ardorem. Ardentem impetum. Viri. Amyci. Ferro. incitat. Sunt qui legūt incipit. Ego ex priſcis exemplaribus lego. Feſſo integer. Hoc eſt. Recentibus uiribus Pollux in feſſum Amycum facit impetum. et ita arte robur uincetur: quod alio pacto non poterat. Feſſo ſcribendum eſſe docet idem Flaccus paulopoſt: Nec ſua defeſſum noſcunt loca. Summos. cęſtus. Implicantia uincula cęſtuum. Deducere. abſtrahere: abſoluere et replicare cęſtus.

Malea.
Maliętes.
Maleatis.
Maliça.
Huc alternus et huc.
paleſtra ars Oebalia.

Primus. Ille dies primus uidit Amycum in cęſtu ſudanté. Cunctanté. Non ſubito perimentem: ſed cautabundum. Loca. In quibus ſolitus erat ſemper alacer uideri. Reponūt. ad quietem ponūt.

Pçones. Pçonas. Pannonicos bellicoſiſſimos. Aequore. acie campeſtri. Connumeraui pçonas quoniá fuere pugnaciſſimi: ideoq́ magni Alexandri exercitus fuit inuictus: ut inquit Apianus: qđ ex pānoniis cōſtabat. Pyrechmis Pyrechmin Homerus pannoniū nuncupat: qui fuit arcu peritus et ambidexter. Ambide/ Refouet. Reficit: refocillat ut ſint ad uulnus infe/

Primus:et arenti cunctantem uidit hiatu.
Nec ſua defeſſum noſcunt loca nec ſua regem
Agmina. reſpirant ambo: paulumq́ reponunt
Brachia. ceu lapithas aut pçonas: æquore in ipſo
Cum refouet: fixaq́ ſilet gradiuus in haſta.
Vix ſteterant: et iam ecce ruunt. inflictaq́ late
Terga ſonāt: noua uis iterum: noua corpora ſurgūt.
Hunc pudor: hunc noto iam ſpes audentior hoſte
Inſtimulat. fumant crebro pçcordia pulſu.
Auia reſponſant gemitu iuga. peruigil ut cum
Artificumq́ rotata manus et fulmina cyclops
Profubigit: pulſis ſtrepitant incudibus urbes.
Emicat hic: dextramq́ parat: dextramq́ minatur
Tyndarides: redit huc oculis et pondere bebryx
Sic ratus. ille autem celeri rapit ora ſiniſtra.
Conclamant ſocii. et ſubitas dant gaudia uoces.
Illum inſperata turbatum fraude. furentem
Oebalides prima refugit: dum detonat ira:
Territus ipſe etiam atq́ ingentis conſcius auſi.
Sæuit inops Amycus: nullo diſcrimine ſeſe
Procipitans auidusq́ uiri (reſpectat ouantes
Quippe procul Minyas) cæſtu uelatus utroq́

quēs paratiores. Fixa. Defixa humi: cui Mars adhęret. Vix ſteterát. inter quieuerát a conflictu Pollux et Amycus. Ecce. Viuidū neſcio quid et nó ſegne ſignificat ecce particula: táquá nó certauerint ſed nūc certent. Ruunt. Irruunt alter aduerſus alterū. Inflicta. Flictu et plagis percuſſa. Silius. Galea flictu Aduerſę ardeſcit galeę. Late. Vbiq́. Sonant. Reſonát. Noua. Inſtaurata per quietem. Noua. Integra. Surgunt: Excitant. Hunc. Amycū. Iam noto hoſte. Amyco. Nam cęperat Pollux in primo cōgreſſu gigantem cognoſcere. Fumant. Auhelant uiſcera ex pygmachię cōtinuatióe. Auia. Inacceſſa. Reſponſant. pp echo. Vt cum. Non aliter q́ quando artifices abiectarii cędunt arbores et humi dant cęſas. Peruigil. Indeſinés: maxīe ɔtinuata. Ex Apollonio qui libro ſecundo inquit.

Flictus.

Abietarii fabri.

[illegible Greek]

Hoc eſt. non aliter q́ quādō naualia ligna compactilia clauis uiri ſiluicidę certatim nitentes: percutiunt malleis: alius poſt alium: reſonat ſtrepitus diu. Sic genę ex utraq́ parte: et barba ſtrepebant. Notata. Scribo. Rotata: hoc eſt eleuata ſecuri ad caput circūacta: circūducta. Mos ē ut qui maximos ictus uult infligere circū caput ſecurim rotet: mox niſu maiore percutiat: ut in funditoribus liquet. Et fulmina. Alia et lōge diuerſa ɔparatio artificum. Non aliter q́ cyclopes percuſſuri maſſam ignis ferrū ſubigunt et producūt: interq́ percutiendum circū caput malleum rotant. Profubigit. Mollit et procudit. Pulſis incudibus. Percuſſis aſſiduo malleorum uerbere. Strepitant. Ictu crebro ſuccuſſantur. Hic. Pollux. Parat. Eleuat uelut plagam incuſſurus. Dextram. Loge. Dextra. Redit hac. In hanc partem qua minatur Pollux gigas irruit. Oculis. Lumine locum luſtrans in quem minatur Pollux: gigas irruit. Pondere. Conatu corporis uioléto. Sic ratus. Ita ſcilicet putans locum deſtinatum deſignatumq́ Pollucé. uulneraturus. priſci codices habét: irritus. quem fruſtratur Pollux. Nam dum reatur pollucem dextrá uulneraturū: uulnerat ſiniſtrá parté. Ille. gigas. Rapit. Raptim uulnerat. Conclamant. Plaudunt argonautę. Gaudia. Gaudétes minyę. Inſperata. Vulnere cláde ſiniſtro: quod nó ſperauerat. i. timuerat. Maro. At ſperate deos memores fandi atq́ nefandi. Illū. Amycū. Fraude. Ictu claro et furtim illato: improuiſo. iungenda cōiūctio q́. habetur in antiquo codice. ſut etenim. Oebalides. Lacon Pollux. Oebalia Laconia. Dum detonat. Dū Amycus fulminat: et poſito tono: et fremitu conquieſcit. Ira prima. In principio irę primę. Ipſe. Pollux. Ingentis auſi. Qđ auſus fuerat maiora uiribus ſuis. Inops. Ira coquente uecors et amés. Nullo diſcrimine. Non diſcernendo nó cognoſcendo qđ inaniter et pernicioſe ſequit. Pręcipitans. Pręcipitanter irruens. Auidus uiri. Cupidus haurire ſanguinem pollucis. Reſpectat. Frequenter reſpicit: unde ira magis exęſtuat. Ouantes. Vt polluci fauétes. Quippe. Nam. Procul. Eminus. Velatus. protectus. Ita codices habét antiqui. Sunt qui ſcribūt uallatus. quoniam erat medius inter dextros: ſiniſtroſq́ cętus. Vtroq́. Erant enim

Rotata ſecuris.

Sperare.

duo cęſtus: alter in dextra: alter in ſiniſtra. Irruit. In Pollucem impetum facit. Hos. Cęſtus apertos rabie hominem in pręceps agente. Subit. Ingreditur. Aduolat. Incurrit. Nec ſpes eiecta. Non perfecit quod ſperauerat: ſed manus ideſt cęſtus pollucis ceciderunt non in caput Amyci ut deſtinauerat: ſed in pectus. Si legis effecta expone irrita quoniã Amycum percuſſit. uetera exemplaria habẽt effecta. In pectus. Amyci. Manus. Pollucis. Hoc. Tanto magis quoniã ſe deludi uidit: ira illũ pcipitat: et icõſultũ reddit. Propertius. Hoc magis accepta fallit uterq; fide Ecce. Mortẽ Amyci repentinam deſignat hęc dictio. Ecce. Ne putes eam ociari. Agit. Mouet ac uibrat. Incõſulta. Temere mota. Sentit. Pręuidet. — Hoc tanto magis.

Irruit. hos inter Pollux ſubit: et trucis ultro
Aduolat ora uiri. nec ſpes effecta: ſed ambæ
In pectus cecidere manus. hoc ſæuior ille
Ecce iterum uacuas agit inconſulta per auras
Brachia. ſentit enim Pollux rationis egentem.
Dat genibus iunctis latus, effuſumq; ſecutus
Haud reuocare gradum patitur: turbatq; premitq;
Ancipitem: crebros et liber congerit ictus.
Deſuper aduerſo ſonat omnis uulnere uertex:
Inclinis ceciditq; malis. iam tempora manant:
Sanguineæq; latent aures: uitalia donec
Vincula: qua primo ceruix committitur artu:
Soluit dextra grauis. labentem propulit heros:
Ac ſuper inſiſtens Pollux. ego miſſus amyclis
Et Ioue natus ait: nomen mirantibus umbris
Hoc referes. ſic et memori noſcere ſepulchro.
Bebrycas extemplo ſpargit fuga. nullus adempti
Regis amor: montem celeres ſiluamq; capeſſunt.
Hæc ſors: hæc amycum tandem manus arguit auſis
Effera ſeruantem ponti loca: uimq; iuuentæ
Continuam: et magni ſperantem tempora patris.

Rationis egẽtẽ. Sine arte gigãtẽ diuaricaſſe brachia. Dat latus. Latere iuncto raptim ducit pedes: et genu genibus opponit atq; ſupplantat. Effuſum. Inclinatum: in terrãq; procidnũ. Reuocare gradum. Reuerti: in propriãq; ſedẽ cõſiſtere. Premit. Inſiſtit: inſtat: trudit. Ancipitẽ. Nutãtem: Fluctuãtem. Liber. Libere pugnãs et imperterrite: offendẽs et offendi nõ metuens. Deſuper. In caput. nam ꝓtrudebat a Polluce gigas inclinatus: ſeq; erigere non poterat.

Auerſo uulnere. Poſtico. a parte corporis poſteriore inflicto cũ eſſet in ea Amycus: neq; ſe fulcire poſſet.

Vertex. Volubilitas et culmen capitis. a uertendo quoniã illic capillus uertitur. — Volubilitas. Inclines. Inclinati. nihil auſim immutare cõcinentibus priſcis exemplaribus. licet quidam accliuis legãt. i. proni: fruſtra i alieno libro ingenioſi. — Inclinis. Cecidit malis: Amycus tam malis: plagis uidelicet et arte laconica: cecidit: et cũ eo cecidere uires corporis: cumq; uiribus corporis animus. Sunt qui ſcribant. Cędit malas inclinis. i. Pollux inclinati Amyci genas percutit atq; repercutit. Manant. Sudore dilabuntur et effluunt. Latent. Sanguine complentur ſitu latum egeſto ut non uideantur. Committitur. Coniungitur: unde commiſſurę. Imitatio Apollonii ita ſcribentis in ſecũdo. ὤμῳ δ' ἀνέδι' ξατο τῆ χυν τυτόν. hoc eſt. in humeris ſuſcepit ictũ paruum. atq; in genibus eidem fractum os interius unde γνὺξ. i. in genua decidit. Artu primo. Primo nodo: uertebra: ſphondylo. Soluit. Renodauit et aperuit. Dextra. Pollucis. Labentem. Nutantem ac ruinam minantẽ. Propulit. In aduerſam partem impulit. Amyclis. Ex laconia. Amyclęum laconicum dicimus. Epigrãmaticus poeta. Laſſus Amyclęa poteris requieſcere pluma. Amyclę et in Italia ciuitas: quę ſilentio periit: cui creditur alluſiſſe Maro: Tacitis regnauit Amyclis. Cauſa cur ſilẽtio perierit trita eſt: ut quę ſeruiana ſit. Super inſiſtens. Hoſtis cęſi collum premens. Nomen hoc. Meum. — Gnyx. Amyclę.

Mirantibus. Te talem ac tantum a tantulo potuiſſe ſuperari. Vmbris. Manibus multorum a te iugulatorum. Memori. ad rei memoriam ęternam inſculptum habente epitaphium: unde monimẽta ſepulchra dicta qđ mentem monent prętereuntium. Quare ab Horatio ſcienter prolatum. memoreſq; faſtos.

Noſcere. Cognoſceris a poſteritate. Sepulchro. Titulo ſepulchri. Bebrycas. Populares ex bebrycia qui gigantem ſequebãtur. Adempti. Extincti. Siluã pro latibulo. Hęc. Repetit bis pronomen hęc ut intellectum augeat. Sors. Fortuna uicibus gaudens: quę huc minyas attulit ultores.

Manus. Cohors. Arguit. Reprehendit qđ auderet obſidere itinera: ac ſacra hoſpitia uiolare.

Auſis. In his quę audebat. uel arguit auſi carnificinę quam audebat exercere. Vim. cogebat uiolẽter illos dimicare uel mori. Patris. Neptũni qui eſt immortalis.

Tenditur: Porrigitur iugeralis Amycus. Ingens pauor. Terrebat etiá uidédo: Qua mole. qua ſtatura immani ac enormi. Iacentis. Amyci porrecti. Victor. Pollux. Longo obtutu. Dum longo tempore obtuetur ac reſpicit ſtratum. Maro. Obitumq; hęret defixus in uno. Cominus. Prope. Tenet ora. Tenet oculos in Amycú defixos. Vrgent. inſtát certatim amplectendo. Arma. Cęſtus pollucis. Ferre. Geſtare: cú exonerarent pollucé feſſum. Feſſas. Longo pugillatu. Attolere. Eleuare brachia pollucis: quę uicta erant: languida. ac reſoluta. Salue. uerba gratulatoria minyarú ad pollucem. Vndique. Ab omni heroica manu. Taygeta. Laconiá a monte de quo ſuperius. Primi magiſtri. Qui te palęſtram docuit. Quidam ad Apollinė referunt propter hęc Apollonii uerba. κλείεν δ' ἐυφαρεταιῶν διὸς υἱᾶ. Celebrabát Apollinem Iouis filium. Viderint poſteri. De gaudio minyarum lege Apolloniú ibidem. Tenues. Puſillos. pręſtrictus fuerat Pollux potius q̄ uulneratus. Ordo. Vident ire cruores tń tenues. Aduerſo cęſtu. cęſtu qui corá eo a minyis ferebať. Coiugiis cęſtus uulnera ſiccabat. Quidam auerſo ſcribút interpretátes parte cęſtus contraria: quę é mollior. Ramis. Expone lauro. ex Apollonio qui inquit.

ξανθὰ δ' ἐρεψάμενοι δάφνῃ καθύπερθε μέτωπα
Ἀγχιάλῳ τῇ καὶ τῇ πρυμνήσια νῶι τέτο. hoc eſt fulua coronati lauro ſupra frótes in litore hic et illic circa retinacula ſuſpédebant. Diua. Pallas. Vel intellige nauem Argo: quam ſacrá putabat: optat ut felici fauſtoq; auſpicio ex profectione colchica cum eadé lauro reuertátur: triumphans uidelicet ac exultans. Frondes. Hanc eádem laurú. i. triumphum. Freta curre. Nauiga celeriter. Exſortia terga. Extra ſortem: peculiaria: delecta. Partem carnis meliore dant polluci uictori. Pręcipiút. Ante capiút pro polluce uictore. Sic habét exemplaria priſca. quidá legunt pręripiút.

Tenditur ille ingens hominum pauor: aruaq; late
Occupat: annoſi ueluti ſi decidat olim
Pars Erycis: uel totus Athos: qua mole iacentis
Ipſe etiam expleti uictor nequit: oraq; longo
Cominus obtutu mirans tenet: et manus omnis
Heroum, denſis certatim amplexibus urgent:
Armaq; ferre iuuat: feſſaſq; attollere palmas:
Salue uera Iouis: uera O Iouis undiq; proles
Ingeminant: O magnanimis memoranda paleſtris
Taygeta: et primi felix labor ille magiſtri.
Dumq; ea dicta ferunt: tenues tamen ire cruores
Siderea de fronte uident, nec ſanguine Pollux
Territus aduerſo ſiccabat uulnera cæſtu:
Illius excelſum ramis caput: armaq; Caſtor
Implicat: et uiridi connectit tempora lauro:
Reſpiciens q; ratem: patrius ait has precor oris
Diua refer frondes: cumq; hac freta curre corona.
Dixerat: hinc ualida cedunt armenta bipenni:
Profuſiq; ſacro placati gurgitis amne
Graminea ſternuntur humo: tunc liba dapeſq;
Frondibus accumulant: exſortia terga laconi
Prærripiunt pecudum, toro mox tempore menſæ
Lætus ouat. nunc laude uirum, nunc uatis honoro
Carmine: uictori geminans cratera parenti.
Iamq; dies auræq; uocant: ruſuſq; capeſſunt
Aequora, qua rigidos eructat boſporos amnes.

Pręcipere. Ouat. Triumphat Pollux. Virú. Argonautarum illum collaudantiú. Vatis. Orphei. Honoro. In honorem Pollucis uictoris cantato. Epinicia. Epinicia huiuſmodi carmina gręcis dicunť: quę poſt uictoriá cantanť. Victori paréti. Vel alludit epitheto Iouis: quė gręci Nicophoron appellát uel qd ut decet piú cauſam uictorię refert in deú patré. Nicophoros. Geminás. Crebro propinans. Dies. Tempus uel diurna ſerenitas et uenti felices. Ruſus capeſſunt. Iterú ſulcant. Rigidos. Frigidos. Tota. n. regio illa ad ſeptétrioné uergit. Imitatur Apolloniú ita canenté. Αὐτίκα τ' εἰσβήσαντες ὅσαν χρεὼ ἦεν ἄγεσθαι πνοιῇ δινήεντ' ἀνὰ βόσπορον ἰθύνοντο. i. prędam introducétes quátá opus erat ducere uorticoſum per boſporú dirigebát. De boſporo lege pulchra in cómentariis Apollonii: et qd ιω rapta fuit naui: cuius tutela taurus erat. et qd duplex é Boſporus: cimmerius et thracius uocatus Myſius. Intelligit de thracio. Stephanus. Boſporus ciuitas ponti apud ſinú cimmeriú ut Philon auctor: et fretú homonymú ab Io uocatú: ut Aeſchylus tradit in Prometheo. Idem tradit Euſebius Chronographus ιω in ęgyptú profectá ibi nuncupatam Iſidé. Poſtea Telogono nupſiſſe: et Epaphú genuiſſe. A tranſitu illius uaccę Boſporus non Boſphorus: ut ſemidoctum uulgus allucinatur: appellatus eſt: a gręcis πόρον tranſitum uocantibus. Eructat. Emitit.

Boſporos. Io rapta tauro naui. Telegonus Epaphus. Boſporus unde.

Illos. Boſporitanos. Senſus eſt. Quádo Io tranſiuit nondú erat facta dea gentibus niloticis. Eſt apoſtropha ad nilum. O nile Io nondú dea gentibus tuis tranſierat fluctus boſporitanos: unde uocatum mare boſporum. Cú enim boſporú Io tranſiuit nódum erat dea. Quáuis nónulli improbuli legerét. Illos nile tuus olim dea gentibus. repugnantibus priſcis exemplaribus. Nondú. coniúgitur cum uoce dea: nó cum tranſierat. Vnde. A quo tranſitu. Ponto. Boſporo.

Illos nile tuos nondum dea gentibus Io
Tranſierat fluctus: unde hæc data nomina ponto.
Tum pius Oeagri claro de ſanguine uates
Admonita genetrice refert: caſuſq; locorum
Inachidoſq; uias: pelaguſq; emenſa iuuencæ
Exilia: intentiſq; canit uidiſſe priores
Sæpe Iouem terras: argiuaq; regna pelaſgum
Virginis Iaſiæ blandos deſcendere ad ignes.
Sentit Iuno dolos: curaq; accenſa iugali
Aethere deſiluit: dominam Lyrceia tellus:
Antraq; deprenſæ tremuerunt conſcia culpæ.
Tum trepida Inachiæ pellex ſubit ora iuuencæ
Sponte dei: plauſu fouet hanc: et pectore mulcet
Iuno renidenti cohibens ſuſpiria uultu.
Mox ita adorta Iouē. Da quā modo ditibus argis
Campus alit: primæ referentem cornua Phœbes:
Indomitamq; bouem: da charæ munere nuptæ.
Ipſa ego dilectæ pecudi iam paſcua digna:
Præcipuoſq; legam fontes. qua fraude negaret?
Aut quos inuentos timuiſſet Iuppiter aſtus?
Muneris illa potens cuſtodem protinus Argum
Adiungit: cuſtos Argus placet: inſcia ſomni
Lumina non aliter lucent cui uertice: quam ſi

Tum pius. Orpheus dulci teſtudine ſolatus heroas cecinit cauſam nominis illius ponti: et materiam omné prętexuit. Oeagri. Oeagrius fuit pater Orphei. Admonita genetrice. Inuocata muſa Calliope matre. Caſus locorú. A caſu uaccę trāſeuntis inditum eſſe nomen ponto. Inachidos. Ionis. Vias. Errores. Pelagus. Ordo. et canit exilia iuuencę emenſę pelagus: quę mare tráſierat exulans. Intentis. Argonautis diligenter audientibus.

Vidiſſe. Pédet a ſuperiori. Canit Orpheus intentis argonautis priores terras ſępe uidiſſe Iouem. Poſſumus et ſeiungere ut é in ueteri codice illic incipiédo. Videre priores ſępe Iouem. hoc ſenſu. Sępe priores uidere Iouem deſcendere terras pro in terras. Sed legaé uidere. et priores expone maiores noſtri uiderunt ſępe iouem deſcendere in terras.

Argiua. Gręca. et priores uiderunt iouem deſcendere in regna argiua pelaſgum. Ignes blandos. Deſcriptio amoris. Virginis Iaſię. Ionis argiuę: gręcę: Iaſius rex argiuorú: de quo meminit Statius ii. Theb. ſic. Poſtq̄ ordine menſę Victa fames: ſignis perfectam: auroq; nitentem Iaſides pateram famulos ex more popoſcit. Qua danaus libare deis: ſeniorque Phoroneus Aſſueti. Lutatius Danaus fuit Iaſi filius Iaſus et Phoroneus antiqui reges argiuorú fuere: qui primi iunoni ſacrificarút. Dolos cóiugis amoré i iſidé. Cura. Zelo. Iugali. Matrimoniali: cónubiali. Lyrceia. Argiua. Lyrcos ſucceſſit Danao. Imperauit argis. Ouidius primo metamorph. Iam paſcua lernę: Conſitaq; arboribus lyrcęa reliquerat arua. Sic. n. legendú fuit in Ouidio nó lycea. Antra tremuerút. Loca ubi Iupiter deprenſus fuit tremuerút ne iouis iram in ſe cóuerterét. Cóſcia culpę. Quę conſcii ſciebát. Pellex. Io. Subit ora. Ingrediť figurá.

Iaſius. Iaſides. Lycors. Pro Ouidio.

Inachię: pro ipſa inachis. Fuit. n. filia inachi regis argiuorú. Spóte dei. Volútate iouis. Plauſu. eam tractando et demulcédo. Hoc ſignificat Plauſus in equis quędá allectatio bláda cú ſibilo: quod gręci poppyſma uocant. Maro. Plauſum ceruicis amare. Renidenti. Ridenti: quo fingebat dolú. Reſplendere quádoq; ſignificat cú quoda arriſu. Horatius. Nec mea renidet in domo lacunar. Cohibés. Coquens et demuſſans. Adorta. Aggreſſa é rogare iouem. Quam. illá iuuencá. quam modo campus alit in ditibus argis referentem cornua Phœbes primę. Argi dites appellantur quoniá potiti ſunt thębis et achaia olim corú latiſſimo imperio. Referétem cornua. Repreſentantem cornua parua qualia ſunt in prima luna cú icipit corniculaſcere. Indómitá. iniugé. Da munere. Da i munus. uel da munera iſtá nuptę nó ingrata. Pecudi. Vaccę. Legá. Eligá. Prę́cipuos fontes. Aquas pſpicuas. Qua fraude. quam fraude commiuiſci potuit ille ut negaret uel ſi negaret: quę nó fraus eſſet iſta? Quos inuentos. Quos aſtus et dolos cogitaſſet Iupiter inuentos ab uxore ut uaccá petens cognoſceret eſſe amicam iouis. nunq̄ id cogitaſſet illa. Illa. Iuno. Potens muneris. Adepta munus. Adiungit. Addit Ioni. Cuſtos. Futurus uaccę. Placet. iunoni. Inſcia ſomni. Nullú admittétia ſomnú. Cui. Argo.

Poppyſma

Lyda nurus. Fœminę ex lydia intexentes oculos pauonis in ueſtibus quas in textrino ordiuntur. Maculauerit. Diſtinxerit. Oſtro. Purpura. Ire. Io. Multa. Multum. Mouētem. Scribe ex codicibus antiquis morantē. morabatur Io: nec a patriis ſaltibus diſcedere poterat. Conantem preces. Emugire ac emittere ſonos. Incluſa pectore uerba. Verba demuſſata et ſtrangulata conātem iubet ire uias ignotas. Patrię. Argiuę: Inachię. Amymone. Fleuerit caſum Ionis argiuę nymphę. Plinius in quarto. Niobe: Amymone: Pſamathe fontes in agro argiuo. Propertius in ſecundo.

Amymone
Niobe.
Pſamathe.

Lyda nurus ſparſo telas maculauerit oſtro.
Argus et in ſcopulos: et monſtris horrida luſtra
Ignotas iubet ire uias: heu multa mouentem
Conantemꝗ preces: incluſaꝗ pectore uerba.
Vltima tum patriæ cedens dedit oſcula ripæ.
Fleuit Amymone: flerunt Meſſeides undæ:
Fleuit et effuſis reuocans hypetia lacertis.
Illa ubi uel feſſi tremerent erroribus artus:
Vel rueret ſummo iam frigidus æthere ueſper:
Heu quoties ſaxo poſuit latus. aut ubi longa
Aegra ſiti: quos ore lacus: quæ pabula carpſit?
Verbere candentes quoties exhorruit armos?
Quin et ab excelſo meditantem uertice ſaltus:
Audentemꝗ mori: ualles citus egit in imas
Argus: et arbitrio durus ſeruauit herili.
Cum ſubito arcadio ſonuit caua fiſtula ritu:
Imperiumꝗ patris celerans cyllenius ales
Aduenit: et leni modulatur carmen auena.
Quo ꝗ ait hinc diuerſus abis? heu reſpice cantus
Haud procul inſectans Argum languentia cantu
Lumina cuncta notat, dulceſꝗ ſequentia ſomnos:
Et celerem mediis in cantibus exigit Harpen.

Teſtis Amymone latices cū ferret in argis
Compreſſa: et lernę pulſa tridente palus. dein.
Iam deus amplexu uotum perſoluit. at illi
Aurea diuinas urna refudit aquas.

Lutatius interpres Papinianus. Amymone Danai filia dum in ſilua ſtudioſe iaculo exercetur imprudens ſatyrum percuſſit: qui cū eam uiolare uellet: illa neptūni implorauit auxilium. Neptūnus fugato ſatyro Amymonem compreſſit aquā in urna geſtantem: ex quo coitu natus eſt Nauplius: et Neptūnus in monimētū puellaris amplexus effecit ut fons ex aqua effuſa oriretur: qui nomen puellę ſortitus eſt. Ex Amymone natus Nauplius Palamedis pater. Strabo in octauo hoc falſum putat. Apollonius Rhodius libro primo. ποσειδάωνι δὲ κουρὴ πρίν ποτε ἀμυμώνη δαναὶς τέκεν εὐνηθεῖσα ναύπλιον idest Amymone Danai filia quondam miſta Neptūno Naupliū peperit. Interpretis uerba. Nauplius Neptūni filius et Amymones Danai filię. Meſſeides. Stephanus. Hyperia fons Meſſeidis: et Sicilię. Ab Hyperia fonte fit Hypereias. i. ὑπερηιάς in recto fœminino genere. Strabo libro nono loquens de argis pelaſgicis et Theſſalia. Pharſalii oſtendunt longe ab eorum urbe dirutum oppidum: quod Helladem uel Gręciam fuiſſe crediderunt: duoſꝗ inſuper fontes propinquos Meſſeidem ac Hyperiam: Plinius quarto naturalis hiſtorię. Fons Meſſeis: lacus bebeis. Catullus. Meſſein linquens Doris celebranda choreis: ubi perperam ſubſtitutum fuit Mnemoſynam. Reuocans. Vocibus crebris implorās amiſſam amicam. Tremerent. Concuſſi: uexati nimio labore. Rueret ueſper. Nox appeteret.

Nauplius.
Hyperia.
Meſſeides.
Pro Catullo.

Saxo. Ab ſilice in nuda counīſa reliquit. mouet Pathos. Quos. ꝗ turbidos ac ſpurcos ſiti cogente. Verbere. Argi ſtimulo urgentis inuitam. Candentes. Niueos lacteos prius: nunc liuidos plagis. Exhorruit. Aſpiciens reformidauit. Audentem. Quod eſt in muliere magnum poſſe mori. Herili. Iunonio. ut Iuno illa uteretur uiua et mortua pro animi ſui ſententia. Cyllenius. Mercurius a Cyllene monte arcadię uocatus miſſus a Ioue ad Argū occidēdum: quam fabulā recitat Ouidius libro primo metamorphoſeos. Quo abis diuerſus. Cur ab hac regoine diſcedis in diuerſam regionē? Heu. pro heus. uocantis eſt. Cantus. Audi me canentem. Haud procul. Prope. Inſectans. Sequens. Languētia. in dulcem ſomnum reſoluta. Cantu. Dulcedine cantus ſomnum prouocante. Tanta eſt uis muſicę ut animum leniat. Quidam tandem ſcribunt ne ſit repetita uox illa cantu indecenter. Exigit. Extra agit: educit: euaginat. Harpen. Enſem falcatum et recuruum. quem deſcripſit Ouidius libro primo metamorphoſeos.

Harpe.

Nec mora falcato nutantem uulnerat enſe
Qua collo eſt confine caput.

Refecta ioui. reuocata a Ioue i priſtinā figurā. uel refecta ioui: reſtituta ad iouis gaudia. Priſca. Humana. Cū facibuſq; pyriſq;. Sunt qui legūt. Cū facibuſq; hydriſq;: cuius lectionis ſenſus ē manifeſtiſſimus. Ego ſemper maieſtatē uetuſtiſſimi codicis exoſculatus ſcribo. Cum facibus ſpiriſq;. Nodos anguium Tiſyphoneorum uocat ſpiras Maronē imitatus: qui libro ęn. ſecūdo inquit. Spiriſq; ligant ingētibus artus. Idem. Nec rapit immenſos orbes per humū: neq; tanto Squammeus in ſpiram tractu ſe colligit anguis. i. circulum. Spira proprie uolubilitas funiū: quam orbes anguium imitantur. Figit. Defigit: demittit ne tam terrū ſpectaculum uideat. Ora. Simulacra.

Spirę.

Iamq; refecta Ioui paulatim in magine pri ca
Ibat agris Io uictrix Iunonis et ecce
Cum facibuſq; Pyriſq; et tartareo ululatu
Tyſiphonem uidet ac primo ueſtigia uiſu
Fugit: et in miſeræ rurſus bouis ora recurrit:
Nec qua ualle memor: nec quo ſe uertice ſiſtat.
Inachias errore etiam defertur ad undas.
Qualis: et a prima quantum mutata iuuenca?
Nec pater: aut trepidæ tentant accedere nymphæ.
Ergo iterum ſyluas: iterum petit inuia retro:
Ceu ſtyga dilectum fugiens caput. inde per urbes
Rapta furens graias atq; ardua flumina ripis.
Oblato donec paulum cunctata profundo
Incidit abſiſtunt fluctus: et gnara futuri
Dant pauidæ alta uiam: celſis procul ipſa refulget
Cornibus ac ſumma palearia ſuſtinet unda.
Aſt herebi uirgo ditem uolat æthere memphim
Præcipere: et pharia uenientem pellere terra.
Contra Nilus adeſt: et toto gurgite torrens
Tyſiphonen agit. atq; imis illidit arenis:
Ditis opem: ac ſæui clamantem numina regni.
Apparent ſparſæq; faces: diſiectaq; longe
Verbera et abruptis excuſſi crinibus hydri.
Nec Iouis interea ceſſat manus. intonat alto
Inſurgens cœlo genitor: curamq; fatetur.
Atq; ipſa imperium Iuno pauet: hæc procul Io

Recurrit. Reuertitur. Qualis. Epiphonema. Quam triſtior et infelicior. A prima iuuēca. A primo gradu trāſmutationis. Cum primo fuit in uaccā mutata melioribus fatis fruebatur. Dilectum caput. Humanam figuram. Ceu ſtyga. Tanq; inferi illam formam infeſtarent. Varius eſt parum in hac metamorphoſi ab Ouidio. Semel mutatam commiuiſcitur Ouidius. non bis.

Rapta furens. Mendum manifeſtarium. Sunt qui ſcribant. Rapta fugit. In priſco codice: quem ualde probo ſcriptum ē. Raptatur graias: hoc eſt raptim aufertur et auocatur prę timore ſtygio. Ardua. Decliuia: et aſcenſu difficilia. Per flumina ripas arduas habentia. Oblata profundo. Occurrens mari cimmerio. Gnara futuri. Non ignara numina maris Io futuram deam: obſequunť illi atq; deſeruiunt ut ſorori. Alta. Numina profundi.

Pauidę. Vaccę pauefactę terriculis infernis. Refulget. Vel colore nitueo. uel appetente iam diuinitate.

Summa unda. Ne tangantur ab aqua maris. bouē deſcribit. Palearia: pellem bouis a collo propendentē. Dictio maroniana in georgicis. Reperitur et paleari ſingulari. Paleam in gallis gallinaceis uocat Columella ni memoria labor.

Palear.
Palea.

Virgo. Tyſiphone. Finguntur enī furię uirgines: quoniam furor omnia perdere ſolet: nihil parere. Memphim. Ciuitatem ęgypti: quam uacca pro manſione elegerat.

Furię curę uirgineę.

Prępcipere. Prę munire. ante occupare ą̄ Io illuc accedat. Pharia. Aegypto. Contra. Tyſiphonē. Nilus. Vaccę ppugnator. Torrens. Violenter occurrens. Illidit. Impingit et concutit. Clamātem. Implorantem fruſtra Tyſiphonem. Regni ſęui. Plutonii. Faces. Quibus infera Tyſiphone uexabat Io. Verbera. Flagella. Excuſſi. Euulſi per uim ac eiecti. Manus. Auxiliū dextrę Iouis.

Curam. Amorem. uel ſe uedum amare: ſed curare Io. Ipſa. Habet emphaſin: proterua: immanis. et ſuperba. Aſpide. Iſis colebatur ab ęgyptiis aſpidem gerens: cui Satyrus alludit. Et mouiſſe caput uiſa eſt argentea ſerpens Illius lachrymis. Apuleius platonicorum eloquentiſſimus deſcribens libro. xi. de aſino aureo myſteria iſiacę pompę: quę ſcire eſt operępretium: non aſpidem tacuit: cuius uerba ſubſcripſi. Ex alia uero parte multum recedens: ſpatioſa dilatione adhęrebat anſa: quam cōtorto nodulo ſuperſedebat aſpis ſquammeę ceruicis ſtriato tumore ſublimis. Ouidius multiſcius pompam Iſiacam deſcribens his concinit. Pigraq; labatur circum donaria ſerpens. Scribit Marcellinus ſerpentes in ęgypto multas ali: quas magnitudine et decore ſuperat aſpis unde ſacra iſidi: quoniā auctore Herodoto nō ſunt aſpides in ęgypto noxię. miror cum Cleopatra perierit aſpide hypnale dicta: ſed aliūde allata eſſe potuit.

Iſis aſpidē gerens.

Hypnale aſpis.

Perſona. Perſonata.i.ſonis undiq; circũſtrepita. Siſtro ouãti. Siſtro triumphãti et applaudẽti deę.

Siſtrum.

Siſtrũ inſtrumẽtũ quo utunt' i ſacris Iſidis ęgyptii:de quo meminit Apuleius libro.xi.de aſino aureo. ęreis et argenteis et aureis ſiſtris argutũ tinnitum conſtrepentes. de quibus hęc epigrammaticus poeta.

Si quis plorator collo tibi uernula pendet:
Hęc quatiat tenera garrula ſiſtra manu. Ouidius libro primo de ponto.
Iactantem pharia tinnula ſiſtra manu.

Spectat ab arce poli iam diuis addita:iamq;
Aſpide cincta comas:et ouanti perſona ſiſtro.
Boſporon hinc ueteres errantis nomine diuæ
Vulgauere.iuuet noſtros nunc ipſa labores:
Immiſſiſq; ratem ſua per freta prouehat auris.
Dixerat:et placidi tendebant carbaſa uenti:
Poſtera non caſſæ Minyis aurora retexit
Noctis iter.noua cuncta uident:thynnæaq; iuxta
Littora:fatidici pœnis horrentia phinei.
Dura deum:ſummoq; lues urgebat in æuo:
Quippe neq; extorrem tantum nec lucis egentem
Ira tonantis agit Thyphonides harpyiæ quam
Depopulant:ipſoq; dapes prædantur ab ore.

Hinc. Ab hoc tranſitu. Errantis diuę. Ionis. Prouehat. Producat. Poſtera. Sequẽs. Nõ caſſę. Non uacuę:non inertis:operoſę. Retexit. Aperit:integrat:renouat. Apollonius ſecũdo ἤματι ἄλλω ἀντιπέρην γαίης βιθυνίδι πείσματ' ἀνῆψαν. ideſt die alio ex oppoſito terrę bithynię retinacula ſuſpẽderũt. Orpheus ὑπὸ ἠρεσίῃσι δὲ καμόντες βιθυνῶν μέγα ἄστυ πλατείαις κέλσαμεν ἀκταῖς. Soluimus hinc:urbẽq; in lato littore magnam Remigibus laſſis Bithynia tecta ſubimus.

Thynneũ. Bithynia duplex.

Thynnęa. Bithynica. Scribit interpres Apollonii Rhodii duplicem eſſe bithyniã:unam in Aſia:alterã in Europa. Tertia ẽ inſula bithynia circa pontũ:de qua credo intelligi a poeta. Ait interpres melius intelliges de Bithynia Europę.

Vulgauere. Vulgo uocauere.

Fandici. Diuini:fatiloqui. Phinei. Sophocles inquit Phineum excęcaſſe Orethum et Crambin accuſatos a nouerca:ex eo et Cleopatra genitos. Orpheus ait obieciſſe feris inſano ſuperductę uxoris amore. Frequens opinio eſt ideo excęcatum Phineum q̃d oracula deorum effatus eſt et arcana cœli. Phineus filius fuit Agenoris ut Hellanicus: ut Heſiodus Phœnicis Agenoris filii et Caſſiopeę. Auctor interpres Apollonii. Dura. Difficilis: Immodica:intolerabilis. Sunt qui dira ſcribunt:ira uidelicet deorum data. Lues. Peſtis:fœditas:colluuies. Inferius ſic repetit Flaccus. Pellere ſęuam Nondũ fata luem dederant aquilone creatis. Summo. Supremo:ętate ſenili. Quippe. Senſus eſt. Tanquã nõ ſit ſatis iratum habere Iouem:oculos amiſiſſe:inſuper patitur harpyiarũ quotidianã luẽ. Extorrẽ. A patrio ſolo fugatum. Lucis egentẽ. Exoculatũ. Inſuper Thyphonides:mendum pene inelluibile. Nos in maioribus annotamentis emendauimus. Ira tonãtis agit Typhonides harpyię quam. Emẽdationem partim coniectura: Partim fultura ſequentis auctoritatis poetę ductus nitori ſuo reſtitui.quoniã infra ſcriptũ eſt. Teq; ait iniuſti quę nũc premis ira tonantis. Q̃d hic poeta ſentiat Typhonis filias eſſe harpyias collegimus ex his eiuſdem poetę uerſibus Hic feſſę lethiq; metu propioris anhelę Dum trepidant: humiliq; graues:timidoq; uolatu Implorant clamore patrem Typhona nephando. Extulit aſſurgens noctem pater imaq; fũmis Miſcuit:et mediis uox exaudita tenebris. Interpres Apllonii libro ſecũdo argonauticon tradit ſorores Iridis fuiſſe harpyias. Tamẽ concinit Heſiodus libro primo Theogonię ratus ex Thaumante et Electra genitas illas. Nec mirum erit poetas aliquãdo diſcrepare. Nonne Apollonius adiutum Phineum a Borę filiis Zeto tradit et Calai:a quibus harpyię ſunt expulſę. At Orpheus Phineum inſanientẽ philtris uxoris e ſcopulo deieciſſe filios duos autumat. Quare a Zeto et Calai ut perpeteret' durius exilium a ſtrophadis efflatum in biſtoniam:luce ab eis priuatum. Nec ut Flaccus;facundũ et pium:ſed immitẽ crudelemq; tyrannum uocat. Imitatur uſq; quaq; Apollonium in Phineo Flaccus noſter. Duas fuiſſe Harpyias Celeno et Aello tradit Apollonius. Tertiam alii addunt Ocypiten appellatam. Grammaticus Honoratus libro ęneidos ultimo Harpyias Ponti et Terrę filias ait : unde inſulas habitant:partem terrę:partem maris tenentes. Alii dicunt eas Neptũni filias:qui fere prodigiorum omnium pater eſt:nec immerito. Nam ſecundum Mileſium Thaletem omnia ex humore procreantur:unde eſt. Oceanumq; patrem rerum. Hinc fit ut quotieſcunq; deſunt parentes redeatur in generalitatẽ. Sic et peregrinos Neptũni filios dici quorum ignoramus parentes. Alii autem dicunt harpyias filias Thaumantis et Electrę. Donatus dicit ideo eas fuiſſe inuulnerabiles quia de ſtyge erant natę. Depopulant. Depopulando nocent ac infeſtant. Dapes prędantur. Cibos eripiunt. recte et penſitate prędantur ait: quod uerbum eſt harpyiarum uiolentię et acerbitati conſentaneum. prędator inſultu: impetu:uiolentia: improuiſo infeſtando diripit nullo habito delectu.

Phineus cur excęcatus.

Lues.

Harpyię Typhonis filię.

Iridis ſorores harpyię.

Celeno.
Aello.
Ocypite.

Cur Neptunus mõſtrorũ pater.

Prodigia. Horrenda monſtra quales erant harpyię. Pro crimine. Pro reuellatis oraculis ac deorũ minis humano generi: ſi poetã noſtrũ ſequimur. Sin orpheum: pro mactatis ſcopuloq́ deiectis filiis.

Dederant. Scribo. Dederũt. Sperat Phineus ſe poſſe liberari a tetra colluuie: quippe cũ filiis Boreę Zeto et Calai cõceſſum ſit eũ poſſe redimere. Luem. Turpitudinẽ ac fœditatẽ harpyiarũ: quę omniã ſpurciſſime fœdabant. Phineũ tradit interpres Apollonii libro argonauticon ſecundo interemptũ fuiſſe Phineus i/teremptus ab hercule.

Talia prodigia: et tales pro crimine pœnas
Perpetitur. ſpes una ſenis: quod pellere ſæuam
Quondam fata luem dederunt aquilone creatis.
Ergo ubi iam Minyas certamq́ accedere Phineus
Sentit opem: primas baculo defertur ad undas:
Veſtigatq́ ratem: atq́ oculos adtollit inanes:
Tunc tenuem ſpirans animã. Salue o mihi lõgum
Expectata manus, noſtris (ait) agnita uotis:
Nouimus et diuis geniti quibus: et uia iuſſos
Quæ ferat: ac ueſtri (rebar ſic) tempora curſus
Proxima quæq́ legens: quantum uulcania lemnos
Traxerit: infelix tulerit quæ cyzicus arma:
Senſi et bebrycio ſupremam in littore pugnam
Iam propior: iamq́ hoc animam ſolamine mulcens.
Non ego nũc magno quod cretus agenore Phineus:
Aut memorem mea quod uates inſedit Apollo
Pectora: præſentis potius miſereſcite fati.
Nec mihi diuerſis erratum caſibus orbem:
Amiſſas aut flere domos: aut dulcia tempus
Lumina conſuetis rerum eſt ex ordine fatis
Ingemere, Harpyæ ſemper mea phabula ſeruant:

ab Hercule. Baculo. Quo ducẽ regebat pedes ut cęci ſolent. Ad undas primas. Ad primã maris al/luuionẽ. Veſtigat. Baculo perqui/rit cum oculis nõ poſſit. Inanes. Orbes ſolos caſſos oculis. Spirãs animã. Paulũ reſpirãs. Diuis ge niti. erant oẽs uel deorum filii uel a deis oriundi. Via ferat quo. Quo teneatis iter: quod in phaſim deſtinatis. Iuſſos. a deis uel a Peleo. Via quę habẽt priſci codices. i. quę uia ſit uię ueſtrę cauſa. nouimus dixit quia diuinus et uates erat. Rebar ſic tempora. Exiſtimabam tempora ueſtrę ꝑfectionis iſthuc ad nos hoc pręcipue tẽpore futura: et ſubintel/ligat futura: ut dixi: uel euentura.

Proxima quęq́. Cõſiderãs tempora appropinquãtia fini ac redemptioni meę. Legens. Colligens: computãs. Quãtã. Zeuzma ab inferiori. repete uerbũ ſenſi. Curſus. Nauigationis. Maro. Huc curſus fuit. Lemnos. Tempus con/ſumptũ in lemno uiſenda. Traxerit. Diſtulerit. Infelix. Ab euẽtu quoniam cecidit. Quę. q̃ parũ fortunata. Bebrycio. pp Amyci pugnã cum Polluce. Supremã. uel ultimã minyis in itinere. uel re/ferẽdũ eſt ad Amycũ: qui in hac ſu/prema pugna obiit. Iam propior. Curius.

Iam uicinior redemptioni meę. Mulcẽs animã. Delectãs mentẽ meã. Hoc ſolamine: quo me cõſo/latus ſum. Agenore. Hoc idem tradit Apollonius his.

Ἐνθά δ᾽ ἐπακτίων οἶκον ἀγηνορίδης ἔχε φινεύς. Idem tradit Hellanicus. ut uero He/ſiodus putat Phœnicis Agenoris et Caſſiopeę. Similiter et Aſclepiades et Antimachus. ex Caſſiopea Arabi et phœnice naſcit Cilix: Phineus: et Doryclus. Inſedit pectora. Spirat in pectore meo Apollo prophetes. Scribit Apollonius qđ gratia uaticinii cęcitatẽ ferebat Phineus. Pręſentis fati. dirę for/tunę: cui pœnas pẽdo. Potius. q̃ uelitis exquirere cauſam pœnarũ ac tormenti mei: et tacite poeta in/nuit crimẽ et piacula Phinei. Miſereſcite. a miſereſco. Maro. Et miſereſcimus ultro. Papinius. Et ge/neris miſereſce tui: Mihi erratũ. A me ambitũ orbẽ pp infortunia diuerſa. Repete. Nõ ẽ tẽpus flere. Miſereſco.

Domos. Strophadas ubi rex erat: uel Thraciã. Dulcia lumina. Dulces oculos amiſſos. Cũ uolu/mus qđ carũ dicere oculos noſtros appellamus. geminis oculis cariorẽ: oculiſſimũ. Aut tempus. Sub/intellige eſt. nõ ſuppetit mihi tp̃s flere patriam et oculos amiſſos. Cõſuetis fatis rerũ. Fata mea: et res quę mihi cõtigerũt nõ petũt niſi lachrymas. Ex ordine. Per ordinẽ. Series rerũ mearũ ẽ ſemp gemere. Oculiſſimũ

Harpyię. A uerbo ἀρπάζω quod ẽ rapio. Auidiſſime nãq́ appoſita Phineo rapiebãt. Pabula. Cibos et uictũ meũ cui inhiãt. Harpyias inq̃t Placiades i primo mythologico: tris iſeris Virgilius deputat: quarũ ꝑma Aello. Secũda Ocypite. Tertia Celeno. Harpyia. n. gręce rapina dicit. Ideo uirgines qđ ois rapina auida ſit et ſterilis: Ideo plumis circũdatę: quia qcquid rapina inuadit: cęlat. Ideo uolatiles qđ ois rapina ad uolãdũ ſit celerrima. Aello. n. gręce dicit quaſi ἕλων ἄλλο i. alienũ tollẽs. Ocypite. i. cito auferẽs. Celeno. n. gręce nigrũ ut Homero prima Iliados Rhapſodia. hoc ſiguare uolẽtes qđ primũ ſit alienũ cõcupiſcere. Secũdũ cõcupita iuadere. Tertiũ cęlare quod inuadit. Scribit idẽ auctor lib. iii. phi/neũ i modũ auarit ę poni: et a fœnerãdo dictũ. Cęcus uero ideo dictus qđ ois auaritia cęca ſit: quę ſua nõ uidet. Ideo et harpyię cibos abripiũt. At uero qđ eius prãdia ſtercoribus fœdãt: oſtẽdit fœnerantiũ uitã: Harpyię. Celeno.

et rapinę ingluuiem eſſe ſordidam. Sed has a cōſpectu eius Zetes et Calais fugant: quia rapina ei de ſuo comeſſe nō permittit. Sed Phineū a fœnerando deducere: ut grēcū latino miſcere: nō placet. Nuſquā locus. Non eſt opportunū: immo non licet mihi miſero fallere harpyias: et ſecreto comeſſe: quoniā ſemp hęrent et inſtant. Miſero. Mihi. Ilicet. Statim. Illico cōuolant omnes Harpyię. Niger nimbus. Picea caligine pręgnans et grauidus hymber. uel alludit illi Rhodii ſententię.

Ἀλλὰ διὰ νεφέων ἄφνω πέλας ἀίσσουσαι
Ἅρπυιαι στόματος χειρῶν τ' ἀπὸ γαμφηλῇσι
συνεχέως ἥρπασον.

Fallere quas nuſquam miſero locus. ilicet omnes
Deueniunt, niger intorto ceu turbine nimbus:
Iamq; alis procul: et ſonitu mihi nota celeno
Diripiunt: uerruntq; dapes: fœdataq; turbant
Pocula: flagrat odor: ſurgitq; miſerrima pugna.
Parq; mihi monſtriſq; fames: ſpreuere quod omnes
Polluerintq; manu, quodq; unguibus excidit atris
Has mihi fert in luce moras nec rumpere fata
Morte licet. trahitur uictu crudelis egeſtas.
Sed uos obſeruate precor prædicta deorum
Si non falſa mihi: uos finem imponite pœnis.
Nempe adſunt qui monſtra fugent aquilonia proles
Non externa mihi nam rex ego diuitis hebri
Iunctaq; ueſtra meo quondam Cleopatra cubili:
Nomen ad acteæ Calais: Zeteſq; ſororis
  Proſiliunt: Zeteſq; prior: quem cernimus inquit?
Tu ne ille odryſiæ Phineus rex inclytus oræ?
Tu Phœbi comes et noſtro dilecte parenti?
O ubi nunc regni, generiſq; ubi gloria: quam te

Sed per nebulā ex improuiſo prope ſalientes harpyię ab ore unguibus iugiter rapiebant. Parū tamen neſcio quid cibi relinquebātur: ſed quod infectū ab animalibus: odorē tetrum fundebat. Intorto turbine. Aquę uertigine circūrotata. Alis pcul. Procul cognita mihi alarū ſtrepitu: ut illud i parte diſpari Tibullianū. Agnoſcat ſtrepitus me ueniēte pedū. Sonitu. Quā ego ex alarū ſtrepitu et tumultu rapinę noui tanq̄ reginam ac maiorē cęteris harpyiis: ut Maroni cōcinat. Verrūt. Conuerrūt: corripiunt. omnia cum puluiſculo: ut Plautus inquit: uel ut grēci αὐτῷ κανῷ hoc ē caniſtro: cum nihil relinquit. Maro ait. et cęrula uerrūt. Fœdataq; turbant. Scribēdū ex antiquis exēplaribꝰ. Fœdataq; turbāt: cōfūdūt reſupināt. Turbāt fędatas et inquinatas dapes. Pollucbant prius ſtercore dapes: quod ex Maronis tertio ęneidos hauries. Fragat. ſcribe. Seuit odor. Sic habēt priſci codices: antiquitatis: maieſtatis ac fidei pleniſſimi: quibus diſſentire piaculū ē. Tolerabilis ē tautologia cū plures uerſus interſerunt. Crudelē odorē appellamus ſpurciſſimū: qui nos oppido cōficit. Apollonius ἐλείπε τοτ' ἄλλοτε τυτθόν. ἵνα ζώων ἀκάχοιτο καὶ δ' ἐπὶ μυδαλέην χέεν. i. relinquebat aūt aliquādo cibi nō multū ab auibus: ſed madidū et tetrū odorē ſpirabat. Surgit pugna. Pugnat cū harpyiis et cōtēdit a Phineo: etiā id reliquū rapere annitentibus: quod ſupfuit. Miſerrima. Quid. n. miſerius q̄ cū harpyiis altercari: nec quidē minimā partē cibi poſſe ſeruare: etiā ſtercore pollutā. Mihi. Quippe cui harpyiarū ingluuies nihil relinquit ad tollendā famē.
  Monſtris. Harpyis. Spreuere quod oēs. Sēſus ē. Quod ſpreuerūt oēs tanq̄ fedū et fetidū: et quod ut inquinatū abiecerūt: id ego reſumo et colligo. Polluerint. Scribe. Polluerūt: tertia .correpta: ut tulerunt: et ſteterūt. Quod oēs harpyię ac miniſtri manu cōtrectādo polluerūt: hoc mihi dat ſpatiū ad uitam.
  Atris. fœdis. Sic hńt pſci codices nō uncis. ex illo reſiduo qđ cadebat auibꝰ: uiuebat miſer Phineus.
  Has moras. Iſta ſpatia uiuēdi. Sūt qui nō has. ſed. hoc. ſcribāt: reſpondētes illi uerbo. Quod. Repugnāt priſci codices. Trahit. Protrahit. Victu. Viuēdo in miſeria. cibo illo quotidie reguſtato: quo nihil tetrius. Crudelis egeſtas. Magna uerborū ꝑmis egeſtati crudelitatē cōiūgere. Obſeruate. Factis nauate operā reſponſis deorū reſpondētē. Liberate me ut dii ſignificarūt. Prędicta deorū mihi. Quę dei mihi ꝑdixerūt. Si nō falſa. Si nō falſo ꝑdicta ſunt: ſed uere. Pœnis. Meis. Nō externa. Nō peregrina: ſed cognata. i. affinis. Quippe Phineus maritus fuit Cleopatrę ſororis Zetę et Calais: qui ples hic aquilonia dicunt: quoniā fuerūt Aquilonis filii. Cleopatrā matrē filiorū Phinei fuiſſe ſcribit Diodorus lib. v. bibliotheces et ſororē Zetę et Calais: ubi huius hiſtorię ſeriē facile colligere poteris. Diuitis hebri. Thracię quę ē regnū ditiſſimū. Pars ꝑ toto metonymicos. hebrū qs ignorat eſſe thracię fluuiū. Naſo. Dū tu uada tendis ad hebri. Quondā. Poſtea ſuperduxit alterā Phineus ut ſupra recitauimus: cuius inſtinctu filios ſaxo deiecit. Quare Orpheus a filiis Boreę prodit eiectū in exiliū fuiſſe immitius.
Cleopatra. Actęa. Mater iſtorū fuit Orythia: pater Boreas. Orythię ſoror Cleopatra fuit. Proſiliūt. Vt ad iuuandum parati. Prior. Proſiluit. Quem cernimus. Cognatum uidemus pręter ſpem. minantis ē.
Odryſii. Odryſię orę. Thracię. ab odryſiis Thracię populi. Phœbi comes. Socius ac diuinus.

Exedit.

Exedit. Conſumit. Miſeris. Catholica ſentẽtia miſeros cito mori: nec eſſe longęuos. Eſt tibi noſtra uoluntas. Mitte precari, nos uolumus: quod tu deſideras. Si non. Ordo. Si non ira deum urget uel ſi placabilis. Volumus te liberare ſi non ira deũ punitiua: uel ſi ea placabilis eſt. Si non te ira tonantis agit: et placata eſt cupimus tibi obſequi. Ira deum. Subintelligeẽ eſt tibi. Placabilis. Ira deorum urgere. Suſtulit. Apollonius. ὣς φάτο. τοῖσδ' ἰθὺς κινέας ὀγεραιὸς ἀνέσχε γλήνας ἀμπετάσας ἰκῶν ἐμελ ψατο τοῖσδ' ἐπὶ ἔσσι

Exedit labor: et miſeris feſtina ſenectus.
Quin age mitte preces. nãq; eſt tibi noſtra uoluntas:
Si non ira deum: uel ſi placabilis urget.
Suſtulit hic geminas Phineus ad ſydera palmas:
Teq; ait iniuſti: quæ nunc premit ira tonantis
Ante precor noſtræ tandem iam parce ſenectæ:
Sit modus: et fore credo equidem: nã noſtra uolũtas
Quod iuuenes ſine pace deum. nec credite culpam
Sæuitiæ: ſcelerum ue mihi nunc crimina pendi.
Fata loquax mentemq; Iouis: quæq; abdita ſolus
Conſilia: et terris ſubito uentura parabat
Prodideram miſerans hominũ genus: hinc mihi tãta
Peſtis: et effuſæ media inter dicta tenebræ.
Iam tandem ceſſere iræ. nec caſus ab alto:
Ipſe uolens noſtris: ſed uos deus adpulit: oris.
Sic ait: et fatis ita iam cedentibus omnes
Impulit: et duræ commouit imagine pœnæ:
Inſtituere toros: mediiſq; tapetibus ipſum
Accipiunt: circumq; iacent: ſimul æquora ſeruant:
Aſtra ſimul: ueſciq; iubent ac mittere curas.
Cum ſubitus miſero tremor: et pallentia primæ
Ora ſenis: fugere manus. nec prodita peſtis

Sic fatus erecte uacuas ſenex extollebat pupillas extẽdẽs. Premit. Scribe premis. Ira Iouis: quę me premis tandem parce ſeni: exuli: fa melico: labore perefo. Iniuſti. deſperatione ductus iouem dicit iniuſtum: ut qui nõ in male meritum Phineum animaduerterit: ſed mortalibus cõſulentẽ uaticinia pdẽdo.

Ante pcor noſtrę tãdẽ. lege non tandem ditionẽ caſſam et nihili ſed finem. Hoc ſenſu. Ira tonantis precor parce mihi iã ante finẽ meę ſenectutis: hoc eſt ante mortem: anteq̃ moriar mihi parce. Sit modus. In pœnis. Nec ſcutica digniũ horribili ſectere flagello. Fore credo. Cõfidit deos affuturos auxilio: ut q̃ Soteras et Liberatores miſerint boreadas. Noſtra uolũtas qd iuuenes. Scribendum. ueſtra uoluntas Haud iuuenes. O iuuenes ait augurer mihi placatos deos: quoniã ueſtra uolũtas propẽſa in redemptionem meã non eſt ſine nutu ac uolũtate deorũ. Sine pace deũ. Non eſt uoluntas ueſtra ſine pace ac uoluntate deorũ mihi propenſa. Sęuitię. Excuſat pœnã nõ eſſe ob deiectos ſaxo filios: aut aliã ſęuitiam ſed propter utilitatem cõmunem.

Culpã pendi. Me luere pœnas peccati crudelitatis et ſęuitię. Crimina ſcelerum. Errata ſcelerata criminoſa ue. Loquax prodideram. Ego uaticinans loquacius q̃ deceret mentem ac cõſilia deorũ aperui. Huic adſtipulatur Sidonius ita canens. Secretum rapuiſſe ſeni. et inferius ſic loquit Phineus. Ipſe etiã qui me phibet ſua pãdere terris ſęcula: te propter fandi mihi Iuppiter auctor. huic opinioni ſic adſtipulatur Apollonius. ὃ περὶ δὴ πάντων ὀλοώτατα θυμῷ ἀνέτλην εἵνεκα μαντοσύνης. Et quę ſequunt. Hinc. Ex oraculis: quę homini pandebã. Effuſę tenebrę. Caligo oborta: oculi adempti. Inter dicta. Dum oracula pando. Ceſſere irę. Iouis ira iam me non perſequitur. Nec caſus ab alto. Nec a cœlo nec deſuper et ut greci dicũt οὐράνιον uos ad me liberãdũ ueniſtis: ſed impellẽte deo. Volens deus. Propitius. Fatis cedentibus. Abeunte iniquitate fatorum: iraq; dei paulatim diſcedente. Omnes. Minyas. Impulit. Coegit: urſit. Cõmouit. ad ferendũ auxiliũ cõtraxit. Imagine. Simulacro: indicio: cũ uidentes ſcęnam crudelitatis omnes ſympathia ducebantur. Thoros. Diſpoſuerunt menſas. Mediis tapetibus. menſis tapetibus regifico luxu ſtratis. dixit mediũ quoniam ut uatem ut ſeniorem in locum receperunt honoratiorem. Maro. Aurea compoſuit ſponda: mediamq; locauit. Aequora. Harpyię aduolant uia maris. Aſtra. an cœlitus deuolent. Mittere. Omittere ac deponere. Tremor. interuenit. Miſero. Phineo audienti ſtrepitus alarum: et ſonum ſtygium cõuolantium harpyiarum. Fugere. Deprenſum cibum non tenuere: ſed ſolicitis ac tremẽtibus manibus intercidit. Cur extrema rigent.
Primę manus. a quibus tanq̃ extremitatibus cępit tremor. Quęrit Ariſtoteles libro ſeptimo queſtionum orbicularium cur extrema corporis rigent: An propter anguſtiam. Foramina enim quę his inſunt auguſta parum obtinent ſanguinis: et ob eam rem parum caloris ſortiuntur: Sanguis enim calidus eſt. Peſtis. Peſtilentes harpyię ac ſtercoreę fœdantes omnia lue teterrima.

In mediis dapibus. Dum ipſi comedũt. Flagrat. Comburit q̃cq̃d attingit. Patris auerni. Cenſet enim Apollonius Typhonis filias eſſe harpyias, quem inferorũ mõſtrorũ patrem credidit antiquitas. Expirat. Fœdus enim ac fętidus erat hic halitus. Omnes manus. Caterua trium harpyiarum unũ Phineũ inuadit: in quem erat armata a Ioue. Inceſſere. Inuadere. impellere. Vnũ. Solum Phineũ cęteris neglectis. Inhiat. Inſtat: urget. Cocytia nubes. Multitudo harpyiarũ infera. Quis ignorat

Cocytia nubes. cocyto eſſe fluuiũ inferorum. Luxurians. Abundanter exultãs et licenter. Viſu. Cum uidebantur, adeo turpes erant et illuuioſę ut oculos uidentes inceſtarẽt. Sola. Pauimẽta. Colluuie. Stercore: fœ

Proluuies. ditate humida. Mira proluuies: inquit Cicero: fuit ad Martis. Illuſis. Stercore collitis ac fœdatis. Illuſęq; auro ueſtes inquit Maro. Stramina. Stragula. uel in herba ſtratę fortaſſis erant menſę. Fœda. Fœditate illa coinquinata. Rigãt. Variãt: diſtingũt. Retenta prçda. Dum unguibus carnem inuadũt et abſonia. Sęuit. Creſcit: exęſtuat: augeẽ. Vtrinq;. Et a Minyis parte cibi ſui fraudatis ab harpyis: et harpyię fameſcũt carnem tenẽtes: cuius uidore ad deuorandam inuitabantur. Phinea. Prohibebat. Miſeras. Fraudatas a Celeno participio prędę. Genitor. Boreas pater Zetę et Calais. Nouo. Non erant ſolitę ſentire alium hoſtem harpyię: quippe cum Phineus non eſſet repugnare ſufficiens. Lues. Colluuies: fœditas. Rapinę. ſcribo rapinę: hoc ẽ prędę carnis: quã inuncauerat. Alta. Maria. Fixi. Defixi et admirabundi. Hęmonię. Argonautę. Hęmonia Theſſalia. Palantia.

Palabundus. Diſperſa: palare uagari: unde palabũdus uagus. Prorupti. i profundum hyatum aperti. Tonuit. Crepitum dedit ui uentorum emiſſa: et crater ſummus flãmigauit.

Ante: ſed in mediis dapibus uidere uolucres.
Flagrat acerbus odor: patriſq; expirat auerni
Halitus: unum omnes inceſſere planctibus: unum
Infeſtare manus, inhiat cocytia nubes
Luxurians: ipſoq; ferens faſtidia uiſu.
Tum ſola colluuie: atq; illuſis ſtramina menſis
Fœda rigant: ſtridunt aliæ: prædaq; retenta
Sæuit utrinq; fames. nec ſolum horrenda Celeno
Phinea: ſed miſeras etiam prohibere ſorores.
Emicat hic ſubito: ſeſeq; aquilonia proles
Cum clamore leuat. genitor ſimul impulit alas.
Hoſte nouo turbata lues: lapſæq; rapinæ
Faucibus: et primum pauidæ phineia tecta
Peruolitant, mox alta petunt. ſtant littore fixi
Aemonidæ: atq; oculis palantia monſtra ſequuntur.
Sic ubi prorupti tonuit cum forte ueſeui
Heſperiæ letalis apex: uix dum ignea montem
Torſit hyems: iamq; Aeæas cinis induit urbes.
Turbine ſic rabido populos atq; æquora longe
Trans abeunt: nullaq; datur conſydere terra.
Iamq; et ad Ionii metas: atq; intima tendunt
Saxa: uocat magni Strophadas nunc incola ponti

Veſeuus. Veſbius. Veſeui. Veſeuus mons Campanię: qui et Veſbius appellatur. Flagrat certis temporibus anni: quem cum Plinius rerum naturę curioſus inuiſeret: obiit. Cuius Veſeui incendium ita Plinius Cecilius deſcribit. Erat Miſeni Plinius claſſemq; regebat. hora fere ſeptima mater mea indicat ei apparere nubem inuſitata magnitudine et ſpecie. Nubes et incertum procul et intuẽtibus ex quo monte: Veſuuium poſtea fuiſſe cognitum eſt: oriebatur. cuius ſimilitudinem et formam nõ alia res magis q̃ pinus expreſſerit. Nam longiſſimo uelut trunco flata in altũ quibuſdã ramis diffundebatẽ. Credo et recẽti ſpiritu euecta: dein ſeneſcente eo deſtituta. aut etiam pondere ſuo uicta in latitudinẽ uaneſcebat: candida interdum interdum ſordida: et maculoſa: prout terram cinerem ueſuſtulerat. Heſperię. Italię. Lethalis apex. pernicioſus uertex: qui craterem habet ardẽtẽ. Torſit. Impulit: concuſſit. Hyems. Turbo: uortex. globus igneus cuncta deuaſtans. Aeęas. Ita legendũ eſt non eoas ut imperitiſſimi ſcribũt: ęeas autem

Aeęa circe interpretamur circęas ab ęea Circe: quę hoc donata cognomento ẽ ab nautis aſpernantibus hoſpitiũ: ut Seruius autumat. Circeios. n. ſedẽ Circes ſcimus eſſe in Campania ubi fuit mons ueſbius: de quo pretorio circes meminit Apollonius in quarto: et nos libro argonauticon decimo. Scribit enim Plinius li

Circei. bro tertio naturalis hiſtorię. Circeios inſulam fuiſſe in ora Campana: Herculaniũ: Pompeii: haud procul expectante monte ueſeuo. Cinis induit. Fuligo coperit. Ex Plinii Cecilii uerbis in auũculi exitu apparent omnia flagrante ueſeuo fuliginibus operiri et cineribus eiectis. Strophadas. A conuerſione

Strophades. Zetis et Calais uocatę ſũt. Strophades inſulę prius Plotę dictę. Strophades inquit Pollux ad Zacynthũ

Plotę. duę. gentile στεφαδεύς Maro. Strophades graio ſunt nomine dictę inſulę ionio in magno. uel dictę ſtrophades q̃d ad nauigantibus in orbem circũactę et globulentę uident.

Neſando. Diro: tartareo. Typhona. Pro auerno ut ſupra Flaccus innuit: et Plutone cępit: quem fortitũ terreſtrẽ Pãbaſilian. i. dictaturã et uniuerſum dominiũ terrę tradit his Orph. i hym. ĩ Typhonẽ.
ζεῦ χθόνιε σκηπτοῦχε τάδ' ἱερὰ δέξεο, πρόφρων
πλούτων ὃς κατέχεις γαίης κληῖδας ἁπάσης
Dicitur ab eodem polydęmon: παντοκράτωρ: omnia potens: aliiſq; id genus cognomentis.

Typhon. Pambaſilia.

Hic feſſæ letiq; metu propioris anhelæ
Dum trepidant: humiliq; graues timidoq; uola tu
Implorant clamore patrem Typhona neſando:
Extulit adſurgens noctem pater: imaq; ſummis
Miſcuit: et mediis uox exaudita tenebris.
Iam ſatis huc pepuliſſe deas: cur tenditis ultra
In famulas ſæuire Iouis? quas fulmina quanquam
Aegidaq; ille gerat: magnas ſibi legit in iras.
Nunc quoq; Agenoreis idem decedere tectis
Imperat: agnoſcunt monitus: iuſſæq; recedunt:
Mox tamen et uobis ſimilis fuga: cum premet argos
Letifer: arpyæ nuuquam noua pabula quærent:
Donec erunt diuum meritæ mortalibus iræ.
Hæſit uterq; polo: dubiiſq; elanguit alis.
Mox abit: et ſociæ uictor petit agmina puppis:
Interea Minyæ pulſa lue prima tonanti
Sacra nouant. tum uina thoris, epulaſq; reponunt.

Pater. Rex et inferorũ ſummus. Extulit noctem. Eum cõcomitatę ſũt tenebrę. Ima ſummis. Inferos cũ ſuperis. Vox. Iridis uel Mercurii. Scribit Rhodius Apollonius qđ boreadę leſiſſent harpyias.
εἰ μὴ ἄρ' ὠκέα Ἶρις ἴδεν καὶ τὰ δ' ἄστερος ἀλτο οὐρανόθεν. καὶ τοῖα παραιφαμένη κατέρυκεν. niſi uelox Iris uidiſſet: et ex ęthere ſaltiſſet cęlitus: et admonẽs talibus uerbis retinuiſſet. Cętera require in Apollonio. Tenebris. Inter illas tenebras: quas prętẽdebat. Iam ſatis. Typhon Zetum et Calaim alloquitur ut harpyias pſequi deſiſtãt. Hũc. Ad uſq; ſtrophadas. In famulas iouis. Apollonius iouis canes appellat. Seruius libro. iii. ęn. ita ſcribit in hanc ſententiã. Vt aũt canes Iouis dicerentur hęc ratio eſt: quia ipſę furię dicunt: unde etiam epulas dicuntur abripere: quod eſt furiarũ. Vt. et manibus prohibent cõtingere menſas: unde et auari dicunt furias pati: qui partis abſtinent. Euſebius libro pręparationis euangelicę quinto inquit canes atros: pernicioſos dęmonas appellari: et Proſerpinam dęmonũ eſſe principem: hominũ corpora dęmonibus eſſe plena. Quas. Harpyias. Senſus eſt. quis arma non deſint expugnãdis mortalibus idonea: et ęgis et fulmen. Ordo. Quas Iupiter legit in magnas iras quãq̃ gerat fulmina et ęgida. Ille. Iupiter gerat fulmina pro telo peculiari. Aegida. Scutum pelle caprę Amaltheę tectum: unde Homero Iupiter uocatur ęgiochos. Sibi. Traxit in ſuum pręſidiũ. In iras magnas. Cum maxime uult iraſci. Legit. Elegit domeſtice. Agenoreis tectis. Phinei domo: qui Agenoris filius fuit ut Flacco placet. Idem. Iupiter: qui Phineo addiderat: idem nunc uolũtate mutata reuocat. Decedere. Abire. Agnoſcũt monitus. Monẽti Ioui obediũt. Iuſſę. A ioue. Mox tamen et uobis ſimilis fuga cũ premet argos Lethifer. Sunt qui legunt. arcus nõ argos: uetuſtis exemplaribus repugnãtibus et certe friuola interpretatione. Ego nihil immuto. Per argos argiuũ Herculẽ intelligens: qui Zetũ et Calaim mox interfecit auctore Apollonio: quod a nobis ſuperius affatim diſputatum eſt: ut ſit hic ſenſus. Vos nunc premitis harpyias: mox reciproca lege fatorum uos quis uolucres proſequetur Hercules et obtrũcabit. Argum auctore Marcello poſitum eſſe pro argiuo prodit exemplo Plauti: qui ait. Natus argus ex argo patre: Et Maro eum ſequutus inquit. Viderit hunc oculis ignẽ crudelis ab alto Dardanus pro Dardanius. Sĩ ĩ antiquis codicibus uſpiã repertũ ẽ: arcus: quod nõ puto: nec ego legi: cõmodius ẽ ad arcũ Herculis referre: quo ueriſimile eſt Zetũ et Calaim boreadas uolucres cõfixiſſe. Harpyię. Hoc Typhon ut deus qui laconiſmo gaudet ut oraculo: pręſtricto reuertit ad harpyias ſuas: et inquit illis nunq̃ defuturũ pabulũ donec hominũ malitia uigebit in terris. Noua pabula. Alia q̃ ea quę a Phineo quęrebant. nunq̃ deſinẽt harpyię humanum genus infeſtare. Donec erunt diuũ meritę. Donec mortales merebunt iras deorũ. meritę. paſſiuę poſitũ. Plautus. Vale ut de me meres pro mereris. Scribit Apollonius poſt hęc dicta: Irida et harpyias in diuerſum abiſſe. Illę: ingreſſę ſunt latebras cretę Minoidis: quod forte cõmẽti ſũt poetę propter cretenſes furtis et fraudibus obnoxios.

Iouis canes harpyę. Canes iouis furię. Auari furioſi. Canes atri cacodęmones. Proſerpina. Aegiochos Iupiter. Hercules Zetũ et Calaim interfecit. Argus. Mereo. In creta habitant harpyię.

Hęſit. Stetit: firmauit ſe in cœlo: in aere. Vterq;. Zetes et Calais. Dubiis alis. Pro ipſi boreadę dubii qd agerẽt. Elanguit. Remiſit impetũ uolãdi. Abit. Vterq;. Interea minyę. Semper defuncti laboribus et honeſtis ęrumnis heroes a poetis fingunt ſacrificare deis ut grati aduerſus eos: a qbus cũcta pficiſcunt. Quare Pythagoras admonuit in primis colẽdos eſſe deos: mox ſemideos et pncipes: quod cũ legiſſet Maro in hęc pẽſitata uerba prupit. In primis uenerare deos. Pulſa lue. Depulſa calamitate deploranda a faucibus Phinei. Prima. Quę prius erant ſoliti inſtaurant et integrant.

In primis deos colendos mox ſemideos.

Inter medios. Poſitus inter medios heroas. Quid ſi legis intermedius ut ſit unica dictio: quoniã Phineus erat in medio poſitus heroũ. ut ſuperius annotauimus. Imagine. Simulacro ſomni illuſus. Videbat̃ iſta ſomniare nõ uidere Phineus: adeo magna erant et incredibilia. Lętus. Recuperatis oculis.

Ad oblitę cereris honores. cũ honores hoc ẽ lautos ac bonos cibos: cõditos: ſplẽdidoſq; guſtabat: quos erat oblitus longo tẽpore: quo cibũ integrũ non perceperat. Agnoſcit. Guſtat: quoniã purã ſumit nõ pollutam ab harpyis. Non pauidę. Non timẽtis harpyias. Dat ſenſum rebus ſenſu carentibus ꝑ ipſe collocatus in menſa non pauet harpyias. Vota. Verba Iaſonis ad Phineum. Phineu inquit liberatus es calamitate tua a nobis: pro quorum remuneratione uaticineris inuicem nobis: quę nos manẽt in poſterum uela dantes: et magnam: periculoſamq; profectionem ingreſſos. Per uota. Deſideria intelligit. Lux. n. reſtituta fuerat: et harpyię fugatę. Eripe curis. Pateſacias oracula mea et ſociorum meorũ: quo ego degã ſerenius. Animum. Cõſiderationem tuã et oraculum conuerte ad ęrumnarum noſtrarum finẽ patefaciendũ. Nec numine uano. Oracula quę acceperam ante diſceſſum uera fuerũt numine meo minime mendaci: euenerunt: quę cecinit deus. Curę ſuperum. Si fidimus deos cępta noſtra curare: ut fidimus: et ut curãt. Adorti. Nos qui ſulcare cœpimus tantũ mare: tendimus et perſeueramus ulterius ꝓficiſci. Optima. Sapiẽtiſſima ac pudiciſſima pallas. Puppem inſtituit. Nauem Argo fabro argo dictauit et exorſus eſt. Socios. Qui heroes me tanti laboris ducẽ comitant̃. Fidere. deorum oraculis: qui lętũ finẽ annuerunt. Et ille. Phaſis qui ẽ ultima meta profectionis: et laborũ meorũ finis. Sũt qui ſcribunt. Vt ille operum. quẽadmodũ phaſis ille eſt finis rerũ omniũ deſtinatarũ: ita timorem incutit peruenẽdi ad eum finem. Hoc magis. Tanto magis nos cruciant fini proxima.

Angunt proxima. Timetur cõcluſio rei totius. Nec uates ſunt. Et quãuis Idmona mopſumq; uates habeam: cogor ex infinita rerum occurrentium ſerie: oraculo quoq; indigere tuo. Ille. Phineus. Reſpondet Phineus Iaſoni et futura diuinat. Ferre preces. Non preces expectat Phineus: ſed ſubito reſpondet. Hic. Tunc. Demum uittas. Tandem poſt longũ tempus ſe uittis ornauit et lauro Apollini dicata. nam toto illo tempore quo fuerat ab harpyis infeſtatus laurum non attigerat. Laurus ſumebatur qd Apollini ſacra eſt uaticinii deo. de qua mirum recenſet Placiades ſuppoſitam capiti facere ut dormiens uera ſomnia uideat. Scribit Sudas priſcos crediđiſſe laurum habere aduerſus uenena remedium. Quare prouerbialiter dicebatur δαφνίνην φορῶ βακτηρίαν hoc eſt laureum baculũ geſto de his qui appetiti inſidiis periculum effugiſſent. Apud ueteres mos erat ut ſi quis citharam accipere recuſaſſet ut potę muſices ignarus: is per iocum accepto ramo laureo ſeu myrteo cogebat̃ ad eum canere. Plutarchus primo ſympoſiacon ſcribit olim fuiſſe morem ut in conuiuio primum uoce communi deum canerent παιανίζοντας ut ait. Deinde myrteum ramũ unicuiq; tradi ſolere. Poſt circumlatam lyram accipiens fidibus obloquebatur. Te nunquam pœnis. Scribe. Ceu nunquam pœnis. mirantur rediuiuũ Phineum ita in meliorem habitum reformatum: ceu. i. tanquam nunquam ſquallore: pędore: ſue torpuiſſet.

Nulla peſte. Nulla deformitate. Largus honos. Maieſtas grata ac coruſca ſic auxerat eum ac decorauerat. Inſuſa. Subintellige. erat Phineo. Eſt enim maieſtas honor ſine honore.

Laurus.
Fero laureum baculum.
Ad laurũ et myrtum canebatur.

Ipſe inter medios ceu dulcis imagine ſomni
Lætus ad oblitæ Cereris ſuſpirat honores.
Agnoſcit Bacchi latices: agnoſcit et undam.
Et noua non pauidæ miratur gaudia menſæ.
Hunc ubi recliuem ſtratis: et pace fruentem
Aſpicit: ac longe ducentem obliuia pœnæ:
Talibus appellat: ſupplexq; ita fatur Iaſon.
Vota ſenex perfecta tibi. nunc me quoq; curis
Eripe: et ad noſtros animum conuerte labores.
Omnis adhuc ſors læta quidem: nec numine uano
(Siqua fides curæ ſuperum) tantum æquor adorti
Tendimus. ipſa mihi puppem Iouis optima proles
Inſtituit: ſocioſq; dedit Saturnia reges.
Fidere mens ſed noſtra nequit: quantũq; propinquat
Phaſis: et ille operũ ſummus labor: hoc magis angũt
Proxima. nec uates ſat iam mihi Mopſus et Idmon.
Ille ducem nec ferre preces: nec dicere paſſus
Amplius: hic demum uittas: laurumq; capeſſit.
Numina nota ciens: ſtupet Aeſonis inclyta proles
Phinea te nunquam pœnis nullaq; grauatum
Peſte Iouis: ſic largus honos: tantum illa ſenectæ
Maieſtas infuſa. uigor nouus auxerat artus:

Tum canit. Oraculum Phinei ad Iaſonem. Apollonii ſecundum librum excute: apud quem ſic inci/pit Phineus. κλῦτε νῦν. οὐ μὲν πάντα πέλει ὔμμι δαῆναι. hoc eſt audite autem. non eſt fas uobis omnia ſcire. Arte pallados. Propter nauem fabricatam a Pallade. Pelias. Iniquitas et Tyrannis Pelię te deprimere credens extollit. Vellera. Tibi dari nõ ſperat. Grates expediam: Referam gratiam quam potero reuelando tibi myſteria et fata tua. Expediam. expedite loquar: ac ſummatim agã. Sunt qui gentes legant: hoc ſenſu. Expediam tibi gentes quas reddere poſſum. Repugnãt antiqui codices. Ipſe etiam. Senſus eſt Iupiter qui me uaticinari prohibuit propter te cupit me oraculum pandere: ita dis es cordi. Prohibet. Apoll. ὧδε γὰρ αὐτὸς βούλεται ἀνθρώποις ἐπιδευέα θέσφατα φαίνειν μαντοσύνοις. ἵνα καὶ τι χατίζωσι νόοιο. non uult Iupiter inquit uatẽ omnia proferre ut ipſo egeant hoies deorũ conſilio. Auctor eſt fandi. Vult et cupit ut tibi oraculum pandamus. Hinc. Cum a me diſcedetis. Errãtes cyaneas. Se in mari mouentes et concurrentes: de quibus ſic Apollonius. πέτρας μὲν πάμπρωτον ἀφορμηθέντες ἐμεῖο κυανέας ὄψεσθε δύω ἁλὸς ἐν ξυνοχῇσι τάων οὔτινά φημι διαμπερὲς ἐξαλέασθαι. Οὐ γάρ τι ῥίζῃσιν ἐρηρέιδαται νεάτῃσι. Ἀλλὰ θαμὰ ξυνίασιν ἐναντίαι ἀλλήλῃσιν

Tum canit. O terras fama uenture per omnes:
Quem ſociis ducibuſq; deis: atq; arte benigna
Pallados ipſe ultro Pelias ad ſydera tollit.
Demens: dum profugi non ſperat uellera phrixi:
Fata locoſq; tibi: poſſum quas reddere grates
Expediam: rerumq; uias finemq; docebo.
Ipſe etiam: qui me prohibet ſua pandere terris
Sæcula: te propter fandi mihi Iuppiter author.
Hinc iter ad ponti caput: erranteſq; per altum
Cyaneas. furor his medio concurrere ponto:
Nec dum ullas uidere rates: ſua cominus actæ
Saxa petunt: cauteſq; ſuas: cum uincula mundi
Ima labant: tremere ecce ſolum: tremere ipſa repente
Tecta uides: illæ redeunt: illæ æquore certant.
Di tibi progreſſo propius: di forſitan ipſi
Auxilium mentemq; dabunt. aſt ipſe iuuare
Auſa quibus monitis poſſim tua? quippe per altum
Tenditis: unde procul uenti: procul unde uolucres.
Et pater ipſe maris pauidas detorquet habenas.

Εἰσ ἐν. ὕπερθε δὲ πολλὸν ἁλὸς κορθύεται ὕδωρ. βρασσόμενον. Petras inquit primu/lum diſcedentes a me uidebitis cyaneas duas in maris anguſtiis: quas difficillime uitabitis. Hę non radi/cibus firmantur infimis: ſed frequenter concurrunt inuicem alternis in unum: deſuper multũ maris ele/uatur aqua ebulliente ac exęſtuãte. Scribit Apollonii interpres ſymplegadas inſulas eſſe duas in ore ponti: quę a colore cyaneę dicuntur. i. cęruleę. Furor. Subintellige eſt ipſis cyaneis. aguntur furore con/currendi cyaneę. Vel melius furor ueſter eſſet his concurrere: et de furore concurrendi cum mobilibus his ſcopulis certare. quoniam ſuperaremini. nam uolucri motu aguntur. Sua ſaxa. Proprios ſcopu/los. Cominus actę. Prope inuicem collidentes: e regione ſe confligentes. Tum. Quãdo cautes iſtę concurrunt. Vincula ima labant. Fit motus terrę uehementiſſimus ex complosione uaſtiſſimarũ inſularũ. Tecta. Si quę ſunt uicinę inſulis habitationes: ut i ora diſpoſitę per litora. Aequore. In ęquo/ris decurſorio. decurrunt enim per mare. Di tibi progreſſo. Progredere tamen nec uereare ſcopulos confligentes. dixit enim Apollonius πειρᾶτε. hoc eſt experiamini. Iuuare. Sed non uideo quomo/do poſſim iuuare monendo ueſtram nauigationem: quippe cum locus et periculum quod aditis ſit difficillimum. Sunt qui: reclamantibus tamen priſcis codicibus: ſcribunt iuuabo et poſſum. Iuuabo orſa mo/nitis quibus poſſum. Nam inferius dat mandata: et conſilia profert: quibus uti debent in tranſmittendis cyaneis. Quin apud Rhodium reperio ſcriptum. Οἰωνῷ δὴ πρόσθε πελειάδι πειρήσασθαι. et quę ſequuntur. Experiamini inquit prius per cyaneas immitendo columbam: quę ſi tranſuolauerit: ne uos cohibete nauem ſed audacter immittite. Poteſt defendi priſcum exemplar: ut prius difficultate rei: et immanitate periculi ſuſpenſus uates hęreat: nec putet eſſe remedium: dein uero mentem recolligens et phœbeum: inquit. Remediũ quoq; afferã ut in re difficili poteſt afferri. Adiuuat qđ Flaccus ex perſo/na Phinei ſubdit. Verum animo redit illa meo ſors cognita diuis. Auſa. Vos audẽtes. Procul uẽti. Diſploſi: diſcluſi ab inſularum complosione. Detorquet. Auertit alio. Non audet Neptunus hoc in/gredi mare: ac curribus familiaribus inequitare: tam celeri arietatione ſaxa iſta collidunt. Semel or/ſis. Cum ſemel concurrere: confligereq; cœperunt. Si in concurrendi principio ſaxa iſta conſiderent:

Cyaneę petrę.

uiribus et celeritate preterirẽt: ſed intermiua complofione confligũt. Vlla quies. Subintellige dareſt
Fuga. eſſet. Túc. Cũ paululũ remoraretur. Fuga. Velox tráſitus. Sic Plautus: ſic Maro uſurpát. Apoll/ων δὲ φύγη τε σύνδρομα πετράων. Properanda. Eſſet. Recurſu. Repetito et accelerato cur/ſu. Primę terrę. Litoris alterius. Celeres. Celeriter concurrentes. Ruunt. Raptim: celeriterque confligũnt. Tenetur. Illo concurſu occupatur. Anceps. Dubius ille pontus. Infeſtis. Irruenti/bus in ſe impetu infeſto: infenſo: hoſtili. Anceps. Dubius: recipro/cus: uiceſſim alternás. Sors. ora/culũ quo mens deorum percipitur: et ſortem pro fato ponit. Tarta/reas. Typhonias harpyias. Sęuo clangore. Clangentes ac ſtrepẽtes inaniter. Protulit. In me exaſpa/uit. Excidit. Scribo exciit. i. cõ/mouit: impulit. Ne uanas. Vanę preces erunt tuę phineu: nec a te po/teris aues abigere: donec pontũ ra/tis penetrauerit. Expete finẽ. ne quęre malũ tuũ finiri poſſe. Age/noride. Phineu Agenoris fili.

Si qua breuis ſcopulis fiet mora: ſi ſemel orſis
Vlla quies fuga tunc medio properanda recurſis
Vix repetunt primæ celeres confinia terræ:
Iamq; alio clamore ruunt: omniſq; tenetur
Pontus: et infeſtis anceps cum montibus errat.
Verum animo redit illa meo fors cognita diuum.
(Fabor enim) nec ſpe dubios ſolabor inani.
Cum mihi tartareas ſæuo clangore uolucres
Protulit ira Iouis: uox hæc ſimul excidit aures.
Ne uanas inpende preces: finemq; malorum
Expete Agenoride. pontum penetrauerit ulla
Cum ratis: et rabidi ſteterint in gurgite montes:
Tunc ſperare modum pœnæ: ueniamq; licebit.
Sic deus: aut uobis ergo fera ſaxa pateſcunt:
Aut mea iam ſæuæ redeunt ad pabula diræ.
Verum inter medias dabitur ſic currere cautes:
Certe digna manus: uacuumq; exibis in æquor.
Proxima regna Lyci: remeat qui uictor ab oris
Bebrycíis toto non ullus littore ponti
Mitior. hic lecto comitum de robore ſiquem
Perculerit uicina lues: ne defice caſus
Prædicti memor: atq; animos accinge futuris.
Illic peſtiferas ſubter iuga concaua torquet
Alter aquas Acheron: uaſtoq; exundat hiatu
Fumeus: et ſæua ſequitur caligine campus.
Linque grauem fluuium: et miſeris ſua fata colonis.
Sic quoq; non uno dabitur tranſcurrere luctu.

Vlla. Aliqua. legitur in emenda/tis codicibus una. i priſcis nõ extat. Rab idi. Rabie cõcurrẽdi ſtimu/lati. Modum. Remediũ harpyia/rum. Deus. Vox diuina ſic me affata eſt. Fera ſaxa. Inſulę ſę/
Pateſcere. uiſſime concurrẽtes. Pateſcunt. Patent et aperiuntur. Ad pabu/la. Ad conuiuia et eſcas meas infe/ſtidas. Dirę. Immanes harpyię. Sic. Ita uobis dabitur incurrere cautes: ut mihi datum eſt abigere harpyias. Oraculum in me ratum fuit: erit et in uobis. Digna ma/nus. Cohors heroica. Vacuum. Patens: et nullis impedimentis ob/ſeratum. Scopuli non concurrent amplius. In ęquor. tráſibis ex illis anguſtiis in mare patentius. Ly/ci. Regis Maryandinorum. Ab oris bebrycíis. Poſt Amycum ſtra/tum Lycus ulturus fratrem Otreũ penetrauerat in agros bebrycum. Hic. Apud Lycũ. De robo/re. Ex coburte robuſtiſſima. Per/culerit. Perçuſſerit: extinxerit. Vicina lues. Cõtagio: interitus.

Si quem. Si quempiã. Tiphyn intelligit: qui mortuus eſt apud Lycum: de quo ſic libro quinto. Ecce inter lachrymas: interq; extrema uirorum Tiphyn agit uiolenta lues. Huic ſucceſſit Erginus: cum tamẽ Nauplius peterent et Ancęus. Accinge. Pręparą te ad ſubeunda pericula ſequentia: patientiaq; do/manda pręterita. Illic. Apud Maryãdinos. Subter. Sub iugis cõcauis uoluit aquas peſtiferas: unde
Acheron. nomen inditum. Torquet. Per uim conuoluit. Acheron Apollonius libro ſecundo.
δινήεις τ' ἀχέρων αὐτὴν διανειόθι τέμνων.
Ἀκρὴν ἐκ μεγάλης προχοὰς ἵησι φάραγγας. i. uorticoſos Acheron ſubter incidẽs ipſum uer/tice ex magno profluentẽ conuallis emittit. Ideo uocatus eſt Acheron qđ illũ emittit conuallis infra ter/ram fluentẽ: triſtem et ſine gratia: unde ei nomen. Plinius libro ſexto. Abeſt a ponti ore miliariis ducẽ/
Acone. tis portus Acone ueneno aconito dirus. Specus Acheruſia. meminit Apollonius de Acheruſia et Ache/
Aconiti. ronte. Hyatu. Egreditur ex ſpelunca terrę. Fumeus. Caliginoſus. Tranſcurrere. Tranſcẽdere
Carambis ponti ciuitates. Vno luctu. Lugebis alium ſocium Idam uel ut nonnulli Iphum ut uidebimus infe/

ſius. Carambin. Apollonii Rhodii uerba.
Ἐςἰ δέ τις ἄκρη ἑλίκας κατ' ἐναντίον ἄρκτου
πάντοθεν ἠλίβατος καὶ μιν καλέουσι καράμβιν.
Eſt quoddam promontorium ex oppoſito helices urſę undiq; altum: quod ipſum Carambin uocāt. Pli.
libro ſexto. promontoriū Carambis uaſto excurſu abeſt a ponti oſtio. ccc. xv. M. paſſus: uel ut aliis pla/
cuit. ccc. L. M. Tantūdem a cimme
rio: aut ut aliqui malluere. ccc. xii.
M. D. Fuit et oppidum eodē no/
mine Carambycę: inquit Stepha/
nus: gens hyperboreorum a fluuio
carambyca ut Hecatęus Abderites
auctor eſt. Iris. Apollonius. με/ Iris.
τὰ τὸν δ' ἀγχίῤῥοος. Ἶρισ με/
ιότερος λευκῇσιν ἑλίσσεται
εἰσ ἅλα δίνεισ. Poſt hūc pro/
pinquus Iris minor albis uoluitur
in mare uorticib9. Ancon. Apol Ancon.
lonius. κεῖθεν δὲ προτέρωσε μέ/
γασ καὶ ὑπείροχος ἀγκὼν ἐξα/
νέχει γαίης. Iſtinc magnus et al/
tus eminet Ancon e terra. Plinius
de acone meminit: neſcio an ab iſto
diuerſo ſic. Abeſt a ponti ore mili/
ariis ducentis portus Acone uene/
no Aconito dirus. Scribit Sudas
Anconem Carthaginēſibus uoca/
ri locum obſcurum et dehiſcentem:
in quod coniiciebantur ii: quos tyrā
nus oderat. Summa montiū Anco/
nes dicuntur. Adde tumorem fluuii
prope ripas ꝑpter curuamen: et gi/
ros cubitales Anconem nūcupari:
quādo locis nōnullis a ſimilitudine
cubitali anconis indita ē appellatio. Thermo/
Thermodon. Apollonius. don.

Quid tibi nubifera ſurgentem rupe Carambin?
Quid memorē quas iris aquas: aut torqueat Acon?
Proxima Thermodoon hic iam ſecat arua memēro
Inclyta Amazonidum: magnoq; exorta gradiuo
Gens ibi: fœmineas nec tu nunc crede cateruas.
Sed qualis ſed quanta uiris inſultet Enyo:
Diuaq; Gorgonei geſtatrix innuba monſtri.
Nec tibi nunc horrenda rapax. ad littora puppem
Ventus agat: ludo uolitans cum turma ſuperbo
Puluereis exultat equis: ululataq; tellus
Intremit: et pugnas mota pater incitat haſta.
Non ita ſit metuenda tibi: ſæuiſſima quanquam
Gens Chalybum: duris patiens cui cultus in aruis:
Et tonat afflicta ſemper domus ignea maſſa.
Inde omnem innumeri reges per littoris oram:
Hoſpitii quis nulla fides. ſed lumine recto
Puppis: et æquali tranſcurrat carbaſus aura.
Sic demum rapidi uenies ad phaſidis amnem.

ἐπὶ δὲ στόμα θερμώδοντος κόλπῳ ἐν εὐδιόωντι θεμισκύρειον ὑπ' ἄκρην μύρεται. hoc ē. Themiſcy/
Illinc altus ancon eminet a terra. ad os autem Thermodontis in ſinu tranquillo Themiſcyriam ad pro/ ria.
montoriū murmurat. Gradiuo. Marte: ἀπὸ τοῦ γραδεύειν ab haſta uibranda: uel a gradiendo in bel Gradiuus.
lum. prima producta profertur hęc dictio: quādoq; correpta. Ouidius metamorph. vi. et genus a magno
ducentē ſępe gradiuo. Amazonidum. Ita uocatę ſunt quoniā unā mammarum inurebant: ab. a. par/ Amazo/
ticula priuatiua. καὶ μαζός mamma: ut expeditiores eſſent i bello: de quibus tot ac tanta legunt̃ ut plu/ nes.
tei etiam grammatiſtarum ſtrepant. De his Apollonius.
Ἔνθα δὲ δοιάντιος πεδίον. σχεδόθεν δὲ πόληες τρισσαὶ ἀμαζονίδων.
Ibi doeantis cāpus. Prope aūt ciuitates tres amazonidū. Sed qualis et quāta. Scribe. Sed qualis: ſed
q̄ta. Crede earū fœminarū robur ac aium imodicū fuiſſe. Inſultet. Eas excitet. Enyo. furor bellicus. Enyo.
Diuas. Pallas raptat eas et agit in ferrū. Geſtatrix mōſtri. quę fert Meduſā. Innuba. Pallas uirgo
dea bellica: quę nū q̄ nupſit. Littora. Amazonidū. Ludo ſupbo. Xyſtico. Cū prępilatis haſtis Ama/
zonides ſcutatę inter ſe concurrunt. Puluereis. Puluerulētis. Vlulata. Clangore diſſono circūſtre/ Chalybes.
pita. Intremit. Suſſultat et concutitur. Pater, Mars. Non ita ſit. Non tantū reformida Chaly/ Chalybia.
bas quantū hoc fœminarum genus: quę uocant̃ Amazones. Chalybum, Apollonius libro ſecundo.
μετὰ τε σμυγερώτατοι ἀνδρῶν
Ἐργατίναι. τοὶ δ' ἀμφὶ σιδήρεα ἔργα μέλονται.
Vltra Amazonas laborioſiſſimi mortaliū aſperam Chalybes et indomitā terram habēt: qui uſq; et uſq;
ferrea opera meditantur. Gens ſcythica chalybes ait interpres Apollonii: ultra Thermodontem ferri in/
uentores: uocati a filio Martis Chalybe. Chalybia uocatur regio ut autumat idem interpres. Chalybas
Plinius libro ſexto ponit in regione Themiſtide. Cultus patiens. qui coloni ſunt patientes. Ignea.
Propter aſſiduam fornacem. Afflicta. Fluctu aſſiduo pulſata. Omnem oram. Per totam illam re/
gionē litoralē gentes ſunt penitus barbarę ac infidę. Quis. Quibus. Limine. Scribo limite. ęquali
itinere ac uia profectionem continuante. Sunt Chalybes barbari et inhoſpitales.

Fraterna. Inter ętam et Perſen fratres ęſtuabant procellę bellicę. Erinnys. Diſcordia. Diſcrimina. Non uideo ulterius uſq; ad regnum ętę pericula maiora. Pellem. Arietis phrixi. Credere. confidere. Potior. Vtilior:melior. Dextra. Viribus. leuior laus in duce dextrę inquit Silius Italicus ad hoc propoſitum. Tulerit. Obtulerit. Aripe opem. Inuade occaſionem. Similis eſt apud Italicum eandem ſententiã:uelox accede ſecundis. Vltima fata. Cum reuertetur in gręciam:et ex peloponeſſo reflabitur in Syrtes: cum Medea odio ſuccubę:pelliciſq; ſtimulata filios proprios iugulabit.

Occaſioné arripiendã

Sileo. Quod uideo medeam uidelicet filios cędentem. Precor. fata tua aliter eueniãt q̃ a me uidentur. Dedit. Deſcripſit. Iterum. Emendati codices habent. Iter ac reſponſa. Deſcripſit iter ac reſpõſa tenebris inuoluta. Tum. audito phineo. Viros. Minyas. Pãgęa. Thracię mõtes. Exactę. expulſę harpyę. Nec metuã. Amplius ne timẽdũ eſt? Tutę dapes. Subintellige erunt ne? Abſcedũt terris. Diſcedũt a litore. Littora cõdunt. Maria celãt. Sęua ſub imagine. Imaginabãtur ſęuas cyaneas.

Parte putent. In qua parte credant eſſe cyaneas. ubi narrentur eas reperiri poſſe. Stãt ora. Obmutescunt. Recedunt. Aliud inſpiciunt. Inſana ſaxa. Furentes ſcopuli cyaneę. dixit ſupra hoc uexari furore concurrendi. Saxa neque illa uiris. nõ uiſa ſũt hęc minyis eſſe ſaxa. Precipitata pars poli. Alludit nomini cyanearũ: quę cęlo cõcolores erant. Ferre fugã. Ferebant fugam aquę maritimę. Maria. Maris aquę. Diſicere. In diuerſas ptes iacere. In diuerſas partes diuidebantur. Subintellige ſe. Priſci codices habent diffugere hoc eſt in diuerſas partes fugiebant. i. celeriter rapiebantur. Deſcendere. In profundum hyatum. Sũt qui legũt diſcedere. Rapti. Manibus excuſſi. Ipſe. Iaſon. Volãs. celeriter ſatagens. Premẽs. Vocãdo inſtãs. Quibus. minis ac animis. Iſta. Similia pericula: ornamẽta uirtutis. Idẽ animos. Scribendum priſcis codicibus ſuffragãtibus. Idem Amyci. cum antrum ac horrendum ſpecum Amyci uidimus: primo timuimus: et quaſi concidimus: poſtea reſumptis animis ſinguli pugnam poſcebamus. Timor idẽ. Qui nunc premit. Omnibus. Subintellige animum: mentem: pręcordia.

Caſtra ibi iam ſcythiæ fraternaq; ſurgit Erinnys.
Ipſe truces illic colchos:hoſtemq; iuuabis
Auxiliis nec plura equidem diſcrimina cerno.
Fors etiam optatam dabitur contingere pellem.
Sed te non animis:nec ſolis uiribus æquum
Credere:ſæpe acri potior prudentia dextra.
Quam tulerit deus:arripe opem .iamq; ultima nobis
Promere fata nefas ſileo precor.atq; ita facto
Fine dedit tacitis iterum reſponſa tenebris.
Tum ſubita reſides ſocios formidine Iaſon
Præcipitat:rumpitq; moras:tempuſq; timendi.
Ipſe uiros gradiens ad primi littoris undam
Proſequitur Phineus.quæ nam tibi premia dixit:
Quas decus:O Boreæ poſſem perſoluere grates.
Me pangæa ſuper rurſus iuga:meq; paterna
Stare Tyro:dulceſq; iterum mihi ſurgere ſoles
Nunc reor.exactæ uerum ne abiere uolucres
Nec metuam tutæq; dapes.date tangere uultus:
Definite amplexus:propiuſq; accedite dextræ.
Dixerat.abſcedunt terris:et littora condunt.
Omnibus extemplo ſæua ſub imagine rupes
Cyaneæ:propiorq; labor:quando adfore:quaq;
Parte putent.ſtant ora metu.nec feſſa recedunt
Lumina:diuerſas circum ſeruantibus undas.
Cum procul auditus ſonitus inſanaq; ſaxa
Saxa neq; illa uiris ſed præcipitata profundo
Syderei pars uiſa poli dumq; ocyus inſtant
Ferre fugam:maria ante ratem:maria ipſa repente
Diſicere:aduerſoſq; uident deſcendere montes.
Omnibus et gelida rapti formidine remi.
Ipſe per arma uolans:et per iuga ſumma carinæ
Hortatur:ſupplexq; manus intendit Iaſon:
Nomine quenq; premẽs. Vbi nũc promiſſa ſupbæ?
Ingenteſq; minæ?mecum quibus iſta ſecuti?
Idem animos certe uiſo timor omnibus antro

Perculerat. Concuſſerat: agitauerat. Stetimus. Armati cõtra hoſtem. Adfuit. Auxilium tulit. Idem. Eiuſdem numinis fauore: qui tunc affuit. Abiecti. Excluſi: et abire coacti. Trahit. Remũ ad pectus adducit: remigat. Fuga. aqua eliſa refugiens nauẽ repellebat. Obuia. Occurrẽs ingruẽtibus et annitentibus. Iuga remittunt. Retromittunt. i. retrahunt iuga illa colliſa. Bis fragor. Bis ſtrepitus cuncta frangens. Dum hęc fiunt bis ſymplegades conflixerunt. Infeſtas. Vi infeſtiſſima cõcurrentes. Expreſſo imbri. aqua in medio ſuppreſſa accẽditur ex nimia aeris cõcalefactione ꝓpter uiolentum motum. Vel ſcintillę ex colliſione ſaxorum emittunt: et ex ictu chalybis et ſaxi conflabatur ignis.

Perculerat: ſtetimus tamen: et deus adfuit auſis.
Quin iterum idem aderit credo deus. hæc ubi fatus
Corripit abiecti remumq; locumq; phaleri:
Extrahit: inſequitur flammata pudore iuuentus.
Vnda laborantes præceps rotat: ac fuga ponti
Obuia: miſcentur rupes: iamq; æquore toto
Cyaneæ iuga præcipites illiſa remittunt.
Bis fragor infeſtas cautes: aduerſaq; ſaxis
Saxa dedit: flamma expreſſo bis fulſit in imbri.
Sic ubi multifidus ruptis e nubibus horror
Effugit: et tenebras nimboſq; intermicat ignis:
Terrificiq; ruunt tonitrus: eliſaq; noctem
Lux dirimit: pauor ora uirum: pauor occupat aures:
Haud ſecus impleuit pontum fragor: effluit imber
Spumeus et magno puppem procul æquore ueſtit:
Aduertere dei: defixaq; numina ponto:
Quid ſcopulis præcluſa ratis: quid dura iuuentus
Expediat. pendet magnis fauor ortus ab auſis.
Prima coruſcanti ſignum dedit ægide uirgo
Fulmineam iaculata facem. uixdum ardua cautes
Ceſſerat. illa uolans tenui per concita ſaxa
Luce fugit. cecidere uiris animiq; manuſq;
Vt uidere uiam. ſequor O quicunq; deorum
Aeſonides uel fallar ait: præcepſq; fragores
Per medios ruit: et fuſo ſe condidit antro.
Cœperat intendens abductis montibus unda

Multifidus horror. Strepitus tonitru procedens ex rupto corpore nubis terreſtris. multifidũ uocamus in diuerſas partes fiſſum. Propterea Plinius multifida nocat animalia: quę in diuerſas partes fiſſum pedem habent. Solipeda quę ſolidum: bifida et biſulca quę dupliciter diuiſũ. Multifida animalia. Solipeda. Bifida. Biſulca.

Horror. crepitus horrẽdus: et humanas motura tonitrua mentes: cecinit Ouidius in hanc ſententiam.

Intermicat. Inter nimbos micat et reſplendet. Maronis illud imitat᷑. Et crebris micat ignibus ęther. deſcribit fulgetras. Terrifici. Faciẽtes terrorẽ. Et humanas motura tonitrua mentes. A tonitru Porphyrio horatianus interpres deducit tonitruare. Tonitruare. Lux eliſa. Splendor cõpreſſus intra nubes: mox illis ui uẽtorũ ſciſſis erumpẽs: fulgetras et fulmina ſignificat. Spumeus. Spumas agens: quod accidere ſolet cum aqua colliditur obicibus: et raditur tunditurq; a corporibus ſolidis: cui ſuccinit Ouidius. Spumeus et feruẽs et ab obice ſęuior ibat. Dirimit noctem. Facit diẽ coruſco ſplendore fulgurans. Veſtit. Circundat. Aduertere dei. Pulcherrimum poetę commentũ. Dii q oculos habent: et omnia uident: aduerterunt et aſpexerunt quid fiebat: quid portentoſum parabatur a iuuẽtute theſſalica. Aduertere ſignificat oculos uertere ad aliquid contemplandum. Defixa. Stupentia ad mare contuendum. Quid ratis expediat. Quid nauis moliatur. Scopulis pręcluſa. Circuncluſa montibus. Dura. Laborioſa. Pendet. Hęret. animo ſuſpenſo ſunt dei an cęptis audacibus faueant: an contra ut auſis minyis temeraria aduerſum numen opponant. Auſis. Ab audacia magna. fauent dii audẽtibus maxima. Aegide coruſcanti. Clypeo lucenti. Illa. Pallas inferens facem coruſcantem pręluxit argonautis. Concita ſaxa. Scopulos concitatiſſimo motu concurrentes. Tenui. An paruo: an cœleſti: quę ſubtilior eſt.

Viam. Pallada pręlucentem et uiam pręparãtem. Animi prompti deo redierunt ad ingrediendũ uiã dante. Vel fallor. Aut decipior eſſe deum illum non agnoſco. Sũt qui ſcribunt. Vel fallor: et ſi fallar: uolo cyanearum tranſitum tentare. Si legimus fallor reſpondet illi dictioni deorum. uel deorum eſt aliquis iſte uel fallor. Fragores. Diſſonos ſtrepitus fractarum immaniter aquarũ. Antro. Meditullio: et media concauitate ſymplegadis. Intendens. in nauem tendens: uel creſcens et ebulliens retractis nauibus. Ferre ratem. Nauem huc et illuc impellere. Abductis. Separatis: ſe retrahẽtibus. Montibus. Scopulis: inſulis. Cum primũ ſe recellere retraherecq; ſcopuli cœperunt: prorſus nauẽ egerunt,

Ferre. Inducere in cyaneas. Dies. Lux interueniens ſcopulis recentibus. Occurrere. Obiicere
Columba argonautarum. ſe minyis irrumpentibus. Scribit Rhodius Apollonius columbam tentandi gratia a minyis immiſſam reliquiſſe extremitatem caudę: ubi pari exemplo pars puppis in cyaneis relicta eſt. Rector. Tiphys nō poterat hic eniti remis propter uentos incertos ac nauim in diuerſum euntem. Fundere. Explicare.
Super. Eniti remis. Conari euadere. Pote. poteſt: poterat. Super. Inſuper. Adſunt. Prᶒſto ſunt.

Fetre ratem: pelagoq; dies occurrere aperto.
Sed neq; permiſſis iam fundere rector habenis
Vela: nec eniti remis pote: cum ſuper adſunt
Cyaneæ: premit umbra ratem: ſcopuliq; ferūtur
Cominus hic Iuno præcepſq; ex æthere Pallas
Inſiliunt pariter: ſcopulos hinc nata cohercet:
Hinc coniux Iouis. Vt ualido qui robore tauros
Sub iuga: et inuito detorquet in ilia cornu·
Inde uelut mixtis Vulcanius ardor arenis
Verſet aquas: ſic ima fremunt: fluctuq; coacto
Angitur: et clauſum ſcopulos ſuper effluit æquor.
Contra omnes ualidis tenui diſrimine remis
Pergere iter: medioſq; ratem transferre per ictus.
Saxa ſed extremis tamen increpuere corymbis:
Parſq;(nefas) deprenſa iugis. iam cætera cœlo
Debita. conclamant Minyæ. latera utraq; quippe

Premit. Occupat et circundat.

Vmbra. Tenebrę ſuperuenientibus cyaneis obumbrantes omnia.

Scopuli. Inſulę. Feruntur. aguntur. Cominus. Prope. cęperant inſulę ſe collidere. Hic. Tunc. Tacuit Apollonius hoc: deas uidelicet utrinq; ſcopulos corripuiſſe: ſed remos infractos inter transeundū: et corymba nauis autumat. De columba iuſſu Palladis p̄miſſa certandi gratia meminit Orpheus: quā
Erodios ipſe uocat ἐρωδιόν: cui symplegadum pernici concurſu pars ultima caudę attrita ē. Orpheus ipſe ingētia ſaxa carminibus mulcebat: unde inſulę cōſtiterunt: quippe cum ſtata lege fatorū facto tranſitu ſiſti deberent. Poeta latinus rē prope prodigialiter effinxit: delphinum ſiluis appingens: fluctibus aprum: in hac quidē parte nec Orpheū: nec Apollonium imitatus. Inſiliunt. Celeriter irruunt ad nauis tutelam.

Pariter. Iunctim: collato fauore.

Hinc. Ab una ſymplegade: unā ſymplegada corripiēs. Nata iouis. Pallas. Coniux. Iuno. Vt ualido. Cōparatio corripientium inſulas dearū: bubulco domiturā facienti: māſuefacienti iuuēcos: qui cū repugnēt et capiſtrū ferre: et aratrū trahere recuſent: bubulcus nihilominus inſtat: et uerbo et uerbere: et ui cogit hęrere. Sic deę uiribus inſulas ſtare cogebant. Valido robore. Firmis uiribus prędıtus bubulcus: quibus opus eſt ad id opus.

Tauros. Iuuēcos. Sub iuga. Ad accipiēdū iugū. Detorquet. Per uim compellit. In ilia. In
Retracti boues. latus: ut ſimul hęreāt et latus lateri iūgāt: pariterq; plauſtrū trahāt: quod tauri indomiti non faciunt. Nō deſunt qui aſſerāt deſcribi boues illos: quos Columella retractos dicit: qui caput in ilia flectūt: detrectant
Domitura bouum. preſſi dū iuga prima boues. Quo pacto bos domet lege Columellā in. xvi. Indomitus ligat ad plauſtrū in quo uno iugo ſunt duo domiti. Surgūt alii ſup alios qui aſperius q̄ pati poſſit elegātia poetica: ſcribāt
Illas. in illada. hoc eſt in uincula. ἴλλας enim eſt uinculum. Ego inuito cornu expono detrectante ſeruitium iugi: ut itelligas domitorē feros boues ac māſueſcere difficiles arrepto p uim cornu exteriori: retorquere caput bouis indomiti in ilia: et per uim cogere adhęrere: ita inuitum pariter: cōcorditerq; iugū accipere: quod detrectauerat. Inde. Deinde. Arenis miſtis. Cōmoto et confuſo mari reſupinato: ut ima maris contorqueantur. Ima. Viſcera maris. Fluctu coacto. Compreſſo mari a ſymplegadū concurſu.

Clauſum ęquor. Mare introcluſum: compreſſum. Scopulos. Inſulas. Super effluit. Superſtagnat: abundat: egreditur. Tenui diſcrimine. Parua differentia oēs indiſcriminatim pari labore.

Pergere iter. Nauigare uolebant ulterius. Medios ictus. Per comploſiones: quas argo media tranſitura eſt. Saxa increpuere. Crepitum dederūt impingētibus in illa nauis extremitatibus: quę corymba uocan ut dicemus paulopoſt. Increpuere. Perſtrepuerunt. Extremis corymbis. In parte pup-
Corymba. Acroſtolia pis extrema. Corymba gręci uocant ἀκροστόλια. Sunt autē acroſtolia puppis extrema: ut libro primo affatim ſcripſimus. Apollonii uerba Flacco ſuccinunt.
ἔμπης δ' ἀφλάστοιο παρέθρισαν ἄκρα κόρυμβα
νωλεμὲς ἐμπλήξασαι ἐναντίαι. Tamen puppis inciderunt ſumma corymba obuiam concurrentes. Libro primo dixit. Vellus et auratis argo reditura corymbis. quod ſuperius affatim perſcripſimus: quo te relego. Pars. Roſtrum puppis. Deprenſa. Intercepta. Iugis. Scopulis cyanearum.

Nefas. Epiphonema. Piaculum hoc fuit deprēſam eſſe inter iuga nauim. Cętera. Alia pars nauis.

Cęlo. Argo nauis eſt ſignum cœli. Manlius in ſeptimo. Tum nobilis argo In cœlum ſubducta: mari quia prima cucurrit. Conclamant. Fidem et auxilium dicunt rati fractam eſſe nauem. Latera utraque. Laterales nauis tabulas: quę fluctus illudentes ſuſtinent.

Diſſiluiſſe. Apertis compagibus in diuerſum abiiſſe. diſſuta et apertis compagibus hiulca facta.
Nouiſſimus. Qui erat prope Corymba. Freta rapta. Vndam impellétem: quę eripuerat ſe a colliſione cyanearũ. Nec prius. Aſcardamicty ut dicũt gręci: hoc eſt ad ictum oculi: inconniuenter: ſtatim egreſſi argonautę uiderunt fluuiũ Rhębam. Vix Tiphys maris periculũ reſpexit: quod effugerat cum ſe Rhębas obtulit. Obſeſſum. Inuaſum: oppreſſum a ſcopulis et inſulis ſymplegadibus. Aut sociis. Vel ſocii quieuerunt a labore maximo: quem perpeſſi ſunt in cyaneis.

Aſcardamicty. Incõuiuenter. Rhębas.

Diſſiluiſſe putant: fugit ipſe nouiſſimus ictus
Tiphys. et e mediis ſequitur freta rapta ruinis.
Nec prius obſeſſum ſcopulis reſpexit ad æquor:
Aut ſociis tentata quies: nigrantia quam iam
Littora: longinqui quæ exirent flumina Rhebæ.
Tunc feſſas poſuere manus. tunc arida anheli
Pectora: diſcuſſa quales formidine auerni
Alcides Theſeuſq; comes: pallentia iungunt
Oſcula: uix primis amplexi luminis oris.
Nec uero ipſe metus curaſq; reſoluere ductor:
Sed maria aſpectans. heu qui datus iſte deorum
Sorte labor nobis: ſerum ut ueniamus ad amnem
Phaſidis: et mites (inquit) dent uellera colchi.
Vnde per hos iterum montes fuga? talia fundit.
Imperio fixus Iouis: æternumq; reuinctus:
Neſcius et fati (certa nam lege manebat:
Siqua per hos undis unquam ratis iſſet apertis.)
Tum freta quæ longis fuerant imperuia ſæclis:
Ad ſubitam ſtupuere ratem: pontiq; iacentis
Omne ſolum: regeſq; patent: genteſq; repoſtæ.

Exirent. Exeuntes ſcopulos intrarunt rhębam: Vel legendum eſt. Cũ exirent. Cũ exiuerũt rhębam ingreſſi ſunt litora nigrantia. Nam ſi Apollonii ſequimur iter ac ſeriẽ: argonautę prius ingreſſi ſunt rhębam: et rhębam exeuntes mox intrarunt nigrantia littora. i. Melęnam quę uoce gręca latine ſignificat nigrantem. Verba Apollonii.
αἶψα δὲ τάγε.
ἔνβαν ὠκυρόην ποταμὸν σκέπιλόν τε κολώνης
ἄκρην δ᾽ οὐ μετὰ δηθὰ παρεξενέοντο μέλαινον. hoc eſt. Retro illi Rhębam celeré fluuium: ſcopulumq; colones: promontoriumq; nõ magnum diu iuerunt melęnan. Orpheus Rhebanum uocat.
ῥηβανοῦ προχοαῖσι μέλαιν᾽
ἐξ ἱκόμεσθ᾽ ἀκτὴν
νῆσον ὕπερ δολιχὴν θυνίδα ἀπάτερθεν
Τέμβριος ἰχθυόεις θαλεραῖς πλημμύρεται ὄχθαις. latine ſic.
Tunc igitur lethi fatum exitiale timentes
Cęruleas petimus Rhœbani fluminis undas.
Hinc procul in longum tractę tyneidos arua
Tembrius irriguis fluuius facit humida ripis.

Melęna. Colone. Rhebanũ.

Si legimus ut habẽt alii codices etiam priſci. longinqui quę exirent flumina Rhębę: ſcribemus: ut. quę. ſit relatiuum: eſt uerior interpretatio: ait Valerius illa litora nigrantia: hoc eſt ſtagni turbidi ripas egredi ex Rhębano: cui a nigredine nomen melęna. Plinius libro ſexto. Ergo a faucibus boſpori eſt amnis rhębas: quem aliqui Rheſum dixerunt. Poſuere. Interpoſuere quieſcendo. Anheli. Anhelantes labore nimio. Arida. ſicca. Diſcuſſa. Poſtq̃ ad oras ſuperas emerſerunt: et nõ amplius timuerunt. Sequitur opinionem illorũ: qui tradunt reuertiſſe etiam Theſeum: cum non deſint qui in petra fatali putent eũ ſediſſe apud inferos: illicq; per uim fuiſſe retentum: cuius fabellę auctor eſt interpres Rhodii Apollonii: quo uergit proculdubio maronianũ illud. Sedet, ęternũq; ſedebit Infelix Theſeus. Pallẽtia. Timore uel lurore: pędoreq; ad tenebricoſos inferos contracto. Iungunt oſcula. Oſculantur ſe inuicem congratulãtes tanta pericula incolumes euaſiſſe. Oras. Regiones. Luminis. Cœli. Metus. Subintellige poteſt. Reſoluere. Intermittere. Ductor. Iaſon. Maria. Tanto labore ac erumnis emẽſa.

Tembrius. Rhębas. Rheſus. Theſeus in petra fatali ſedit.

Vt ueniamus. Cõceſſo q̃d ueniamus ad Colchos: magno labore uenimus. Mites. Clementes: hoſpitales: benigni. quod ſecus erit. Vnde: qua ratione: uiribus: cuius numinis auxilio iterũ penetrabimus ſcopulos concurrentes. Fundit. Dicit. Maro. Talia fundebat lachrymás. Imperio fixos iouis. Hos eſſe ſcopulos. Aeternum reuinctos. Cyaneas neſciebat Iaſon lege fatorum eſſe relegatas ut amplius concurrere non poſſent. Fati. Fatalis legis neſcius. Imperuia. Inacceſſa. maria cyanearum: quę fuerant impenetrabilia. Ad ſubitã. Cum ſubito nauis appulit. Stupuere. Cohęſere: ſteterunt.
Solum ponti iacentis. Omne fundamentum maris ſupini ac ſtrati. Patent. Nunc. Omnes gentes poſtea patuęrunt. Repoſtę. Repoſitę: eminus ſequeſtratę. ut illud maronianum. Iacet alta monte repoſtum Iudicium paridis. et in ualle repoſta dicimus pro reducta.

Non alibi. Senſus eſt. Maria non longius abierũt. Non eſt tantũ interuallũ inter mare et mare: quã/
tum inter ſymplegadas et ſymplegadas: tam longe ſcopuli reſilierunt. Alibi ſignificat in alio loco maris.
Effuſis. Longe diſperſis. Ceſſerunt longius. Abierunt in maiorẽ longitudinem. Tyrrhenus.
Mare Tyrrhenum et ęgęum nõ ita ſeiuncta ſunt ut eę inſulę: uel loquitur de ſingulariũ mariũ diſtantia.
Aegon. Aegon. Mare ęgęum: quod hodie uocatur archipelagus. Voluat. Tot aquis infremit et exundat.
Syrtes. Geminis ſyrtibus. Geminę ſyr/
tes licet longo interuallo ſeparatę
et ſi in medio non ſit aqua nõ tantũ
diſtant inuicem: quãtũ nũc ſymple/
gades lege fatorum illas retrahẽte.
Quid ſi per geminas ſyrtes gemi/
nos duarũ ſyrtiũ ſinus itelligamus?
De quibus hęc Plinius in quinto.
Tertius ſinus diuiditur in geminos
duarũ ſyrtium uadoſo ac reciproco
mari. De ſyrtibus Apollonius lib.
argonauticon quarto luculẽtiſſime
ſcribit: quos uerſus nos ita latinos
fecimus.

Non alibi effuſis ceſſerunt longius undis
Littora: nec tantas quamuis tyrrhenus et ægon
Voluat aquas: geminis et deſint ſyrtibus undæ.
Nam ſuper huc uaſtos tellus quoq; congerit amnes.
Non ſeptem gemini memorem quas exitus iſtri:
Quas Tanais flauuſq; Lyces: Hypaniſq; Nomasq;
Addat opes: quantoſq; ſinus mæotia laxent
Aequora: flumineo ſic agmine fregit amari

Hic boreę furor: atq; immenſa procella rapacis:
Perq; nouem noctes: totidemq; reciproca luces:
Diſpulit in libycas uolitantia carbaſa ſyrtes.
Nauibus hinc pelagi reditum natura negauit.
Limus ubiq; frequens: fruticeſ: et molle profundum:
Ac ſpuma ebullit ſinuoſo uertice ſurda:
Puluiſq; tener ſurgit decliuis arenę.
Non hinc effugere eſt pedibus: penniſue leuari.
Littora reſtagnant: pelagiq; rebellis inundant
Inſidiis: fluit ac refluit uaga tempore paruo
Vnda ratem abripiens: quam nuda linquit arena.

Deſint undę. Deſit aqua: quod cum accidit maior diſtantia uidetur. Nam ſuper. Narrat ponticam
Iſter binominis. regionẽ pluribus irrigari fluminibus. Septemgemini. Septeno exitu in mare deuoluti. Iſter qui alio
nomine danubius appellat: unde Binominis ab Ouidio dictus: oritur in iugis germanię in monte Ar/
Arnoba mons. noba: quem Plinius in quarto tradit in pontum ſex uaſtis fluminibus exonerari. Hic hoſtia ſex habet di
cta. Peuces. Naracuſtoma: Caloſtoma: Pſeudoſtoma: Spirçoſtoma. Addit pro Flacco Valerio Plinius
Oſtia Danubii. Singula ora tãta ſũt ut ꝓdat uinci mare: dulcẽq; intelligi humorẽ. Iſtros auctore Stephano: ciuitas pon
ti et ęretę. Verba tamen Vibii Sequeſtri Valerio adſtipulant: quę ſunt hęc. Danubius qui et Iſter ger/
Iſtros ciuitas. manię in pontũ decurrit per ſeptem hoſtia. Tanais. Plinius libro quarto. Tanaim amnem Meotis ex
Rhiphęis montibus uenientẽ excipit. Strabo libro primo. Tanais extimo fluit ab orbe: et a ſeptentrione
Tanais. in Meotim labi affirmãt: inſuper Tyras: Horiſtenes: et Hypanis. Vibii Sequeſtri uerba ſcitu digniſſima
Hypanis. ſubſcripſi. Hypanis Scythię fluuius: qui: ut ait Gallus: uno tellures diuidit amne duas: Aſiam ab Euro/
Lycus. pa ſeparat: Tanais lingua gręca extenſus dicit̃ qđ longe fluat. finis eſt Europę. olim barbari ſilim dixe/
re: nunc uolã: hunc rhipęi montes emittunt: ut Ptolemęus: ut Dionyſius: Caucaſus. ut Herodotus: ua/
ſtiſſima palus. Vbi olim Colonia fuit cõmune gręcis ac barbaris emporiũ: a Palemone colchorum rege
diruta: nũc eſt oppidũ Venetorũ Taua: unde pelles ueniũt Mangonio ac firmitudine fideliori: et Tanę ꝑ
Tanaiticę paſſim uocantẽ. Lyces. Hũc. Lycũ Plinius uocat et ponit ĩ Cappadocia: de quo Strabo: de
quo Apollonius Rhodius in. ii. meminit: et prope Mariãdinos ponit: de quibus infra idem Valerius nõ
Nomas. tacuit. Nomas. flumen ueniens per Nomadas populos ponti: quos Plinius libro quarto ſuper Aga/
Nouas. thyrſos: quos Panticapes fluuius diſterminat a georgis. in exemplari ueruſtiſſimo ſcriptum eſt: Nouas:
quod probo: et addo auctoritatem eiuſdem Flacci in ſexto. Hiberni qui terga nouę: gelidumque ſecuri
eruit: et tota non audit alazona ripa. Opes. Aquas. faciat fluuiũ illum excreſcere. Sinus. Anguſtũ
Cur pontus candidior. mare in principio: et uocatur propontis. mox uaſta laxitas aperitur et meotis appellatur. Laxent. Spa
tioſiora reddant. Fregit. Diluit: interrupit. Vim. Naturam ac potẽtia. Scribit Flaccus et recte tot
flumina Meotim irrumpere ut mare dulceſcat quod ſuapte natura falſum eſt. Cur mare ſimul ſalſum
Flumina et amarum ſit: lege Ariſtotelem libro. xvi. Problematum. Vbi quod pro Valerio facit quęrit: cur mare
Mare cęruleum. ponti candidius: quam ęgęi eſt. Reſpondet. An qđ lacus omnes q̃ mare candidiores ſunt. Pontus autem
in lacum propemodum tranſit: eoq; multi in eum fluuii effluunt. nec uero mari ſolum candidior lacus
Lacus candidi. eſt: uerum etiam flumine. unde pictores flumina pallida: mare cęruleum: lacum candidum pingere non
inepte conſueuerunt. De mari Plinius ſecundo naturalis hiſtorię. et Seneca plura.

Hinc.

Hinc. Propter hanc rationem qđ tot flumina dulcium aquarum exonerant in meotim: quę cauſa eſt ut mare ponticum glacietur: quod eſt contra aquę maritimę naturam. Cedens. Manus dans: et uictum ſe confeſſus. Glaciantibus auris. Ventis concreſcere mare cogentibus. Facilis cócreſcere. Diſpoſitus ut conglacietur. Bruma. Cum rigore hyemátis cœli pręſtringitur. Vtq;. ſenſus. flumina labétia: et iugi decurſu fluentia non ita faciliter concreſcũt: quoniá motus generat calorem qualécũq; poteſt in aqua currenti. Secus accidit in lacu: cuius aqua facillime cruſtatur atq; concreſcit: et hęc flumina ſolita priuſquá caderét in Meorim moueri: ea reperiés brumale frigus torpentia: ſtatim cómutat in glaciem.

Vim ſalis: hinc Boreæ cedens glaciantibus auris
Pontus: et exorta facilis concreſcere bruma.
Vtq; uel immotos urſæ rigor inuehat amnes:
Vel freta uerſa uadis: hyemem ſic unda per omnem
Aut campo iacet: aut tumido riget ardua fluctu.
Atq; hæc Europam curuis anfractibus angit:
Hac Aſiam ſcythicum ſpecię ſinuatus in arcum.
Illic umbroſæ ſemper ſtant æquore nubes:
Et non certa dies: primo nec ſole profundum
Soluitur: aut uernis cum lux æquata tenebris.
Iam Minyas diris auertit puppis arenis:
Atq; celer terras regemq; exquiruit Echion
Dicta ferens. lectos fama eſt ſi nominis unquam
Aemonii ſubiiſſe uiros det littora feſſis.
At properat Lycus auditis lætatus achiuis.
Ac ſimul æſoniden, omnemq; in regia turbam

Rigor urſę. Frigus ſeptétrionis. Inuehat. Lego ex mirádę uetuſtatis exemplari: cui diſſentire piaculum eſt. Inuenit. Frigus inuenit illos fluuios natura rigidos torpeſcere: et illico cogit. Freta. Maria. Senſus eſt. Aliquę maris aquę cadũt in lacus ſeptétrionales: ſic amittunt ſalſedinem ab aquę dulcis maiori parte: et ita cruſtantur: glacianturq;. Verſa uadis. Lege: merſa: immerſa: intrantia: pręcipitata in loca illa lacuſtria et uadoſa. Nuda. a ſalſedine denudata aqua aduerſus frigus muniebatur. Priſci codices habent unda: ut magis generale ſit: referriq; poſſit ad aquá illá: quę per totum campum iacet. Riget. Glaciatur. Ardua. Vel in lacũ deprimatur: uel fluuio pigriore cóſiſtat: fluctibus intumeat: riget tamen.

Atq; hac Europam. Boſporus: inquit Plinius in calce quinti: quingentorum paſſuum interuallo Aſiam Europę iterũ auferés. Idem in principio ſexti. Pontus euxinus antea ab inhoſpitali feritate axenos appellatus: peculiari inuidia naturę ſine ullo fine indulgentis auiditati maris et ipſe in Europam Aſiamq; funditur. Anfractibus. Curuitatibus maris terram lancinantis. In arcum. Tradit idem Plinius mare hoc facere formam arcus ſcythici. Profundum ſoluitur. Profunda glacies fugatur primo ſole. i. principio anni: quod eſt in uere. Non alias prima creſcentis origine mundi Illuxiſſe dies: aliumue habuiſſe tenorem Crediderim, Ver illud erat. uer magnus agebat Orbis: et hybernis parcebát flatibus euri. Cum lux ęquata tenebris. Cum nox eſt par diei, quod accidit in ęquinoctio ęſtiuo ferueſcente maxime calore. Iam minyas diris auertit. Legendum. Iam maryandinis aduertit. Ita uetuſtiſſimi codices habent: et docet Apollonius ita ſcribens in ſecundo.

Anfractus

καὶ μαριανδυνῶν ἀνδρῶν ἐρικλέα γαῖαν
ἠ δὲ λύκοιο ῥέεθρα καὶ ἀνθεμοεισίδα λίμνην
δερκόμενοι παρέμειβον.

hoc eſt. Et mariandynorum uirorum ualde florentem terram: et lyci fluenta: et Anthemoeſidem paludem uidentes pręteribant. Maryandini: ut auctor eſt interpres Rhodii: contermini ſunt paphlagonię a mariandyno dicti cimmerii filio. Paphlagonię populi ſunt mariandyni oram habitátes uſq; ad fluuium parthenium: quos Strabo dicit a Thracia profectos: horum meminit Eupolis. apud eos tibicines canere primum threnos ſunt ſoliti unde prouerbiũ. mariádynos threnos. Aduertit. Appulit. Arenis. Littori. Echion. Hic legatus ad mariandynorum regem mittitur. Dicta. mandata legationis munus a minyis obiturus. Det littora. Rogat concedat rex facultatem ad littus appellendi: ſi modo audiuit unquá famam minyarum. Nominis hęmonii. Famę theſſalorum. Subiiſſe. Penetraſſe. Subire eſt aſcendere Plinio libro ſecũdo naturalis hiſtorię. Lectos uiros. Egregios heroas. nó ſolet fama magnorum uirorum ad populares plebeios ue permanere. Lycus. Rex obuiam accurrit auditis minnyis. Modo pręfixa. Paulo ante ornata fixis tropęis Bebryciorum mortuo Amyco a Polluce. Subintelligendum é κατὰ σιωπώμενον qđ Lycus fratré Otreum in pugillatu ſuperatum ab Amyco: et lege barbarica trucidatum cum audiuiſſet: penetrauit in Bebryciam: Bebrycas nullo negocio profligauit Amyci morte deſtitutos: quorum ſpolia in fratris ultionem pręceperat Lycus uti foribus pręfigerent.

Mariandyni. Threnos. Anthemoeſis palus.

Tecta trahit: modo Bebryciis præfixa tropæis:
Mitis et in mediis effatur talia graiis.
Haud temere eſt: fato diuum reor ad mea uectos
Littora uos: odium quibus atq; ea cura furentis
Bebryciæ: ſæuaq; pares de gente triumphi.
Certa fides animis; idem quibus incidit hoſtis.
Nos quoq; nos amycum tanto procul orbe remoti
Senſimus: et ſæuis frater mihi fuſus arenis.
Vltor ego. atq; illic cunctis accenſus in armis
Tunc aderam: cum uos mediis contenta ferebant
Vela fretis. illum in ſanię taboq; recenti
Vidimus: æquoreo ſimilem per littora monſtro.
Nec uero præerepta mihi ſuprema tyranni
Fata queror: : bello ue magis lætarer et armis
Procubuiſſe meis: quam lege quod accidit ultus
Ipſe ſua: meritoq; madent quod ſanguine cæſtus.
Excipit Aeſonides: Tuus ergo in montibus ignis
Ille? tuas acies medio de gurgite uidi?
Fatus et oſtentans prolem Iouis. hic tibi Pollux
En ait inuiſo ſoluit cui pectore pœnas:
Ille uirum circa mirantia lumina uoluit.
Feſta dehinc mediis ineunt conuiuia tectis:
Communesq; uocant ſuperos: quorum eruta nutu
Bebrycia: et uotis pariter prędaq; fruuntur.

Mitis. Lycus rex. Fato. Immo fato deorum ueniſtis. Quibus. Vobis. Vos iuxta mecũ bebrycas ut hoſtes noſtros odiſtis. Pares triumphi. Vos de bebrycia triumphaſtis: et nos triumphauimus. Certa fides. Sentẽtia catholica et ſcitu digniſſima. Certus amor: et pax firma ē inter illos: qui eũdem hoſtē habēt. Illi fideliter ſe amant: qui cõtra cõmunē hoſtē pugnãt. Incidit. Euenit. Idē hoſtis. Cũ eodē hoſte pugnarũt. Frater. Otreus. Luſus. Scribe cũ mēbranaceis et antiq̃s exēplaribus. Fuſus. porrectus et trucidatus. Sęuis harenis. Crudeli monomachia: ſingularią certamine. Accēſus. Iratus morte. Cunctis armis. Toto exercitu: quē cogere potui. Cũ uos cũ nauigabatis retrocedebã cũ exercitu uictore. Cõtenta. Inflata: plena uentis. Illũ. Amycum. Sanie. Scribe. in ſanie. Recẽti. Cruore recenter uulnere Pollucis effuſo. Aequoreo monſtro. q̃ Amycus magnitudine corporis cete et belluas maris ęquabat. Nec uero. Senſus eſt. Non ęque lamentor et doleo uos uicto et oppreſſo cõmuni hoſte Amyco abſtuliſſe mihi uictoriã: et fr̃is trucidati melle ſtillãte dulciorem uindictã: q̃ lętor Amycũ ſuccubuiſſe Polluci in ceſtuum certamine: et lege ſua periiſſe. Neq; enim lex iuſtior ulla eſt Quam necis artifices arte perire ſua. Suprema fata. Mortis tempus. Pręrepta. Prçoccupata uictoria eſt: ueltiq; eſt manibus extorta: quibus maxime debebatur. Ve. Vel nõ magis lętarer. Procubuiſſe. Succubuiſſe. Vltus. Paſſiuã ſignificationē habet uindicatus: et ultione oppreſſus. Merito. qui mortem merebatur. Excipit. Subſequitur: reſpondet. Ignis. Fuit. q̃ ſymbolum erat militare. Ille. Legitur per interrogationē: iungit̃q; ſuperioribꝰ hoc ordine. Tuus ergo fuit ille ignis: qui uidebatur a nobis in montibus? Hoc totum ſubintelligitur. Tuas uidi? Erant ne acies ac copię: quas in montibus loco uidelicet tutiore: uidebamus. Fatus. Subintellige hęc. Prolē iouis. Pollucem filium Iouis: per quem ſtetit tam pulchra uictoria. En. Ecce uictor Pollux. Cui. Polluci. Soluit. Dedit ac luit pœnas Amycus. Ille. Lycus rex beneuolo ac ilari aſpectu omnes oculis circũluſtrauit ac obiuit: quod amoris eſt ſignum ac hoſpitalitatis. Ineunt conuiuia. Celebrant conuiuia. Maro. Veteres ineunt proſcenia ludi. Cõmunes. Hoſpitii: fœderis: ac amoris cõſeruatores. Quorum nutu. Quorum fauore ac auxilio quoniam nobis uictoriam annuerũt. Bebrycia. Bebryx Amycus. Eruta. Euulſa: ac ſtirpitus excluſa. Fruuntur uotis. Deſiderio: quod cõmuniter conceperant: eruendi uidelicet Bebryciam: fruuntur: cum uoti ſint compotes. Pręda. conuiuantur ex pręda bebrycia: quam nuper uaſtauerat ac ſpoliauerat Amycus.

Amant ſe inuicē qui eundē habēt hoſtē.

Vltus paſſiue.

Finis Interpretationis in quartum
Argonauticon.

## LIBER VALERII QVINTVS INTERPRETE PIO BONONIENSI.

### ARGVMENTVM.

LIBER Quintus heroum prǽſtantiſſimorum mortem continet Tiphys et Idmonis. Querimo-
1 niam Iaſonis et funerum honores. Ergini electionem: prǽternauigationē Callichori: ubi quǽ-
dam de Baccho et Sthelено uſq; Sinopen. Inibi de Sinope nympha: et de Autolico: Phlogio: Deiloente in nauem argonautarum receptis. Inde de Thermodonte ibi nuper recepto narrant Iaſoni exquirenti Amazonum pugnas et Herculis et eorum caſus. Interim dum uerſus Phaſim nauigant: narratur Promethei ab Hercule liberatio. Tandem ad phaſim deueniunt. ibidem in hoſtio phrixo ſacrificant. Phrixus Aeetę apparuit futura prǽcinens. Aeetes ſomnio territus ſolem patrem precatur. Perſes ab Aeeta fratre eiicitur. Ducit caſtra ad Aeam urbem. Iaſon cum nouem ſociis ad ęetam pergit. Obuius fit Medeę properāti ad flumen ut ſe a ſomnio purgaret. Ab illa duce itineris accepta ancilla peruenit ad aeetam. Exponit cauſam aduentus. aeetes indoluit: et uultu ſimulato poſt uictoriam perſicā uellera promittit. Iaſon per Caſtorem e nauibus euocat ſocios. Conuiuantur Argonautę cum aeeta. Iaſon ſuorum nomina recēſet. Contra ęetes ſuorum auxiliarium ducum. Gradiuus cum Ioue de uellere promiſſo conqueritur: et de Pallade et Iunone. Pallas in Martem minis inſurgit. Iupiter reſpondet et dicit fata de Perſe et Aeeta. Dii conuocantur. Inde ad ſomnum ſurgunt.

## INCIPIT COMMENTARIVS ET CODICIS EXPOSITIO.

# C. VALERII FLACCI SETINI ARGONAVTICON.

## LIBER QVINTVS.

Ltera lux haud læta uiris emerſit Olympo:
a Argolicus morbis fatiſq; rapacibus Idmon
Labitur: extremi ſibi tum non inſcius æui.
At memor Aeſonides nimium iam uera locuti

Ltera lux. Primus dies con-
a uiualis: uino: iocis: hilaritatibuſq; deditus. Poſterus minime lętus propter Idmonis mortē ab apro interfecti: dum uinum hauriret quod ebibere non potuit: unde prouerbialiter dictum. Multa cadūt inter calicem ſupremaq; labra. Nerone bibēti parum diſſimile accidit: cui fulmen prǽteruolās calicem excuſſit illęſo principe: comprobatumq; eſt oraculum Tyannęi: qui prǽdixerat caſum his uerbis. Erit aliquid magnum: et nō erit. De hoc Idmone ſic Ouidius in Ibim.

Idmon. Multa cadunt inter calicem. Erit magnū et non erit.

Quiq; lycurgiden lętauit in arbore natum:
Idmonaq; audacem te quoq; rumpat aper.

De quo ſcribit hęc Apollonius in quarto.

Ἔνθαδ' ἀβαντιάδην πετρωμένη ἤλασε μοῖρα
ἴδμονα μαντοσύνῃσι κεκασμένον. ἀλλά μιν οὔτι
μαντοσύναι ἐσάωσαν ἐπεὶ χρεὼ ἦγε δαμῆναι.

Illic fatalis impulit parca Idmonem Abantiaden uaticiniis ornatum: ſed cum non uaticinia ſeruarunt. Domitus eſt a neceſſitate, proſequitur multis carminibus Apollonius quo pacto dente ei crus percuſſit aper. Non inſcius ęui. Qui prǽdixerat fore ut uinum uite natum non biberet. Sibi mortem prǽſagiuerat. Orphei latinitate Donati uerſus hi ſunt ſuper idmone.

Aſt ubi remigio adiuti conſedimus oras
Vicinas lyce magne tibi: quo nomine genti
Imperat: amplexu qui nos in tecta recepit
Rex Lycus et minyas fouit ſimul hoſpita menſa.
Ipſe dies: nocteſq; ſuum teſtatus amorem.
Hic quoq; parca duos orco damnauit iniqua
Idmonaq; Ampyciden: clarumq; per ęquora Tiphyn.
Illum equidem morbi uis intempeſta peremit.
Aſt aper occidit ferus hunc. nos iuſta ſepulchri
Soluimus: et canas tum deinde repoſcimus undas.
Credimus Anceo puppim.

Phineos. Phinei. Prędixerat enim Phineus fore ut cito funera ſuorum gemeret. Alios. Quoniam Phineus minatus eſt duorum caſum doliturum. Cecinerat enim Phineus. Sic quoq; non uno dabitur tranſcurrere luctu. Comiti. Idmoni. Iuſta. Exequias. Ouidius. Iniuſtaq; iuſta peregit. Dolionii. Sic enim ſcribendum eſt: et Cizycus intelligendus: qui Dolionibus populis imperauit. Dona data Iaſoni a Cizyco ſuperius à poeta tractata ſunt. Humanū. Sepulchri locum dedit comiſſimus Lycus.

Phineos: hinc alios rapto pauet Idmone luctus
Tum comiti pia iuſta tulit: cælataq; multa
Arte Dolionii donat uelamina regis.
Hoſpes humum ſedemq; lycus. flens arma reuellit
Idmonis e celſa Mopſus rate. robora cædunt
Pars ſyluis: portantq; aras: pars auguris alba
Fronde caput uittiſq; ligant: poſitumq; pheretro
Congemuere: dies ſimul et ſuus admonet omnes.
Ecce inter lachrymas: interq; extrema uirorum
Munera: quem curſus penes: imperiumq; carinæ:
Tiphyn agit uiolenta lues: cunctiq; pauore
Attoniti fundunt mœſtas ad ſydera uoces.
Arcipotens aduerte precor nunc deniq; Apollo.
Hoc pater hoc nobis refoue caput: ulla laboris
Si noſtri te cura mouet: qui cardine ſummo
Vertitur: atq; omnis manibus nunc pendet ab unis.
Dicta dabant uentis. nec debita fata mouebant.
Qualem præcipiti grauidum iam ſorte parentem
Natorum flet parua manus: trepidiq; precantur:
Duret ut inualidis: et adhuc genitoris egenis.
Haud aliter ſocii ſupremo in tempore Tiphyn
Ante alios ſupereſſe uolunt: mors frigida contra
Vrget: et ille recens oculis interuolat Idmon.
Exanimum fruſtra Minyæ clamore morantur:
Auelliq; negant. uix membra rigentia tandem
Impoſuere rogo: lachrymaſq; et munera flammis
Vana ferunt: creſcit donis feralis aceruus.
Vt uero amplexus feſſi rupere ſupremos:
Et rapidæ ſonuere faces: tunc ipſa cremari

Dolionius cizycus.

De ara ſepulchri cōtra Seruiū Pro Marone.

Aras. Ligna ad aras ſepulchrales erigendas. ex Marone qui libro ſexto ęneidos inquit.
Haud mora feſtinant flentes: aramq; ſepulchri
Congerere arboribus: cœloq; educere certant.
Seruius. Aram ſepulchri pyrā dicit: quę in modum arę lignis conſtrui ſolebat. Sed dum preſſius uerba Maronis cōſidero: ara ſepulchri neſcio quid faſtigii apud pyrā fuiſſe uideo: ubi decora: et inſignia mortui exponebant̃ uiſenda: quod Martialis primo Epigrammaton libro nos i hęc uerba docuit Ara duplex primi teſtatur munera pili. Plus tamen eſt titulo quod breuiore legis. nam in cippo epitaphium literis mādabatur. In ara ſtemmata et honorū gradus explicabant̃ uexillulis. idq; genus inſignibus occurrentes. Alba fronde. Oliua pacifica. Maro. Spargens rora leui et ramo felicis oliuę. Vittas. Vittati ſūt uates ac ſacerdotes. Virg. vi. ęn. omnibus his niuea uelantur tempora uitta. Pheretro. Sandapila. Maro. vi. Pars ingenti ſubiere pheretro Triſte miniſteriū. Eſt. n. capulus. i. lectulus funereus. Admonet. Impendunt amico lachrymas: quas in obitu ſuo expectāt ab amicis. Extrema munera. Inter dona: quę iaciebant in exequias.

Curſus penes. Apud eum poteſtas et arbitriū erat carinę. Imperium carinę. Qui argo nauem moderabatur. Refoue. Recrea pręſidium noſtrum nutans. Qui. Labor noſter. Cardine. Pręſidio. In Tiphy ut in cardine tota machina cōquieſcit. Pro occaſione quę cito labitur ac effluit cardo poni ſolet. Maro. Nec tanto ceſſabit cardine rerū. i. opportunitate et occaſione. Vnis manibus. a magiſterio ac artificio Tiphys. Debita. Stata: decreta. Pręcipiti ſorte. Labente ac defluēte in ſeniū. Cū corpus marcet ab annis. Manus. Caterua filiorū plorat patrē uicinū morti. Duret. Perſeueret in uita. Inualidis. Dū illi filii ſunt inualidi: et ad gubernandum impotes. Alios. Minyas, Quoniam maxime neceſſarius erat. Vrget. inſtat: impellit ad ortū. Recēs. Recenter extinctus. Interuolat. Oculis obiicit̃ ut uidere eū ſe putēt. Auelli negant. Nolūt abduci et auferri a corpore amati ſocii. Rigentia. Frigida: extenſa. Vana. Nihil profutura. Feralis aceruus. Pyra pro cadauere comburēdo extructa. Ferale perniciosum dicit̃ et mortiferū. Iuuenalis. Ponit̃ exigua feralis cœna patella. Feſſi. Lugendi ac cōplorādi. Hecuba poſt mortē filiorū tertia die de cibo cogitauit. Rupere. Abrumpere: reſoluere. Sonuere. Crepuere. cōiectę in ignē. Faces. Quibus pyrā incēdebāt auerſi: nec cadauer aſpicientes, Maro libro ęn. vi. Pars ingenti ſubiere pheretro Triſte miniſteriū: et ſubiectam more parentum

Auerſi tenuere faciem. Congeſta cremantur Thurea dona: dapes fuſo cratere oliuo. Viſa ratis. quo nimo cremabatur Tiphys archigubernius: et nauigandi magiſter. Viros. Argonautas. Deponere. Relinquere. Corpora. Idmonem et Tiphyn. Ab imo. Cordicitus dolebat: non ut pręficę oculis tenus. Infenſa. Hoſtilia. Numina. Subintellige ſunt mihi. Nefas. Orem nefariam et perimpiam. Toto littore. Legendum. Tuto hoc eſt hoſpitali et amico. Quid fiet inter hoſtes mihi: ſi in hoſpitio periclitor? Hoc eſt quod aiũt in portu naufragium. Bina. Ex Apollonio qui ait.

δοιὰ γὰρ οὖν κείνων ἐτισήματα φαίνεται ἀνδρῶν.

Viſa ratis: medioq; uiros deponere ponto.
Non tulit Aeſonides: geminis flagrantia cernens
Corpora chara rogis: ſed pectore ductor ab imo
Talia uoce gemit: Quid tantum infenſa repente
Numina? quas noſtri pœnas meruere labores?
Bina (nefas) toto pariter mihi funera ſurgunt
Littore: magna adeo comitum numeroſaq; pubes.
Aut ſocios rapit atra dies: aut ipſe relinquo
Sontibus impulſus furiis. ubi Tiphys? ubi Idmon
Fata canens? ubi monſtriferæ par ille nouercæ?
Te ſine theſpiade nos ulla mouebimus ultra
Aequora? te et ſumma ſpeculantem puppe uidebo:
Pleiadumq; globos: et agentes noctibus arctos?
Cui Minyas carinamq; tuentem? cui ſidera tradis?
Carpere ſecuras quis iam iubet Aeſona noctes?
Hoc labor: hoc dulci toties fraudata ſopore
Lumina: et attonitis nimium nunc anxia colchis
Profuit: heu quantum Phaſis quantum æta receſſit.
Nunc quoq; ſi tenui ſuperant in imagine curæ:
Adſis umbra precor uenturi præſcia cœli:
Rectoremq; tuæ moneas ratis. hæc ubi fatus
Sola uirum flammis uidit labentibus oſſa.
Quod tamen extremis unum ſolamen in oris
Reſtat: ait charas humus hæc non diuidat umbras:
Oſſaq; nec tumulo nec ſepare contegat urna:
Sed ſimul: ut iunctis ueniſtis in æquora fatis.
Haud mora. relliquias ſocii lectaſq; miſcent

Magna pubes. Per ſarcaſmon. Moriuntur amici mei bini tanquam nauis Argo repleta ſit infinita iuuentute: ex cuius copia ualeã inſtaurare: reficereq; exercitum. Iacturaq; mihi grauis eſſe nõ poſſit. Rapit. ante tempus. Tales rapti uocantur. Atra dies. Mors. Ipſe relinquo. Aut ſocii mei moriũtur: et illos fatum mihi adimit: aut ego relinquo ut Herculem feci: ita fit ut mortis iniuria et mea incuria meorum numerus decreſcat. Impulſus. agitatus inſtinctus. Sontibus. Nocentibus. Par. ęqualis uiribus ad cõpugnandum monſtris. Ille. Hercules. Theſpiade. Tiphys. Vltra. Vlterius: deinceps. Globos. Turbam illarũ ſtellarum ſimul coactarumq; quę tempeſtatem futuram indicant. Agentes noctibus arctos. Vrſas: quę agunt in occiduo lumine argonautas. Cui minyas. Relinquimus. Tradis. Relinquis gubernandam Tiphy. Sidera. quę mala uel bona ingruentia ſignificãt. felicia quę aſpicienda. Tradis. in hereditate relinquis. Aeſona. Patrẽ meum. Non erit pater Aeſon ſecurus de ſalute filii te mortuo. Credebat miſer Iaſon patrem adhuc uiuere. Noctes. Curas. Nox amica curarum: ſolicitudinũ: etiam cogit bonum: unde manauit illud: ἐν νυκτὶ βουλή. In nocte conſilium: et nox fœcunda operum. Hoc labor. Subintellige profuit.

In nocte conſilium.

Nunc anxia. Lege cũ priſcis exemplaribus mons anxia. Colchis attonitis. Stupentibus colchis de celeritate et uigilantia Tiphys. cum ait eos improuiſos inuaderet: et in portis fluctibuſq; phaſidis eſſet ante quam intelligi poſſet. Quantumq; receſſit. Sunt qui ęta legunt. i. colchica. Codex antiquus habet ęta biſyllabum: quod placet: uel ex illo ouidiano libro ſeptimo metamorphoſeos. Diſſimilemq; animum ſubiit pater ęta relictus: pro ęeta: et quãuis grȩce ſcribatur αἰήτης. latini utuntur ſyncopa. Dicitur ęta recedere: quando mortuo Tiphy regnum ętę non eſt in manibus. Imagine. Simulacro animę. Carę. Affectus et amores humani. Adſis. Fauorem pręſtes. Venturi cœli. Futurę tempeſtatis bonę uel malę. Rectorem. Succeſſorem tuę argus. Sola. Sine carne. Tumulo. Separato. ait pro ſolacio defunctorum in aliqua terra daturum operam ut Idmon et Tiphys in eadem urna ſeparentur. Separe. Non ſeparata. Sed contumulati eritis. Sed ſimul. Vrna contegat. Iunctis fatis. ita iunctim iaceatis. concordi cœlo prematuram uobis inferentẽ mortem. Miſcent nomina. Monimenta miſta et confuſa cum cineribus habent. Infra. Nomenq; reliquit harenis.

Separe.

Fródes. Cęspititias aras fecisse tradit: aut humi cōdidisse: qui fuit antiquissimus sepeliēdi ritus auctore Plinio. Forte p̄ fródes arborē plātasse intelligit: quam Apollonius infodisse libro. ii. tradit his uersibus.

Arbor prope sepulchra.

καὶ δή τοι κέχυται τοῦδ' ἀνέρος ἐν χθονὶ κείνῃ
τύμβος. σῆμα δ' ἔπεσι καὶ ὀψιγόνοισιν ἰδέσθαι
νηίου ἐκ κοτίνοιο φάλαγξ. θαλέθει δέ τε φύλλοις
ἄκρης τυτθὸν ἔνερθ' ἀχερουσίδος. apud cippū sepulchralē plantatā fuisse arborē oleastri p̄dit florentē foliis ad posteros p̄pe Acherusida. De ulmis circa sepulchrū Andromaches patris consitis lege Homerū sexto iliados. Erginū. Herodorus poetę nostro adstipulatur: Orpheus Apollonio ut prędiximus.

Erginus.

Ad tonsas. Ad remos. Victi. ab Ergino. Magistri. Nauplius et Ancęus. Regia gregis. Pręminentia et dominium: Pambasilia in gregem uicto tauro ęmulo. Cui. Tauro uictori. Accessit. Ex uictoria euenit. Omnis amor. Duo greges in unū coguntur aduersario uicto: et uictori tauro seruiunt. In unū. Taurū uictorē. Atq; ideo inquit Maro: tauros p̄cul: atq; i sola relegāt Pascua post montem oppositum: et trans flumina lata Aut intus clausos satura ad pręsepia seruant.

Nomina. tum uiuo frondes: et cespite tellus
Aggeritur, cineremq; lyco commendat Iason.
Mœsti omnes dubiiq; ratem fidissima cuius
Dextra regat. simul Ancæus: solersq; petebat:
Nauplius. Erginum fato uocat ipsa monenti
Quercus: et ad tonsas uicti rediere magistri.
Ac ueluti gregis accessit cui regia: taurus
Fertur ouans: hunc omnis honos: hunc omnis in unū
Transit amor; primo lætus sic tempore rector
Ingreditur cursus; et enim dat candida certam
Nox Helicen, nam prora fretum commouerat: et iam
Puppe sedens placidas dimiserat anchora terras.
Inde premente noto tristes acherusidos oras
Præterit: et festa uulgatum nocte Lyæi
Callichoron (nec uana fides) hic Bacchus ut undis

Carpit enim uires paulatim: uritq; uidendo
Fœmina; nec nemorum patitur meminisse: nec herbę
Dulcibus illa quidem illecebris et sępe superbos
Cornibus inter se subigit decernere amantes. Helicen. Vrsam: quam gręci nauigantes sequunt̄. nos septētrionē uocamus. Dimiserat ancora terras. Hoc est abnauigauerāt: et reliquerāt terras Lyci dilectas: quas morsu tenaci apprehenderat ancora dū illi sederēt in portu. Acherusidos. Idē uerbo ad uerbum exprimit iter Apollonii sic.
καρπαλίμως δ' ἀχέροντα διεξεπέρησαν ἐρετμοῖς. celeriter acherunta transierunt remis.

Callichoros.

Festa uulgatum nocte Lyęi Callichorou. Celebratū fluuiū bacchicis chorēis et orgiis cum apud illū pernoctasset a uictoria rediens indica: unde fluuio nomen inditum: quod ex Apollonio sic intelliges.
ὦκα δὲ καλλιχόροιο παρὰ προχοὰς ποταμοῖο
ἤλυθον, ἔνθ' ἐνέπουσι διὸς νυσήιον υἷα
ἰνδῶν, ἡνίκα φῦλα λιπὼν κατενάσσατο θήβας
ὀργιάσαι, στῆσαι τε χοροὺς ἰυνάζετο νύκτας·
ἐξ οὗ καλλίχορον ποταμὸν περιναιετάοντες
ἠδὲ αὔλιον ἄντρον ἐπωνυμίῃ καλέουσιν. Hoc ē. pernicitter ad Callichori flucta amnis uenerūt: ubi dicunt Nyseiū Iouis filiū Bacchum quādo gentes linquēs fecit habitare ad sacrificandum: et statuit choros iuxta antrū: ubi quiete sanctas dormiebat noctes: ex quo Gallichorū fluuiū accolę uocant: et antrum cognomine tibiale. Canit Orpheus multū diuersa post mortem Tiphys et Idmonis mortuorum in hospitio Lyci: nauē Argo directā ab Ancęo fuisse in amnem parthenū a nitore et puritate aquarum cognominatū. Dein pręter Cappadociā actū ad Carambin: ubi Thermodon et Halis labunt̄: ubi iacent membra uastę Themiscyres. ubi ἀμαζονίδων σταμνίππων hoc est amazonidum equestrium copię panduntur. Chalybes et Stybareni: Mosynes: mox ad leuā cōuersos Maurorū oris applicuisse et agros mariandurorū: et ad uerticem Helices: et ualles et montem Symen: quę loca florida atq; pratēsia pręterfluunt: Araxes. Thermodon: et Tanais. Ibi Colchi: Eniochi: et Araxę: Vrichidnęi: Icharādęi: Solymi: Assyrii: Sinope: Phylirę: Nęcę: Byzeres: Sigymni: Callichoron defendo a choreis appellatum. Accedit qđ in phocia locus ē Panopeus appellatus: quem Callichorum: ut inquit Pausanias: uocauit Homerus qđ Thyades Athenis profectę: ut liberi patris Orgia cum delphicis mulieribus in parnaso monte celebrarent: quotannis medio itinere multis locis: pręcipue uero panopēsi agro Thyasos Choreasq; ducerent. Hic Bacchus et undis. Scribe. bis Bacchus in undis. Eoo. Indico. Redibat enim Bacchus ab

Antrū Tibiale.

oriente uictor. Thyrſos. Haſtas uitiligineas inſignia Bacchi. Clauſtra. Metas et fines: quas poſuit in mari Eryhtręo .i. rubro. Sunt qui legunt caſtra: ut dicat Valerius, caſtrametatum eſſe Dionyſium in litore erythręo. Reſides. Pigros et ocioſos: quibus in caſtris non eſt uſus. Aera. Tympana et lituos ex ęre. Vitta. Vinculo a uinciendo. Aquę. apoſtropha ad Callichorū. Thyas: Męnas. fœmina bacchabunda. Thyas. Infelix. Deſertus et tanto alumno ſpoliatus. Citheron. Mons Beotię ſacer Baccho.

Abluit Eoo rorantes ſanguine Thyrſos.
Illum poſt acies: rubriq; nouiſſima clauſtra
Aequoris: hic reſides thyaſos: hic æra mouentem:
Vdaq; pampinea nectentem cornua uitta
Nunc etiam meminiſtis aquæ: bœotia qualem
Thyas: et infelix cuperet uidiſſe cithæron.
Fama per extremos quin iam uolat improba manes.
Interea et magnis natorum laudibus implet
Venturam cœlo fatis melioribus Argo
Addita iamq; fretis repetens freta: iamq; ferentes
Cyaneas ardent auidos attollere uultus:
Quos pietas, uel tangit adhuc quos æmula uirtus.
Fata immota manent. unum qui littore in illo
Conditus ad charæ mittunt ſpectacula turbæ.
It Sthelenus. qualem mauortia uidit Amazon:
Cumq; ſuis comitem alcides ut condidit armis:
Talis ab æquorei conſurgens aggere buſti
Emicuit. fulſere undæ Sol magnus ut orbem
Tolleret: aut nubem quateret polus. atq; ea uixdum
Viſa uiris: atram nox protinus abſtulit umbram:

Fama per extremos. Argus fama penetrauit inferos: et excitauit umbras: ex quibus una erupit Stheneli: qui ſub Hercule militans contra amazonas occubuit: tumuloq; donatus eſt. Improba. Immodica ſtare et conquieſcere neſciens. Maues extremos. Vmbras inferorū longe diſſitas. Implet. Manes illa fama. Argo. Nauē. quæ tus caſus. et illa fama manes implēs narrat Argo uenturam cœlo fatis melioribus. Comparatiuū pro ſuperlatiuo. Hoc carmen deeſt i oibꝫ codicibus. In Pomponii Lęti codice reperi: Sine quo ſententia claudicat. Ait enim famam improbam uolare ad manes. Eſt enim monſtrū uolaticū fama ut ait Maro. Illos manes implere laudibus Iaſonis: repetens Iaſonem hoc et illud glorioſum feciſſe. Freta addita fretis. Maria intercluſa cyaneis: apertis illis eſſe cōiuncta. Vel qđ ab uno mari a minyis factus eēt i aliud mare trāſitus. Furentes. Furore quodam concurrentes. Ardent. Affectant manes ab elyſiis campis extremis erumperē ac emicare in ſuperos ut nepotū gloria fruantur. Pietas. Amor ſuorum propinquorum. Adhuc. Etiam apud inferos. curę non ipſa in morte relinquunt. Aemula. quę cura nitentes: ait Maro: Paſcere equos: eadem ſequitur tellure repoſtos. Fata immota manent. Redire non permittunt. Vnum. Premittunt manes unum Sthelenum qui iter exploret. Spectacula. Ad ſpectandū caram nepotū turbam ut referre poſſit quid fiat apud ſuperos. mittitur permittēte Proſerpina. Sthenelus

Sthenelus: Apollonius in ſecūdo in eo loco: cuius hoc eſt principium. Ἔνθεν δὲ σθενέλου τάφον ἔδρακον ἀκτορίδαο. tradit ibi argonautas ſepulchrū uidiſſe. Stheneli actoridę: qui ſecutus Herculem in amazonas mouentem percuſſus ſagitta illic cecidit: et in tumulo faſtigato ſepultus eſt: Proſerpina diu fatigata lachrymis Actoris emiſit Stheneli animam ut heroas cognatos aſpiceret: qui tumbę coronam aſcendēs ſpeculabatur. Cognitus aūt ē a Mopſo. Nauis ad eius ſepulchrū directa eſt: et illi libatum eſt. fuſę ſunt molę: et ſeruatori nauis Apollini erectę ſunt arę νηοσσόῳ ἀπόλλωνι ſcriptum reliquit Apollonius in cuius laudem Orpheus lyra increpuit: unde loco apud poſteros inditum eſt nomen lyrę. Lyra locus

Qualem. armis fulgentibus coruſcum: qualis erat cum in amazonas cum Herculē pugnauit. Ex Apollonio qui ait. Τεύχεσιν ἐς πόλεμον ἴεν· ἀμφὶ δὲ καλὴ τετράφαλος φοίνικι λόφῳ ἐπελάμπετο πήληξ: hoc eſt. Talis exiſtens qualis ad bellum ibat: circum aūt: galea quatuor ſummitatum purpurea criſta coruſcabat galerus. Cumq; ſuis. Et apparuit cum his armis: cum quibus ſepultus fuit ab Hercule. Condidit. Sepeliuit. Plinius. Prius terra condebantur. Aequorei buſti. Sepulchri: quod erat in litore. Sol magnus. Non aliter q̄ ſi ſol lucentiſſimus irradiaret orbem: omnia fuerunt illuminata ſplendore uenientis Stheleni. Vt orbem tolleret. Quēadmodū lucet ſi ſol orbe fulget auricomo. Orbem uocat ſolis globum. Tolleret. Erigeret ac ſuper terram eleuaret. Nubem quateret polus. Non ſecus ac ſi polus: hoc eſt radii ſolis et ſplēdor ętherę fugarent nubem: quādo lęta ſerenati facies aperitur olympi. Ea. Anima Sthenedi. cum primum uiſa fuit umbra Stheneli: ſtatim lux clarior effulſit: nox ceſſit: et dies purior emerſit: cui ceſſit umbra diē fugiens: et amica tenebrarum. Iuxta id propertianum: Nocte uagę ferimur. Nox clauſas liberat umbras.

Atram. Veſtem nigram; qua nox omnia conueſtit.

Acta litus. Ille. Sthenelus. Dolens. Solis emerſum. Chaos. Inferos. Acta. Litore. ex grecis qui τὴν ἀκτὴν litus appellant: qua dictione uſus Flaccus exemplo Maronis in quinto ita ſcribentis: At procul in ſola ſecretę troades acta .i. litore. Obnubens. Velās quod religioſum eſt: ne qua inter ſacros ignes in honore deorum Hoſtilis facies occurrat: et omina turbet. Cur ſacrificantes et honorantes deos caput uelēt: hoīes uero aperiāt: cauſam reqre a Plutarcho in problematis. Cineri uocato. Inuocans manibus Stheneli. Odryſiū. Scribe Odryſius: et refer ad orpheū thracē: Threicius uates Orpheus canit carmina placantia uiſos manes. Odryſii ſunt Thracię populi. Monet. Legem dum mouet: hoc eſt cantare ſatagit ac parat. Ducem uocat Orpheum qd muſarum ſacerdos erat: dux ingeniorum: et ſecum nauem agebat dulcedine cantilenę. Rite. Iuxta ritus: quibus in mortuis placandis utebantur. Sic habent uetuſtiſſimi codices. Quę uero ſint huiuſmodi carmina placantia manes Orpheus his exequitur: quę latine ita ſonat. Ipſius umbram Idem ego perfectis placaui in funere ſacris Dulcis aquę: et niuei lactis libamina miſcens Illimo de fonte: meis et laudibus ornans.

Carmina Orphei placantia manes.

> Ille dolens altum repetit Chaos, omnia Mopſus
> Dum ſtupet: in prima tumulum procul aſpicit acta:
> Obnubenſq; caput cineri dat uina uocato:
> Carmina quin etiam uiſos placantia manes
> Odryſius dux rite mouet: mixtoq; ſonantem
> Percutit ore lyram: nomenq; relinquit arenis.
> Altius in uentos recipit ratis: ac fugit omne
> Crobiali latus: et fatis tibi Tiphy negatum
> Parthenium: ante alios tritiæ qui creditur amnis

Nomen. uel monimentum Stheneli uel lyrę nomen. nam a poſteris lyra dictus eſt locus ille ab euentu. Verba Apollonii Rhodii ſunt hęc.
ἂν δὲ καὶ Ὀρφεὺς τὴν κε λίγειαν ἐκ τοῦδε λύρην
πέλει οὔνομα χῶρω. A lyra Orphei impoſita: nomen lyrę hęſiſſe loco cenſet. Miſto ore. immixta cantilēna. obloquitur numeris ut ſit harmonia cōcinior. In uentos. Scribo. Hinc uentos. Recipit. Nauis carbaſa maiores uentos recipere incipiunt propter fluuios accurrētes. Sunt qui legunt. Altius in uentos recidit: qd nauis incidit in uentos inſaniores. Crobiali. Ciuitas circa Paphlagoniam de qua Strabo et Homerus meminerunt: auctor interpres Apollonii in ſecundo. Stephanus. Crobialos oppidulū prope pontum. Apollonius in tertio: et quę ſequuntur. Legendum apud Stephanum non τρίτῳ ſed δευτέρῳ: nam hoc carmen. quod Stepanus, adducit eſt in ſecundo Apollonii: non tertio. κρώβιάλον. κρώμναν τε. καὶ ὑλήεντας κυτώρους. Fatis negatum. quoniam obiit antequā illuc perueniret. Parthenium. Fluuius Paphlagonię alluēs Seſamon urbem: cur Parthenius uocatus ſit cauſam interpres Apollonii refert: qd uidelicet τὸ ὕδωρ αὐτοῦ ἠρέμα παρέρχεται. a lenitate ſic dictus quaſi uirgo. eſt et alter fluuius parthenius in Samo qui poſtea Imbraſus eſt dictus; ut indicat Callimachi uerſiculus. ἀντὶ γὰρ ἀλλάσσει Ἴμβρασος. παρθενίου huic primo parthenio hoc eſt uirgineo nomen inditum a ratiqne ſuperiori: uel qd eius aqua ſupercurrit: neque reliquis in quas exoneratur miſcetur: quod uirginis eſt propriū. Auctore Calliſthene. In Paphlagonia poſuit Plinius in. vi. Triuię ſidus. Quoniam in eo Diana tanq̄ fidiſſimo balneatore lauabat: quę Diana cum lauaret in eo corpus nomen uirginis dedit: parthenon greci uirginē uocant: nec talem ignoramus fuiſſe Dianam: qd auctore Luciano fugiebat ocium. a Flacco ex Apollonii ſumpta ſunt his uerſibus.

Crobialos

Parthenius fluuius unde.

καὶ δὴ παρθενίοιο ἁλιμυρήεντα ῥέεθρα
πρηϋτάτου ποταμοῦ. παραμείβετον. ᾧ ἔνι κούρη
Λητωὶς ἀγρόθεν εὖτ' ἂν ἐς οὐρανὸν εἰσαναβαίνῃ
Ὃν δέμας ἱμερτοῖσιν ἀναψύχει ὑδάτεσσιν. Et parthenii fluenta in mare labentis tranquilli fluuii pretererunt: in quo uirgo Latona ſudorem uenationis elluens ſuum corpus frigerabat cū coelum uellet aſcendere. A puritate nomen fluuii deducit Orpheus. Pura autem uirginea dicimus. Sed cōſideremus uerſum Orphei an qd pulchre fluat: an aichoro Dianę: an ſit mendum in codicibus Orphei peruulgatis quoniam diſſentiunt. nihil hic de meo addo. in medium relinquo: et ad poſteros prouoco. Sic habetur in Orpheo meo.
Αὐτὰρ παρ' ἄλλων ἀκίνα λιπόντε Χιείου
νῆα κατιθύνων ἐπὶ παρθενίοιο ῥέεθρα
Ὅν δὴ καλλίχορόν μιν ἐπώνυμον ἐξεκάλεσσαν

Inopus. Inopi. Inopus fluuius Deli: in cuius ripis enutrita Diana: et ibi inter nymphas uenatu primos exercuit annos. Strabo libro decimo. Delos igitur urbem habens in plano poſitam et Apollinis templum atq; Latonę. Cynthus autem mons ſublimis et aſper incumbit urbi: amniſq; per inſulam non ſane magnus labitur Inopus nomine. Triuię. Dianę. In hoc lauabatur dea.

Materna. Delia: quippe cum in Delo Diana ſit nata. Cromnam. Apollonius in ſecundo. κρωβίαλόν. κρώμνάν τε. καὶ ὑλήεντα κύτωρον. Plinius libro ſexto Cromnam opidum Paphlagonię tradit. Cromnā eādē Stephanus in libro de urbibus Paphlagonię ciuitatem inquit: quę nūc Amaſtris dicitur. Quidam aiunt eſſe reginnculam Amaſtridis. Gentile Cromnites et Cromnęus. Eſt et Peloponeſi ciuitas maſculine et fœminine a Cromno Lycaonis filio. Cromna. Amaſtris.

Fidus: et inopi materna gratior unda.
Mox etiam cromnamq; iugo pallente cytoron:
Teq; cita penitus condunt Erythine carina.
Iamq; reducebat noctem polus. alta Carambis
Raditur: et magnæ pelago tremit umbra Sinopes.
Aſſyrios complexa ſinus ſtat opima Sinope
Nympha prius: blandoſq; Iouis quæ luſerat ignes
Cœlicolis immota procis, deceptus amatæ
Fraude deæ nec ſolus Halys: nec ſolus Apollo.
Addidit hic caſu comites fortuna benigno
Autolycum Phogiumq;: et Deiolenta ſecutos

Iugo pallēte cytoron. Cytorus fert buxū: quę arbor ē pallida ꝓpterea buxifer uocatur a Catullo. Buxantem colorem ab Apuleio dictum: et buxeos dētes ab Epigrammatico nemo non nouit. Voluit id Apollonii exprimere ὑλήεντα κύτωρον. Cytorus buxifer. Erythina. Scribe Erythine. ita legendū non Erythrea: ut inſulſi probant. Apollonius libro ſecūdo argonauticon. ἀμείψουσι παρεξενέοντο ἐρυθίνους. altos pręteribant erithynos. Sinuitates: ait interpres Apollonii: circa Paphlagoniam dictas a colore rubenti: de quibus meminit Homerus. Erythinus. Alta carambis. Eſt promontorii nomen. Apollonius Rhodius. Carambis
Ἔνθα δ' αὖτε κάραμβιν ἀμ' ἠελίοιο βολῇσι. Plinius libro ſexto. In paphlagonia promontoriū Carambis uaſto excurſu abeſt a ponti oſtio. cccxv. M. paſſus. uel ut aliis placuit. ccd. Tantundem a cimmerio uel ut aliqui malluere. cccxiii. Fuit et opidum eodem nomine: quod promontorium Argo pręteriſſe docet Orpheus his.
Ἀργὼ δ' ὑπὲρ μέγα λαῖτμα καραμβιάδων ἵκετ' ἄκρην.
Raditur. Prętergrediuntur: et prętereunt etiam argonautę. Tremit. Vagatur ac fluctuat. Sinopes. Apollonius Rhodius. Sinope.
Αὐτίκα δ' Ἀσσυρίης ἐπέβαν χθονὸς ἔνθα σινώπην
θυγατέρ' ἀσωποῖο καθίσσατο. καί οἱ ὄπασσε
παρθενίην ζεὺς αὐτὸς ὑποσχεσίῃσι δολωθείς.
Statim autem aſſyrię aſcēderunt terram: ubi Sinopen Aſopi filiam habitare fecit: et ibi prębuit uirginitatem Iupiter promiſſis deceptus. nam cum amanti innuiſſet Sinope: fefellit et Apollinem: etiam fluuiū Halyn: nec ulnis aut amplexibus quiſpiam potuit illam immodare. Aſſyrios complexa ſinus. De hac Aſſyria meminit Apollonius in ſecūdo: cuius interpres homo non indoctus ait per Aſſyriam Rhodium dicere Syriam Cappadociam: quę uocatur Palęſyria: quem fluuium Halyn influere aiunt per medium Syrorum et Paphlagonum meantem: et in pontū euxinum exonerari. Sinope. Scribit idē interpres Sinopen eſſe ciuitatem ponti ita nuncupatam a Sinope Aſopi filia: quam Apollo rapiens iuxta Philoſtephanum a Beotia tulit in pontum: cui miſtus genuit Syrum: a quo Syri dicti. Aſſyriorum regionem Leucoſyriam uocari memorāt per antiphraſin Syrorum Phœnicię. Proſequitur interpres alias opiniones ſcitu digniſſimas: quas illic requires. Blandos ignes. Amorem: quomodo iouem apollinem: deos amatores decęperit hęc puella: ſuperius explicatum eſt. Immota. Inflexa. Procis. Petētibus cœlicolis: et dis omnibus ſuperis eius nuptias: quos indifferenter Sinope ſpernebat. Halys. Fluuius Halys ſperabat congredi puellę: ſed illa fluuium deluſit: ut pariter narrat Apollonius. Halys et Iris ut ſcribit interpres Apollonii flumii Leucoſyrię. Plinii uerba ſunt hęc libro ſexto naturalis hiſtorię. Amnis Halys a radicibus tauri per Cataoniam: Cappadociamq; decurrens. Addidit. Argonautis additos eſſe ſocios tres inquit Autolycum: Phologium: Deileonta: qui comitauerant Herculem. Autolitum: Scribendum Autolycum ex Apollonii his. Aſſyria. Syria cappadocia. Palęſyria. Halys. Sinope. Syrus apollinis filius. Leucoſyria. Halys. Autolycus.
Ἔνθα δὲ τρικκαίοιο ἀγαυοῦ δηιμάχοιο
υἷες δηιλέων τε καὶ αὐτόλυκος φλογίος τε.
Τῆμος ὅθ' ἡρακλῆος ἀποπλαγχθέντες ἔναιον.
Οἵ ῥα τότ' ὡς ἐνόησαν ἀριστήων στόλον ἀνδρῶν.
σφᾶς αὐτοὺς νημερτὲς ἐπέφραδον ἀντιάσαντες:
Et quę ſequuntur. Ibi Tricęi pręclari Deimachi filii Deileon et Autolycus et Phlogius ab Hercule habitantes tunc illic uerſabantur: qui ut intellexerunt heronm claſſem: ſecum profecti uela dedere uentis. opportune ſane ut numerum implerent Herculis amiſſi et duorum qui deſiderabantur argonautarum. Deileon. Phlogius.

Herculis arma. Quoniam in Amazonas Sauromatides appellatas: ut Plinius ait: profectus eſt.
Vagus error. Vagati ſunt diu Herculem pręſtolantes: nec errori finem inuenerũt. Defixerat. Scribe cum priſco codice. Ibi fixerat. Hoc eſt in eo loco ſtatuerat ut ſe amouere non poſſent: uel errore uiarum: uel accolarum immanitate. Manum. Cohortem. Precantur. Tres gręci manum theſſalicam.

Dare noia

Se. Se ipſos tres heroas. Dux. Iaſon. Accedere. Naui ſuę. Nomina. Milites. Dare nomina ſignificat ad militiã accingi. Deſertos. Ab Idmone ac Tiphy. Sibi. In utilitatem ſuam. Currere. Feſtinare ad expeditionem colchicam. Anfractibus. Giris. Interpres Apollonii. Iris et Halys fluuii Leucoſyrię. De hoc fluuio meminit Apollonius bis. λεῖπον ἅλυν ποταμὸν: λεῖπον δ᾽ ἀγχιρέοντ᾽ Ἶριν. linquũt halyn fluuiũ: et olinque fluentem Irim. Alii interpretantur: prope fluentem. Plinius in ſexto. Cappadocia intus habet coloniam Claudi Cęſaris Archelaidẽ: quam pręterfluit halys. Opida Camana: quod Sarus. Neocęſarem quod Lycus. Amaſyam quod Iris. De Thermodonte lege Rhodiũ in

Herculis arma uiros uagus hos ibi fixerat error.
Vt graiam uidere manum: puppemq; pelaſgam
Prima ruunt celeres ad littora: ſeq; precantur
Accipiant ſocios. noua dux accedere gaudet
Nomina: deſertos et iam ſibi currere remos.
Tranſit halys: longiſq; fluens anfractibus iris:
Sæuaq; Thermodoon: medio ſale murmura uoluens
Gradiuo ſacer: et ſpoliis ditiſſimus amnis:
Donat equos: donat uotas cui uirgo ſecures:
Cum redit ingenti per caſpia clauſtra triumpho.

Archelais. Sarus. Amaſia. Thermodon Araxes.

ſecũdo de quo eius interpres plura. et ſcitu digna: quę ibidẽ quęre. Vocatum prius Araxem idem interpres auctor eſt. Plinius in ſexto capite ubi de Cappadocia agitur. In ora amnis Thermodon ortus ad caſtellum: quod uocãt Phanouam pręter radices Amazonii montis lapſus. Sęua murmura. Qui exoneratus in mare ſęuiter et infeſte murmurat. Imitatur Rhodium: qui Parthenium dicit ἁλιμυρήεντα hoc eſt in mari murmurantem. Gradiuo. Marti propter amazonas filias Martis locum illum incolentes. De quibus Apollonius in ſecundo inter quas Menalippe miſit: ait Rhodius: baltheum Herculi ut ſororem redimeret: unde nata fabula ab Hercule uictore fuiſſe diſcinctam. Spoliis. Opimis: quibus amazones luxuriabant. Cui Thermondonti genio patrię amazones donant ac dicant arma patria.

Menalippe Herculem nõ ſpoliaſſe amazona. Votiuum. Votitum. De amazonibus. Hippolyte. Aella. Antiope.

Notas. Scribe. Votas: quas uouit. In eadem ſignificatione uotiuũ dicimus. Satyrus. Paſcitur in ueſtrum reditum uotiua iuuenca. Votitam Plautus appellat in aſinaria fœminam uoto prohibitam: quę amatori ſacris addicta coire recuſat. Secures. Quibus Amazones utebantur: quod Vindelicos Rheſos ſecures geſtantes domuerunt: et telo per uictoriã parto ſunt uſę: auctor Horatius. Virgo. Amazon. Amazonas et in Aſia et Africa fuiſſe ſcribũt: illaſq; ſcythicę fuiſſe originis: et has indigenas omnes bello potẽtes ſubegiſſe multos populos Aſię. Themiſcireos campos primum tenuere: propinquas nationes bello domuere: eas ſuperauit Hercules illuc nouem profectus nauibus cum Theſeo: ingreſſuſq; per hoſtia Thermodontis ad regiam caſtra poſuit. Cingulum Hippolytę reginę petenti cũ negatum eſſet ſuſtulit armis. Aella prima ſuccubuit; inde alię longo ordine ceciderũt. Menalippe regina aufugit: et poſt inuentam cingulo ſublato mulctauit: Antiopen Theſeo dedit uel ut alii uolũt Hippolyten. Mãmas adurebant propter iactus haſtarum et ſagittarum. ab ea aduſtione Amazones dictę. Mazos enim papilla dicitur: Quidam putant ab ſimul uiuendo et concordi uita ſine uiris: appellatas. ζωὴ uita ἅμα ſimul. Redit. Amazon reuertitur triumphans armena ſpoliatia. Caſpia clauſtra. Portas caſpias. A leua maior armenia proſpicit mare caſpium. Ex oceano hoc funditur totumq; caucaſiis montibus cingitur. Ea iuga caucaſea: clauſtra caſpia uocat Flaccus niſi labitur in errorem cum de quo ſic Plinius. In Albanię confinio ſunt portę caucaſeę magno errore a multis caſpię dictę: ingẽs naturę opus: et montibus interruptis repente: ubi fores obditę ferratis trabibus. Mox Plinius. A cyro fluuio in iugis caucaſiis orto caſpiũ mare uocari incipit. Accolunt caſpii. Corrigendus eſt error in hoc loco multorum: et eorum etiã qui in armenia res proxime cum corbulone geſſere. Namq; hi caſpias appellauere portas Iberię: quas caucaſeas diximus uocari. Situſq; depictus: et inde miſſi hoc nomen inſcriptum habent: et Neronis principis cõminatio ad caſpias portas tendere dicebatur: cum peteret illas: quę per Iberiam in Sarmatas tendunt: uix ullo propter appoſitos montes aditu. Clauſtra. Obſtacula inacceſſa. In media ſunt montes caſpii maiori Armenię contigui. Rhenuius Fannius.

Caſpię portę. Caucaſeę portę.

Caſpiadas tangunt portas: quę ſolis ab ortu
Rupibus hęc celſis aſię ſunt clauſtra potentis.
Qua uia ſub boream duplex ſe ſcindit et hauſtrum.
Hęc regio perſas: hyrcanos didit. at illa
Sub colles imos habitãt. poſt caſpia clauſtra
Martia gens parthi; et quę ſequuntur.

Maſſagetum. Scribe. Maſſageten: Populi ſcythię ſunt Maſſegetes ultra mare caſpiū. Sūt qui Sarma/tię populos hodie moſcouitas dictos uocent Maſſageats: cū Amaxobii dicantur. Medum: Vbi ſunt ue/rę Caſpię portę. Quare Plinius in ſexto. Ecbatana caput Medię eſt. Seleucus rex condidit. A Seleu/cia magna. Dcc. L. M. paſſibus: A portis uero Caſpiis. xx M. Cauſa portarum nominis eadem quę ſu/pra: interruptis anguſto tranſitu iugis: ita ut uix ſingula meent plauſtra: longitudine VIII. M. paſſuū toto ope manufacto: Dextra leuaqꝫ ambuſtis ſimiles impendent ſcopuli ſitiente tractu per. xxxviii. Angu/ſtias impedit corriuatus ſalis e cautibus liquor atqꝫ eadem emiſſus. Pręterea ſerpentium multitudo niſi hyeme tranſitum non ſinit. Eſt uera propago. Incipit euagari in origine amazonidum altius repetenda: in quo imitatur Apollonium ita libro ſecundo loquentem.

Maſſagetę. Media. Ecbatana.

Maſſageten: medumqꝫ trahens: eſt uera propago
Sanguinis: eſt ollis genitor deus: hinc magis alta
Aemonidæ petere: et monitis non temnere Phinei.
Ipſe autem comitum conuerſus ad ora nouorum:
 Vos mihi nunc pugnas ait et uictricia ductor
Herculis arma mei: ueſtraſqꝫ in littore Martis
Interea memorate manus: ſic fatus: et ægro
Corde ſilens: audit currus belliqꝫ labores
Virginei: exciderit frenis quæ prima remiſſis:
Semianimem patrius quam ſanguine uexerit amnis.
Quæ pelta latus: atqꝫ humeros nudata pharetris
Fugerit herculeæ mox uulnere prenſa ſagittæ.

Οὐ γὰρ ἀμαζονίδες μάλ᾽ ἐπητέες οὐδὲ θέμιγας τίουσαι πεδίον Δοιάντιον ἀμφενέμοντο. Ἀλλ᾽ ὕβρις στονόεσσα καὶ ἄρεος ἔργα μέμηλε. Δὴ γὰρ καὶ γενεὴν ἔσαν ἄρεος ἁρμονίης τε νύμφης. ἥ τ᾽ ἄρηι φιλοπτολέμους τέκε κούρας Ἄλσεος ἀκμονίοιο κατὰ πτύχας εὐνηθεῖσα.

Hoc eſt. Nec uero amazonides ualde prudentes. non enim iura honorantes campum dœantium habi/tabant. Sed contentio luctuoſa et Martis opera curę erant. Quin genus a Marte et Armonia nympha trahebant: quę Marti bellicoſas peperit filias: nemoris Acmonii iuxta uertices cōcumbēs. Veram propa/ginem ſanguinis appellat Flaccus Amazonidas: quoniam non degenerant a Marte. Vbi ſcythę in Aſiā nauigauerunt: eſſentqꝫ occupati debellare finitimos: cōſpiratione multorū populorum interiere. Vxores auſę rem miram ſunt. Contemnunt uiros. reginam eligunt: imperium ipſę firmant. Duę pręfuerunt Marpeſia et Lampedo: multis in Aſia et Europa ſubactis uictricia ſigna referebant: Martem auctorē ſtir/pis pręficabant. quaſdam procreandę proli elegerunt. Maſculini ſexus necabant partus: puellas in ca/ſtris educabant. Lanificii expertes equis aſſueſcebant. Ollis. Illis. Maro. Igneus eſt ollis uigor: et cœ/leſtis origo Seminibus. Deus, Mars. Alta. Maria. Promontorium relinquentes ne a belligeris ui/raginibus infeſtarentur. Hęmonidę. Theſſali. Monitus Phinei. Monuerat ſane Phineus declinan/das amazonidas in hęc uerba. Nec tibi tunc horrenda rapax ad litora puppem Ventus agat: ludo uoli/tans cum turma ſuperbo Pulvereis exultat equis: ululataqꝫ tellus Intremit: et pugnas mota pater incitat haſta. Nouorum. Qui nuper occurrerāt relicti ab Hercule. Ductor ait. Inquit Iaſon. In litto/re Martis. Apud Thermodontē ubi degunt amazones Martis filię. narrate mihi: inquit Iaſon: quid Her/cules contra amazonas fecerit. Thermodon Iridi proximus et Parthenio ab Armonio defluens mon/te: Tyreos interlabens lucos: ad quos Amazonas migrāre neceſſitas ſubegerat: quas uictas ab Athenien/ſibus ait: corruiſſeqꝫ nudatis equitatus ſui lateribus. Aegro corde. Ex deſiderio Herculis amiſſi.

Armonia. Acmoniū nemus. Amazonidum origo Marpeſia et Lampedo. Thermodon.

Currus. Bellicos quibus inuehunt in bellū. Belli uirginei. Amazonii. Quę prima. Ex Amazo/nibus fuit ab Hercule interfecta. Remiſſis. Relictis habenis dum excidit. Patrius amnis. Thermo/don et quę prociderit in Thermodontem dum inconſulte ſe rapidis uorticibus committens abrepta eſt. Mimmiſis Maroniana. Quot ſimois correpta ſub undis Scuta uirum: galeas: et fortia corpora uoluit.

Pelta nudata. Spoliata clypeolo. Pelta eſt ſcutum breue et rotundum. Ex Virgilio. Ducit amazoni/dum lunatis agmina peltis Pentheſilea furens. Peltaſtę inde uocari pedites: qui peltis utebantur. Vnde coniicio peltum plumbum candidum uulgo dici qđ ex pelto ſimiles clypeoli tornari ſolent: a ſcutis ſcu/tellę uocati. Humeros nudata. Cui pharetram eripuit Hercules. Mox. Paulopoſt in fuga. Hercu/les Amazones proſecutus arcu illas: in curſu conficiebat. Plinius auctor eſt Amazonas uſqꝫ ad caſpiū mare pertingere: ſed alię ſunt cognomento Sauromatides: de quibus idem. Amazonas Sabinus poeta mœotidas peltiferas appellat. Latus nudata. Vt quis in fuga ſit expeditior: clypeum et arma ut fugę offendicula: proiici: quare in imbelles et a munere honeſto ſe retrahētes: Rhypſaſpidis nomen inditum.

Prenſa. deprenſa: quam aſſecutus eſt Hercules arcu.

Pelta. Peltaſtę. Peltū plūbum candidum. Scutellę. Sauromatides.

Securigeræ. Vtq;. Repete uerbum audit a nouis ſociis. Securigeras. Amazonas ſecurim geſtantes. Pater. Mars ſtimularet amazonas: et adderet ſtimulos irarum ut cócitatiores irent in argonautas. Fleturus. Doliturus fata filiarũ amazonũ: quas ab Hercule uictas iri: coniectat. Quantus. Et audit ꝙ terribilis eſſet princeps amazon. Duce. Hanc ducẽ ſubinde repetit hic poeta: ut alibi. ſentitq; ducẽ: dominãq; cateruç. Et. famula duce protinus urget. Qui furor. Audit ꝙ furens ſit et ſanguinis amore flagrans. Alludit illi. Pentheſilea furẽs. Inſignis baltheus. Baccatus: et elegãs.

Vtq; ſecurigeras ſtimulauerit ira cateruas:
Fleturuſq; pater: quantus duce terror in ipſa:
Qui furor: inſignis quo baltheus arſerit auro.
Nocte ſub extrema clauſis telluris ab antris
Peruigil auditur Chalybum labor, arma fatigant
Ruricolæ gradiue tui: ſonat illa creatrix
Prima manus belli terras crudelis in omnes.
Nam prius ignoti quam dura cubilia ferri
Eruerent: enſeſq; darent: odia ægra ſine armis
Errabant: iræq; inopes: et ſegnis Erinnys.
Inde genetæi rupem Iouis: hinc Tibarenum

Nocte ſub extrema. relictis amazonibus tandẽ Flaccus iter continuat argonautarũ: et ad Chalybes eos peruiſſe tradit: qui ferrũ iſomnes procudũt. Imitat Apolloniũ: q nocte huc minyas acceſſiſſe pdit his.

ἤματι δ' ἄλλῳ
νυκτί τ' ἐπιπλομένῃ Χαλύβων παρὰ γαῖαν ἵκοντο.
τοῖσι μὲν οὔτε βοῶν ἄροτος μέλει. οὔτε τις ἄλλη
φυταλιὴ καρποῖο μελίφρονος. οὐδὲ μὲν οἵγε
ποίμνας ἑρσήεντι νομῷ ἔνι ποιμαίνουσιν.
ἀλλὰ σιδηροφόρον στυφελὴν χθόνα γατομέοντες.
ἠὼς ἀντέλλει καμάτων ἄτερ. ἀλλὰ κελαινῇ
λιγνύι καὶ καπνῷ κάματον βαρὺν ὀτλεύουσι.

Sequentis diei nocte Chalybũ terrę applicuerũt. Chalybi[illegible]s aũt neq; bos arator cordi ẽ: neq; plantare fructus dulces: nec ii greges roſcidis in pabulis paſcunt. Sed ferrigenã durã terrã fodiẽtes uictui neceſſaria permutãt. nec his unquã aurora oritur ſine laboribus. ſed nigra caligine et fumo tolerant laborem graué. Prolyxus fortaſſe fui in componẽdis poetis: ſed neceſſario feci: quoniã Flacci noſtri quẽ interpretandũ optauimus opinioni: uerbiſq; belliſſime reſpondet Apollonius. Orpheus eũdẽ ordinẽ ſecutus ſtatim poſt amazonas chalybes poſuit. Ab antris clauſis. in fornacibus quę ſunt infra terrã unde tantus ſtrepitus audit̃ malleorũ. Fatigant. Cũ magno labore producũt: ut uibrando malleos fatigentur immo fatiſcant. Ruricolę tui. Coloni tui Mars. Colũt enim rura martis hoc ẽ terrã tuberoſam: ſterilem: emaciatã ut ad ferrũ ferendũ tantũ ſit apta. Sonat. Sonitũ magnũ excitat. Manus. Vel re uera manus malleos excutiens: uel cohors. Creatrix prima belli. Quę bellũ ſuſcitauit et reperit. Crudelis. Quę in oẽs terras crudelitatẽ ſęuitiãq; propagauit. Ferro nãq; ad cędes mutuas abuſi ſunt. Iãq; nocens ferrum: ferroq; nocẽtius aurũ Prodierat: prodit bellum quod pugnat utroq;: ſanguineaq; manu crepitantia cócutit arma. Cubilia. Cuniculos: ſedes: origines. Eruerẽt. Ruendo montes extraherent. Diruũt montes metallici: et uſq; ad inferos penetrãt. Vocat enim Plinius metallicos: ut hoc obiter diſcas: inquiſitores metallorũ. Idem metalla dicta putat qd̃ uno inuento ſtatim aliud ſequit̃ quaſi μετ' ἄλλα. hoc ẽ poſt alia. ſubintellige ſequunt̃ unũ inuentũ. Darẽt. Procuderẽt chalybes. Odia errabant ęgra. Oderant ſe inuicẽ innocue. Odia uocant̃ ęgra: debilia: et ad nocendũ impotentia. Sine armis. Sine effectu nocendi. Inopes. Sine ope ac facultate nocendi. Segnis Erinnys. Diſcordia pigra: inhabilis ad nocẽdũ. Inde. Poſt chalybas. Hũc quoq; ordinẽ ſequit̃ Apollonius: cuius carmina ſubſcripſi: quoniam mirum in modum noſtro conducunt auctori.

Τοὺς δὲ μετ' αὐτίκα ἔπειτα γενηταίου Διὸς ἄκρην
γνάμψαντες, σώοντο παρὲξ Τιβαρηνίδα γαῖαν.
Ἔνθ' ἐπεὶ ἄρ κε τέκωνται ὑπ' ἀνδράσι τέκνα γυναῖκες
Αὐτοὶ μὲν στενάχουσιν ἐνὶ λεχέεσσι πεσόντες
κράατα δησάμενοι. ταὶ δ' εὖ κομέουσιν ἐδωδῇ
Ἀνέρας ἠδὲ λοετρὰ λεχώια τοῖσι πένονται.

Geneteus Iupiter. Tibareni. Stybareni. Poſt hos genetęi Iouis promontoriũ pręteruectos: ſeruabant̃ extra Tibarenida terram: parientes mulieres cũ uiris ſunt. Viri quidẽ gemunt in lectis iacẽtes: capita ligati. Ipſę aũt uxores educãt: ciboq; curãt uiros lauacra puerperarũ facientes. quę omnia breuiſſimis uerbis exequitur noſter Flaccus: nec quidem infeliciter. Genetęũ genitalẽ latini uocare poſſũt. De hoc tacuit Orpheus. Sed animaduerte preſſius Tibarenos: quos Orpheus appellat Stybarenos: hoc ridiculo uti ritu: nõ incolas genetęę rupis. In codice priſco ad hãc ſeriem ſcriptũ eſt. Inde genetęi rupẽ iouis. Hinc tibi mauors. et defendi poteſt hoc ſenſu. O mars Chalybũ amazonũq; deus: quę loca modo pręterierũt argonautę: regionibus tuis relictis flectunt ad alia loca. Et per lacus uirides deſcribere cótentus eſt Tibarenos: non noiare. Adde ueteris lectionis teſtimoniũ: quod apud me plurimũ pollet: et qd̃

illa dictio

quod cane peius et angui Valerius noſter auerſatur. cuius uocis mutam: ut ita dicam: abſurditatem reſugit Apollonius Tibarenida terram carmini contentus inſerere. Sed poſteri iudicent. Ego me lite eximo: ingenia prouoco. Vbi. Apud quos Tibarenos. Tibarenum lacus. Tibareni: ut inquit interpres Apollonii: gens Scythię: qui δικαιότατοι. hoc ē iuſtiſſimi dicuntur: qui ſi forte neceſſe eſt pugnare cū aliquo non inſidiis caupon antur: ſed prius denūtiant horā: locū: diem pugnę. quorum uxores: ut ſcribit Nymphodorus: in eorum legibus: maritos a partu ut puerperas alunt. Scribit Euſebius libro primo pręparationis euangelicę Maſſagetas ac Berbices carnes propinquorū imolare ac mādere: Tibarenos ſeniores pręcipitare. Hircanos rapaci generi auium. Caſpios canibus proiicere ſolitos. De Tibarenis meminit Plutarchus i Lucullo. Refert Didymus idem uidelicet Tibarenos poſt uxoris partum caput ligare perinde nō quaſi uxores: ſed ipſi peperissent: un de natū id Adagiū νόμος καὶ χώρα: moribus uidelicet regionis eſſe ſeruiendum. De Tibarenis Ephorus: Pomponius Mela: Strabo meminerunt ſommum bonum in iocis atq; riſu collocabant. Mitra deſide. Pro deſides uiros alligant mitra: et infula linea: qua caput puerperarum magis q̄ cętera membra affectum conſueuit illigari. De mitra hęc Hieronymus in quadam epiſtola ad Marcellam. Tum crines ancillę diſponebant: et mitellis criſpantibus uertex artabatur innoxius. Diminutiuum mitrę eſt mitella. Quis illud ignorat? Copa ſyriſca caput graia redimita mitella. Virum fouet. Alit: nutrit: ſaginat. Soluto partu. Ipſa ſtatim partu ſoluta. Omittēs alimenta ſaliaria: quibus curari conſueuere puerperę. Moſſynœci. Scribe. moſſynici ideſt μοσσύνικοι: de quibus hęc Rhodius in ſecundo. Moſſynici.

ἢ ἔνι μοσσύνοικοι ἀν' οὔρεα ναιετάουσι

μόσσυνας· καὶ δ' αὐτοὶ ἐπώνυμοι ἔνθεν ἔασιν. in qua terra Moſſynici per montes habitāt ligneas domos: unde cognomentum ſortiti ſunt. Moſſynas ligneas domos: quę ligella Plautus in aulularia dicit: uocant. Addit Apollonius iſtos operari. omnia in domibus ſine pudore: promiſcuum eſſe concubitum in uiis ſine probro lecti: bene poti pannos: ueſteſq; negligunt. Humi ſtrati promiſcue miſcentur. male iudicantes fame necabant. Macrones. Apollonius. Moſſynes. Ligella. Macrones.

κεῖθεν δ' αὖ Μάκρωνας ἀπειρεσίην τε Βεχείρων: Illinc macronas: immēſamq; Bechirorum terrā. Inter gētes Themiſtidę regionis Plinius libro ſexto. macronas ponit. Stabulis. Propter paſcua quibus abundant. Tota enim regio Colchica pręſertim ubi nō modicus rigor impedit paſcua eſt. Byzares. Scribendum Byzeres. Apollonius. Bechiri. Bizeres.

Βύζηράς τ' ἐπὶ τοῖσιν ἐπιπρὸ γὰρ αἰὲν ἔταμνον

εὐσυμένως λιαροῖο φορεύμενοι ἐξ ἀνέμοιο.

qđ uidelicet molli fauentis afflatu uenti ad byzeras appulerūt. Hos nomine tenus attigit Orpheus. Plinius libro. vi. In regione Themiſnida collocat: et buzeros appellat. Populos ponti tradit his Stephanus. Βύζηρες ἔθνος ἐν τῷ πόντῳ. ἔστι καὶ Βυζηρικὸς λιμήν. De Moſſynicis et Byzeris mentio fit a Marcellino libro. xvi. Scribit Dionyſius libro primo hiſt. Tyrrhenos traxiſſe nomen a locis minutis: quę illi extruxerunt. Tyrſes enim a Tyrrhenis appellantur extructę et denſę ędes: ſicut a gręcis quoq;. Ab eoq; igitur caſu nomen inditum uobit: ſicut etiam moſſyneci in aſia. Nam et illi in ligneis uelut turribus habitant erectis aſſeribus: altiſq; tabulatis Moſſynas illa uocantes. Vagi. Exponunt quidam paſſim coeuntes et promiſcua uenere utentes. Ego uagi palantes et diſperſi: ſine re: ſine lare: ſine ſede: Armentarii omniā ſecum agentes. Philyręq; a nomine dicta littora. Promontoria Chironia. Chironis mater Philyra fuit. hęc ſunt illa litora: de quibus ſic Apollonius in ſecundo. Chironiū promontorium. Philyra.

νυκτὶ δ' ἐπιπλομένῃ φιλυρηΐδα νῆσον ἄμειβον.

Et quę multa ſequuntur. nocte appetente philyreida inſulam pręterierūt ubi coeleſtis philyrę Saturnus miſtus eſt cum in olympo regnabat. Et Iupiter nutriebatur apud Curetas idęos Rheam decipiens. Illos in lecto reperit Rhea medio ex lecto ſaliens commotus eſt comato ſimilis equo. Pudore mox regionem illam et mores relinquens oceanitis Philyra in montes magnos pelaſgorum Chironē ibi peperit altera parte hoiem: altera equū. Cornu. Pede corneo cū deprehenſus eſt a Rhea: et in equū mutatus ē. Pepulit. Percuſſit in hoc loco. Sinus ultimus. Vltimū fundū maris. Forte alludit illi uerſiculo Rhodii. Saturnus equo ſimilis.

καὶ δὴ καυκασίων ὀρέων ἀνέτελλον ἐρίπναι

ἠλίβατοι. τόθι γυῖα περὶ στυφελοῖσι πάγοισιν

ἰλλόμενος χαλκέῃσιν ἀλυκτοπέδῃσι προμηθεὺς

αἰετὸν ἥπατι φέρβε παλιμπετὲς ἀίσσοντα.

Dant uirides poſt terga lacus: ubi deſide mitra
Fœta ligat: partuq; uirum fouet ipſa ſoluto:
Vos quoq; non notæ mirati uela carinæ
Moſſynici: uos et ſtabulis Macrones ab altis:
Bizereſq; uagi: philyræq; a nomine dicta
Littora: quæ cornu pepulit Saturnus equino.
Vltimus inde ſinus ſæuumq; cubile promethei

Hiſtoria Promethei Aquila fl.

Compeditum in caucaſo monte inquit fuiſſe Prometheum aquilam epate rediuiuo nutrientem. Interpres ait Aquilam fuiſſe fluuium: qui regionis Promethe͏ę radebat epar. i. partem: unde datus fabulę locus. Theophraſtus uero ſapientem Prometheum putauit. Hominibus ſapientia, cœleſti profuiſſe: quapropter ignem cœlo detuliſſe comminiſcunt͂. Herodorus regem Scytharum Prometheum fuiſſe tradit: qui cum non poſſet fluuium aquilam nomine regionem illam ambientem deriuare: atqꝫ deducere: diduxit et auertit Hercules: unde fictum uincula ademiſſe Prometheo. Pherecides autem in ſecundo Typhonis et Echidnę Phorcynis Aetou id eſt Aquilã filiũ. ait cõſumẽtẽ Prometheum: et qđ Aquila comedit epar interdiu: nocte uero reſiduũ renaſci ſimile. Ideo Maro conſulte cecinit.

Locus Virgilii.

Nec fibris requies datur ulla renatis. Caucaſus. Cubile Promethei uocatur. quoniam in cautibus caucaſeis ligatus Prometheus ſeruabatur. Scythę ipſi: auctore Plinio libro ſexto: Perſas chorſaros: et caucaſum montem graucaſum hoc eſt niue candidum uocant. Arctos. Vrſas. Ille etiam. Eadem die qua iſti nauigant Hercules Prometheum uellebat.

Chorſari Perſę. Graucaſuſ

Cernitur in gelidas conſurgens caucaſus arctos.
Ille etiam alciden Titania fata morantem
Attulerat tum forte dies. iamqꝫ aſpera Niſu
Vndiqꝫ conuellens. ueteris cum ſtrage pruinę
Vincula prenſa manu ſaxis abduxerat imis
Arduus: et leuo grauior pede. conſonat ingens
Caucaſus: et ſummo: pariter cum monte ſecutę
Incubuere trabes: abductaqꝫ flumina ponto.
Fit fragor: ętherea ſceu Iuppiter arduus arces
Impulerit: manus aut imas neptunia terras.

Attulerat: In caucaſum attulerat Herculem. Titania fata morantem. Tardãtem mortem Promethei Titanis: cui uitam producere ſtudebat: et eius doloribus finem imponere. Aſpera. Iuga: ſaxa: cautes firmiores. Niſu. Conatu. connitendo montis partem conuellere. Conuellens. Radicitus abrumpens. Cum ſtrage. Sternendo ueterem pruinã. Senſus eſt. Hercules uincula: compedeſqꝫ Promethei confregit ueteri et iam familiari pruina rigentiſſimi cœli obſita. Caucaſus enim ob cœli diritatem pruinoſus eſt. Saxis imis. A profundiſſimis cautibus: quibus erant innexi. Arduus. Elatus. labore ſemper melior et robuſtior. Labori non parcens. uel in altum et arduum caucaſi iugum conniſus robore corporis. quę lectio perbelle concinit ſequentibus. Leuo grauior pede. Semper aſcẽdẽs: et in ſublime repens: quod qui facit ſemper ſiniſtrum pedem deorſum habet: et dextrum ad ſcandendum paratum: habet ſurſum: unde fit ut totum pondus in pedem inferiorem incumbat. Olim ſcribebam. Itleuo. hoc ſenſu. Prometheus auulſus ſecum in ſiniſtro pede ferebat compedes: unde greſſu tardabatur. nõ placet priſcis exemplaribus reclamãtibus. Conſonat. Obloquitur et obſtrepit echo caucaſea fragori: quem concitat Hercules decutiẽdo ſaxa. Quidam referunt ad ſtrepentem Prometheum. Secutę cũ monte. Quę ad mõtis ruinam ſimul corruere. Abducta ponto. Noue ac poetice dictum eſt. Nam cum Hercules caucaſi latus conuellat: deriuat et obſtipat ruina tantę molis flumina: quę in pontum exonerantur: adeo ut Plinius libro ſexto tradat corriuatis in mare ponticum tot fluminibus dulceſcere. Tunc abduci flumina uidentur cum ſtipantur eorum fontes ruina tam uaſti maris. Fit fragor. Ruina tantę molis. Arduus. Cœleſtis ac diuinus: ſupremus: ſummam arcem colens. Impulerit. Tonitru compleriti cum ualide tonat. Manus neptunnia. Fuſcina uel neptũni tridens terras impulerit. Priſci putauerũt aquam cauſam eſſe motus terrę: unde telluriquaſſonem: tellurimotonemqꝫ uocauerunt: gręci ennoſigea. Relege quę nos de tremore terrę in lucretianis prodidimus commentariis ſcitu digniſſima. Verba Marcellini luculentiſſimi ſcriptoris ſtrumoſi atqꝫ concerpti in medium libet adducere ut inuidiam barbaris conflem: qui quotidianis incurſibus nedum bacchantur in latium: Italos fundos: ſed rem habent cũ monimentis et ingeniis. Sic enim ſcribit in libro. xvii. hiſt. Ammianus. Ad ipſius enim ueritatis arcana non modo hęc noſtra uulgaris inſcitia: ſed ne ſempiterna quidem lucubrationibus longis nondum exhauſta phyſicorum iurgia penetrarunt: unde ut in ritualibus et pontificiis obtemperantibus ſacerdotis cautum ne alio deo pro alio nominato: cum qui eorum terram concutiat ſit ignotum obſtruſa piacula committantur. Accidunt autem ut opiniones eſtimant inter quas Ariſtoteles ęſtuat et laborat: aut in cauernis minutis terrarum: quas gręce ſyringas appellamus impulſu crebriori aquis undabundis aut certe: ut Anaxagoras affirmat: uentorum ui ſubeũtium ima terrarum: qui cum ſoliditatibus concruſtatis inciderint eruptiones nullas reperientes eas partes ſoli conuibrant: quas ſubrepſerant humidi. Vnde pleruqꝫ obſeruatur terra tremente uentorum ui: apud nos ſpiramina nulla ſentiri: qđ in ultimis ſeceſſibus occupantur. Anaximander ait areſcente nimia ęſtuum ſiccitate: aut poſt madore imbrium terrã rimas pandere grandiores: quas penetrat ſupernos aer uiolentus et nimius: ac per eos uehementi ſpiritu quaſſatã cieri propriis ſedibus. Qua de cauſa tremores huiuſmodi uaporatis temporibus et nimia aquarum cœleſtium ſuperfuſione contingit. Ideoqꝫ neptunum humentis ſubſtantię poteſtate ęnoſigeon et ſiſichthona poetę ueteres et theologi nũcupauerunt. Fiunt autem terrarum motus modis quatuor. aut

Marcellinus emendatus. In barbaros. De motu terrę.

enim palmatię ſunt qui humum moleſtius ſuſcitantes furſum propellunt immaniſſimas moles ut in aſia delos emerſit. Aut Climatię: qui ędificia complanāt. Aut Chaſmatię qui grandiori motu patefactis ſubito uoratrinis terrarum partes abſorbet. Inter hęc tria genera terręmotuū mycematicę ſonitu taurino audiuntur minatorio: ut cum diſſolutis elementa compagibus ultro adſiliunt uel relabuntur conſidentibus terris. Tunc enim eſt uelut taurinis reboare mugitibus: fragores fremituſq; terrenos. hęc Ammianus. Palmatię. Climatię. Chaſmatię. Voratrinę. Mycematicę.

Horruit immenſum ponti latus: horruit omnis
Armeniæ prætentus iber: penituſq; recuſſo
Aequore cyaneas Minyæ timuere relictas.
Tum gemini propiore chalybs: denſuſq; reuulſis
Rupibus audiri montis labor: et graue titan
Vociferans: fixos ſcopulis dum uellitur artus.
Contra autem ignari (quis enim nunc credat in illis
Montibus alciden? dimiſſa ue uota retentet?)
Pergere iter ſocii: tantum mirantur ab alto
Littora diſcuſſa ſterni niue: ruptaq; ſaxa:
Et ſimul ingentem moribundam deſuper umbram
Alitis: atq; atris rorantes imbribus auras.
Sol propius flammabat aquas: extremaq; feſſis
Cœperat optatos iam lux oſtendere colchos.
Magnus ubi aduerſum ſpumanti phaſis in æquor

Ita emenda eius codicem miſerabiliter lacerum et ſtrumoſum. Palmatię a pulſu ac uibratione dicuntur. Palmon gręci pulſum uocāt. Chaſma hyatus. μύκημα mugitus. μυκάομαι magio: unde mycetes: uel mycematicę motus terrę. Quę mendę ſunt in pręuulgatis Apulei codicibus ubi de meteoris agit. Quid ſi clinatię legas a uerbo κλίνω: quod ē uergo et inclino: ut de his motibus intelligat: quos Plinius ſuſpectos uocat inclinantes in unum latus. Viderint doctiores. Horruit. Aſperrime concitatum eſt. Prętentus Armenię: iacens circa Pontum intra colchida et armeniam. Iber. Iuxta pontum: unde uenerunt ut inquit Varro: qui tenuerunt Hiſpaniam. Scribit Plinius libro vi. Portas quas falſo uocauere caſpias eſſe portas Iberię. Iberię duę ut inquit Stephanus: una ad Herculis columnas ab Ibero fluuio. Altera apud Perſas. Gentile Iber et ab Iberis genitiuo Iberis. et ibericos et iberus. dicunt hos eſſe abſtemios ut Athenęus in ſecundo dipnoſophiſton et cōuiuari loquēdo: et uti cibis multiformibus ut ditiſſimos. Lucarius de his. Occurrat iberibus alter. Eſt maior et minor Armenia: quas lęuo latere cappadocia tranſit: auctor Plinius libro ſexto nat. hiſt. Penitus. Aduſq; maris uiſcera. Recuſſo. Repercuſſo: cadentibus ex alto cacumine ſaxis. ab re et quatio: unde quaſſa uaſa: fracta: et quaſſare Plauto in milite p cōcutere. Timuere cyaneas. Dubitauerunt propter ſaxorum magno fragore cadentium ſtrepitum ne iterū ſymplegades concurrerent. Gemitu propiore. Strepitu uiciniore: quippe cum latere montis diruto per ęquum audiebatur omnia adempta ui Herculis obliquitate laterali: excluſis anfractibus montis intorti. Chalybs. Malleis frequentibus inſtrepens. Denſos labor. Repercuſſio frequens ac geminata chalybum: dum cadit alterno uibrantis malleus ictu. Reuulſis rupibus. Auulſo montis latere. Graue. Grauiter fluctuoſe. Titan. Prometheus. Scopulis fixos. Qui pedes erant hęrentes: et impreſſi monti caucaſo: quos dum reuellit Hercules: pœnaliter Prometheum afficit. Ignari pergere ſocii. Argonautę olim Herculis ſocii ignari in illis montibus Herculem uerſari: prętereunt. Dimiſſa uota. Deſiderium Herculis iam ex deſperatione abolitum. Retentet. Iterum tentet ac ſuſcipiat fruſtra uotum Herculis: deſiderare ſe poſſe Herculē reperire: quod irritum deſiderium putatur. Pergere iter. Pergebāt. Ab alto. A medio mari ubi nauigabant uident litora ſterni niue: mirantur unde nix in litoribus: quod natura uō patitur. Hęc erat nix illa: quę caucaſo deciderat: et cum ſaxis deciduis una prolapſa eſt. Diſcuſſa. In diuerſas partes iacta. Palmos. Mycema. Clinatię. Iberię duę. Quaſſa.

Moribundam. Scribe moribundę: et de aquila ſiue uulture intelligit ſolita fibras Promethei depaſcere. Hanc ſagittis confixit Hercules. Confixę et cadentis umbram cernunt in mari minyę. Deſuper. in aere. Atris imbribus. Nigro ac tartareo ſanguine emiſſo iaculis herculaneis horrenda magnitudine aquila in cœlo confixa. Rorantes auras. Aerem ſtillantem aquilę ſanguine. Propius flammabat. Immiſerat faces uiciniores aquis. hoc ē dies erat adulta. Cum enim matutina micat aurora: Sol non adhuc appulit nobis: ſed radios paulum diſſitos habet: uelut primulum exorientes. Extrema. Vltima dies laborum in hac prima nauigatione perpetiendorum. Colchos. Plinius in regione Themiſtidę Colchos ponit. Colchi. Phaſis. Plinius in ſexto. Clariſſimus ponti phaſis. Oritur in moſchis. nauigatur gliſbet magnis nauigiis. XXXVIII. M. D. paſſus. inde minoribus longo ſpatio pontibus. xx. peruius. Phaſis. Opida in ripis habuit complura. Plinius idem libro ſexto naturalis hiſtorię. Subiicitur Themiſtidę regioni gens colchica: in qua iuga caucaſi ad rhiphęos montes torquentur altero latere in euxinum: et męotim deuexa: altero in caſpiū et hyrcanū mare. Marcellinus libro. xxii. hiſt. Phaſis fremebundis curſibus

Rr ii

Colchi ęgyptii. Dioſcurias. Amphitus. Telchius. Aeniochi.

colchos attingit ęgyptiorum antiquam ſobolem: ubi inter ciuitates alias Phaſis eſt nomine fluuii dicita: et diſcurias nunc uſq; nota: cuius auctores Amphitus et Telchius ſpartani traduntur: aurigę Caſtoris et Pollucis: quibus Aeniochorum natio eſt inſtituta. Ita corrige Marcellinum: ubi tot erant mendæ quot uerba. Emendauimus ex his Plinii uerbis libro ſexto naturalis hiſtorię. Dioſcurias urbe colchorũ nunc deſerta: quondam adeo clara: ut Timoſthenes in eam .ccc. nationes: quę diſſimilibus linguis uterentur: deſcendere prodiderit. Et poſtea a noſtris .cxxx. interpretibus negocia ibi geſta. Sunt qui cõditam eam ab Ampitio et Telchio Caſtoris ac Pollucis aurigis putãt: a quibus ortum ęniochorum gentem feram conſtat. In fine ſecũdi Rhodius φασιν fluuium uocat ἐυρυῤέοντα .i. late fluentem. Poſcunt. A dis petunt ut liceat attingere terrã colchicam a deis fato cõceſſam. Antiquiſſimum exemplar habet: noſcunt. Cognoſcunt inquit minyę terram hanc eſſe illam: quam dei pro fine dederunt erroris. Signa cõmemorant. recenſent ſigna: quibus cognoſcere: pręmonſtratum fuerat terrã colchicam. Emẽſas. Prępteritas. Exempli gratia pręteriimus hanc urbem: fluuium: ſcopulos: gẽtem colchicã. Illic audiuimus eſſe fluuiũ phaſim nauium capacem. Hic ẽ ſimilis deſcripto. Ergo ſumus in colchide.

Ore ruit. cuncti pariter loca debita poſcunt:
Signaq; commemorant: emenſaſq; ordine gentes.
Dantq; ratem fluuio. ſimul æthere plena coruſco
Pallas: et alipedum Iuno iuga ſiſtit equorum:
Ac dum prima graui ductor ſubit hoſtia pulſu:
Populeos flexus: tumulumq; uirentia ſupra
Flumina cognati medio uidet aggere Phrixi.
Quem comes infelix paruo de marmore iuxta
Stat ſoror: hinc ſæuæ formidine mæſta nouercæ:
Inde maris: pecudiq; timens imponere palmas:
Siſtere tum ſocios iubet: atq; hic: prima ligari
Vincula: ceu pagaſas patriumq; intrauerit amnem.
Ipſe graui patera ſacri libamina Bacchi
Rite ferens umbram uocat: et ſic fatur ad aras.
Pergimus atq; pares tecum mihi phrixe labores
Tu precor orſa regas: meq; his tuteris in oris
Tot freta: tot date properanti ſidera paſſum.

Dant ratem fluuio. Intrant phaſidis hoſtia. Plena. Redimita Pallas. Aethere coruſco. Splendore coeli: fulgẽtiſſima Pallas radiis pręmicantibus. Alipedũ. Velociũ: quibus uehebatur. Iuno affuit: inquit: numine pręſentiſſimo: et equos ſiſtit ad ora phaſidis. Quidam Iunoni ut Lunę: quę parit ex ſole: dant mullos. Quidam equos: in quorum numero eſt Flaccus: qui inquit alibi. Et noſtros iam ſudor equos. Pulſa graui. Magna et forti remorum percuſſione. Flexus populeos. inter populos flexas circa tumulum. Diximus ſupra ex Apollonio ſolitos ueteres: prope tumulos arbores plantare: quod hodie recutiti ſabbatarii obſeruant. Tumulum. Repete uerbum uidet. Supra uirentia flumina. Qui tumulus phrixi in ripis erat phaſidis uirentis: circum quas ripas erant arbores populi. Aggere. Qui tumulus erat in aggere fluminis phaſidis. Cognati phrixi. iunge cum dictione Tumulum. Quem. Phrixum. Coanecte uerbo iuxta. Quẽ iuxta phrixum erat ſoror Helle. Infelix. ab euentu quoniam in mare delapſa eſt. Hinc. Duo affectus in ſtatua uiſebantur et timentis nouercam: immolationemq;: unde cupiebas aufugere: inde et ab alia parte ut teneritudinis uirginalis non audebat manibus arietem apprehendere: nec aſcendere. Maris. Repete formidine: inde timebat mare: inde timebat cornua pecudis amplecti quis eſſent aurea. Iubet. Iaſon. Vincula. Retinacula: funem nauticum. Patrium amnem. Amphryſum uel alios Theſſalię fluuios: qui ſunt innumeri. Ipſe graui patera. Ex Apollonio qui ait.

Αὐτὰρ δ' αἰσονίδης χρυσέω ποταμόνδε κυπέλλω
Οἴνου τ' ἐνναέταις τε θεοῖς ψυχαῖς τε καμόντων
ἡρώων γουνοῦτο δ' ἀρήγονας εἶναι ἀρωγοὺς
Εὐμινίως. καὶ νηὸς ἐναίσιμα πείσματα δέχθαι.

Ipſe Aeſonides aureo fluuium in poculo uini meri mellita fundebat libamina. terręq;: accoliſq; deis et animis defunctorum uti damnum tollerent: et ingruentia mala: ſupplicabat ut adeſſent beneuole: et rudentes fatalis nauis gubernarent. Vmbram. Phrixi tanquam geniũ cognatum ut ſibi ferret auxilium. Vocat. Inuocat. Pergemus. Rogo te per ſanguinem et commune ſtemma. Pares labores. Tu in colchicam regionem uenisti: et ego. Tu rate: ego naui longa. Tu captas fama: et ego fama. Tu glorię cupidus: et ego. Orſa. Quę cępimus. His oris. Ponticis ac efferis. Tot date properanti. Scribe properantia id eſt ſine felicitate currentia. Faue. Melius foue. Vel ſi legis properanti: legatur etiam paſſo. Etiam. Adhuc. ne obliterer patrię tuę memoria. Sidera. Tẽpeſtates quę horridę ab aſtris ſunt.

Nequidq̃ condita. Non credita. Hic enim tumulus ſolum titulum habet:non habet corpus Helles. Cenoſema eſt non ſepulchrum. ita uocant imaginarium tumulum ubi non eſt cadauer. qua uoce iuriſperiti in pandectis utuntur. Diua maris. Helle. Numero accede tuorum. Foue tuos ut conſueuiſti. Cenoſema
Quando egomet. Scribe. Quando ego te. ut ex patrię deſiderio ſuſpirans in hęc uerba proruperit. O Helle:O Helleſponte:quando ego te pręteruehar:quando abibo in patriam reuerſurus? quãdo renauigabo mare in patriam flectens.

Phryxe faue:et patrias etiam reminiſcere terras.
Tu quoq; nunc tumulo nequicquam condita inani
Annue diua maris:numeroq; accede tuorum.
Quando egomet rurſus præteruehar?aurea quando
Seſton:et infauſtos agnoſcent uellera fluctus?
Vos etiam ſiluæ:uos colchidos hoſpitis ora
Pandite:diues ubi pellis nitet arbore ſacra:
Tunc tibi fœcundi proles Iouis orte niuali
Arcados axe deæ fluuio modo phaſi quieto
Palladiam patiare ratem:nec dona nec aræ
Defuerint tellure mea.ueneranda fluentis
Effigies te phaſi manet:quam magnus Enipeus:
Et pater aurato quantus iacet Inachus antro.
Dixerat atq; illi dextra ſine uerſa magiſtri
Protinus in proram rediit ratis omine certo.
Fluminis os pontumq; tuens:promittis ut ecce:
Vtq; uocas reuehemur ait.ſic deinde precatus
Arma iubet celſa ſocios depromere puppi:
Dona dehinc Bacchi:caſus qui firmet in omnes:
Rapta Ceres:uirideſq; premunt longo ordine ripas.

Vellera aurea. Quãdo uellus aureum reportabo? quãdo prętergreſſam litora tua ſuam agnoſcẽt Hellen:quã uexit quãuis non peruexerit. Infauſtos. Infelices fluctus: in quibus naufragium paſſa eſt helle. Vos etiam ſiluę. Rogat ſiluas ut auxilium ferant: et faueant.
Orę. Regiones. Colchidos hoſpitis. Regionis colchicę ubi hoſpitati ſũt cognati mei auctore ac duce phrixo. Arbore ſacra. Phago uel quercu ut uidebimus. micat arbore ſacra codex priſcus habet.
Tunc. Cum potitus ſuo uellere aureo. Alloquitur phaſim fluuium. De aquis.
Proles Iouis. Phaſis filius Iouis fingitur quoniam flumina omnia et aquę ab oriente naſcuntur:et in occidẽtem nituntur:excepto de quo Lucanus Araxe. Apud Plautũ in trinummo fingitur fluuius quidam ſub ſolio Iouis naſci: quem in Plautinis commentariis diximus intelligi poſſe pyriphlegethontem: et adduximus Martiani Capellę in nuptiis Philologię et Mercurii auctoritatem. Orte. Qui Phaſis apud Moſchos originem habet: populos nimio rigore conſumptos: apud quos aiunt aliqui:fides tamen ſit apud auctores:exulaſſe Ouidiũ. Pyriphlegethon. Moſchi.

Axe. in regione. Arcados deę. Vrſę filię Lycaonis regis Arcadię. Parrhaſiã deã hinc Ouidius appellat. Fluuio. Alueo. Modo. nunc. Quieto. Placido et amico. Palladiam. Noſtram:quã conſtruxit Pallas. Defuerint. Dicabimus tibi et aras et dona. Fluentis. Aluei tui. Pingam aluei tui fluentem. Enipheus. Scribo enipeus theſſalię fluuius. Pater Inachus. Quanta eſt imago et ſtatua dicata Inacho:tantam tibi dicabo ſtatuam O Phaſis. Seniorem fluuium inachum fuiſſe docet Ouidius:ad quem flumina conuenire facit conſolandi gratia:et ęmonię hoc eſt theſſalię fluuium innuere uidetur:quoniam cum enumeret omnes theſſalię fluuios:qui conſolatum iuerant peneum:inachum abfuiſſe. ſed ex cauſa. Adſtipulatur Flacco Vibius ſequeſter. Nec repugnat ſi quidam inachum argiuum fluuium uocant. Nam auctore Plinio:pelaſgicum argos quidam ęmoniam uocant. Quis ignorat ęmoniã eſſe theſſaliam? Atq;. Ordo. Ratis ſine dextra magiſtri uerſa:protinus rediit in proram. Dicitur ratis redire ſine dextra magiſtri:quando per ſe redit non indigens gubernatore. Illi. Iaſoni. Rediit in proram. Flexit ſe ad phaſiu:et prorã direxit in fluminis ora. Omine certo. Quod certiſſimũ fuit omen ſecundam:proſperamq; fore nauigationem. Tuens. Intuens:ſeſe in os fluminis immittens. Promittis ut ecce. Ecce ut promittis:annuis:et ſpondes felicem exitum. Ecce ſignificat pręſentis rei effectum. Enipeus. Inachus.
Vocas. inuitas nos o phaſi ad introitum introibimus. Reuehemur. Curſum reflectemus in alueum tuum. Quid ſi dixit reuehemur propter phrixum:qui prius inuectus eſt phaſin. Arma. Gubernacula:uel inſtrumẽta:quibus nauticus uſus indiget: ut Apollonius ait in quarto. Depromere. Deorſum ferre:in ripis exponere. Puppe. antiqua lectio tenet:puppi:et placet propter euphoniã. Dona bacchi. Vinum. Firmet. Corpora curet et ſtabiliat Bacchus ad omnes etiam grauiſſimos caſus ferendos.
Duo ſunt pretioſiſſimi liquores:uinum intus:oleum foris. Vinum ſapiens Androcydes ſanguinem terrę uocauit. Rapta Ceres. Raptim frumentum eductum. Premunt. Argonautę inſident. Longo ordine. per ripas phaſidis agmine continuo diſperſi. Vinũ ſanguis terrę.

Nobis. Scribendum ex priſco codice et ſententię conformitate: nobis. Eſt enim muſa non una: ſed ſub ſingulari nomine pluralitas continetur. ut: pars in fruſta ſecant. Nec eſt indecorum poetę a ſingulari ad multitudinis numerũ tranſire: et ecõtra: ut auctore Quintiliano Virgilius fecit in buccolico ludicro ſic. Cui non riſere parentes Nec deus hunc menſa. Dea nec dignata cubili eſt. Vobis ergo dixit imitatione uirgiliana. Dixit ille. Vos quoqꝫ Calliope precor adſpirate canenti. Sunt qui exponunt. Dea uiſa nobis Incipe nunc cantus alios. poſteritas excutiat. Mihi uenerabilis et conſecrata priſci codicis auctoritas eſt quam alio uellere non placet. Dixit bella uiſa uobis: quorũdam perſuaſione quę in terra fiũt: et quę cœlitus depluant: prius ſuperius fiunt: ſaltem in cauſis prius a ſuperis cognoſcunt: mox neceſſario euẽtura. in qua ſententia interpretes hebraicos fuiſſe uideo. Cęterum cauſarum cœleſtium neceſſarios effectus non auſim credere: propter antipathian et Sympathian: habilitatem: et inhabilitatem recipientium inferiorum a cœlo in terras decidnis effectibus: modo pręproperis per Prochemaſin: modo prępoſteris propter Epichemaſin ut Plinius rectiſſime docet. Adde qđ hoc credere impium propemodum eſt.

Vos Calliope.

Antipathia
Sympathia
Prochemaſis.
Epichemaſis.

Da. Dic. Virgiliana locutio. Non mens. Non hęc mens: non hoc ingenium ſufficit: ſed opprimitur onere materię. Hęc ora. Mortalia et anguſtum ſonantia. Furias. Amorem ueſanum. Fœdera. conſpirationem Medeę cum Iaſone: quę nefaria ac impia putanda eſt ut contra patrem molientis filię.

Incipe nunc cantus alios dea: uiſaqꝫ nobis
Theſſalici da bella ducis: non mens mihi: non hæc
Ora ſatis. uentum ad furias: infandaqꝫ natæ
Fœdera: et horrenda trepidam ſub uirgine puppem.
Impia monſtriferis ſurgunt iam prælia campis.
Ante dolos: ante infidi tamen exequar aſtus
Soligenæ falli meriti meritiqꝫ relinqui.
Inde canens: ſcythica ſentor iam ſolis in urbe
Fata laborati Phrixus compleuerat æui.
Illius extremo ſub funere mira repente
Flamma poli magnoqꝫ aries apparuit aſtro.
Aequora cuncta mouens. at uellera Martis in umbra
Ipſe ſui phrixus monimentum inſigne pericli
Liquerat: ardenti quercum complexa metallo:
Quondam. etiam tacitæ uiſus per tempora noctis
Effigie uaſta: ſocerumqꝫ exterruit ingens

Horrenda. Terribili ac truci Medea. quę noce patrem referebat atrocem: formoſo corpore matrem auctore Rhodio. Vel propter abſyrtum iugulatum: et patrem deceptum abhorrendam. Trepidam. Quę ut diuina reſpiciebat illud magicum monſtrum. Puppem. priſci codices puppim ſeruant. Sonoritati cõgruit. minutula quidem: ſed curioſitas nihil recuſat. Impia. Inter fratres Aeetã et Perſam. Quid ſi ad fratres terrigenas ex ſerpentis dentibus natos refers? quoniam ſubdit monſtriferis. Campi monſtriferi uocantur qui protulerunt armatos homines inuicem: mox confligẽtes. Ante. piruſq̃ ad hęc ſcribenda ueniam: dicam et explicabo quẽadmodũ fratres Aeetes et Perſes inuicem certabant: ac inuicem mutuis odiis flagrantes ad arma ferebant: contractis undiqꝫ quę poſſent auxiliis. uel ad dolos Aeetę in Iaſonẽ hoc totũ referendũ eſt: quod eſt certius. Exequar. Explicabo. Aſtus. Vaframẽta ac inſidias. Soligenę. Aeetę a ſole geniti filii Solis. Relinqui. a Medea et Iaſone. Falliſe fallentes ut inquit Ouidius. licet: ut auctor ẽ Plautus: de pdatoribus prędã capere. Inde canẽs. canere icipiẽs. inde ſumẽs exordiũ.

Soligenę Aeetes.
Heliopolis

Solis in urbe. iu thracia ubi ẽ ciuitas Heliopolis auctore Stephano. in colchis et ponto nulla eſt Heliopolis quod equidem legerim. Tamen quantum ciuitas Thracię his uerbis Flacci quadret non uideo. Heliopolis eſt in ęgypto. in Thracia: et duę in Sardis: et Corinthus Heliopolis uocata. Eſt et in Phœnicia: ciuis Heliopolites. De ciuitate tamẽ ſoli dicata meminit Diodorus in tertio apud Hyperboreos: et tẽplo dicato Apollini: cuius incolę ſunt omnes citharīſtę. Quidam Aeeam ciuitatem intelligunt ſolis appellatam qđ illic ut in Metropoli Sol pater Aeetę colebatur. Aeui laborati. Cõſumpti in laboribus. In quo nunquam quieuit. Semper laborauit. Sub funere. Prope funus illius: cum mortis tempus phrixo iuſtaret. Flamma. Repete uerbum apparuit. Aries. Qui uexit eum: et inter ſidera collocatus eſt. In umbra Martis. In luco Martis depoſuit uellera phrixus. Monimentum inſigne pericli. quę monimento poſteritati forent phrixum conuectum fuiſſe in Colchos. Ardenti. Splendenti.

Heliopolites.
Aea.

Quercum. Fagum aliqui dicunt. Quondam et iam. Iunctim ſcribendum etiam. Noctis tacitę. Ait Aeetem per ſomnium uidiſſe imaginem phrixi. Vaſta. Auguſtiore humana: ut ſomnia maiora ſemper effingunt. Socerum. Aeetem. Dei ſemper finguntur auguſtiores et humanis maiores anguſtiis: arma maieſtas ęterna deorum: unde apud Theodoritum in Pharmaceutria iuuenis excantatus nimio plus agitari uidetur. Et Theſtilis procuratrix affingit omnia humanis longe maiora.

Qui iam patria. Scribendum. Prodita uox. O qui patria. O Aeetes: inquit Phrixus: qui me fugatum patria paſſus es conſidere in tuis regnis: nec ſolum conſidere: ſed generum petiiſti oblata coniuge. Quęrentem domus. Hoſpitia petentem et prope mẽdicantem. Petiſti generum. Ambiſti mihi fieri propinquus. Prole oblata. Magnum humanitatis ſignum non ſolum regis filiam Chalciopen exuli deſpondiſſe: ſed etiam ambiſſe: et obtuliſſe: cum ultroneas dicant putere merces. Tunc tibi regnorum. Chalciope

Prodita uox O qui iam patria tellure fugatum:
Quærentemq; domos: his me conſidere paſſus
Sedibus oblata generum mox prole petiſti:
Tunc tibi regnorum labes luctusq; ſuperſunt:
Rapta ſoporato fuerint cum uellera luco.
Præterea infernæ quæ nunc ſacrata Dianæ
Fert caſtos Medea choros: quęcunq; procorum
Pacta petat: maneat regnis ne uirgo paternis.
Dixit: et admota pariter fatalia uiſus
Tradere terga manu: tum falſo fuſus ab auro
Currere per ſummi fulgor laquearia tecti:
Membra thoris rapit ille tremens: patriũq; precatur
Numen: et Eoo ſurgentes littore currus.
Hæc tibi fatorum genitor tutela meorum.

Diodorus libro quinto bibliothecę meminit oraculum reſpondiſſe tunc moriturum cum aduentantes hoſpites arietis pellem ſuſtuliſſent: regem aiunt adhibitis templo cuſtodibus: eam: quo diligentius ſeruaretur: deaurasse. Medeam tradunt argonautas ad templum deduxiſſe longe ab urbe Sybari Colchorum regia ſtadiis ſeptuaginta. Accedentem ad fores templi Medeam appellati taurica lingua ab ea milites aptis ianuis ut regis filiã introduxerunt. Argonautę templum ſimul ingreſſi barbaros occiderunt: et auream pellem abſtulerunt. Labes. A labendo: ruina: finis. Luco ſoporato. Cui draco peruigil excubabat. Infernę ſacrata dianę. Hecate filia Perſis fratris Aeetę ſuperauit audacia et immanitate patrem. Hecate. His rebus admodum edocta primum ueneno patrẽ ſuſtulit. Deinde regno aſſumpto templũ Dianę ſtatuit: cui annauigantes hoſpites immolabat: ea crudelitate arbitratus ſuum nomen clarius futurum. Poſt hęc nupſit ęetę: quę liberos tres ſuſtulit Circen: Medeam: et Egialeum. Circe. Medea. Egialeus. Circe ad omnis generis ueneniorum curam uerſa multarum herbarum: radicumq; uarias uires mirabileſq; reperit. Et quãuis a matre Hecate in plurimis inſtructa eſſet: tamen multis abs ſe de nouo adinuentis omnibus in ea re pręſtitit. Hęc Medeam docuit omnia ueneficia: docuit et mater. Sed hoſpites ſeruabat et a crudelitate redimebat. Diodorus quinto. Sacratam Dianę compertiſſime Flaccus appellat Medeam propter templum Dianę conſecratum: quę dicitur eſſe luna: quę lunaribus incrementis complet uires herbarum unde a Lucano dictum. Donec ſuppoſitas propior deſpumet in herbas. Deſpumare lunam maga dicitur ab Apuleio. Fert caſtos choros. Operatur Dianę ut pote numini peculiari. Quencunq; procorum. Hunc uel illum. Pacta. In matrimonium tradita. Petat. Statim mittatur ad uirum. Virgo ne maneat regnis paternis. Medea nõ maneat domi patris: ſed ad uirum eat. nuptui q̃primum poteſt detur. Admota manu. Porrecta manu Phrixus uidebatur aurum commẽdare ęetę. Terga. Vellera. Diodorus ait fuiſſe pellem arietis pędagogi phrixi: quã ideo inaurauit ęetes ut cautius ſeruaret. Aries pędagogus. Fuſus fulgor. Illuminato per domum ſparſa. Falſo. Imaginario per ſomniũ fuſo. Laquearia. Lacunaria: pauimenta ſuperiora. metonymicos. Ille. ęetes. Tremens. Terrore uexatus. Laquearia. Patrium numen. Solem: cui in litore dicatum erat templum rotundum cum pelle aurea: ut ſuperius ſolis in orbe potius legendum ſit: pro hoc orbiculari templo q̃ ſolis l urbe: ut tollatur ambiguitas. Templum orbiculare. Cęterum de hoc ęetę ſomnio meminit Orpheus: immiſſum a Iunone fuiſſe. Versus Orphei ſunt hi latine: quos ſi libet gręce legere ex gręco codice facile mutuari poteris. Aeetę ſomnium.

Aeetę exitium uenens hinc protinus omne
Regalem cui mente domum concuſſerat horror.
Viſus enim ſpectare ſibi eſt: ex ęthere ſummo
Pręfulgens caris occumbere uirginis aſtrum
Medeę ut ſinibus: propria quam nutriat aulã.
Illa autem peplo accepto: gauiſaq; toti
Mente ferens illud: latum peruenit ad amnem
Phaſidos. aſt raptum fluuit iam fluctibus aſtrum
Longius euxini ponti de littore ferri.

Hęc tibi. Ordo genitor omnituens tutela meorum fatorum hęc tibi: ſubintellige credo: committo.
Tutela meorum fatorum. Qui tueris facta mea.

Omnituens:tua nunc terris:tua lumina toto
Sparge mari:ſeu noſtra dolos molitur opertos:
Siue externa manus:primus mihi nuncius eſto.
Tu quoq; ſacrata rutilant cui uellera quercu:
Ex cubias gradiue tene:præſentia luco
Arma tubæq; ſonent.uox et tua noctibus extet.
Vix ea:caucaſeis cum lapſus montibus anguis
Haud ſine mente dei ſpiris nemus omne reflexis
Implicuit:graiumq; procul reſpexit ad orbem.
Ergo omnes prohibere minas:prædictaq; phrixi
Inuigilat:plena nec dum Medea iuuenta
Adnuitur thalamis albani uirgo tyranni
Interea auguriis : monſtriſq; minacibus urbem

Omnituēs ſol.
Pro Pliſ nio.

Omnituens.Omnia cernens et conſpiciēs.Plinius de ſole in ſecundo.Omnia uidens:omniaq; au' diens ut principi literarum Homero placuiſſe in uno eo uideo.Legerat Plinius tertiam iliados rhapſo/ dian:iu qua carmen eſt hoc.ἥλιος ὅς πάντ' ἐφορᾶς καὶ πάντ' ἐπακούεις.Sol qui omnia ui' des:et omnia audis. Tua terris.Tua per terras lumina ſparge. Sparge toto mari.Per totum mare reſpice ne q̃ furatū inſidiatumq; uelleri meo ueniant. Molitur opertos dolos.Machinatur inſidias per cuniculos. Externa manus.Fu/ res externi. Primus.Sol eſto mihi pręnūtius dolorum. Rutilat cui. In cuius Martis honore ſplendent in ara Marti dicata:ut ſupra:Belli/ potens ſibi fixa uidet.quod ideo fi/ ctum eſt qa armatorum cuſtodia lo/ cus ille ubi uellera ſeruabantur mu/ nitus erat.ad quos auxilio medeę ir/ ruperunt argonautę anctore Diodo ro. Excubias tene.Eſto pro auro uigil. Vox tua.immanis et immē ſa:quali boaſſe Martem fingit Ho/ merus:quod expreſſit Satyrus cum ait:quātum gradiuus homericus.

Haud ſine mente dei.Ita nolen/ te Marte uel ſole potius.Marte dixi quoniam ei dicatus eſt ſerpens:di/ catus eſt quoq; ſoli propter aurum uiſum:quare Eſculapio dicanti qđ medicum decet ſcire:quę ſunt:quę fuerunt:quę mox uentura trahunť. Refoſſis.Scribe reflexis:tortuoſis et implicatis. Spiris.Giris: anfractibus qua uoce poſt cęteros utitur Plinius in nono. Implicuit.inuoluit. Procul.et draco con uertit oculos in regionem gręcam procul poſitā:ut inſtinctus numine Apollinis illinc uēturos abigeos et depopulatores. Orbem. Regionem. Prohibere minas.pręcauere ne pateretur id quod mina/ tus fuerat phrixus. Inuigilat.Satagit:ſtudet. Prędicta phrixi.Quę prēminatus fuerat phrixus.

Styrus. Albani.

Nec dū.Nondū nubilis annis ex cōſilio phrixi deſpōdeť Styro Albanorū regi Medea. Annuiť. Promittiť:deſpondetur. Thalamis.Connubio. Virgo.Medea. Albani tyranni.Styri regis al/ banię.Planiciē omnem:ut ſcribit Plinius in.vi.a Cyro Armenię fluuio Albanorū gens tenet:mox Ibe rum diſcreta ab his.De caue illo regis Albanię uaſtiſſimo:qui elephantum ac leonē rotatos ſtrauit memi nit idem Plinius:qui canis ab Albano rege dono miſſus fuerat Alexandro.Albania regio:inquit Ste/ phanus:apud Anatolicos Iberes. Minacibus.Quę mala portēdebāt futura ut auctus fluuiorum prę/ ſertim tyberis:qui nunq̃ ſtagnauit quin mala urbi portenderet:religioſus magis q̃ ſęuus ut Plinius in/ quit.Excreuit Leone decimo ſedente dum publice Romę docerem a Iulio ſecundo diuiniſſimo principe inauguratus academię romanę moderator ac princeps muſſante inuidia et archimimis:unde periculi po tius timor q̃ periculū inductū.Quod tempeſtate Tyberii accidiſſe Sic tacitus prodidit.Eodē anno conti/ nuis imbribus auctu Tyberis plana urbis ſtagnauerāt.Relabētē ſecuta eſt ędificiorū et hominū ſtrages. Igiť cēſuit Aſinius Gallus ut libri ſibyllini adirentur.Renuit Tyberius perinde diuina:humanaq; obte gens.Sed remedium coercēdi fluminis Atheio Capitoni:et Lucio Aruntio mandatū.Actum deinde in ſenatu ab Aruntio et Atheio an ob moderādas Tyberis exundationes uerterenť flumina et lacus p quos augeſcit:auditęq; municipiorū et Coloniarū legationes orantibus Florētinis ne Clanis ſolito alueo di/ motus i amnē Arnū trāſferreť.Idq; ipſis pniciē afferret.Cōgruētia his iteramnates diſſeruere:peſſū itu ros fœcundiſſimos Italię cāpos:ſi amnis Nar:id enim parabať:in riuos diductus:ſupſtagnauiſſet.Nec reatini ſilebāt:uelinū lacū:qua in narē effundiť obſtrui recuſantes.Quippe in adiacētia erupturū.Opti/ me rebus mortalium conſuluiſſe naturam:quę ſua ora fluminibus ſuos curſus:utq; originem:ita fines dederit.Spectandas etiam religiones ſociorum : qui ſacra et,lucos et aras patriis amnibus dicauerint. Quin ipſum Tyberim nolle prorſus accolis fluuiis orbatum minore gloria fluere.Seu preces Colonia/ rum:ſeu difficultas operum:ſiue ſuperſtitio ualuit:prępaluit:ut in eius ſententiam cōcederetur:qui nihil mutādū cenſuerat.Hęc Tacitus:ut creditur:ex Germanię carcere poſtliminio noſter:quę:ut ſunt ab eo ſcripta:ad uerbum ſubſignaui:ut florentinos non fluentinos ſcias appellatos eos:qui nūc parti maximę etrurię imperant. Concinit Frontinus:qui in diuiſionibus agrorum Florentiam a triumuiris condi/ tam teſtatur . Albertus uero magnus naturę interpres monſtra ſignificare futura ſcribit qđ oſten' dunt cauſas.ideſt corpora ſuperiora unde omnia pendent eſſe indiſpoſita:quare natura non poteſt non depluere diros effectus in mortale genus.Quare priſci ea procurabant ſignificare nolentes auxilio di/

Anatolici Iberes.
Euagatio tyberis.
Iulius.ii.
Pius romanę academię pncepſ
Archimimi.
Florentini
Clanis.
Nar.
Velinus lacus.

uino opus eſſe cum humanum deficiat. Antemonens. Signa ac preſagia quędam premittens deus ut mortales ſibi caueant ac conſulant. Scilicet Carior eſt ſuperis homo q̃ ſibi. Huic ſuccinit Cicero in Catilinam libro tertio. Viſas nocturno tempore faces: ardoremq; cœli: ut fulminum iactus: ut terręmotus: cęteraq; quę ita nobis conſulibus facta ſunt: ut hęc quę nunc fiunt: canere di immortales uiderentur. Gregorius libro in Iob uigeſimo octauo tāgit quibus modis Deus loquitur hominibus. Sępe per angelum: — Antemonens deus.

Territat antemonens ſemper deus: et data ſeri
Signa mali: reddi iubet exitiale ſacerdos
Vellus: et Aemoniis infauſtum mittere terris
Contra ſole ſatus Phrixi pręcepta uolutans
Aegro corde negat: nec uulgi cura tyranno
Dum ſua ſit modo tuta ſalus: tunc ordine regi
Proximus: et frater materno ſanguine Perſes
Increpitare uirum: ſequitur duce turba reperto
Ille furens ira ſolio ſe proripit alto
Pręcipitatq; patres: ipſum qui talibus auſu
Spem ſibi iam rerum uulgi leuitate ferentem
Enſe petit: rapit inde fugam: crudelia perſes
Signa gerens: omnemq; quatit rumoribus arcton.
Iamq; aderat: magnis regni cum milibus urbi
Primaq; in aduerſos fruſtratus prælia muros
Conſtiterant: datus et sociis utrinq; cremandis
Ille dies. alterq; dies: cum Marte remiſſo
Debitus Aeetis dux theſſalus adpulit oris.
Nox hominum genus: et duros miſerata labores

quoniam per angelum commotiones aeris fiunt: et ſic per eum uerba mandantur. Rurſumq; potuit et exterius Angelus in turbine aerem excitere: et tamen interius p ſe met ipſum dominum ui ſuę ſententię cordi eius ſine uerbis inſonare: ut credatur q̃d dicta dominica quę ſequitur: ipſe iam per uerba proculit: qui repletus deo hęc ſine uerbis audiuit. Data ſigna. Subintellige ſunt. Seri. Tardiuſcule uenientis. pręcedunt enim ſigna. Tibullus. Sera tamen tacitis pœna uenit pedibus. Tarditatem ſupplicii grauitate penſare deum teſtis eſt Max. Valerius. Sacerdos. Aedituus. Fani Apollo/nias ſig na iſta. librans ac expendēs aurum reddi iubet fatale ac puiciosum. Poteſt etiā ſingularis pro pluralis ut ſit ſacerdos pro ſacerdotes: qui ſigna iſta procurabant. Vellus exitiale. Aurum infauſtum. Hemoniis terris. Ad terras Theſſalicas. Sole ſatus. Filius ſolis Aeetes. Pręcepta. Quę Phrixus monuerat inſomnis. Volutans. Voluens animo: cogitās. Aegro corde. Iratus ſacerdos: ęqua monenti. Negat. Reſtituere. Nec uulgi cura tyranno. Non curabat Aeetes multitudinis ſalutem: dummodo ipſe eſſet incolumis. Decet regē eſſe paſtorem populorum ut eum nuncupat Homerus. Nunc uero non tondent pleriq; omnes pecus: ſed deglubunt. Dum ſua ſit modo. Dum modo ſua ſalus ſit tuta. populum ſuusq; decq; facit: qui bellis atteritur. Quicquid delirant reges: plectuntur achiui. Proximus regi. Frater ut inquit Diodorus: ſed uterinum fratrem putat Valerius noſter. ideo ſubdit. Et frater materno ſanguine perſes. Increpitare. Increpabat. Virum. Aceten q̃d nō tantis minis edoc. ut aurum alienum redderet. Turba. Semper res nouas moliēs: ſeditioni proxima: cui ſemper noua placent: Perſen ſequebatur. Reperto duce. Seditionis auctore comperto. Proripit. Statim abripit et deuolat. Precipitat patres. Pręcipitanter cōuocat et proturbat. uel deturbat ex curia. quoniam iuſta monebant. Ipſum qui. Scribe. Ipſum quoq; Ipſum Perſen adoritur enſe ferentem ſpem ſibi leuitate uulgi. Talibus auſis. Q̃d erat auſus increpare regem. Perſes ſibi populi beneuolentiam conciliauerat q̃d unus pro publico bono auſus erat increpare regem. Spem rerum. Spem potiundi imperii. Ferentem. Molientem: parantem. Vulgi leuitate. Propter uulgus mobile. Inde. Deinde. Rapit. Perſes. Crudelia ſigna. Ferēs ſecū uulnus illatum a fratre. Omnem arcton. Totam urſam: hoc eſt ſeptentrionem. Quatit. Cōmouet lingua tanq̃ quodā ſeditionum flabello. Rumoribus. Verbis tumultuoſis. Magnis milibus. Subintelligē militum. Regni. Sui: quos ex regno ſuo Perſes contraxerat. Vrbi. Ad inuadendam oppugnandamq; urbē Aeetę: ſolis ſcilicet urbem. Fruſtratus pręlia. Deluſus et retardatus obiectu murorū: quibus ſe cōtinebat Aeetes. In aduerſos muros. In hoſtilia mœnia. Ille dies. Quo appulit Iaſon. Alter. Secundus. Bidui ſpatium datum eſt in humandis cadaueribus. Tumultuariis enim pręliis cōſeruiſſe manus Perſem et Aceten credibile ē Cataſiopomenon. Remiſſo. Bello intermiſſo. Hinc Quintilianus libro primo orat. inſtit. remiſſiones ſtudiorum in pueris erudiendis approbat. Dux theſſalus. Iaſon. Aeetis. ponticis a regione ponti ſic appellatā ut uidebimus. Nox hominum genus. appetente nocte Pallas ac Iuno fautrices et adiutrices Iaſonis conſultant quo pacto Iaſoni proſint et argonautis: ac deliberant ſociare eum Aeetę contra perſen. Duros miſerata labores. Nox quę releuat curas: et membra reficit ad laborem. Quę a dis immortalibus ad quietem data eſt. Iuxta illud ouidianum.

Lingua ſeditionum flabellum.

Remiſſiones ſtudiorum.

Somne quies rerum: placidiſſime ſomne deorum
Pax animi: quem cura fugit: qui corpora duris
Feſſa miniſteriis mulces: reparaſq; labori.

Rettulerat feſſis optatã ſilentiã terris:
At Iuno et ſummi uirgo Iouis intimã ſecum
Conſilia: et uarias ſociabant pectore curas.
Virgo prior. magna pariter quos mole petamus
Cernis ait colchos: habeant quæ prælia: quiq;
Nunc ſtatus. hinc perſes: illinc non uiribus æquis
Adparat Aeætes aciem: quibus addimur armis
Cui Iuno dimitte metus: ne prælia forte
Hinc tibi grata negem: iam iam manet ægide ſudor,
Et noſtros iam ſudor equos. ſtat pectore fixum
Aeætæ ſociare manus. ſcio perfida regis
Corda quidem: nullos Minyis exſoluet honores.
Verum alios tunc ipſa dolos: alia orſa mouebo.
Sint precor hæc. tua nãq; mihi comitãda poteſtas:
Pallas ait liceat graiis ut reddere terris
Aeſonium caput: et puppem quam ſtruximus ipſæ
Iactatam tandem noſtro componere cælo.
Talia tunc hominum ſuperi pro laude mouebant.
Triſtior at nunquam: tanto ue pauentibus ulla
Nox Minyis egeſta metu. nil quippe reperto
Phaſide: nil domitis actum ſymplegados undis:
Cunctaq; adhuc magni ueniant dum regis ad urbẽ

Opta ſilentia. Omnes a labore ad quietem proniores ſunt. At Iuno. Iuxta principium tertiĩ argonauticon apud Rhodium cõſulunt: et ſe inuicem alloquunt Pallas et Iuno. quarũ orationes apud eũdẽ lege. Tãdẽ decernunt ad Medeã Venerẽ Iunone ac Pallade antiquiorẽ pficiſci ut ille κούρην αἰήτας πολυφάρμακον οἷσι βέλεσσι θέλξαι ὀϊστεύσας ἐπ' Ἰήσονι: filiam uidelicet ęetę pharmacis multis pollentem ſuis iaculis afficiat ſagittam dirigẽs in Iaſonem. Illic ab eodẽ Rhodio Veneris domus a Vulcano conſtructę deſcribitur. ὅ ἔνι πάντα δαίδαλα in qua omnia erant artificioſa. Sociabãt pectore. conſilio communicabãt. Magna mole. Omnium uirium impetu. Nõ uiribus ęquis. Non tot militibus ſtipatus eſt Perſes. Quibus addimur armis. Vtri iungemur: et Symmachi ut gręci dicũt: ideſt foederati erimus: quibus conſpirabimus an ęetę an perſę. Ne pręlia negem. Ne putes me negare tibi pręlia: quę ſemper affectas: ſcito pręlia futura maxima. Sudor manet ęgida: ſudabit clypeus tuus et ſanguine irrorabitur. Futura namq; ſunt atrociſſima bella inter Perſen et Aeeten. Aegis clypeus Palladis. Mart. Pectore cum ſacro ſederit ęgis erit. Manet. Sequetur. Iam. Mox. Noſtros equos. Superius annotauimus Iunonis currum ab equis trahi. Fixum. Decreuimus. Aeetę ſociare manus. Conſpirare cum Aeeta meos argonautas. Scio perfida regis. Reſpõdet tacitę obiectioni. potuiſſet dicere Pallas. at qui rex ęetes decipiet argonautas cum ab ipſis fuerit adiutus. Scio inquit Iuno: ſed dolo dolum retrudemus: ut clauus clauo ſolet. Tũc auxilio cupidinis fultę: Medeã inflãmabimus Iaſonis amore: quo flagrans intime: ei ſuppetias afferet. Tũc. Cũ pfidiã eius retũdemus. Alia orſa mouebo. Excitabo alia ppugnacula. Nullos honores. Nulla antidora nec remunerantia munera. Sint precor hęc. Tu amores: et connubia curato: ut quę a gręcis ζυγά a latinis iuga uocaris. nos uirginitate delectamur: et inguinis delicias nec ſcimus: nec uolumus ullas. Vel ſint precor hęc. ſeparanda ſunt ab inferioribus: eueniant iſta et fiant ut maxime tibi placet. Ego poteſtatẽ tuã comitabor. Qui tua pronomen ſuperioribus coniungũt: ſic interpretantur. Sint hęc officia tua. Poteſtas ac dignitas et uires Iaſonis ornandę ſunt artibus palladiis. Poteſtas cum iubet cogit prouerbium apud Aurelium Macrobium: ubi poteſtatem pro dignitate ac faſtigio capit. Liceat ut reddere. ut Iaſonem reddam patrię non abero ab eius latere ungue latius. Sunt qui legũt. dum reddere. Comitabor Iaſonẽ: dũm. i. quoad reddam: et ſtatuam cum iolcho. Aeſonium caput. Perſonam Iaſonis ut dici ſolet q̃ latine ipſi uiderint: hoc eſt ipſum Iaſonem. Ipſę. Ego et tu Iuno. Componere. Siſtere. et facere ſidus olympi. Tandem. Poſt longa pericula et uias inuias. Mouebant. Tractabant dei laudibus hominũ applaudentes. Nulla nox egeſta triſtior. Nox nulla maiori ſolicitudine tranſacta eſt. Nil reperto. Putans nihil actum phaſide reperto: niſi ſumma rerum perficiatur: adeatur ęetes: et uellus aureum impetretur. Nil actum. Nihil peractum et conſumatum. Domitis. Pertranſitis. Cũcta ambigua. Subintellige reſtant ac ſuperſunt. Pendentia. Nutantia: fluctuantia. Summa rerum. Septimus caſus. Cum uniuerſus ordo negocii: et generalis expeditionis pendeat a fine: quę finis in hoc negocio erat regem adire: ac aureum uellus impetrare. Dubia. Fluctuante ſumma rerum et incerta ſine fine.

Medea Polypharmacos.
Symmachi
Aegis
Poteſtas.

Mens incerta. Aius ęſtu cogitationũ alternãs. Per ęſtus uarios. Per multiplices cogitatiões ac incertas. ęſtus uocamus freta mẽtis. Maro. Magno curarũ fluctuat ęſtu. ęſtus ac ęſtuaria rheumata maris ac reciprocationes: hoc eſt incremẽta decremẽtaq uocantur. Vndãtẽ curis. Agitatũ maximo curarũ fluctu. Vndam uocamus multitudinem quarũcũq rerum ſequẽntium ſe cum impetu. Maro. Foribuſq ſuperbis Vnda fremit uulgi. In georgicis. Mane ſalutantum totis uomit ędibus undam. Nouãtem. Moliẽtem: tentantem: de nouo recogitantem: recẽtia pro ueteribus repullulare facientem. Qualiter. Non ſecus curis ęſtuabat Iaſon: et undis curarum pectus eius fluctuabat q̃ cum Iupiter fulminans: ac demiſſis hymbribus ferociens: minatur exitium: cladẽmque mortalibus: hominum pectora terrentur. Coruſcat. Fulgetras ac fulmina uibrat. Ille. Iupiter Hymbricitor. Pliadas mouens. Excutiẽs aquoſa ſidera. Sonoribus. Tonitru formidoloſo. Virgilius. Magno ueluti cum flamma ſonore. Quidam emendãt. Inde mouens. ex hac parte mouens. Senſus et ordo. Sic anceps Iaſon curis diuerſis quatiebat pectora: qualiter mortales ſolent cum Iupiter coruſcat ex alta arce: inde motiẽs pliadas et hymbrem miſtum ſonoribus aut horriferam niuem: ubi ideſt quando omnis campus tollitur ideſt aufertur aut eleuatur canis aquis ideſt niuibus. aut cũ Iupiter mouens hoſtiã magni belli ideſt Iani aut altos ortus fatorum ut puta cometen diris gentibus: coruſcat: et reliqua. Alii ſororibus ſeribunt: qd cum ſororibus ideſt cum pliadibus ſunt aquę miſtę. Iupiter ab Homero dicitur ἐυρυκρείων ideſt altitonans.

Aeſtus: Aeſtuara. Rheumata Vndare cu eis. Vnda. Sonores. Eurycrion Altitonãs. Hęmocharis.

Ambigua: et dubia rerum pendentia ſumma.
Præcipue Aeſonidem uarios incerta per æſtus
Mens rapit undantem curis ac multa nouantem.
Qualiter ex alta cum Iuppiter arce coruſcat:
Pliadas ille mouens: mixtumq ſonoribus imbrem
Horriferam ue niuem. canis ubi tollitur omnis
Campus aquis: aut ſanguinei magna hoſtia belli:
Aut altos diris fatorum gentibus ortus.
Sic tum diuerſis hinc atq illinc molibus anceps
Pectora dux crebro gemitu quatit: optat et almum
Iam iubar: et certi tandem diſcriminis horas.
Tunc defixa ſolo: cœtuq intenta ſilenti
Verſus ad ora uirum. quod primũ ingentibus auſis
Optauiſtis ait: ueterumq quod horruit ætas
Adſumus en: tantumq fretis enauimus orbem:
Nec pelagi nos mille uiæ: nec fama fefellit
Soligenam Aeętem media regnare ſub arcto.
Ergo ubi lux altum ſparget mare: tecta petenda
Vrbis: et ignoti mens experienda tyranni.

Horriferam. Gelidam. Sanguinei belli. Mars in templo Iani fremit horridus ore cruento: ut inquit Maro. Sanguineum Martem uocat eum: qui ab Homero dicitur Hęmocharis. i. ſanguine gaudens. Magna. Ferrata. Centum catẽnis Mars arctatur. Intelligit templũ quod pace clauditur: bello aperitur. De quo Liuius: Naſo: Virgiliuſq meminerunt: unde nunc a Ioue ueniente mittere gladium in terras: fulmine percutitur: ut Mars egreſſus omnia diris compleat bellorum incendiis. Subintelligunt quidã mouens: Iupiter magna hoſtia belli: uel cum coruſcat ideſt uibrat: et coruſcat hoc eſt mouet et concutit. Altos ortus fatorum. Reuoluens ab alta origine fatorum ortus iniquos: peſtiferos: exitiales. Sunt qui ſcribunt alios. ideſt diuerſos ab ordine cauſarum ſolito. Sed imprimit noxias impreſſiones: et monſtrificas ſtellas ut cometes fatale et ferale rubentes. Gentibus diris. Hominibus ſcelerate uiuentibus propter quos Iupiter infortunia depluit in terras. Hinc atque illinc. Legendum. hinc atq hinc. Ex omni parte. Molibus. Magnitudine curarũ. Dux. Iaſon. Iubar. Diẽ: ut ſe his curis eximeret. Certi diſcriminis. optat ſe uel in periculo uerſari dummodo ſciat. Tum defixa. Iaſon conuerſus ad ſuos hortatur eos ad ulteriora toleranda. Ordo. Tunc uerſus ad ora uirũ defixa ſolo: et intẽta cœtu ſilẽti. Ora defixa ſolo ſunt hoium cogitantiũ et de futuris ac imminẽtibus malis attonitorum.

Cœtu intenta ſilẽti. Qui heroes habebãt ora intẽta ad hauriẽda Iaſonis uerba. Cœtu ſilẽti. cũ cœtus is heroicus ſileret. Ingẽtibus auſis. qđ audẽtes magna deſideraſtis: habetis. Quod. Sulcare mare.

Horruit ętas ueterũ. Maiores noſtri reformidarũt: ideo nõ attigerunt. Adſumus. Ecce uenimus in pontũ in quam regionem maiores noſtri nõ penetrarunt. Fretis. Nauigatione maritima. Tantum orbẽ. Tantam terrę regionem. Enauimus. Enauigauimus. Mille. Numerus finitus pro infinito.

Nec fama fefellit. Veritatem audiuimus. Soligenam. A ſole genitum. Arcto. Septentrione.

Lux altum ſparget mare. Cum dies puniicabit. Tecta. Regis Aeetę domus. Mens experienda. Animus tentandus: et periclitanda regis intentio. Ignoti tyranni. Regis Aeetę feri ac immitis.

Annuet. Dabit Vellus aureũ. Animos firmate repulſę. Ad repulſam toleraudam ac ferendã habete animum paratum. Quaq; uia eſt. Quocunq; modo etiam dolo. Terris patriis. Ad terras patrias in Theſſaliam. Stet procul et. Scribe ex priſcis exemplaribus et dignitate poetica hoc exigente. Stet potius. i. ſit et pręualeat quod melius eſt et utilius. Vicerit utilitas ut inquit Ouidius. Rebus ſemper pudor abſit in arctis. In anguſtis et difficillimis rebus audendũ eſt. Degeneres animos timor arguit.

Stet potius

Sorte. Non eligit ipſe ne cęteri ęgreferant. ſed urnis educit Tychon ut gręci dicunt. i. fortuito. Circęi campi. Ibant per plagã et regionem proximam campo circęo: quẽ putant fuiſſe ſolis templũ: quod i litore ſitum fuerat: quo Medea confugerat: in liberam cuſtodiam a patre deſtinata qđ hoſpites necare recuſabat. Circęum uero campum extrema oceani quo Circe cõfugerat nõ placet intelligere. Sed Apollonius libro tertio omnem tollit ambiguitatem. Ait enim. κιρκαῖον τό δέ που κικλήσκεται ἔνθα δὲ πολλαὶ ἑξείης πρόμαλοί τε καὶ ἰτέαι ἐκπεφύασιν. Circęum autem uocatur ubi multę ſeriatim ante uiam ſalices natę ſunt. Subdit interpres Circęum eſſe campum a Circe denominatũ. Circen quinetiam alios appellaſſe Aeetę ſororem: alios filiam. Hanc Dionyſius Mileſius i primo argonauticon

Circęum. Circe.

Annuet ipſe reor (neq; inexorabile certe
Quod petimus) ſin uero preces et dicta ſuperbus
Reſpuerit: iam nunc animos firmate repulſę:
Quaq; uia eſt: patriis referamus uellera terris.
Stet potius rebus ſemper pudor abſit in arctis.
Dixerat: et ſcythicam qui ſe comitentur ad urbem
Sorte petit: numeroq; nouem ducuntur ab omni.
Inde uiam: qua Circęi plaga proxima campi
Corripiunt: regemq; petunt iam luce reducta.
Forte deum uanis per noctem territa monſtris
Senſerat: ut pulſas tandem Medea tenebras
Rapta thoris primi iubar ad placabile Phœbi
Ibat: et horrendas luſtrantia flumina noctes.
Nanq; ſoporatos tantis in ſedibus artus
Dum premit alta quies: nullęq; in uirgine curę:

filiã Aeetę et Hecates Perſei: et ita ſororem Medeę dicit. Soli tradũt filios fuiſſe duos Perſeum et ęeten. Aeeten Colchis et Męotis. Perſeum Tauricę regioni imperaſſe. De hoc circęo nunc meminit Valerius. Adde qđ Apollonius euntem ad ęetam Iaſonem facit cum filiis Phrixi et Augea: et recta profectos in campum Circęum. Ducuntur. Sorte deliguntur. Senſerat ut pulſus. Cum primum Medea pulſa nocte diẽ ſenſit illuceſcere: aquam petebat ut ſe nocturnis imaginibus hiſque fędis pollutam ablueret: qualia ſomnia manẽ purgabantur aquis: ut de Circe meminit Apollonius in. iiii. his. ἠῶα δὲ νέεσιν ὕδασιν ἁλὸς νοτίδεσσι κάρη ἐπιφαιδρύνουσαν. Τοῖον γάρ νυχίοισιν ὀνείρασιν ἐπτοίητο. Vbi Circen inuenerunt mari humido purgantem: ita nocturnis ſomniis perterrita fuerat. Rapta toris. Raptim ſe lectis leuans: ſurgenſq; bene mane. Iubar. Solem. Primi phœbi. Solis tũc primũ promicantis. Flumina. Ibat ad flumina ut ſe purgaret ἐπιφαιδρύνουσαν inquit Rhodius. Luſtrantia. Purgantia. Cuperent luſtrari inquit Satyrus. De Medea ſomniante Iaſonem anteq; uideret: de pelle aurea et ſimilibus lege Apollonium in tertio. Horrẽdas noctes. Mõſtrifica ſomnia. Tacitis ſedibus. Cubiculo ſolo: quieto. Premit. Vincit: et ſomno dedit. Nullę curę. Nulli amores: nihil quod mentẽ ſolicitaret. Tunc enim ſomnia ueriora ſunt cũ ab imaginibus uiſiſq; diurnis non confunduntur. Virgine. Medea. Viſa. Videbatur puellę nõ amplius uerſari in circęo luco: ſed alio abire: et dum patrem oſculari tentaret: mare ſe oſculis interponebat: quod profectionem eius cũ Iaſone ſignificabat. Scribit Syneſius platonicus in libro de ſomniis: ſomni fuiſſe prophetas; ſed ſomniorum ſapientiam incertam eſſe. Occultauerunt. n. dei ueritatem hominibus. Nam maxima ſine labore conſequi propriũ diuinitatis eſt boni. Apud nos aũt nõ ſolũ uirtutes: ſed cętera quoq; pclara ſudore quęrunt. Nã cũ ſpiritus phãtaſticus ſit primũ animę uehiculũ: ut ẽ purior: aut impurior: pinde aia melioribus utit imaginibus et deterioribus: et cõſequẽter ſomnia ſunt ueriora et falſiora. Elaboradũ ẽ igit imprimis ut phãtaſticũ ſpiritũ habeamus purũ et uaticiniis aptũ: quod ſi habuerimus erunt ſomnia uera. Quod nanciſceris ſi te ſomno dabis lętus: diuiniſq; laudibus celebratis. Hinc illud ſimile. Hęc autem lęta prius et puri coloris amictus induta: Mineruę uouet. Sic itaq; ſomnium exoptabimus: quemadmodum forſan optauit Homerus: Iam uero ſi paratus fuerit: aderit qui procul dicitur eſſe eueſtigio deus: qui nobis ubiq; ſit pręſens: etiam dormientibus. Subdit dein optime ſperandum eſſe Pindarum ſecutus: qui de uiro felice loquens ita cecinit. Spes huic alma cor dulce nutrit: cumq; comitatur: quę mortalium undiq; nutabundam mentem maxime regit. Subdit idem ſe plurimum adiutũ fuiſſe ab hoc uaticinio per ſomniũ: uitamq; ſibi: libros ac uenationem fuiſſe cordi: nunquã legationibus fungi deſideraſſe: exiſtimans non conferre tres annos e uita uidere nefaſtos.

Somnia purgantur aquis.

Prophetę somni.

Maxima ſine labore conſequi dei eſt.

Phantaſia primũ aię uehiculum

Quomodo ſomnia uera.

Deus ubique pſens.

Hecates

Hecates. Dianç cui ſeruiebat:uel matris longe in magia primi nominis. Pii. Quem pie colebat:
unde pietas appellatur:quam grçci uocant ἀντιπελαργίαν a natura ciconiarum deducta uoce:quç pa Pietas.
rentem ſenem educant:ac uolare nequeuntem ſuccollant. Pius Aectes dici non poteſt ut qui erat impius Antipelar
ac efferus καὶ ξενοφόνος. Petit ora. Oſculari ſatagit. Stetit interpoſitus. Interpoſuit ſe mare. Stu gia.
pefacta. Medea inſomnis ſtupebat:et attonita remanſerat cernens ſe a mare circũueniri:et in ordinem re
digi. Stupefacta priſci codices habent. Sunt tamen qui ſeruant ſtipata pro circundata a mari Medea.

Viſa pauens caſtis Hecates excedere lucis.
Dumq; pii petit ora patris:ſtetit arduus inter
Pontus:et ingenti circum ſtupefacta profundo.
Fraternam mortem ante ſequi:mox ſtare pauentes
Viderat intenta pueros nece:ſeq; trementem
Spargere cæde manus:et lumina rumpere fletu:
His turbata minis fluuios:ripamq; petebat
Phaſidis æquali dryadum comitante caterua.
Florea per uerni qualis iuga duxit hymeti
Aut ſicula ſub rupe choros:hinc greſſibus hærens
Pallados:hinc claræ Proſerpina iuncta Dianæ
Altior.ac nulla comitum certante priuſquam
Palluit:et uiſo pulſus decor omnis auerno.
Talis et immitis geminæ cum lumine tedæ

Frater et amne ſequi nãtes. In antiquis exemplaribus ſincerç lectionis apparet iudicium. legitur enim. Fratre tamen conãte ſequi. Videbat Medea ſe a mari circundari: et poſt fratrem illam Abſyrtũ ſequi et aſſequi conantem. ſed fruſtra ut euenit. Qui:fraternam mortem ante ſequi:ſcribũt:incaſſum hiant. Pueros. Filios ſuos:quos ipſa iugulauit ab Iaſone deſpecta. Intenta nece. Quibus ipſa mortem intentabat et machinabatur. Trementem. Dubitantem inferre manus proprio ſanguini. naturç ui et inſitç dilectionis affectu in propria pignora.

Lumina rumpere: In lachrymas prorumpere. Minis. Somniis minacibus. Dryadũ. Priſci codices habent Tydum pro fœminis Tydç Tydae
urbis. Eſt enim Tydis patronymicũ
a Tyda urbe:quç eſt in ripa phaſidis non longe ab Aea. Codex Plinii pro Tyda habet Tyndam. Sunt
qui tyndum pro tydidum ſcribant ad idem referẽtes catantiſtychon:ut Tyndes pro Tydides. Inter opida
celeberrima:quç ſunt in ripa phaſidis poſuit Plinus in ſexto Tydam. De hac non meminit Strabo
quod ſciam. Sunt tamen qui alios geographos ſecuti tyndum legunt:qđ hos populos tyndes uelint appel
lari. Hymeti. Mons atticus notiſſimus:unde mella hymetia. Sub rupe ſicula. Aennã ciuitatem Sici Aenna.
liç intelligit:in qua poſt planiciem ſunt montes ubi rapta fuit Proſerpina:quç Pergum ab Ouidio: per Pergum.
guſa dicitur a Claudiano. quç floreutiſſima plaga eſt:et laſciuientis ludentiſq; naturç certamen: ubi eſt Perguſa.
ænna ciuitas amœniſſima in collibus ſita:quam Marcus Cicero Cereri proſerpinçq; dicatam ſcribit in
uerrinis:orationeq; amœniſſima floridç telluri cõcertat:floribuſq; ſiculis:odoribus linguç compugnat:
nec uincitur magna Quintiliani grauiſſimi cenſoris admiratione. Quod poeta ſpectans in oſceno carmi
ne cecinit. Aenç Cererem nurus frequentaut:non ætneç ut literatores olim agnoſcebant. Hinc. Ab Locus obſçe
uno latere. Hçrens greſſibus pallados. Proſerpina inter Palladem et Iunonem abſente matre uagaba ni carmi
tur. Audi Claudianum libro de raptu Proſerpinç ſecundo. nis.

Candida Parrhaſii poſt hanc regina lycçi
Et pandionias quç cuſpide protegit arces
Vtraque uirgo ruunt. Hçc triſtibus aſpera bellis.
Hçc metuenda feris. Subdit mox.
Quas inter Cereris proles:nunc gloria matris:
Mox dolor:çquali tendit per gramina paſſu.

Hinc. Ab alio latere. Altior. Vertice et capite cũctas ſupereminẽs uirgines comites. Mimmiſis ma
roniana. Nulla comitum certante. Cum nulla ſecum de proceritate uirgo certaret:ſed aperte ac inge
nue ſe uictam fateretur. Palluit. Aduentu Plutonis amatoris agentis equos illuc ut eam raperet. Alecto.
Viſo auerno. uiſo plutone:ſtygiiſq; monſtris:quç illũ comitabantur. Alecto dea infera ligabat equos Orphnçus.
plutonios:quorum nomina ſunt iſta. Orphnçus ab atritate. Aetou ab incẽdio: Nycteus a nocte: Alaſtor Aethon.
quem nefarium interpretari poſſumus. Decor omnis. Rubor candori miſtus:qui rutilabat in Proſer Nycteus.
pina ſimilis ebori: Lydia ſidonio quod fœmina tinxerat oſtro. Immitis. Legẽdũ ex emaculatis exem Alaſtor.
plaribus. In uittis. Medea operata ſacris Hecates uittata procedebat:quod eius religionem et çmulatio
nem Dianç prçſefert:cui:ſed fides ſit apud auctores:faces duç prçferebantur quem admodum Dianç.
Nam Diana cum errabat eam nymphç cum facibus prçcedebant. Apollonius libro ſecundo comparat
Medeam Dianç. Pulcherrime quadrant eius uerſus Flacci noſtri ſententiç. Adiuuat quod paulopoſt ſe
quitur Iaſonis oratio ad Medeam. Si dea ſi magni decus huc ades:inquit:olympi Has ego credo faces:

hęc uirgi:is arma Dianę. Colchis. Medea. Miſeros. Propter Medeę impudicitiam. Exoſa paren‑tes. Odio habens propter Iaſonis amorē parentes: propter cuius amorem cedit animo parentum deſide‑rium. Vt procul. Medea uidens argonautas aduentare mirabūda ſubſtitit. Extremi. In ultimo mar‑gine riparum fluuiatilium. Prima. Medea. Viros. Minyas. Tacito. Lento: ſenſim incidente. Quę manus. Quę cohors: quę caterua. Ordo. O mater quę manus aduenit ceu me agmine petat.

Colchis erat: nondum miſeros exoſa parentes.
Vt procul extremi gelidis a fluminis undis
Prima uiros tacito uidit procedere paſſu:
Subſtitit: et mœſto nutricem affata timore eſt.
Quæ manus hæc certo ceu me petat agmine: noſtro
Aduenit haud armis haud unquam cognita cultu.
Quære fugam precor: et tutos circunſpice ſaltus.
Audit uirginei cuſtos grandæua pudoris
Henioche: cultus primi cui creditus æui
Tum trepidam dictis firmans hortatur alumnam.
Nō tibi ab hoſte minæ, nec uis ait ulla propinquat
Nec metus: externo iam flammea murice cerno
Tegmina: iam uittas frondemq; imbellis oliuæ.
Graius adeſt: graio ſic cuncta ſimillima phrixo.
Sic ait. ac Iuno pulchrum longiſſima quando
Robur cura ducis magniq; ſedere labores:
Mole noua et roſeæ perfudit luce iuuentæ.

Aduenit. Ad nos uenit. Ceu me petat agmine. Tanq̄ facto agmi ne cohors iſta me petat: et inuaſura ſit. Noſtro. codices ex ultimis ger maniis allati habent: mater. Quod perbelle cōuenit. matrem nutricem uocabāt. Exemplum Plauti in me nechmis uel innuente Nonio. Mater internoſcere nō poterat eq̄ mam mam dabat. ubi mater eſt proculdu bio nutrix. Concinit Maro. Ludere pendentes pueros: et lambere ma trem. Haud armis. Quę diuerſa gerit arma: nec noſtris ſimilla mili tibus. Haud cognita cultu. Quę cultum ac ornamentum ueſtimenti diuerſum habet. Quęre fuge. Fu ge inquit Medea O mater: nec pere grinos expectemus. Circunſpice. Prouide: et inuenias. Saltus tutos. Paſcua et rura deuia: nemoroſa: ab ſolis armentis adita. Cuſtos pu doris. Quę propoſita erat moribus Medeę ut reges ſolēt. Grandęua. Senilis ętatis. Pudoris. Pudici tię. Henioche. nomen nutricis for taſſis appellatę a populis heniochis: de quibus in ſupeioribus multa.

Mater nu‑trix.

Cui. Henioche nutrici. Cultus. Diſciplina. moderatio morum: quę mores Medeę regebat. Creditus. Cōmiſſus. Firmans. Confirmans: nutriens: roborans.

Nec uis aut ulla. Scribendum. Nec uis ait ulla. Ait. Nutrix. Flammea. Purpurea: puniceis flagrans. Murice. Oſtro: purpura. Frondem oliuę. Quod eſt inſigne pacis ut ſuperius diximus. Imbellis. Pacificę. Superius: Pacificęq; manu nequidq̄ inſignia uirgę. Graius. ii ſūt gręci q adſūt. Phrixi. Veſtimēta iſtorum peregrinorū ſimilia ſunt cultibus phrixi. Nam omnes fere theſſali fuerāt et theſſalica ferebant indumenta. Iuno longiſſima. Iuno propenſa: larga: longe liberalis in Iaſone do‑tando corpus robuſtum tunc mira pulchritudine redimiuerat. Imitatio uirgiliana de ęnea. Lętos oculis afflarat honores: uel poſtq̄ cura ducis longiſſ. ſedit et quieuit. hęc interpretatio perplacet. Sequit̄ Orpheū ita canentem.

Pulchritu‑do Iaſonis

Τοῖσιδ᾽ ἀρ᾽ ἐν πάντεσι μετέπρεπε δῖος ἰήσων
ἦεν γὰρ περὶ πάμπαν ἐτίετο. καὶ οἱ ἔδωκε
κάλλος, τεμεγεθός τε ἠρρεῖν ὑπίρεπλον.
Ἀλλ᾽ ἄτε δὴ σχεδὸν ὄντες ἐπ᾽ ἀλλήλοις βάλον ὄσσε.

Latine ſic. Verum inter cunctos pręſtans excellit Iaſon. Huic etenim Iuno diuinum afflarat honorem. Et dederat formam: et procero in corpore robur Cum propius ſtarent: alternaq; lumina ferrēt. Rhodius libro tertio in uerſibus illis: quorum principium eſt hoc.

Ἔνθ᾽ οὔπωτίς τοῖς ἐπὶ προτέρων γένετ᾽ ἀνδρῶν.

ait heroas omnes illa die quot ſunt: quoq; fuerunt pulchritudine Iaſonem ſuperaſſe. Sic Iouis uxor illa luce eum effinxerat: ut uideretur etiam alloquio ſuauiſſimo: quem circūluſtrantes ſtupebant amici gratiis ſplendentem. Cura ducis. Actiue: Cura et diligētia: quā Iuno pro duce gerebat. Vel poſtq̄ cura et la‑bor ducis ſedit. i. quieuit. Magni ſedere labores. Placuerunt iſti labores exornandi Iaſonem Iunoni. Placuit Iunoni laborare ut robuſtus et formoſus uideretur Iaſon. Sedere placere eſt. Maro. Idq; pio ſe‑det ęneę. Vel ait labores Iaſonis ſedere. i. compſuere et quieuere. poſt maritimam nauigationē et labores intolerabiles Iaſon: poſtq̄ reſpirare potuit: uiſus eſt ſolito formoſior. uel formā adſtruēte Iunone. Ordo. Iuno mole noua: et roſeę pfudit luce iuuētę robur: poſtq̄ longiſſima cura ducis et magni labores ſedere. Dictio robur iūgit̄ cū uerbo pfudit. Iuno pfudit robur ducis. Mole noua. Corporis pceritate inſolita: et egregia celſitudine corporaturę heroicę. Luce. Maro dixerat. Lumenq; iuuentę Purpureū: et lętos

Sedere.

oculis afflarat honores. Aſtro comantes. Vel ſiderea ac diuina luce coruſcantes: quę illos obibat radiis in aſtri ſpecie paribus. Quid ſi purpuram igne et fulgore ſimilem aſtro interpretaris? et comátes refers ad ſiluas in purpurea chlamyde intextas: de quibus libro primo ſic cecinit Flaccus noſter.

Illis tęnareo pariter tremit ignea fuco
Purpura: quod gemina mater ſpectabile tela
Duxit opus. bis Taygeton: ſiluaſq; comantes
Struxerat. Eurotan molli bis fuderat auro.

Vel facem illá bifidam intelligit: qua Iuppiter caput caſtorũ cinxerat: de qua ſuperius Flaccus.

Iam Talatum iamq; ampyciden aſtroq; comantes
Tyndarides ipſe egregio ſupereminet ore:
Non ſecus Autumno quam cum magis aſperat ignes
Sirius: et ſæuo cum nox accenditur auro:
Luciferas crinita faces hebet Arcas: et ingens
Iuppiter: aſt illum tanto non gliſcere cœlo
Vellet ager: uellent calidis iam fontibus amnes.

Tyndaridas. Caſtorem ac Pollucem. Supereminet. Maroni non abludit: qui ait. Deas ſupereminet omnes. Et illi. Et toto uertice ſupra eſt. Nõ ſecus. Comparatio perelegans poetę comparantis Iaſonem formoſiſſime comautẽ crinito ſideri et auricomo. Autũno. Iam ęſtate torrẽte: quo tempore canicula ſidus intempeſtum et exurẽs uniuerſo hominum generi ac animatium ualde nocet. Fluitant in cellis uina. et ut belle Maro deſcripſit. Leuo cõtriſtat lumine cœlum. Pueri prętenerí: et alii identidem membris prémoriẽtibus lęduntur: quos ſidera tos uulgus appellat: et Plinius in ſecundo ait quorũdam membra ſiderari. Tactos ſidere Martialis ait. Sphacelon et ſphacelíſmon gręci et Galenus. Nos plura in lucretianis commentariis: qui iam a nobis editi ſunt. Vocat et hoc genus morbi ſyriaſis a calore huius ſideris immodico. ideſt ſirio torrente.

Siderati.
Sphacelos
Sphacelíſmos.
Syriaſis.

Autumno. Principio autumni: auguſto cum uergit ſidus in demerſum cum maxime nocet uitibus: rubiginemq; cogit carbunculari: quod euenire ſexto Idus Auguſti tradit Plinius in decimo octauo. cum iii. Idus auguſti ſit principium autũni exoriente fidicula: ut idem Plinius auctor eſt. Aſperat ignes. Calores immodicos ac aſperrimos iuuat. Sirius. Canicula: quę coquit et findit infantes Romę ſtatuas: ut inquit Horatius: quos ęſtus impatiabiles: caumata dictos antiqui declinabant: et neoteri reges. Tunc pueris matercula pallet. Cum ficus prima: piruſq; Deſignatorem decorant lictoribus atris.

Autuni pricipium.
Caumata romana.

Nox accenditur. Nocte ardent cometę. Auro ſęuo. Comete crudele ac prodigiale rubente. Dixit auro ut innueret peculiarem cometem: de quo ſic Plinius libro naturalis hiſtorię ſecũdo. Radios Chryſeus auro nomine ſimilis: colore autem electro raros crines e margine emittit. Hęc Plinius. Videtur ergo cometes iſte melius referre uirilem capillum q̃ cęteri: ideo reſtrinxit ſe poeta ad Chryſeum auricomum. Habet arcus. Scribendum hebet arcas. Hebetatur et minor eſt Mercurii ſtella: et minus lucet q̃ hic cometes Chryſeus. Immo minus lucet ſtella iouis. Hebere et hebeteſcere ẽ idem. Hebetiores ſunt ſtellę quę minus lucent. in gemmis hebetius lucere dicuntur a Plinio: quę non uiuido ſplendore fulgẽt. Cometas gręci uocãt: noſtri crinitas horrẽtes crine ſanguineo: et comarũ modo in uertice hiſpidas. Inter has ſtellas ſũt pogonię: barbatę. Acõtię. Iacula. xiphię mucronatę. Chryſei auricomę. Pithetes doliares. Ceratię: cornutę. Lampades facibus ardẽtibus. Hippeus iubatus. Et candidus cometes diuinus ac auguſtus. Breuiſſimum quo cernuntur ſpatium ſeptem dierum eſt: longiſſimum: octoginta. Ventos ab his graues: ęſtuſq; ſignificari: ideo cum calore Sirii Flaccus applicuit. Terrificum magna ex parte ſidus: atq; non leuiter piatum. Sunt qui hęc ſidera perpetua eſſe credant: ſuoq; ambitu ire. Sed non niſi relicta ab ſole cerni. Alii uero naſci humore fortuito: et ignea ui: ideoque ſolui. Albertus Magnus libro primo meteororum reiectis opinionibus prępoſtere philoſophantiũ ſic ait. Dico ergo q̃d cometes nihil aliud eſt q̃ uapor terreſtris craſſus: cuius partes ſibi multum coniacent paulatim aſcendens ab inferiori parte ęſtus ad ſuperiorem partem eiuſdem ubi concauitatem ignis contingit: et ibi diffuſus eſt et inflammatus. Cur ſint prędagi idem tractatu tertio exequitur. Scribit Iuſtinus libro trigeſimo ſeptimo Mithridatis futuram magnitudinem etiã cœleſtia oſtenta prędixiſſe. Nam et eo quo genitus ẽ anno: et eo quo regnare primum cœpit: ſtella cometes per utrumq; tempus. lxx. diebus ita illuxit: ut cœlum omne conflagrare uideretur. Ingens Iuppiter. Comparatum huic Chryſeo caligat ſidus Iouis. Illũ. Sirium.

Chryſeus cometes.
Cometes.
Pogonię.
Acontię.
Xiphię.
Lãpades.
Hippeus.

Gliſcere. Creſcere: augeri canis ęſtus ęſtuoſiſſimos: quibus arbores intermoriuntur. Plinium noſtrum audire eſt operęprętium. Caniculę exortu accendi Solis uapores quis ignorat? Cuius ſideris effectus ampliſſimi in terra ſentiuntur. Feruent maria exoriente eo. Fluctuant in cellis uina. Mouentur ſtagna. Origem appellat ęgyptus feram: quam in exortu eius contraſtare: et contueri tradit ac uelut adorare cum ſternuerit. Canes quidem eo ſpatio maxime in rabiem agi nõ eſt dubium: unde fortaſſis ſi fabuloſa contemnimus: inditum ſideri nomen. Tanto cœlo. Tanto cœleſti ardore. Vellent. Scribendum nollent: quoniam ui ſideris opprimuntur. Calidis fontibus. Ebullientibus non ui perpeti neq; naturali: ſed ex accidenti cauſa ſideris ęſtuoſi.

Regina. Medea regis filia. Ordo. Regina mirata tamē quanquā exanimet. Nam per parenthesin hoc totū profertur. Quāquā pauor ore ſilentem exanimet. Attonito ore. Ex improuiſo aduētu minyarū. uel auguſtiſſima forma Iaſonis conſpecta. Ore dixit quoniam pauor ore primum apparet: atq; deprehenditur. Exanimet. Inſtar ſemimortuę pallere faciat. Reductis. Retroductis: retractis. Virginum naturam oſtendit: quę uiris aſpectis ſe retrabunt atq; pręſentiam refugiunt. Duce inſolito. Videns Iaſonē qualem nunquā uiderat. Non enim eę formę tam heroicę ſunt inter barbaros ſcythas: qui ſūt duriſſimi atq; diriſſimi: qualē ſarmatica gelido ludentem amne rota: Martialis in ordinem redegit. Sarmata tamen Staniſlaus meus omnes abſoluit: cui Venus Iaſonis et Alexandri formam: gratię genium: Iuno diuitias: Pallas ingenium ac pudorem largitę ſunt. Ille. Iaſon.

Regina attonito quanquam pauor ore ſilentem
Exanimet: mirata tamen: paulumq; reductis
Paſſibus inſolito ſtupuit duce. nec minus inter
Ille tot ignoti ſocias gregis hæret in una
Defixus: ſentitq; ducem dominamq; cateruæ.
Si dea ſi magni decus huc ades (inquit) Olympi:
Has ego credo faces: hæc uirginis arma Dianæ.
Teq; renodatam pharetris ac pace fruentem:
Ad ſua caucaſeæ producunt flumina nymphæ.
Si domus in terris atq; hinc tibi gentis origo:
Felix prole parens: olimq; beatior ille
Qui tulerit. longis et te ſibi iunxerit annis.
Perfet opem regina uiris: nos hoſpita pubes
Aduehimur graium proceres tua tecta petentes.
Duc precor ad ueſtri (quicunq; eſt) ora tyranni.
Aut tu prima doce fandi tempuſq; modumq;.
Nam mihi ſollicito deus: ignaroq; locorum
Te dedit: in te animos atq; omnia noſtra repono.
Dixit et opperiens trepidam. ſtetit illa parumper
Virgineo conctata metu ſic orſa uiciſſim.
Quem petis Aeætem genitor meus: ipſaq; iuxta
Mœnia: ſi ueros poſſis diſcernere calles.
Hac adeo duce ferte gradus. ingentia nanq;
Caſtra: alios aditus atq; impius obſidet hoſtis.
Dixerat hæc patriumq; uiam detorquet ad amnem
Sacraq; terrificæ ſupplex mouet irrita noctis.
Ille autem incœptum famula duce protinus urget

Staniſlaus

Hęret. Affixus eſt. In una. ſola Medea. Defixus. Hęrēs ac ſtupens. Sentit. Amore tacitam cognitionem ſubminiſtrante et furtiuam nomēclaturam faciente: cognoſcit Medeam eſſe ducē gregis. Si dea. Oratio Iaſonis ad Medeam quā uel nympham uel deam putat. Faces. Dianę. Repete quę ſupra diximus. Renodatam. Recinctā. Te Dianam eſſe quę faces depoſuiſti.

Pace. Quiete. Si domus i terris. Si tu mortalis es. Hinc. Ex terra colchica. Tulerit. Reportauerit gloriam tui thori. Longis annis. Matrimonio aduſq; ſeniū ultimum perduraturo. Regina. Regis filiam ita Maro uocat in ſexto. Magnū reginę ſed enim miſeratus amorem Dędalus. Graium proceres. Appoſitio q ſumus gręci proceres: quę iuuētus: pręcipua ſumus.

Veſtri tyrāni. Regis in hoc loco. Virgiliana imitatio. Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni.

Tyrannus.

Tempus. Dixit parthenice: molliſſima tempora fandi. Aut tu. lege ac tu. Omnia. Auſpicia noſtra. auſpicio tuo aggrediar: et omnia moliri conabor. Opperiens. Expectans ut illa reſponderet. Cunctata. Morata reſpondere.

Genitor meus. Eſt Aeetes: Ad quem ais tendere. Iuxta. Subintellige ſunt. Si ueros. Prope eſt regia patris mei: ſi tu modo illuc dirigere ſcies greſſus. Calles. Semitas. Nam uia militari tutum non erat incedere propter caſtra Perſę: qui occupauerat omnia. Hac duce. Famula. ſequimini hanc famulam meam: quę uos ad patrem ducet. Et notatu dignum eſt ducem fœmini reperiri generis ut ſemidoctū uulgus allucinetur: qui ducīſſam ait. Caſtra. Perſę ſubintellige obſident uias meliores et latiores.

Hęc dux.

Obſidet. Obſidione nos claudens occupat: et incubat. Patrium amnem. Fluuium phaſim. Seruat decus perſonę. non enim licebat Medeę ulterius loqui. Detorquet. Deflectit. Sacra irrita. Sacrificat fluuio: aſpergit ſe undis eius ut tollāt ſomnia terrifica. Sed ſacra iſta ſunt irrita. nihil enim ſunt profutura amore periturę uirgini. Mouet. Incipit. Ille. Iaſon perſeuerat ad regem ire. et audaciam ſumit pręſentem in rebus arduis medicinā. Iuxta illud Theocriti θαρσεῖν χρὴ φίλε βάττε: τάχ᾽ αὔριον ἔσσετ᾽ ἄμεινον audendum eſt care batte. Cras forſan erit melius.

Aere. Nebula. Hoc et Maro imitatus eſt de ęnea loquens libro primo aen. Ex Apollonio qui ait.
Τοῖσι δὲ νεισομένυς ἥρη φίλα μητίωσα
ἠέρα πουλὺν ἐφῆκε δι' ἄστεος. ὄφρα λάθοιεν
κόλχων μυρίον ἔθνος ἐς αἰήταο κιόντες.
Hoc eſt. Illis autem euntibus Iuno cara conſolans aera multum immiſit per urbem ut laterent colchorũ populos cum ad ęetam irent.

Aere ſeptus iter. patitur nec regia cerni
Iuno uirum: prior Aeetæ ne nuncius adſit.
Iamq; inerat populo: mediæq; incognitus urbi:
Cum comes orſa loqui. Phœbi genitoris ad aras
Ventum ait. huc adytis iam ſe de more paternis
Rex feret: hic proceres audit: populoſq; precantes
Alloquiis facilis præſens pater admouet æquis.
Dixerat: aſt illi propere monſtrata capeſſunt
Limina: non aliter quam ſi radiantis adirent
Ora dei: uerasq; æterni luminis arces.
Tale iubar in tecta micat. ſtat ferreus atlas:
Oceani: genibusq; tumens infringitur unda.
At medii per terga ſenis: rapit ipſe nitentes
Altus equos: curuoq; diem ſubtexit Olympo:
Pone rota breuiore ſoror: denſæq; ſequuntur
Pliades: et madidis rorantes crinibus ignes.
Nec minus hic uaria lætatus imagine templi
Ad geminas fert ora fores: cunabula gentis
Colchidos hic: ortuſq; tuens: ut prima Seſoſtris

Regia Iuno. Regis Iouis uxor. Cerni. A quopiam mortali. Virũ. Iaſonem. Prior. Ne alius nuntius pręueniret Iaſonem. Adſit. De ęneę aduentu mandata ferẽs. Comes. Ancilla quę ducebat Iaſonem Medeę iuſſu. Rex feret. Aeeta ſe conferet in templum Apollinis genitoris. Hic. In hoc templo. Scribit interpres Apollonii libro tertio Aeeten filium fuiſſe Phaeſimbroti et Antiopes. Hecate mater Medeę et Circes. Sed Circe erat natu maior. prius genitum Abſyrtũ q̃ Medeã ferunt ex Aſterodęa Oceani et Tethyos filia. Pręſens pater. Sed pater ęetę putatiuus pſenti lumine filium illuminabat conſiliis prouidis et ad regnũ utilibus. Admonet ęqui. Iuſtitię et ęquitatis quo pacto uiuere cum ſuis par eſſet: libẽter audire: admittere. Liuius ait. Admoneo boni. Conſule poma boni: hoc eſt in partem bonam accipias: d xit in alia ſignificãtia poeta. Dixerat. Puella pręuia: uiam pręmonſtrans. Illi. Miuyę. Mõſtrata. Ab ancilla. Capeſſunt limina. Dirigunt ad ędes ęetę. Ora. Conſpectum. Dei. Solis. Arces. faſtigia coeli. Stat. Pictus eſt Atlas ex ferro ut eius fortitudinem indicaret: et ad tolerandum coelum patientiam.

Aeetes. Phaeſimbrotus. Antiope. Aſterodęa. Cõſule boni.

Oceani. Senſus eſt. A qua maris percutit pedes Atlantis. Mare illic pictum erat in pedes incidẽs atlãtis: quod cum fluctibus alluderet: infringebatur ab atlante. Vnda tumens. Mare turgeſcens. Infrãgitur pedibus. Hoc commenti ſunt poetę quoniam Atlas mons eſt Mauritanię in mare protentus quem lancinat et allatrat crebris aſſultibus mare. infrangitur: in hoc monte frangit. Terga. Dorſa montis mauri: ſed fingit illum eſſe gigantem per cuius humeros ac ſpinam ſol aſcendere nitatur atq; contendat.

Rapit. Raptim immitit. Subtexit. Diſtinguit uel opacat propter curuitatem coeli. melius ordinat ac uariatur deſuper illucens. Pone. Poſt. Maro. Pone ſubit coniunx. Rota breuiore. Pro tempore. Sol enim annuo curſu metitur ſpatium ſuum: luna menſtruo. Soror. Luna. Denſę. In ſe coactę atq; una globatę. Pliades. Stellę pluuiarũ idices: de quibus ſupra: Pleiones filię et Atlãtis. Ignes. Stellę quas ęternos ignes appellant. Rorantes. Deciduo in terras lumine pronę. Crinibus madidis. Propter rorem: quem fingit a crinibus ſiderum decidere. Lętatus. Scribendum ex priſcis exemplaribus. Dux lętus. Imagine. Pictura: ut illud. Animum pictura paſcit inani. Hic. In foribus. Imitatur illud uirgilianum. In foribus lethum androgeo. Cunabula. Principia: originem initialem.

Colchidos. Medeę. Ortus. Initia. Tuens. Aſpiciens. Valerius noſter ut coniicio imitatur Apollonium libro quarto ita prodentem luculentiſſimis iis uerſibus.
νισσόμεθ' ὀρχομενόν. τὴν ἔχραεν ὔμμι περῆσαι
Νημερτὴς ὅδε μάντις ὅτω ξυνέκυρτε πάροιθεν.
Et quę elegantiſſime ſequuntur hos uerſus: quorum ſententiam ſi poſuero operępretium fecero. Si quis uerſus totos concupierit in auctore gręco requirat. Eamus pręter Orchomenum. Tranſitum dabit uates ueridicus: cui occurriſtis ante. Eſt enim alia nauigatio: quam immortalium ſacerdotes prędixerunt: qui Thębe tritonide nati ſunt. Nondum aſtra quę coelum contexunt: neq; Danaum ſacrum genus erat. Soli erant arcades apidanees: quos ante lunam creatos canunt: phagum comedentes in montibus neque

Apidanees arcades ante lunam creati.

Eerie ęgy/ terra pelaſga tunc inclytis regnabatur a nepotibus quando Eerie frugifera uocata erat mater Aegyptus
Pius. progenitorum inuentum. Et fluuius Triton bene fluens: a quo irrigatur ęgyptus. Ex Ioue enim nunquã
Triton. madefecit imber. ſatis fluentis producunt ariſtas campi. Illic quempiam dicunt circum per omnem am/
bulaſſe Europam et Aſiam uiribus fortiſſimorum populorum confiſum: mille ciuitates habitare fecit ag/
greſſus. Vrbes alicubi habitant aut non habitant? Multum enim diu refloruit quoties in Aeam colonos
miſit. Qui ſcripturas patrum ſuorũ
ſeruant et tabulas: in quibus deſcri/
pti ſunt omnes terrę fines et maris.
Eſt et fluuius ſupremũ Oceani cor/
nu: latus et profundus: et honeraria
naui tranſitur: Iſtrum uocantes: qui
latam diuidebat terram ſolus. Fon/

Intulerit rex bella getis. ut clade ſuorum
Territus hos Thebas patriumq; reducat ad amnem:

tes autem a flatu boreę rhiphęis in montibus longe murmurant. Sed quando thracum fines ingredi/
tur illic bifidis gurgitibus in pelagus exoneratur: et quę ſequuntur. Hęc pauca ex multis nos in hoc ope
re tumultuario et ſubſiciuo dictandi opere affectu poſteros iuuandi attigimus: quod utinam bene cecide/
Simioli in rit inter tot Simiolos in purpura: et naſos delicatos. Qđ ęgyptii tabulas ſeruant incolumes: et ſuas alio/
purpura. rumq; genealogias: adſcribit Plato antiquitati et elatę dorſo illius terrę: quo factum eſt ut nunquam paſ/
Aegyptii ſa ſit diluuium. Aegyptios Palęotatos hoc eſt antiquiſſimos eſſe tradit interpres Apollonii. Herodotus
tabulariũ autem phrygas. Coſmes in primo ęgyptiacon et Leon I primo ad matrem. Et Gnoſſos in primo geogra
incolume. phicon aſię omnium uetuſtiſſimos ęgyptios inquiunt. In ęgypto primam poſitam ciuitatem Thebas ut
Palęotati Nicanor et Archemachus et Xenagoras aſſerunt: nomina impoſuiſſe et aſtrorum duodecim Zodia ob/
ęgyptii. ſeruaſſe. Herodotus auctor eſt cum pſammitichus rex ęgyptiorum uellet antiquitatem eorum cognoſce/
Coſmes. re: et qui eſſent primigenii duos pueros paſtori dediſſe iubẽs ut nemo eis uerbum faceret: quos ideo a ca/
Thęba pri pra nutritos ferũt. Cum copia fandi data per ętatem eſt: in hanc primam uocem eruperunt. Bec. Sic.n.
ma ciuitas apud phryges dicitur panis: quo argumento phrygas primogenios argumentis certis collegerunt. Sed
Zodia. quod et Rhodio et Flacco noſtro ſuffragat̃ ſcribit interpres Apollonii Seſonchoſin ęgypti uniuerſę re/
Pſammi/ gem: ut Horus autumat: Iſidis et Oſiridis filium in Aſiam impetum feciſſe: et totam circuiſſe. Similiter
tichus. et multa Europę loca. Theopompus in tertio Seſoſtrim iſtum uocat: et columnas pacis poſuiſſe et impe/
Bec. rii propagaſſe. Theopompum Flaccus ſequitur. Plato in dialogo Critia et Timęo antiquitatem ęgyptio/
Phryges rum hinc aſſerit: ut pote qui annales habuerunt etiam Athenienſium res geſtas continentes: quod et in
primigenii philoſopho idem Plato tradit. Quin et Simplicius libro de cœlo prodit apud ęgyptios repertos annales
Seſoncho/ eſſe Annos quinq; milia et quinquaginta continentes. Cumq; tria diluuia: ut ait Plato ex ſententia ſa/
ſis. cerdotis ęgyptii fuerint ſupra deucalionęum: ęgyptus nullum ſenſit qđ eſt altiſſima terra. Cęterũ de ſcy/
Seſoſtris. this Indię conterminis et eorum origine diuerſa ſcribit Diodorus libro tertio. Prima Scytharum natio
Diluuia parua primo iuxta Araxim flumen: propterq; ignobilitatem contempta conſedit: nacti regẽ bellicoſum
tria. et militari uirtute pręcipuum: agros ampliarunt: montanos quidem uſq; ad caucaſum: campeſtres uero
Scythae. uſq; ad Oceanum et Meotida paludem: aliaq; loca ad Tanaim uſq; flumen. Fabulantur Scytham natam
Scytha ter apud eos ex terra uirginem umbilico tenus hominis forma: reliqua uiperę. Eam genuiſſe puerum: cui no
rigena. men fuerit ſcytha. Hunc qui omnium: qui ante eum fuerãt clariſſimi euaſiſſet: indidiſſe populis Scytharũ
Sacae. nomen. Inter Scytharum gẽtes Sacę a regibus denominati ſunt et Arimaſpi. Pone Tanaim flumẽ Co
Arimaſpi. loniam deduxerunt: cuius populos Sauromatas appellarunt. Deinceps deficiente Scytharum principa/
tu regnaſſe fœminas dicunt fortitudine corporum pręclaras: quę Amazones uocatę ſunt. Clade ſuo/
rum. Seſoſtris rex ęgypti getis inferens bella territus eſt cladibus illatis ſibi a ſcythię populis: qui erãt in/
Hecatõpy uictiſſimi unde ſuos reuocauit in ęgyptum. Thebas. Intelligit Thebas ęgyptias: quas appellant Heca/
los. tompylos hoc eſt centum portarum: unde ciuis Thebęus latinis non gręcis. Nam Thebęus idest θηβαῖος
Thebaeus. καὶ θηβαιεύς auctore Stephano gręcis dicitur. Eſt et Thebe in Theſſalia Phthiotide. Quarta in Cili/
Thebaites. cia: cuius ciuis uocatur Thebaites. Quinta Ionię apud Miletum. Sexta in Attica. Septima Cataonię.
Octaua Italię. Nona Syrię. Poſſeſſiuum Thebaicus et Thebaice. Localia θήβηθεν θήβαζε. θήβησι.
Origo col Heliopolis et Thebe idem ſunt auctore Diodoro in calce ſecundi. Thebas ęgyptias a buſiride conditas
chorum in teſtatur libro ſecundo idem auctor. Seſoſtris Scytharum gentem ad Tanaim uſq; fluuium: qui Europã
aegyptios. ab Aſia diuidit: pertrauſiit: ibi multis ęgyptiis iuxta Meotim paludem relictis: colchorum genti originẽ
Circũſio. prebuit. Hanc nationem ab ęgyptiis manaſſe argumento eſſe dicunt qđ apud eos pueri ęgyptiorum ritu
Seſoſtris circũcidantur: priſcum morem: quem et Iudęi ſequuntur Colonia ſeruante. Obiit Seſoſtris captus ocu/
caecus ſa/ lis: cuius uirtuti haud facile reperitur dignum nomen. Huic ſucceſſit Seſoſtris filius cognominis et ipſe
natus. captus oculis: qua cęcitate decem annis conflictatus eſt. Decimo poſt anno reſponſum redditũ eſt: ut pla/
Nulla in/ cato deo: qui in Heliopoli coleret: faciem mulieris inſpiceret: quę nullũ niſi propriũ noſſet uirũ. Ab uxo
corrupta. re ꝓpria incipiẽs: cũ multas expertus eſſet: nullã reperit incorruptã ꝑter hortulani cuiuſdã: quã uiſu reſti
Sacra gle/ tuto uxorẽ cępit: reliquas omnes i uilla quadã uiuas cõbuſſit. Quẽ locũ poſtea ęgyptii ſacra glebã uoci/
ba. tarunt. Patrium amnem. Nõ hęc ait Diodorus: cęterũ ſcito auctore eodem hiſtorico in laudibus eius

uariatum eſſe:aliis ſuper alios maiora eius geſta cõminiſcẽtibus. Per amnem patriũ intelligimus Nilũ.
Hos. Alios. Deduxit ex ſui exercitus parte colchicã coloniã:alios uero domum remiſit. Arſinoe. Arſinoe.
Arſinoe uel Arſenoe ut habẽt Suidę codices:filia Ptolemęi lagi:qui poſt Magnũ Alexandrũ regna/ Philadel/
uit in Aegypto:formoſiſſima puellarum a fratre Ptolemęo dilecta:cui cognomen fuit Philadelpho:ſub phus ſoro/
cuius nomine urbem cõdidit in regione cyrenaica:de qua ſic Stephanus. Arſinoe ciuitas Libyę a Ptole/ rẽ amauit.
męi Philadelphi ſorore et coniuge.

Phaſidis hos imponat agris:colchoſq́ uocari
Imperat Arſinoen illi tepidæq́ requirunt
Ocia læta phari.pinguemq́ ſine imbribus amnem:
Et iam ſarmaticis permutant carbaſa bracis.

Altera parętonii libyes:quę prius Tauchira.
Tauchira dicebatur. Tertia Syrię. Cœloſy/
Quarta Cœloſyrię. Quinta Cili/ ria.
cię. Sexta Aegypti. Septima Cypri:
quam prius dixere Marion. Octaua
Aetolię. Nona Lycii. Decima Tro/
glodytices ꝑus olbia dcã.ẽ alia lycię Olbia.
Gentile Arſinoetes καὶ ἀρσινοεύς. Arſinoetes

Sed de Libyca dicitur ἀρσινοεύς:ut tradit Alexander in libycon tertio. Comam Arſinoes inter numi/
na relatã quod Callimachus olim cecinerat:cuius Idyllion latinitate donauit Catullus et feliciſſime:quo
in poemate ſunt hi uerſus:quos ita emenda ut ſubſcripti ſunt.

Rorigena impellens nutantibus aera pinnis
Obtulit Arſinoen chloridos ales equus.
Uſq́ per ętherias me tollens aduolat auras:
Et ueneris caſto collocat in gremio.
Ipſa ſuum zephyritis eo famulum legarat Zephyritis
Grata canopęis incola littoribus.

De Arſinoe mẽtio fit a Plutarcho περὶ τῶν παίδων ἀγωγῆς.
De Arſinoe regina ſorore et uxore Ptolemęi regis fit ab Euſebio mentio libro octauo pręparationis euã
licę.quomodo fratri blandientibus oculis caſto nupſerit Arſinoe lege Iuſtinum libro.xxiiii. Hęc Arſi/ Arſinoe cũ
noe deinde concubuit cum Demetrio genero: Beronices filię ſuę ſponſo:ut idem Iuſtinus libro uigeſi/ genero cõ/
mo ſeptimo commeminit. Illi. Alii reuertuntur in ęgyptum. Tepidę. Vergentis ad meridiem. cubuit.
Ocia lęta.ciuitates ocioſas:delicatas et molles. Phari. Pharos olim inſula ęgypti nunc annexa con Pharos un
tinenti portum Alexandrinorum efficiens:a Menalai nauta ibi ſepulto dicta. Ptolemęus Philadelphus in de.
ea turrim nauibus pręlucentem ędificauit:erogatione octingentorum talentorũ ex albo lapide unde ma/
nauit Propertianus uerſiculus.et ptolemęę littora capta phari. Soſtrati architecti opus. Egeſippus libro
quarto. Pharon appellari turrem ait qđ longe uideatur:et Phanon ſit:hoc eſt lumen apparẽs catandiſty/
chos:de qua Lucanus. Pharos inſula quondam In medio ſtetit ipſa mari. Pharus ut inquit Stephanus:
inſula in Adria habens eiuſdem nominis fluuium. Eſt et ciuitas Illyrica ut Polybius. gentile Pharii. eſt
et ciuitas apud Alexandriam:in qua eſt turris cognominis a Soſtrato Dexiphanis filio erecta. Pharos
autem fuit Proreta Menelai in ea inſula. Percuſſus a ſerpente periit. Gẽtile Pharius et Pharion. eſt et ci Proreta.
uitas Perębica. Quem nos cũ Plauto ſumus interpretati Proretam: Stephanus gręce ſcribit πρωρεὺς. Proreus.
Pharuſii gens libyca. De pharo turre Papinius cecinit. Lumina mutiuagę ſpargit pharos ęmula lunę. Pharuſii.
Pinguem. Fertilem et felicem. Aunum. Annuam abundantiam. Sine imbribus. In aegypto Nilus ara/
ut ait Tibullus. Arida nec pluuio ſupplicat herba Ioui. Nilus fungitur uice aratoris et irrigatoris. Huc tor et irri/
uergit illud maronianum. Et uiridem Aegyptum nigra fœcundat arena. Latine uerſus hos Apollonii gator.
Rhodii expreſſit.

ἦμος ἔτ᾽ ἠερίη πολυλήιος ἐκλήιστο
μήτηρ αἴγυπτος προτερηγενέων αἰζηῶν.
καὶ ποταμὸς τρίτων εὐρρέος. ᾧ ὕπο πᾶσα
ἄρδεται ἠερίη. διόθεν δέ μιν οὔποτε δεύει
ὄμβρος ἅλις προχοῇσι δ᾽ ἀνασταχύουσιν ἄρουραι.

quando ſuper Eeria frugifera uocata erat mater ægyptus progenitorum iuuenum:et fluuius Triton bẽ Eeria aegy
ne fluens : in quo irrigatur ęgyptus non cęlitus:ſed ex fluuii irrigatione fœcundatur. Aduerte Eeriam ptus.
antiquitus ęgyptum dictam: Nilum tritonem:quem Melonem uocant Auſonius et antiqui. Carbaſa. Nilus tri/
Veſtes aegyptiorum lineas. Quare deſcripturus Ouidius aegyptios ſacerdotes inquit. Nunc dea linige/ ton.
ra colitur celeberrima turba. Lege Plinium ubi de lino agit. Bracis ſarmaticis. Veſtibus quibus ute/ Melo.
bantur ſarmatae totum corpus tegentes ut ora ſola paterent. Ouidius de triſtibus. Pellibus et laxis arcẽt Carbaſa.
mala frigora bracis. Oraq́ de toto corpore ſola patent. Medi et Indi et Galli bracis utebantur. Hinc ſal Bracae ſar
ſus Ciceronis iocus manauit. Galli in ſenatu bracas depoſuerunt:latum clauum induerunt : quod ad maticae.
pręſtringẽdũ Cęſarẽ Theonino dente:prolatũ eſt:qui gallis adiutoribus locũ inter nobilitatem dederat. Iocus Ci/
Dixit poeta in obſceno carmine. Medis laxior:indicis ue bracis. Huc trahitur illud Epigrammatiſtę. ceronis.
Quam ueteres bracae britonis pauperis.
Alii ad femoralia et campeſtria deducunt.ideſt ſuccinctoria:ſed infeliciter ut puto:et ſi non me prętereat.

Archimimus omaſoſus.

etiam in hac ſignificatione aſſertores ſuos hanc dictionem habere:ſed ſi diſplicet in medium relinquamus:ne etiam in bracas regnum ſuum me lógas habere manus omaſoſus clamitet archimimmus:et ſecū fœda pubes me deſpuendo ceuendoq̧ collutilet. De braca pro ueſte ſic Ouidius libro quinto triſtium. Hos quoq̧ qui geniti graia creduntur ab urbe Pro patrio cultu perſica braca tegit. Pro habitu gallico Cornelius Tacitus accipit libro duodeuigeſimo ſic. Ornatum municipia et Colonię in ſuperbiam trahebant: qđ uerſicolore ſagulo bracas tegmen barbarum indutus: togatos alloqueretur.

Barbarus in patriis ſectatur montibus Aeam
Phaſis amore furens. pauidas iacit illa pharetras
Virgineo turbata metu: diſcurſibus et iam
Deficit: ac uolucri uictam deus alligat unda.
Flebant populeæ iuuenem Phaethonta ſorores.
Acer et Eridani trepidum globus ibat in amnem.
At iuga uix Tethys: ſparſumq̧ recolligit axem:
Et formidantem patrios Pyroenta dolores.
Aurea quin etiam præſaga mulciber arte
Vellera: uenturoſq̧ olim cælarat achiuos:
Texitur argoa pinus pagaſea ſecuri.
Iamq̧ eadem remos: eadem dea flectis habenas.

Barbarus. Iunge cum ſuperioribus. ęgyptius miles humaniſſimus in coloniam colchicam tráſcriptus mutat patrium habitū: et adſciſcit peregrinum. Barbarus expone in barbariem tranſiens. Patriis. Colchicis. Nunc omiſſa narratione regis ęgyptii et origine colchorū ad propriam materiam reuertitur: et fingit fluuium phaſim captū amore puellę Aeę: nō deſiſtere illam ſequi: donec aſſequat̄. Aeam. Aeça ideſt αἶα: ut inquit Rhodii interpres: eſt inſula in qua uellus erat. eſt metropólis colchorum: Apollonius tamen libro tertio nó ęçam ſed ęam uocat his. πῶς αἶαν δὲ νέεσθε παλύσσυτοι. quomodo ęam ueniſtis retrogradi? Aeam quoq̧ nuncupat Stephanus: et ciuitaté colchorū ꝓdit poſſeſſam ab Aeeta: quá duo fluū circūfluūt Hippos et Cyaneos facientes ipſam continentem. Eſt et alia Theſſalię: cuius meminit Sophocles. Eſt et Aea in Macedonia pagus ut auctor eſt Antimachus: a qua ęos. fœmininū aeça. Virgineo. Timore qui ſolet uirgines agere ne pudore ſpoliétur. Diſcurſibus. Dum fruſtra huc et illuc diſcurrit Aea: neq̧ proficit. Deficit. Succumbit illa impar phaſidis uiribus. Deficit. Aea. Ac uolucri. Leges commodius. at. illam deficientem phaſis implicat: artat et amplectitur. Victam. Curſibus ſuperatam ęam. Sorores. Heliades. Noua pictura fabulę notiſſimę ſuper phaethonte: ſororibuſq̧ illum ſollicite lugentibus de quibus pulcherrima tradit Apollonius in quarto: quem nos latinitate donauimus. Alter globus. Codex antiquus habet ater: ut ad Phaethontem fulminitū et nigrum referatur: qui ſeminſtus ut ait Apollonius: ex cœlo in Eridanum cecidit. Quidam ad Electra referunt: quę ex arboribus populis decidunt in padum: et per nigras arenas conuoluta tandem in ſphęrulas et globulos conuoluuntur Eridano hyemante: ut canit melliſſime Rhodius: quę lepidiſſima carmina uidebis annexa his noſtris in Flaccum interpretationibus labore fortaſſe temerario: certe neceſſario ob hiſtorię huius penuriam: de latinis loquor. Sed ad carnem exuſtam et fulmine ardenti pręſtrictam eſt operepretium referre: quę ab igne in globū quédam retracta fuerat: et in nigrediné colarata: ut caro uſtulata ſolet retrahi atq̧ nigreſcere. Trepidum. Dubitātem et ſibi pauentem ne decidente flagranti cadauere in imis ſedibus cōflagraret. At iuga. Tethys recolligit lacerum currum ſolis: et omnia ut Phœbo placeat in ordinem ſuum redigit. Hoc Phœbum nō Tethym feciſſe canit Ouidius. Sparſum. Fulmine diſiectum. Patrios. Solis patris: quem uidebat a ſe lęſum. Pyroenta. Equum ſolis ita nuncupatum Ouidio ab ignea ſolis natura. Dolores. Cruciatus conceptos ex ſolis indignatione: quos dein expreſſit equos uerberando: imputādo: ut inquit Ouidius: filii caſum pręcipitē. Mulciber. Vulcanus a molliendo et procudendo ferrum: qđ ignis: q Vulcanus eſt: omnia mollit. facit mulciberis apud Ouidium. Mulciberis capti Marſq̧: Venuſq̧ dolis. Reperio tamen apud Auſonium mulciberi. Martianus Capella libro primo de nuptiis: niſi mendoſus eſt codex: ita ſcriptum reliquit. Anhelabat urna: quę tamen uertex mulciberi dicebatur. Idē in geometria. Diſpendiaq̧ lini perflagrata caſſum deuoráte mulcibero. Mulciber: ut auctor eſt Donatus in adelphis: a mulcãdo dictus. Idem tamen in Ecyra contrarium ſcribit his. Vulcanus a multis dictus mulciber qđ ſit mutilatus ac debilis. Nam proprie mulciber dictus eſt qđ omnia mulceat. i. molliat ac uincat. Opera omnia operoſa ac miranda fingimus a Vulcano fabricata. Pręſaga. Pręduinante tempora futura: qđ Argo naui uenturus erat Iaſon et abducturus aureum uellus. Olim. In futurum tempus. Texitur. Pingitur a Vulcano ut Pallas manum admolita Argo: illam cótexit ac ſtruit. Argoa. Gręca Theſpiaci manu Argi. Pagaſea. Apud Pagaſas urbem conſtructa: unde ciuitati nomen. Dea. Pallas. quę flectebat modo hoc: modo illud: cuius opinionem nulla unquam commutauit aura.

Aeça inſula: ubi uellus erat.

Aea.

Hippos. Cyaneos. Aeos.

Electrum.

Tethys recolligit currum ſolis.

De Pyroēte.

Mulciberis Mulciberi.

Ipſa ſubit. Dea Pallas officioſe pręſtolatur. Nuda. Exerta ad laborem. Dux. Ducens Pallas agmina ſua. Exoritur notus. Ventus hauſter nauigantibus per ęgeum propitius incipit nauem illam perflare. Torto. Palmulis et remis uibrato ac uerſo. Odryſio carmine. Modulis ac fidibus natis Orphei threicii. Phocę. Vituli marini: piſces uaſtiſſimi: Maro. Sternũt ſe ſomno diuerſo in littore phocę. Phocę.

Apparent. Minyę iam uidere cęperant phaſim fluuium. Pinxerat Vulcanus Iaſoné nauigare cępiſſet citoq; phaſidis ripas appuliſſe. Trepidi. Attoniti repentino aduẽtu minyarum: quos noua molituros i regione ſua pręſagibat. Colchi. Paternus caſus. iunge cum phaſidis. Regina. Regis filia Medea.

Ipſa ſubit: nudaq; uocat dux agmina dextra:
Exoritur Notus: et torto ratis una profundo
Cernitur: Odryſio gaudebant carmine phocæ.
Apparent trepidi iam phaſidis hoſtia colchi:
Clamantemq; procul linquens regina parentem:
Vrbs erat hic contra gemino circunflua ponto:
Ludus ubi extantum: tædæq; in nocte iugales:
Regaliq; thoro lætus gener: ille priorem
Deſerit. ultrices ſpectant a culmine diræ.
Deficit in thalamis. turbataq; pellice coniux
Pallam: et gemmiferæ donum exitiale coronæ
Apparat. ante omnes ſecum dequeſta labores:
Munere quo patrias pellex ornatur ad aras.

Vrbs erat. Peuce inſula cũ urbe einſdẽ nominis in qua Flaccus eminiſcitur Iaſonem cõnubiis nuptialibus ſe Medeę fœderaſſe in antro macridis in Phęacia putat Apollonius. Gemino ponto. Vtrinq; dũplici maris ambita ſinu: de qua dicemus infra copioſius. Ludus ubi extat. Emẽda ex priſcis exẽplaribꝫ. Ludus ubi et cãtus. Tędę iugales. Faces quę ex ſpina alba antecedebãt ſpõſas lucebãt i peuce. In nocte. nox apta puellis Quarũ ſuppõſitus colla lacertus habet. Nocte fœminę ad uirũ ibant plucentibus daduchis cum facibus: hinc a Catullo. Spineam quate tędam. Lętus. Iaſon. Peuce. Spinea fax pro Catullo.

Gener. Aeetę. Ille. Iaſon. Priorem. Medeam coniugem. Poſtq̃ redit in theſſaliam Iaſon ſpreta Medea duxit filiam Creontis Glaucen. Vltrices dirę. Furię ulciſci cupientes ingratũ uirum. hoc dicum eſt propter filios quos in ultionem propriam: et patris Iaſonis dolorem: trucidauit Medea. Spectant a culmine. Imitatur Maronis illud. Solaq; culminibus ferali carmine bubo Viſa queri. Deficit in thalamis. Vulcanus aduſq; thalamos puellę Creuſę tetẽdit: quo ubi peruenit: non ẽ ulterius pgreſſus.

Coniunx. Medea qđ Iaſon ea contempta atq; decepta cum Creuſa matrimonium celebrabat: peruenit corinthum: et nouam nuptam cum regia deuſſit. Cum Iaſone Medeam annos circiter decem uixiſſe ferunt: ex quo Didymum Theſſalum: Alcimenum: et Thiſandrum peperit. Mox Iaſon diuortiũ ultroneum Medeę perſuadere nititur: quod cum illa non admitteret: urbe expulit multa gementem: et deos fidei teſtes implorantem. Ille Nihiloſecius uxorem Glaucam: uel ut alii nuncupant: Creuſam regis corinthiorum filiam duxit uxorem Corinthum re cognita Medea deuolat: pallam infectam ueneno mittit neonymphę Glaucę: ex qua emicuit ignis domum regiam cũ Creonte et noua nupta deurens: unde Horatius in Epodo. Cur dira barbarę minus uenena ualent: quibus ſuperba fugit ulta pellicẽ magni Creõtis filiam. Cum palla tabo munus imbutum nouam incendio nuptam abſtulit. Diodorus uero ait Medeam mutata figura ad Creontem diuertiſſe: et radice quadam magica: cuius uis eſt ut ignis inde factus extingui non poſſit: incendiſſe regiam: qua flagrante Creuſa abſumpta eſt cum Creonte. euaſiſſe tamen Iaſonem incolumẽ. Lucius Apuleius coronam fuiſſe ex Naphtha refert: cuius natura eſt incendiũ attrahere. Lucii uerba ſunt hęc. Et ut illa Medea unius dieculę a Creonte impetratis induciis: totam eius domum: filiamq; cum ipſo ſene flammis coronalibus deuſſerat. Conſonant hęc pliniana libro. ii. naturalis hiſtorię poſita. Maltha aquis accenditur. Similis eſt naturę naphtha: ita appellatur circa Babyloniã: et in auſtagenis partbię profluens bituminis liquidi modo. Huic magna cognatio ignium. Tranſiliũtq; protinus in eam undecũq; uiſam. ita ferunt a Medea pellicem: crematam poſtq̃ ſacrificatura ad aras acceſſerat: corona igne rapta. Galenus complexionum libro. iii. meminit huiuſce ueneni: quo ad exurendam pellicem eſt uſa Medea: traditq; et ſulphure et bitumine: quod Aſphalton gręci dicunt: fuiſſe compoſitũ. His propoſitis uerba alias difficilia Valerii Flacci facillime percipietur. Pallam. Miſerat enim ueſtẽ tanq̃ donum nuptiale: quo ignis erupit: ut quidam tradunt: alii contagione peſtiferę ueſtis contagia morbi contraxiſſe Creuſam: mox patrem Creontem. Apparat. Struit ac ordinat. Exitiale. Mortiferũ. nam ſtatim igne correpto a Medea cõſumpta eſt. Coronę gemmiferę. Gemmatę: gemmiſq; diſtinctę: unde ab Apuleio dictum. Flammis coronalibus deuſſit. Dea queſta. Scribe ex priſcis exemplaribus dequeſta. Labores. Pro Iaſone ſuſceptos. Munere quo. Qua corona dono data Creuſa ſacrificatura lucentibus aris appropinquat. Pellex. Glauce uel Creuſa. Aras. Templa patris.

Filii Iaſonis. Naphtha. Maltha. Aſphalton

Venenum Pharmacũ Infelix. Glauce. Rutilis. Ignitis. Venenis. Medicamentis. Venenum: ut iuriſconſulti tradũt: appellatur pharmacon a gręcis: ita bonum ut malum: quod naturam mutat rei cui adhęret: et dicit̃ uenenũ qđ per uenas eat: ut grammatici ſentiunt. De infectura dixit Horatius. Lana tarentino niolas imitata ueneno. Correpta. Raptim oppreſſa. Hęc tum miracula. Quę tunc anteq̃ facta fuiſſent et ignorarent̃ miracula uidebantur. Colchis. Apud colchos. Has picturas colchi cum aſpicerent: nondũq; fuiſſent: miracula uidebantur: poſtea miracula eſſe deſierunt.

Infel x etiam rutilis correpta uenenis
Implicat igne domus: hæc tum miracula colchis
Struxerat ignipotens non dum noſcentibus illa:
Quis labor aligeris aut quæ ſecet anguibus auras
Cæde madens. odere tamen: uiſuſq; reflectunt.
Quin idem Minyas operum defixerat error:
Cum ſe ſole ſatus patriis penetralibus edit.
Filius hunc iuxta primis Abſyrtus in annis
Dignus auo: quemq; inſontem meliora manerent.
Tum gener. albanis Stytus qui aduenerat oris.
Diſtulerant: ſed bella torum. tum Phrontis et Argus

Ignipotẽs. Vulcanus. Noſcẽtibus. Colchis nondum cognoſcentibus illa miracula: unde enim noſcere poterãt? Quis labor. Et colchis nondum coguoſcentibus quis eſſet iſte labor: hoc eſt qđ ſibi uellet hęc pictura: et cuius ergo laborata. Vel quis eſſet labor Medeę laborantis aufugere Corinthum ardentem cũ auratis draconibus. Quare puella ex incendio laboraret effugere. nam Medea combuſta regia draconibus iũctis euolauit ut inquit Ouidius. uel aligeris ſeiungatur a ſuperiori. nõ noſcebãt colchi: cuius eſſet iſte labor: et ignorabãt quę eſſet illa quę auras ſecaret aligeris anguibꝫ. Secet. Diuidat. Cędemadẽs. Oblita ſanguine. Odere tamen. Quãuis colchi non agnoſcerent fœminam illam: quę filios trucidauit: et tot mala patrauit: tamen oderant tetram picturam. Viſus reflectunt. Retorquent oculos et aſpicere non ſuſtinent. Operum. Picturarum. Adde qđ argonautę et ipſi uidentes hanc picturam: quãuis de rebus ex magna parte ad ſe pertinentibus eſſet abſoluta: tamen non agnoſcebant: tanta eſt futuri caligo. Error. Ignorantia. Defixerat. Obſtupefecerat. Sole ſatus. Aeetes. Hęc Iaſoni mirãti occurrit Aeetes ſe in templum Apollinis agens. Edit. Agit: profert. Filius. Aeetę. Abſyrtus. Hunc

Abſyrtus. Diodorus libro quinto uocat Egialeum ut coniiciãt aliqui dictum Abſyrtum qđ a ſorore Medea laceratus et in partes diuerſas tractus fuerit: ut pater ab eius inſecutione illa fœditate ſpectaculi auocaret̃. a uerbo gręco συράω quod eſt traho: et ἀπὸ particula: ab: dicitur abſyrtus: quem gręci ἄψυρτον dicunt. Fides ſit apud auctorem. Apſyrtos inquit gręcum etymologicon populos eſſe Scythię ab abſyrto uocatos tacito tamen huius appellationis. i. προσηγορίας etymo. Dignus auo. Sole. hunc libro quarto extollit Apollonius et certaſſe inquit animoſiſſime aduerſus Iaſonẽ cũ a ſorore per fraudem in Peucen allectus: ad aram Dianę pugnans occubuit. Diſtulerãt. Olim in noſtris annotamentis cum publice Bononię doceremus ſic emendauimus hos uerſus.

Diſtulerant ſed bella cytoria. Phrontis et Argus
Aeolidę: faterq; melas: quos aduena Phrixus
Progenuit: paiterq; leui Cytiſorus in haſta.

Senſus eſt poetę Styrum regẽ Albanię futurum ut citius adueniat: ſed bella cytoria hoc eſt populorum ita cognominatorum qui accolunt fluuium cytorum: detinuerunt inuitum: cum quo Styro uenerunt Phrontis: Argus: Melas: et Cytiſorus: quos ex Chalciope filia Aeetę genuit Phrixus: ꝑpterea poeta uocat Aeolidas ab atauo Aeolo. Aeoli filius Athamas. Athamantis Phrixus: Phrixi iſti quatuor. Phrixus: ut colligimus ex interpretatione Apollonii: in colchicam terram delatus ſacrificauit Ioui Phixio hoc eſt fugę ſoſpitatori qđ nouercam effugiſſet. Audi Apollonium ſic in ſecundo ſcribentem.

Ἐισὶ καὶ οὔνομα δ᾽ ἦεν ἑπιθύεις δεδαῆσθαι.
Τῷ δὲ κυτισωρος πέλει οὔνομα τῷδε τε φρόντης
Τῷδε μέλας. ἐμὲ δὲ αὐτὸν ἐπικλεῖοι τέκεν ἄργον.

Sed animaduerti penſius rem excutiens me in annotamentis eſſe lapſum: qui cytorum confudi cum Cytiſſoro. cum alterum ſit nomen montis: alterum filu Phrixi. Nunc autem codicem priſcum et ſincerum

Pii error. nactus autumo legendum eſſe. Diſtulerant ſed bella thorum. Tum Phrontis et Argus. Cętera emendã

Cytiſorus da ut in annotamentis admonuimus. Senſus eſt poetę Styrum regem Albanię diſtuliſſe iungi cum Medea propter bella: quę interuenerunt inter Perſen et Aeętam. connubia lętis temporibus celebrantur:

Phrontis. non claſſico lętitiam turbante. Tum Phrontis. Poſt Styrum regem Albanię ueniebat Phrontis

Melas. Phrixi filius: nepos Aeetę ideo cęteris honoratior. Argus. Hic frater Phrontis filii Phrixi: alibi Argus cuſtos Ionis quem totum oculeum Mercurius interemit.

Aeolidæ:fraterq́ Melas:quos aduena Phrixus
Progenuit:pariterq́ leui Cytiſorus in haſta.
Poſt alii:quos præcipuo titania tellus
Legit honore patres:motiq́ ad prælia regis:
Admonet hic ſocios:nebulamq́ erumpit Iaſon:
Sideris ora ferens.noua lux effuſa citæis.
Conueniunt:rogitantq́ uiros:rogitantq́ quid auſi:
Quidue ferant:poſtquam primis inhiantia dictis
Agmina:ſuppreſſumq́ uidet iam murmur Iaſon
Talia miranti propius tulit orſa tyranno.
Rex Hyperionide:quem per freta tanta petundum
Cœlicolæ:et prima dignum ſtatuere carina:
Si quando hic aliquam noſtro ſatus orbe ſolebat
Theſſaliam:ſiquos Phrixus memorare pelaſgos:
Hi tibi tot caſus:horrenda tot auia menſi
Cernimur.ipſe egomet proprio de ſanguine Phrixi:
Nanq́ idem Cretheus ambobus et Aeolus auctor
Cum Ioue Neptunoq́ et cum Salmonide nympha.

Aeolidę. Filii phrixi ſanguinem trahentis ab ęolo. Tiro Salmonei filia edidit Peliam ex Neptuno. Eadem iuncta Cretheo ęoli filio Amithaonem: Pheretum: Aeſonem: Athamas ex Nephele Phrixum et Hellen. Cytiſorus. Quartus Phrixi filius: quem duplici.ſſ. κυτίσσωρον Apollonius appellat. noſter κυτισώρον ſcribit diuerſum imitatus auctorem. Poſt alii. Proceres cōueniūt. Pręcipuo. Maximo. Titania. Colchica: ſolaris. nam ſol fuit filius unius ex titanibus. Titanes gigantes fuere: qui cū dīs bellum geſſere: ſiderum et cœli progenitores: unde Maro protulit: Titaniaq́ aſtra Spiritus intus alit: et ab interprete Apollonii Titanographia giganteę pugnę deſcriptio uocatur. Cytiſorus. Veniebat ſimul Cytiſorus ferens haſtam leuem: qđ suberat belli ſuſpicio. Legit patris. Scribe patres hoc eſt ſenatores: quos regis conſiliarios hodie uocāt. patres appellati inquit Liuius uel ab ętate uel qđ habebant uxores: qui cū tum numero in ſenatores optati ſūt: et eorum progenies patritii. Motiq́ ad pręlia regi. Scribo. moti qui ad pręlia regis: quos contraxit et cōuocauit tumultu regis Perſę: ut regem ſuum ope iuuarent et conſilio: qui ſunt moti ad pŕlia regis uel Perſę uel Aeetę. Hic. Tunc. Admonet ſocios. Innuit ſociis proferāt ſe: tempus eſſe prodeundi ad regem alloquendum. Sideris. Ore ſidereo ac auguſtiſſimo. Noua lux. Splendor inſolitus ac iuuenile lumen. Citęis. Colchicis. Conueniūt. Colchi. Quid auſi. Cur auſi ſunt huc uenire. Primis dictis. In primo uerborum progreſſu.

Aeolus.
Tiro Salmonei.
Titanes.
Titanographia.

Inhiantia. Affectantia ac deſiderantia loqui. uel inhęrentē populū et colchorum turbā ab Iaſonis ore pendentem: deſiderantemq́ illum locuturum audire. Suppreſſum. Sedatū: tacitum. Propius tulit ora. Vicinius allocutus eſt ęeten tyrannum ac regem. Rex Hyperionide. Oratio Iaſonis ad ęeten. Repetit aureū uellus ut hęreditariū. Hyperionides uocat ęetes ſolis Hyperionis appellati filius: quod ſupra nos aſcendit ac diſcurrit uocatur Hyperionides. Statuere dignū. iudicauere dei ut tu dignus iudicareris: qui primo nauigio petereris. Satus. Si forte rex: inquit Iaſon: uiuens Phrixus tibi theſſaliam noſtram nominabat. Quos. Aliquos. Hi. Nos ſumus illi theſſali: nos ſumus illi gręci. putabat enim Iaſon Aeeten propter diſtantiam locorum nullam uel paruam gręcorum famam audiuiſſe. Tot caſus. menſi: qui tot ęrumnas exhauſimus. Auia horrenda. Loca inacceſſa: formidoloſa. Menſi. Emenſi: menſurauimus: ideſt pręterimus. Sic Apollonius in calce quarti. μετρέοντες. menſurantes pręstereūtes: nos tranſtulimus. emenſos. Ipſe. Iaſon ego ſum oriundus a Phrixo. Cōſanguineus ſum Phrixi.

Oratio Iaſonis.
Hyperionides.
Menſurare pręterire.
Cretheus.

Cretheus. Aeolus pater Crethei. Cretheus frater Aeoli fuit. Aeolus genuit Athamantem patrē Phrixi. Cretheus Amithaonem: Pheretum: Aeſonē: Aeſonis filius fuit Iaſon. Duo primi fratres Cretheus et Aeolus fuerunt ſanguinis auctores. Apollonium imitatur ita in tertio canentem.

Οὕτω κεν γνωτὸς πατρώϊος ἄμμι πέλοιτο
Ἄμφω γὰρ Κρηθεύς τ' Ἀθάμας τ' ἔσαν Αἰόλου υἷες
Φρίξος δ' αὖτ' Ἀθάμαντος ἔην παῖς Αἰολίδαο.

Vides Apollonium Aeoli filios appellare Cretheum ac Athamantem. Aeolus. Pater Athamantis: qui phrixum genuit ex Nephele: unde a poetis Helle uocatur nepheleias. Cum Ioue. Tanq̄ Aeolus Iouis fuerit filius. niſi mendacium immiſcuit ut cauſam ſuam iuuaret. Neptuno. Propter Tiro Salmonida: quę Neptūno grauida edidit Peliam et Neleum. Mox Cretheo iuncta Aeoli filio: uel: ut aiunt alii: fratri: edidit Amythaonem: Pheretum: Aeſonem: qui: ut ſępe inculcauimus: fuit pater Iaſonis.

Nephele. nepheleias.

Enſes. Patris mei gladii uictamatorii: qui ſeceſpitę dicuntur: non huc me impulerūt: qui ut enſes effugeret ſacrificantibus miniſteria pręſtantes: huc aufugit. Quidam tamen etiam repugnantibus antiquis exemplaribus ſcribunt. Meq́ nec huc enſes. non placet rhythmus uerborumq́ criſpa tortura.

Egere. Impulere. Arę paternę. Non me pater aris ingulandum dediderat ut phrixum Athamas: ſed ſponte ad te uolens: ſciens: prudenſq; ueni. Quáquá inclyta nomina. Captat beneuolentiam cum nomen Aeetę et in terra theſſalica dicit eſſe famigeratum et celebre. Cui non iuſſo. Hoc eſt nemo niſi iuſſus ad te per tot pericula ueniret. Sed a Pelia rege ſum iuſſus te accedere. Monſtra periculoſa naufragia: ſcopuli concurrentes: mariſq; mõſtrificę tempeſtates. Cui. Placeret niſi iuſſo. Cyaneos fragores. Strepitum ac immanem ruinam quá colliſę Symplegades excitabant. Intrare. Subintellige iuuaret et placeret. Sceptra. Excuſat ſe qd nó ſpóte uenit huc: ſed uiolenter ita imperáte rege. Ordo. Pelias tenens ſceptra maxima ſub nomine tui Phœbi: totq; etc. ille Pelias meum imperiis urget caput.

Me neq; nunc enſes ar.æq; egere paternæ:
Nec tua theſſalicis quanquam inclyta nomina terris
Sponte ſequor: cui non iuſſo tot adire uoluptas
Monſtra maris? cui cyaneos intrare fragores?
Sceptra tui toto pelias ſub nomine Phœbi
Maxima ab hoſte tenens: totq; illachrymantia diuos
Oppida: tot uigili pulcherrima flumina cornu:
Ille meum imperiis urget caput: ille labores
Dat uarios: ſuus ut magnum rex ſpargit ab Argis
Alciden Sthelenо ipſe ſatus: tamen aſpera regum
Perpetimur iuga. nec melior parere recuſo.
Hic ſibi me auratæ pecudis quiſcunq; periclis
Exuuias perferre iubet. tibi gratia noſtri
Sit precor hæc: meritiq; locus: quod iuſſa recepi:
Teq; alium quanquam pelias ſperatq; cupitq;:
Promiſi: et meliora tuæ mihi fœdera dextræ.
Si petere hoc ſæui ſtatuiſſem ſanguine belli:
Oſſa dabat: pinduſq; rates: quodq; ante ſecuti
Inde nec audacem Bacchum nec Perſea reges

Tui. Patris. Sub nomine: qui falſu uult ſe Phœbũ ut Salmoneus Iouem: appellari. uel Phœbi filiũ. Quidam legũt lumine. Dicit quiſpiam habere regnum ſub ſole: hoc eſt in euidenti: et in aperto. Sed priſci codices habẽt nomine. Placet qd imitatus Salmoneum fratrẽ uoluerit ipſe ſub nomine phœbi coli: ut Salmoneus ſub noie Iouis. Adiuuat qd ſubdit. Totq; illa cremãtia diuos Oppida. Toto. Vniuerſi ac totius numinis uim referente. Maxima ab hoſte. Magnitudine ac potentia ſua hęc ſceptra Peliæ poſſunt ſe ab hoſte tueri. Illachrymantia diuos. Lachrymis implorantia deorum auxilium ad Tyrannum Peliã tollendum. ſed ploratu diuos lędi cũ mortali ut deo ſopplicatur. Priſci tamen codices habent. Totq; illa cremãtia diuos Oppida. illa per emphaſim dixit hoc eſt magnifica ac celebria. Cremãtia diuos expone: deos thure adolentia. urere deos figurate dicitur ſacrificare: et holocauſtum dis facere: exemplo Maronis. Adoleſcunt ignibus arę. Vigili cornu. In excubiis adſtant ut regem tueantur: pro rege excubant. per huiuſmodi flumina regni partes intelligimus. Ille. Pellias. Vrget caput. Animam meam negociatur: inſultat capiti meo: me in uaria pericula mittens. Suus rex. Euriſteus. Suus non ad Peliam refert: ſed ad Herculem. Spargit. Dimittit in diuerſas partes. Argis. Argis dominabat̃ Euriſteus. Alciden. Herculem. Sthenelo ipſe ſatus. Euriſteus filius Sthenelı. Tamen. Quáuis fortes ſimus: toleramus tamen ſeruitium: et regibus paremus. Hoc occulte docet regi etiam diſcholo obtemperandum eſſe. Nec melior. Ego fortior licet Pelia: tamen Pelię obedire non recuſo. Sententia moralis eſt apud Rhodium libro. iii. arg. οὐ γὰρ ἔοικεν ἄνδρ' ἀγαθὸν γεγαῶτα κακωτέρῳ ἀνέρι εἶξαι. hoc eſt. Indecens eſt uirũ bonum deteriori cedere. Hic. Pelias. Auratę pecudis. Arietis auricomi. Quiſcunq;. Quibuſcũq;.

Cremare deos.

Pro Virg.

Regi etiam malo parẽdum.

Non decet bonum malo cedere.

Induuię.

Exuuias. Pellem ut Plautus induuias uocat ab induendo. Sic enim inquit in menechmis. Induuię tuę fient uxoris exuuię. Perferre. Domum uſq; referre. Ibi. In eo me credo tibi non diſpliciturum qd ueni iuſſibus alterius non meis. Sunt qui legunt. tibi. Hęc ſit gratia noſtri. In eo me amare debes qd iuſſus ueni. Meriti locus. Occaſio amorem tuum promerendi. Iuſſa recepi. Obtemperaui Pelię et promiſi fœdera tuę dextrę mitiora eſſe mihi q̃ Pelię. Quanq̃. q̃ quem legendum: hoc ſenſu. debes etiã mihi plurimum qd de te melius ſperaui et mihi perſuaſi q̃ Pelias diceret qui te barbarum et ferum mentiebatur. Pelias ſperat. Sperabat enim te barbarum mihi hoſpiti manus admoliturum.

Promiſi. Te mihi concepi. Vidi te eſſe meliorem q̃ ſperabam. Meliora. q̃ quę ſperaret ille pelias.

Fœdera. Vincula: amorem beneuolentiam. Si petere. Docet pacate et ſine armis decreuiſſe pellem petere: quam ſi cum armis rapere ſtuduiſſet: arma non deerant. Sanguine. Marte: certamine: ſanguinis effuſione. Oſſa. Mons Theſſalię. Similiter et pindus. Quodq; ante ſecuti ſcribo ex priſco exemplari. Quiq; ante ſecuti. Si uiolenter repetere ſtatuiſſem uellus aureum: Theſſalia dediſſet reges: qui non ſunt ſecuti Bacchum aut Perſea. i. meliores perſeo et baccho. Inde. Iũgitur cũ ſecuti. Expone. Inde

Oſſa.

ne. Inde

ne. Inde ex grçcia et terra pelaſgica dediſſet reges graecia fœderatos et ſymmachos:qui inde ex terra graecia non ſecuti ſunt Bacchum in Indos mouentem:nec perſea in aethiopas. Nuda fides. Simplex fides:non uelata:non fucata. Potentia. Fiducia quam habui in iuſtitiae uiribus quae etiam hominem nudum non deſerit. Huc tulit. Vt ſine armis hçreditatem meam peteré:quae negari nemini poteſt.

Sed mea nuda fides:ſanctiq; potentia iuſti
Huc tulit:ac medii ſociatrix gratia Phrixi:
Iamq; tibi noſtra geniti de ſtirpe nepotes.
Nec tamen aut phrygios reges:aut arua furentis
Bebryciæ ſpernendus adi.ſeu fraude petiuit:
Seu quis honore meos:ſua reddita dona:deumq;
Nos genus:atq; ratem magnæ ſenſere Mineruæ.
Vix tandem longis quæſitam colchida uotis
Contigimus:qualemq; dabat te fama uidemus.
Tu modo ne claros Minyis inuideris actus.
Non aliena peto:terris ne indebita noſtris.
Siquis et in precibus uero locus:atq; ea phrixo
Crede dari:Phrixum ad patrios ea ferre penates
Munera.tu contra uictum mihi uecta per æquor
Accipe tænarei chlamydem de ſanguine aheni:
Frenaq;:et accinctum gemmis fulgentibus enſem.
Hoc patrium decus:hæc materni texta labores.
His lapithes adſuerat eques.da iungere dona.

Medii phrixi. Mediatoris:et pacificatoris uice fungens inter te et me. Ná ſi affinis eras phrixo cognato:conſequenter nobiſcum propinquitate teneris. Sociatrix. Quae te mihi ſociare pót. Gratia. amor. Sociatrix.

Iamq; tibi. Scribédum. Nanq;. ut ſit confirmatio rationis. Qđ phrixus te ſanguine propter filiam tuá uxorem ſuá côtingens ſociare mihi poteſt:quoniam cum morte tua non euanuerût omnia Filii ſuperſunt pignus et monimentum amoris inter te et theſſalos reges. De ſtirpe noſtra. Aeolia. Nec tamen. perſuadere tentat Aetç a ſimili nó eſſe minyas contemnendos quod non fecit Laomedon:immo ſummopere ueneratus eſt:atque ſuſpexit. Amycus autem qui contempſit eos:et cum eis ihoſpitaliter:barbareq; ſe geſſit: oppreſſus é ab argonautis. Phrygios reges. pluralis p ſingulari pro Laomedontem phrygiae regem.

Furentis bebryciae. pro Amyci Bebrycum regis furore correpti.

Adi. adiui:intraui. Seu fraude. approbat plautinam ſentétiam:quç haec eſt. Vir frugi nemo eſſe poteſt qui et benefacere et malefacere non tenet. Si quis fraude mecum egit:a me deceptus é. Sin honorauit:a me honoratus é. Reddidi par pari:et hoſtimétû:amoré pro amore:fraudé p fraude: Neq; enim lex iuſtior ulla eſt Quam necis artifices arte perire ſua. Reddita dona. Remunerationes:antidora. Deum. Deorum:et gentes quae liberalitate ac beneficentia nobiſcum certarût:cognouerût nos eſſe genus deorum. Ratem. Noſtram ſacram nauem cognouere auſpicio ac opere Mineruae fabrefactam:ut quç bonos:diuinos:ac magnanimos uehit heroas:qui animum gratum gerunt. Colchida. Terram colchicá.

Qualem. Tam magnum:tam auguſtum regem qualem fama praedicabat:nec:quod raro côtingit:minuit praeſentia famam. Inuideris actus. Ne inuideas acta glorioſa minyis fraudando illos aurea pelle mercede ac praemio tot erumnarum quas feliciter exhauſerunt. Si quis uero locus. Si uolumus uera confiteri non poſcimus indebita:qui noſtrorum cognatorû rem depoſcimus. Ea phrixo Crede dari. ea uellera arietis auricomi crede dari phrixo:ſi mihi dabis. Conſanguinei nanq; ſumus. Phrixum. Repete uerbum crede. Victum. Superatum:ac apertum a me naui prima. Tçnarei. Lacedçmonii. purpura lacedçmonia laudata eſt inter mediocres. Frena. Quae theſſali repererunt:et equum:adeoq; inualuit haec opinio ut audeant magis contumaciter q̃ fortiter quidam neoterici illud Maronis ex libro georgicon primo. Tuq; O cui prima frementem Fudit equum magnó tellus percuſſa tridéti Neptûne: referre ad Theſſaliam:et uolſellis certare contra Seruium:quorum affannias ex Hermogenis ſententia reiecimus ac exploſimus in noſtris in Lucretium commentariis. In hanc ſententiam Maro in georgicis inquit. Seruius defenſus de Athenis.

Frena Pelethronii lapithç: giroſq; dedere
Impoſiti dorſo:atq; equitem docuere ſub armis
Inſultare ſolo:et greſſus glomerare ſuperbos.

Accinctum. Quem obeunt intextarum gemmarû coronç. Capuli náq;:ut Plinius inquit:condecorabantur. Virgilius. Illi gemmatus iaſpide fulua enſis erat. Decus. Subintellige eſt. Haec texta. Haec opera texta:ſunt labores matris meç:hoc eſt ea mater mea laborauit. Hoc ad purpuram refertur.

Lapithes. ad frena refer:quç ideo elaboratiora dicit et p̃tioſiora qđ unus eques ex Lapithis:qui ſunt in frenis meliores:illis utebatur. Hi lapitarum duci aut regi in familiari erant uſu. Da iungere dona. Concede ut uiciſſim donemus ac redonemur ut apud Theocritum agnum pro capro.

Sociare domos. Colchicā domū ī theſſalia: qđ munerū ac beneficiorū uiciſſitudine fieri ſolet. Regis mei. Peliç. Quem. q̄ mitem te et minime barbarum. Horrifero. Horrendo: inhumano: inhoſpitali.
Habenis. Imperio tuo miti: cicuri: māſueto. gens barbarica imo feritatis inauditç fit minus barbara.
Orantē. Iaſonē. Grauis. Vel ſecurus uel grauiter iratus: uel irā corde grauido ſupprimens. Minaci. Minarum ac truculētiç ſuffuſo. Quin Apollonius Rhodius inquit regē ferum Aeten ſtatim audito Iaſone ſic reſpondiſſe.

Ουκ ἄφαρ ὀφθαλμῶν μοι ἀπό προθι λωβητῆρες νεῖσθ᾽ αὐτοῖσι δόλοισι παλίσσυτοι ἔκ τοῖο γαίης: et reliq. Fugat ac expellit oēs argonautas ab oculis Aeetes: interdicit terra colchide: iniuriatores et ſubleſtos appellans. minaturq́ linguam et manus amputaturum. Igneſcit. Inaeuit: accenditur. Furiis opertis. Tacitis iris anteq̄ erumperent. Rhodius inquit erupiſſe in contumeliam Aeetem. Flaccus perſeueraſſe tegere: quod ē uero propius. Imitatur Valerius id Apollonii.

Ignescere.

Αναξ δ᾽ ἐπεχώσατο μύθοις. Εισαίων ὑψοῦ δὲ χόλῳ φρένες ἠερέθοντο. i. Rex iratus eſt ſermonibus auditis: et mens in ira excitabatur ac bile. Et nunc. Aliquādo fremit uirum hoc eſt Iaſonē auſum eſſe immania. Prodita. Vt qui irrumpant fabricato nauigio in regnum ſuum: et cohiberi nequeant.
Fremit. Stomachatur: indignatur. Facili. Benigna: faciliter profugum excipiēte. Scythiç periſſe timores. Scythas olim formidatos ab orbe toto: nunc contemni a grçcis: adeoq́ contemni ut illuc irrumpāt potius q̄ ingrediātur. Quaſſat caput. Quod apud Virgilium eſt irati ſignum: et ad lentam iram mādatis. Iuuenis. Iaſonis. Spes inanes. Quoniam uellus illud propter inſomnem draconem exportari non poteſt ex luco Martis. Veſanus. Stultus Iaſon. Ridet Aeetes inſaniam Iaſonis: qui tentet impoſſibilia. Agat. Tentet: moliatur.

Da ſcythicas ſociare domos. ſciat effera regis
Ira mei: quem te horrifero ſortitus in axe
Caucaſus: atq́ tuis quantum miteſcat arenis.
Talibus orantem uultu grauis ille minaci
Iam dudum fremit: et furiis igneſcit opertis.
Ceu tumet: atq́ imo ſub gurgite concipit auſtros
Vnda ſilens: trahit ex alto ſic barbarus iras.
Et nunc auſa uiri: nunc heu ſua prodita grais
Regna fremit. quin et facili ſibi mente receptum
Iam Phrixum dolet: et ſcythiæ periiſſe timores.
Nunc quaſſat caput: et iuuenis ſpes ridet inanis.
Quid ueſanus agat: quod uellera poſcat ab angue.
Vrit et antiquæ memorem uox præſcia ſortis
Cur ſimul aut Perſen illinc ſibi mouerit: aut hinc
Theſſalicam fortuna ratem. num debitus iſta
Finis agat: ſæuæq́ petant iam uellera parcæ.
Interea quoniam belli pugnæq́ propinquæ
Cura prior: fingit placidis fera pectora dictis:
Reddit et hæc: cuperem haud alio uos tēpore tectis
Aduenisse meis. quo me grauis obſidet hoſtis.
Frater enim (ſceptri ſic omnibus una cupido)
Excidium parat: et caſtris me ingentibus urget.
Quare age cognatas primum defendite ſedes:
Nec decus oblati dimiſeris aduena belli.
Nanq́ uirum trahit ipſe chalybs. tum uellera uictor
Tum meritis nec ſola dabo. contra inſcius aſtus:

Qđ uellera poſcat ab angue. qđ aurea uellera petat a ſerpēte inſomni.

Vrere.

Vrit. Vlcerat: ſolicitat: angit. Vox prçſcia. Oraculū p̄ſagiēs futura. Horat. Si pede maior erit p̄ſternet: ſin minor uret. i. ulcerabit et lędet: ita et hodie romani utunť hoc uerbo. Cur. Quo peccato ſuo et iniquitate fortunç. Mouerit. Fortuna. Debitus. Qui aliter euenire nō potuit: ſed ita debuit accidere: quoniā ita erat in fatis. Finis. Vltimus. Agat. Impellat et pro tēporū uice rotet. Humana: ſors actat fingitq́ ut lubet ait Plautus. Petāt iam uellera parcç. An iam tēpora uenerint: quibus fato amitti debebat uellus aureū. Cura prior. Ducit habendā priorē curā: et Perſen prius curādum a mœnibus reiicere q̄ aliud agēdū: et cū minyis negociādū. Fingit. Effingit et p̄ſefert. Fera. Fraudulenta: feritatē occultat. Redit et hçc. et ipſç Aeetes ita reſpondet. Sceptri cupido. Tale regnādi deſiderū inſitum mortalū ō generi. Vna. Vniuerſa: oēs attingēs. Cognatas. Propter phrixū. Decus. gloriā.
Aduena. O Iaſon. Nāq́ uirū trahit ipſe chalybs. Lege. Cūq́ uirū trahet ipſe chalybs. poſt Perſen cathenatum: et nodis ferreis alligatum: cum triumphū duxero Perſe uicto et cathenato. Chalybs eſt ferrum a populis ferrariam exercentibus ut ſuperius diximus. Victor. Auxilio ueſtro profligato perſa.
Tum meritis. Tunc adeptus uictoriā meritis ueſtris dabo uellera. i. uobis de me bene meritis. Sūt qui pro meritis ſcribūt et intelligunt ueſtris. Aſtus. Fraudi regiç ſic reſpondet Iaſon.

Ergo. Reſpondet Iaſon. Ergo neceſſariũ ẽ me hũc ſubire laborẽ tanq̃ parũ ĩ mari laborauerim: laborandum eſt etiã in terra? Excipt. Reſpondet Iaſon. Additus iſte dies. Nobis additus iſte labor tanq̃ nihil ſiniſtri paſſi ſimus in mari et ęrumnoſi. Ceu nihil paſſis ęquore. tanq̃ nullã ęrumnã perpeſſi fuerimus in mari. Super. ex ſuperabundãti coaccedũt ueluti laboris grauiſſimi corollaria: hęc maritima pericula. Hęc bella. Cõtra Perſen. Nunc hũc. Senſus ẽ. deus qui obtulit mihi pericula maritima: et ſuperaddit iſta terreſtria. ipſe qui malum offert: offerat et bonum: uel Perſes qui fuit cauſa morę meę.

Parua cęde. Paruo ſanguine effuſo. Ille. dies uel deus. Luet moras. Tollat diuturnitatẽ temporis: hoc eſt cito bellũ cõficiat. Mittit. Remittit ad nauem: ad ſocios.

Reſponſa. Quę reſpondit rex.

Aeæi tyrãni. regis Aeetę. Illos. Minyas. Mora ſęua. Mora anxia: quę ſine cogitatione non erat regię crudelitatis. dubitabant ne Aeetes Iaſonem trucidaſſet. Crebrior pauor. Dubitatio maior. Incuſſit mẽtem. Cõcuſſit et agitauit animũ argonautarũ. O Iouis. Verba minyarum ad Caſtorẽ. Patriã. Si ſperamus amplius reditũ in patriã: ſi cito a colchica regione expediemur. Fare omnes. Subintellige clamabant. Lego in emendatis cura Pomponii codicibus. Fare auidis. Antiquus tamẽ codex habet omnes.

Ille. Iaſon. Aeetes. Subintellige eſt. Vt fama. Eũ fert. Terga. Pellem. Auxilium. A nobis.

Iubet. Aeetes uel Iaſon ut oẽs accurratis armati. Longo receſſu. Longa intercapedine: diſtantia: ſequeſtratione. Reſpondet tacitę obiectioni. Nauim inquit eſſe tutã quoniã eſt in loco: qui recedit ab hoſtibus: et illis imperuius eſt. Receſſus mentis dicuntur a Perſio quoniam mens recolligit ſe: et recedit a prauis operibus et meditationibus.

Ergo nec hic nŏſtris deerat labor arduus actis:
Excipit Aeſonides: et ceu nihil æquore paſſis
Additus iſte dies: ueniant ſuper hæc quoq; fato
Bella meo. non hunc parua mihi cæde dolorem:
Quasq; dedit luet ille moras. tum Caſtora mittit.
Qui ferat Aeæi ſociis reſponſa tyranni.
Acribus aſt illos curis mora ſæua trahebat.
Ac ſimul ut medio uiderunt Caſtora campo:
Crebrior incuſſit mentem pauor. O Iouis alma
Progenies fare an patriam ſpes ulla uidendi:
Fare omnis. ille in medius ſic orſus achiuis.
Nec ferus Aeætes (ut fama) nec aurea nobis
Terga negat. bello interea ſed preſſus iniquo
Auxilium petit: armatos dux protinus omnes
Accelerare iubet: longo nam tuta receſſu
Puppis: et oppoſita fluuius defenditur urbe.
Haud mora proſiliunt: quos nec rhiphea iuuentus:
Quos nec iber: aut tuta ſuis aurora pharetris
Suſtineat: ſtetit explicito prius agmine pubes:
Expertiq; ſimul ſi tela artuſq; ſequantur.
Nec quiſquam freta: nec patrias iam reſpicit urbes.
Sed magis ad præſens itur decus: incita criſtas
Aura quatit: uariis floret uia diſcolor armis.

Appoſita urbe. Lego oppoſita. Inter portũ et hoſtes eſt Heliopolis ciuitas: quę tuetur portũ Aeetę propugnãte. Fluuius. in quo nauis claudit̃. Rhiphęa. Septentrioni ſubdita. Iber. Populi prope ſcythiã de quibus ſupra diximus. nõ intelligit hiſpanos. Hiſpani uocant̃ Iber.
iberi: iſti iberes. Aut tuta. in dictione iber ultima ſyllaba longa quoniam ἴβηρ gręce dicitur auctore Stephano. Latine iber ſecũda longa de hac pręſertim regione. Aurora. Oriẽs. Tuta ſuis pharetris. Tuta ſagittariis: qui optimi ſunt in ora Parthia ſuſis et oriente toto. Maxima pars orientis: ut inquit Plinius: ſagittis bella conficit. Suſtineat. Eorum impetum ſuſtinere non poſſet. Pubes. iuuẽtus prius explicuit orbẽ et militarẽ recognitionẽ facit ut ſolẽt pedites in orbem ambitioſum cõuoluti. Si tela ſequant̃. Si tela uoluntati ſuę reſpondeãt. Arcus. Funes arcus. Si funiculi et nerui reſpondẽt: Luneñt et lentent̃ appoſite. Nec quiſq̃ freta. Argonautę nõ deſiderabãt in mare reuerti nec domũ: tantũ illos ceperat amor incũdi certaminis. Patrias urbes. Gręcas. Itur. ab argonautis. Verbum eſt: ut inquit Itur.
Quintilianus: proprię cuiuſdã rationis: nec ante nec poſt caſus habẽs. Quin et eius deſinẽtię reperiunt̃ uerba: quę nõ habent ante: ſed poſt caſum quędã poſt et non ante ut inquit Fabius: cuius ex libro primo uerba ſunt hęc. Iam itur in antiquã ſiluã nõne ꝓprie cuiuſdã rationis eſt? Nã quod initiũ eius inueniaſ: cui ſimile flect̃ accipimus: aliter: ut: Panditur interea domus oĩpotẽtis olympi. Aliter: ut. Totis uſq; adeo turbat̃ agris. Eſt ẽt quidã tertius modus: ut: urbs habitat̃: unde et cãpus currit̃: et mare nauigat̃. Quę ſnia Impſonale
cõfutat opiniones illorũ q impſonale prorſus ſine appoſitu et ſuppoſitu cẽſent: quod Garinũ Veronenſem cõtra capreolos grãmatiſtarũ uẽtes oſtẽdimus copioſius ĩ cõmẽtariis lucretianis. Incita. incitata: uiolẽta: rapax: uel ꝓceler. Criſtas. Sũmitates galearũ. Floret. Reſidet in uarietatẽ florũ diſcolo Garinus Capreoli grammatiſtarum.

rium. Hic epheſtride uiridi: ille purpurea. ille cādida. Hic cotio purpureo. ille atro: cęruleo: cęrino: diſcolor erat armatorū diuerſitas: ſed tamen perpolita. Qualis ab oceano: Comparatio micantiū: puncantiū: fulgentiūq; minyarū ſoli egredi ēti ab oceano ubi ſtabulatur: promicanti ad hemiſperium noſtrū illuminādū: qui in principio progreſſu s uariis coloribus cœlum ueſtit et exornat: nunc inter candidum et purpureum punicante: nunc ruſeſcente: mox coloratiore: uibratioreq;: Tales erant florentes minyarū catery̨: oīa radiis illuſtribus purpurantes. Ad ſtellas etiam refertur diuerſicolores: quę ęthera ſublimē cœli partem ueſtiunt et redimūt. Qui ad ſolem referūt perpendunt id qđ ſequens comparatio eſt de ſtellis.

Veſtire. Verſat. Scribe ueſtit ex reuerēdę uetuſtatis exemplari: hoc eſt comit: condecorat: exornat. in qua quidem ſignificantia Tum Cicero tum Plinius hoc uerbū uſurpant. Adſurgēs. Vel incipiēs uel augeſcēs quādo ceſſante prorſus claritate: lumineq; nō ſolum diei: ſed etiam crepuſculi: ſtellę blandius micare uidenť.

Illos. Minyas tales ac tātos: quorum robur illis ſuſpicionem mouebat. Temere adſumptos. incōſulte ſuſceptos hoſpitio. Nec talia mallet robora. Non minus uellet tam robuſtos uiros hoſpitio: et infra penates excepiſſe q̄ exercitū Perſę.

Patiť. Cōniuet ac irā deuorat dū cōuiuiū celebratur. Cultu. inter ornamēta lęta ac ilarē menſę ſupellectilem. Sunt qui uultu ſcribūt nec diſplicet. Vt. Spem uultu ſimulat. premit altū corde dolorē. Iuxta. Regem ſedentē. Laceſſit. Poſcit: 
Poſcere. prouocat: inuitat. Cicero. Poſcunt maioribus poculis. Natos iouis. Geminos caſtoras. Iuxta. Sedentes prope caſtoras. Aeacidū. Telamonis et Pelei: qui fratres erant cum tertio fratre Phoco. Ouidius libro ſeptimo metamorph.

Qualis ab oceano nitidum chorus æthera uerſat:
Qualibus adſurgens nox aurea cingitur aſtris.
Illos ſole ſatus tacita mœſtiſſimus ira
Miratur temere adſumptos nec talia mallet
Robora: quam medios hoſtem ſubiiſſe penates.
Interea læto patitur conuiuia cultu:
Et iuxta Aeſonidem magno cratere laceſſit:
Nunc ſibi monſtrantem natos Iouis: oraq; iuxta
Aeacidum: nunc ingentis Calydonis alumnos
Audit et alciden infando errore relictum:
Defletoſq; duces: terræq; mariſq; labores.
Ipſe autem tantis concita furoribus arma
Expetit Aeſonides: et amicos ordine reges.
Quis procul ille uirum nobis: quem balteus aſper
Subligat: et ſtricto ſtat proximus armiger arcu:
Ceu pugnam paret: et poſitas confundere menſas.
Contra flammigeri proles perſeia ſolis.
Quem rogitas Carmeius ait. mos cominus arma
Semper habere uiro: ſemper meminiſſe pharetræ.
Quid Latagū? quid ſi amnigenam mirere Choaſſen?
Bellatoris equi potantem cerne cruores
Nec tamen immiſſis hic Geniſor ibit habenis.
Illum ait Aeſonides pariter refer: horrida ſignis

Oenopiam Minos petit ęacideia regna.
Turba ruit: tantęq; uirum cognoſcere famę
Telamon. Expetit: occurrunt illi: Telamonq;: minorq;
Quam Telamon Peleus: et proles tertia Phocus. Ingētis calydonis alumnos. ingētes ac fortiſſimos calydonios Meleagrū et Tydeū. Nā ſuperius appellauit idē Meleagrū calydoniū: patre Tydei patri cognomine natū. Infando. Argonautis pudēdo: qui uolentes ac prudētes deſeruerūt. Defletos. Cōclamatos: et mortuos Typhin ac Idmona. Arma. Ducum armatorum nomina querit Iaſon. Con/
Aſper. cita. Cōuocata. Furoribus. Opere tumultuario. Aſper. Anaglyphos: ut Seruius interpretať: hoc ē ſignis ac extanti thoreumate inoculatū ac bullatū baltheū. i. zonam militarē habens. Auro perfecta atq; aſpera ſignis inquit Maro. Nam tuberibus ac ſcutulis argenti uariegata uel uaſa uel cingula uidenť eſſe
Bulla. aſpera cū tractanť. Calpurnius in buccolico ludicro ſignauit hāc aſperitudinē et bullā dixit. Sic. Veſtit
Perſeia. cōſpicuas lateralis cingula bullas. Cōfundere. Reſupinare: peruertere. Perſeia. Aeetes a matre Per/
Amnige/ ſa maga primi noīs. Hinc ab Ouidio dictę perſeides herbę magicę. Alii matrē Aeetę uocant Antiopen.
na. Cōminus. Ad manus prope. Amnigenā. Ex amne genitū. Choaſſen. Nomen propriū regis.
Potantē. Coaſpen. Cruores. Teſtať Pomponius Lętus ſcytharū morē eſſe ut nūc tratarorū: ſiue: ut nōnulli mallunt: pazinacarū: cū ſitiūt ſoluere uenā equi et bibere: ſeq; dum in Aſia degeret uidiſſe. cui
Staniſlaus alludit id marontanū. Et lac cōcretū cū ſanguine potat equino: quod idē hodie cōſueuiſſe Tratarros Sta/
Sarmata. niſlaus Tancinēſis Sarmata diſcipulus meus eloquēs ſimul ac perhumanus mihi religioſe teſtatus eſt.
Equimulgus Hic. Choaſſes q̄uis ſit equimulgus; et ſitiat equi cruorē; nō tamē ſegnē puta futurū ad inſidēdū equo.

Sũt q̃ referũt ad equũ:cui q̃uis ſępe ſit apta uena a ſcytha:tamẽ leuiſſimus eſt ad curſum ac peruegetus: perduratq; et inedia ꝑdomitus ad magna itinera capeſſenda. Alii nõ ſegnior ſcribũt:ſed ut habẽt antiqui codices: Geniſor:ut oſtẽdat aliũ regẽ uoie Geniſorẽ. Flexilis. In gradus uibrata uel cirros:quali hodie quoq; utunť Sarmatę:q̃uis Plinius lib.ii.bis crinẽ ꝑmiſſum aſſignet:uibratũ uero ęthiopibus:quod animaduertẽs Martialis inſit: Atq; aliter tortis crinibus ęthiopes.

Cui chlamys:et multa ſpirat coma flexilis aura.
Reſpicit Aeætes:atq; hunc quoq; nomine reddit.
Diues Aron:croceos ſic illius omnis odores
Iactat eques:uinctis ſic eſt coma culta maniplis.
Campeſus hic ſpoliis in tygridis:ille profundo
Incumbens Odruſſa mero.uiden alta comantem
Pectora:et ingenti turbantem pocula barba?
Hic et Iaxarten dictis ſtupet hoſpes acerbis
Immodicum linguaq; grauem:cui nulla minanti
Non ſuperum:non præſentis reuerentia belli.
Contra autem Aeætes.non fruſtra magna ſuperbo
Dicta uolant ait:et uocem paria arma ſequuntur.
Nec requies quin Marte diem noctemq; fatiget.
Atq; ubi rhiphæa ſtupuerunt flumina bruma
Iam pauidi cum prole getæ:iam peruigil illum
Medus:et oppoſitis expectat Iberia clauſtris.
Hos autem quæcunq; manus ſua ſigna ſequantur:

Aura. Pulchritudine et decẽti ſplẽdore. De ramo aureo Maro dixit in ſexto. Diſcolor unde auri ꝑ ramos aura refulſit:pro ſplendore. Horat. Tua ne retardet aura maritos:hinc et aurũ dicit a ſplendore:qui ẽ in eo metallo. Hinc et aurarii dicti:quorũ fauor ſplẽdidos reddit. Nole reddit. Nomẽ eius explicat. Vinctis. Scribẽdum. Vnctis:ita capilli uncti ſũt militibꝰ ſuis ut ipſi. Qualis dux ẽ tales ſolẽt eſſe milites. Cęſar dictator circa huiuſmodi cõniuebat:dicẽs milites ſuos etiã ungẽtatos bene pugnare poſſe. Maniplis. pro manipulis cohorteq; militũ:qui eũ ſequunť. Poſt hũc uerſum i antiquis exemplaribus ſequiť hoc carmen. Sed ne ſperne uirũ et comptis diffide capillis: ne contemne Aronẽ tanq̃ ungẽtatũ:cõſequẽterq; mollẽ: nam etiã ungẽtatus:et crines habẽs unguine delibutos: bene pugnare ſolet. Diffide. Ne diffide bene illum pugnare poſſe qđ ẽ irrorato capillo atq; perfuſo. Spoliis in tigridis. Pelle tigrina redimiť. Quidam teſtantur deeſſe hic uerſum: et ita legendum ducunt.

Aura.

Campeſus hinc ſpoliis in tigridis: Incita curſu
Flumina qui et uentos ſuperat celer.ille profundo:et eo quo ſequunť ordine. incita celerrima et incitata. interpretamur. Odruſſa. Nomẽ ꝓpriũ regis adſtãtis cõuiuio. Incumbẽs profundo mero. Mimmiſis maroniana. Dixerat Virgilius. Et toto ſe proluit auro: Incumbere mero profundo dicitur qui ceruice declini totã faciẽ uergit in aureũ cratera:a fundo uaſis uinũ hauriẽs:quod ẽ uinoſi ac biboſi. nam auctore Plinio ſemper ſonitus impacti in pauimẽtum relinquẽdus eſt. Vide lata. Scribe ſyllabico mẽſu ſic exigente. Viden alta.uides ne ut alta et eminentia pectora coma tegit ac uelat. Alta pectora dicunť extantia:quod ſignum gladiatorii cuiuſdã roboris:unde apud Pliniũ oſtẽtatio pectoroſa:et i oſceno poemate. Nullus eſt forti pectoroſior Marte. Comantẽ pectora. Barba promiſſa ut coma tegentẽ ac obumbrãtem. Turbãtẽ. Expone cõfundentẽ:inquinãtẽ. Sunt quidã adeo multibarbi ut barbã conditaneis miſceant et immergãt fœdis medius fidius ac hircinis immũdiciis. Iaxerten. Talem capaneũ facit Papinius:talẽ Mezẽtiũ ac Turnũ Maro:qui impii perierũt. Annotatũ ẽ ſpernẽtibus deos oia euenisse infelicia. Talẽ libro ꝑmo facit Idam ita loqui Rhodius. Domat timor ſuperadditus:et imbelles abſumit formido. Haſtã meã curo. Quẽ tamen reprehẽdit Idmon qđ in deos obloquatur:et qđ ſimile Aloidis in deos dixerit. Hoſpes. Iaſon. Lingua grauẽ. Moleſtũ maledictis. Nõ pręſentis belli. Qui pręſens bellũ non reuerebatur. Non fruſtra Dicta uolant. Non eius uerba pinnata ſunt:lapſitantia:et caduca:non aliter loquitur:aliter facit:ut multos inuenias nugis fortes:rebus imbelles. Superbo. Iaxartę. Vocem. Elatam ac ſuperbam. Paria. Aeque magna atq; crudelia. Nec requies. Subintelligas eſt. pugnat eo calore quo loquitur. Marte diem:noctem fatiget. Pugnet perpetim ac continenter nocte ac die ut uulgo dicitur:delaſſat noctem:hoc eſt peruigilando noctem uincit: nocte uidelicet tota peruigilat.

Oſtentatio pectoroſa.
Pectoroſior.
Multibarbi
Spernẽtibus deos oia infelicia.

Rhiphęa bruma. Afflatu brumali:boreali ac hyperboreo ad extrema aquilonis initia hyperboreos aliqui poſuere apud Carambucim fluuium rhiphęorum montium deficiunt iuga. Auctor Plinius in ſexto.

Rhipęa iuga.

Stupuerunt. Obriguerunt:conglaciata ſunt. Iberia. Iuncta Albanię propinqua caucaſo: de qua ſupra. Clauſtris. Propugnaculis uel naturalibus obſtaculis propter portas caucaſeas Iberię dictas. quas falſo uocauere caſpias:ut Plinius ſolertiſſime reprobat. Nos autem quęcũq;. Scribe. Hos autẽ et quęcũq;. Si uellem enumerare tibi hos duces fortiſſimos cum ſuis manipulis: nox ibit in diem.

Hos. Duces. Manus. Exercitus. Sequantur. Singulum ex his ducibus.

Humentem lux ſoluerit umbram. Vmbram humidam qua terra opacatur a nocte. nox incipiens abi-bit. nox incipiebat ut mox licebit animaduertere. Soluerit. Diſſoluerit in diem: cũ fit dies nihil aliud additur noui: niſi q̃d fit superueniente lumine aeris illuminatio: a ſoleq; diſſoluitur noctis humiditas.

Habena ſaxifera. Regna diſſona. Reges ac regios manipulos diuerſa lingua loquentes. Saxiferę harenę. Scribẽdũ habenę. Innuit ac deſcribit fundam: quę nihil eſt aliud q̃ corium ferẽs ſaxa in fundo cum modicis interuallis ut ſaxum melius funda contineat. Quintilianus aduocat hos ingenioſos certe uerſiculos.

Si memorem: prius humentem lux ſoluerit umbram.
Cras acies atq; illa ducum: cras regna uidebis
Diſſona ſaxiferæ ſurgat quibus imber habenæ.
Quæ iaculo gens apta leui: quæ picta pharetris
Venerit: ingentes animo iam proſpice campos.
Atq; hanc alipedi pulſantem corpora curru
Euryalen: quibus exultet mauortia turmis:
Et quantum elata ualeat peltata ſecuri:
Chara mihi: et ueras inter non ultima natas.
Fatur: et occiduo libat cratera parenti.
Quiſq; ſuis tum uota deis: et pocula fundit.
Dent acies: dent belligeros ſuperare labores.
Ecce autem geticis ueniens gradiuus ab antris:
Ingentemq; trahens arctoa per æquora nubem
Aſpicit Aeæa Minyas ſtupefactus in urbe:
Ambitumq; ſenem: promiſſaq; uellera puppi
Theſſalicæ. citus ad ſummi ſtellantia patris
Tecta ruit: queſtuq; Iouem teſtatur acerbo.
Quæ ſtudiis rex magne quies? iam mutua uidi
Exitia: in ſolos hominum molimur honores.
Teq; ea cuncta iuuant: rabidam qui Pallada cœlo
Non abigis: neque fœmineis ius obicis auſis.
Nunc queror: extructa quod uexerit ipſa carina
Vellera ſacra meis ſperantem auertere lucis:
Quodq; palam tutata uiros: ſic cætera pergat
Si ualet: inſidiis quid nunc fallacibus ambit?

Funda. Fundũ Fundoq; uocat: quem poſſem mittere funda

Ni tamen exciderit qua caua funda pater. Saxiferam fundam uocat a ſaxis ferendis atque capiendis.

Imber ſaxatilis. Quibus ſurgat. Creſcat eis mittentibus. Imber. Vnda: copia: multitudo continua ac iugis: unde emunctiores hymbrem ſaxatilẽ uocant. Picta pharetris. Pictas pharetras gerens. Euryalen. Fœminam amazonem. Pulſantem corpora. Sternẽtem homines armatos.

Curru alipedi. Veloci. nam ex curribus antiqui pugnabant. uel alipedi utrinq; habente falces ut alas: hos currus falcatos Lucius appellat membra rapiẽtes annexis falcibus. Falcati currus. Lucretius. Falciferos memorãt currus abſcindere membra. Quibus. q̃ robuſtis et pugnacibus. Mauortia. Martia: bellicoſa. Elata. Vibrata ad ictum inferẽdum. Peltata. Ferens peltam ſcutum breue ac oblongulum: ut cetrata a cetra. Peltata. Cetrata. Maronis imitatio ſic.

Duxit amazonidum lunatis agmina peltis Pentheſilea furẽs: mediiſq; in milibus ardet. Inter natas. Quã inter filias numero: adeo mihi dilecta eſt. noli credere hanc fuiſſe filiam Aeetę. Eſt enim falſum et prępoſtorum. Occiduo parẽti. Soli occidenti. Tũc ſol occidebat: et erat nox incipiens. Belligeros labores. ęrumnas Martis inſtantis.

Ecce. Pulchra digreſſio. Mars in cuius luco uellera arietis phrixęi cõſecrata fuerãt aiaduertẽs argonautas exoraſſe pellẽ aureã ac ętę uerba dediſſe: furẽs adit Iouẽ: et ſupplex rogat ne hoc ſinat. aſperis uiolẽtiſq; uerbis Pallas eũ ante Iouẽ cõpellat: Tãdẽ Iupiter euẽtũ fatorũ cõtexẽs eis ſilẽtiũ idicit. Ecce pticula rei nouę demõſtratrix. Trahẽs nubẽ. Curru tumultuario uectus unde copia pulueris excitat̃. Arctoa. Septẽtrionalia ubi Mars habitare fingit̃ q̃d illi populi ferociſſimi ſunt. Aequora. planiciẽ. Nubem. Vim ac nymbum pulueris.

Aeaea. Colchica. Senẽ. Aeetẽ cernit. Ambitũ. Pellectũ: circũſcriptũ ab argonautis ambitu utẽtibus ad recuperãdũ uellus. Patris. Iouis. Ruit. Mars. Quę ſtudiis rex magne quies. quomodo curas; getẽ Iupiter: quę circa ſtudia tua ẽ quies? nullũ ſtudiũ adhibes ad qetẽ emerẽdã. Dicit̃ quies eſſe in ſtudiis alicuius: quãdo is quietẽ curat. Mutua exitia. Mutuo Aeetes et Perſes: inuicẽq; exitia parant.

Molimur. Satagimus et ſtudemus honorare mortales: cũ prius honorẽ noſtrũ curare deberemus. Vel mutua tãq̃ κατασιωπομενον in cœlo tumultus fuerit pp rixã Palladis cũ Marte. Te ea iuuãt. Iuuat te i cœlo tumultũ exoriri uel i terris nullã eſſe pacẽ: ut qui nõ ſopire ſtudes ꝓlia inter deos et hoies: q moderator es oium. Iuuãt. Nõ ẽ malũ quod rex nõ faciat: quoniã nõ ꝓhibet. Rapidã. Raptim tumultuãtẽ et incẽſam. Abigis. Expellis: exigis. Ius. Tuã iuſtã auctoritatẽ. Obicis. Opponis. Vexerit. Iaſonẽ in nemus mihi cõſecratũ. Sperãtẽ. Iaſonẽ. Auertere. Abducere: alio trahere.

Inſidię ancillares. Si ualet. Si quid roboris ẽ Palladi: palã agat. Iungit̃ cũ ſuperioribus. Quid nũc ambit. cur circuit et obliquo aſtu ac dolo uult nobis iponere: nobiſcũ uulpeculã agẽs: cuniculis ac iſidiis ancillaribꝰ oppu-

gnãs. Spolient̃. Ab Iaſone. Colchis. Codex emendatus habet̃. Culchis per.u.nec diſplicet ꝓpter uocalem.o.infinities repetitã:quę uaſtum hyatũ facit: lęditq̃ ſonoritaté: quod antiqui poetę ualidiſſime declinabant. Vetuſtiores enim Culchides et Pulyxena dicebãt auctore Quintiliano: ſicuti in ueteribus urbis Romę titulis aſpicere licet: ut Plauto uoltus pro uultus a contrario declamando: et mille ſimilia. Culchis Pulyxena.

Fœdere ueſtro. Amicitia ueſtrorum argonautarum ſe tuebuntur ac ſua fortiſſime propriis armis non auxiliis emendicatis.

Noſtra ut phrixæo ſpolientur templa metallo?
Non opus auxilio colchis: nec fœdere ueſtro
Et Perſen ſimul: et Minyas depoſcimus hoſtes.
Quin age quid tantæ coeunt in prælia gentes?
Quid tuus Aeſonides? imus nos protinus imus
In nemus auriferum: et ſumptis decernimus armis.
Vel tu ſola polo tacitis inopina tenebris
Labere; quantus ibi deus experiere: nec illas
Adſtiteris impune trabes. an martia templa
Intemeranda minus? tantus mihi luctus et angor:
Quod rudis: et ſola colimur ſi gentibus umbra:

Pars patronũ agit colchorum: quoniã omnes illi populi cũ ſcythis pugnaciſſimi fuere mortalium. Perſen. Hoſtem. Quid tuus Aeſonides. Quid tuũ Iaſonem ad pugnam coire opus eſt: nos duo ſingulari duello decertemus? Imus. Eamus. Imo ut magis pręſentem uoluntatem ſignificet p tempus pręſens loquit̃. Imus nũc. pro quin autem imus in terrã: et una decertemus? Nemus. Marti conſecratum ubi uellus aureum repoſitũ fuit. Decernimus. Depugnemus. Sola. Sine Iunone matre mea auxiliatrice: ne poſſit illa nos componere iure cegibus ac materno. Inopina. inexpectata. Tenebris. Nocte. Labere. Furtim deſcẽde. Maro. Labere nympha polo. Ibi. in terris cum fueris. Quantus deus. Subintellige ſit Mars. Adſiteris. Prope ſteteris. Impune. Innocue quin pœnalitee afficiaris. Illas trabes. Haſtas meas trabales: tela trabalia: quę ego tractare ſoleo. uel intelligit abietes ſatas prope nemus Martis. infra dicet idem. Peruenere trabes: diuęq̃ triformis in umbrã. An martia templa Intemerãda minus? Templa cęterorũ deorum auguſta ſunt ac inuiolabilia: an noſtra uiolabilia ac temerãda eſſe debẽt? nõ inuenio cãm cur cęterorũ deorũ tẽpla ſint intemerãda: et mea temerari debeãt. An fortaſſis q̃d me rudé deũ: ſanguinariũ: trig dũ: ac de minoribus inciuilibuſq̃ dis uocant. A templis ſane abſtinẽdũ conſenſus hoium iudicauit: et ſacris uiris Homerus Iliados. ę. ſic admonuit. Ὁππότε κ᾽ ἀνὴρ ἐθέλῃ πρὸς δαίμονα φωτὶ μάχεσθαι ὅν κε θεὸς τιμᾷ τάχα οἱ μέγα πῆμα κυλίσθη. non certãdum cum uiro diuo quem deus amat: quod qui ſpreuerit illi inſtant grauia fata. Minus. q̃ cęterorũ deorũ. Tantus. Lege tantũ ex ueteri lectione. ac mihi tãtum ſupereſt doloe et ſolicitudo: cũ cęteros honoe et gloria. Cur ego ſolus doleo: cũ cęteri gaudeãt: floeẽteſq̃ ſint? Lucus et angoe. Subintellige eſt uel ſupereſt. Q̃d rudis. Subintellige ſum: nec unus ex his feſtiuis et urbanis. Cęterũ cũ lectioné priſcã nũq̃ cõtemnẽdã ducã: promã quę in antiquiſſimo, quod ſecutus ſum i plurimis: exemplari deprẽdimus. In eo ſic legit̃. Tãtũ mihi lucus et agger Q̃d rudis. et hęc é uera lectio. ait Mars. mea loca nõ debẽt minus eſſe reuerẽda cũ trabes cedrinas: aut auro lita lacunaria nõ habẽt: ut multa Pallas habet: et cętera numina. Q̃d nõ tẽplũ mihi dicatũ habeo ubi uellera cuſtodiunt̃: ſed rudé aggeré. i. illã terrã cõgeſtitiã: illũ lucũ ſubruſticũ ac impolitum mihi ſeruari uolo: ut ait Euclio plautinus. Sua cuiq̃ placẽt et impolita et inornata. Ordo. q̃d ſi tãtũ mihi é lucus et aggee rudis et ſola colimur ſi gẽtibus umbra: Eſt amor: et quę ſequunt̃. Agger hic ponit̃ ꝑ aris ceſpiticiis: et indiſcrete ac incõdite accumalata: ac exaggerata terra erecta marti: nullo ope magnificẽtiore. uel orti maceria ope ruderario facta aut mera terra parieté fluxũ ſtruẽte. de quo mox Orpheus: ſed q̃m Orph. ait parietem illũ firmũ munitũq̃ fuiſſe: foſſas quę ante murũ fieri ſolẽt intellige una: bina: tripliciq̃ lorica. Rudis. incõditus ac ruſticus. Sola umbra. inter ſolas arbores: quas multiiugas habuit id nemus Marti ſacrũ: ubi uellus aureũ ſeruabat̃. Orph. πρόσθε γὰρ αἰθύσσει δόμον ποταμοῖο ῥεέθρων Ἐννεάπηχυ ἔρκος περιμήκετον ἄντην. et quę ſequunt̃. Latine ſic ex Orpheo cecinit neſcioquis muſapatagos.

A templis et ſacris uiris abſtinẽdum.

Sua cuiq̃ placent.

Lucus martis.

Nam primum ante domos phaſis pręlabitur ingens.
Deinde nouem denſus paries erectus in ulnas
Turribus et ſolidis munitus uectibus ambit.
Septeni claudunt orbes: tripliceſq̃ tuentur
Aeratę ingentes portę. ſupereminet altus
Murus: et auratę decorant faſtigia pinnę.
Spargit inextinctas portarum limine in ipſo
Sublimis regina faces: atq̃ inde Dianam
Oſtia ſeruantem colchi coluere: ui aſq̃
Ipſa oculis horrenda uiros: atq̃ auribus arcet:
Ni fuerit precibus ſacris placata peractis

Quę Medea ſciens libamina ſola ſacerdos
Quin ſocię magno cęlantq; cyteides aſtu.
Nec ciuis ueniens illuc quicũq; uel hoſtis
Interiora ſubit mortali limina greſſu.
Nam probibet quacũq; uię dux et d:a cuſtos
Immittens rabiem catulis irata ſe/
renis.
Interior ſepes murorũ circuit hor/
tum
Vmbroſum arboribus late creſcen/
tibus illic
Cum cornis pulchrę laurus: plata/
Aſphode/ niq; decorę.
lus. Hic etiam paruis tectę radicibus
Clymenus herbę
Adiantus. Aſphodelus: Clymenuſq; : et pul/
Thryon. chrior his Adiantus.
Cyperon. Et Thryon imbellis ⁊ Ariſtereonq;
Iryſmon. Cyperonq;:
Cyclamos Hormon: Iryſimon: deuotaq; Cy/
Stęchas. clamos aris.
Polion. Stęchas: peonięq;: et ramo diuite creſcens
Cardamũ. Mandragora: et Polion tenuis quoq; ſed dictamus.
Cemus. Hic et odora crocus: hic Cardamon: hic quoq; Cemus:
Chama/ Cũq; chamęmelo ſmilax: nigrumq; papauer:
melus. Alcyaq; et Panaces: et Capaſon: atq; aconitum.

Eſt amor: et rerum cunctis tutela ſuarum:
Et tibi magne pater terris donaria certant.
Eſt honor his etiam ſuus. at ego chara Mycenis
Culmina: uirgineas prædet ſi Cecropis arces:
Iam coniux: iam te gemitu lachrymiſq; tenebit
Nata querens: metuant ergo: nec talia poſſint.
Non tulit hæc animis: quin longa ſilentia Pallas
Rumperet irridens ſtrepitumq; minaſq; gradiui.
Nõ tibi Aloiadæ: quibus hæc fera murmura iactes.

Smilax. Capaſon. Alcya. Panace.
Non eſt igitur mirum ſi Flaccus noſter huius hiſtorię ſcientiſſimus facit puellam Medeam diuertere in hortum uel ędem Dianę ſiue Hecates: quod tu refer ad hanc Dianam: de qua hic Orpheus agit: ubi erant tot herbę ad magiam pollentiſſimę: cuius uirgo erat conſultiſſima. Eſt amor. Omnes amant ſua et complectuntur. prima caritas incipit a ſeipſo. Tibi. Scio et tibi Ioui dicata eſſe multa templa etiam magnificentiſſima: ut nos etiam cœleſtes turba ambitioſa ſumus: quibus templis tibi dicatis ſi quis fuerit auſus manus admoliri: tu continuo ulciſceris.

Donaria. Magnę. Epitheton conueniens Ioui. priſci codices habent magna et ad Iouis templa referũt. Donaria. Sunt donorũ repoſitoria: Maro in georgicis. Vris imparibus ductos alta ad donaria currus. Ouidius. Pigraq; labatur circa donaria ſerpens. Aliquando donaria pro donis accipiunt. Certant. Certatim dicantur: ut unum ſit alio pulchrius. His. Iunoni et Palladi: et iſtę deę habent etiam templa ſibi conſecrata. Suus honor. Peculiaris et domeſticus. honorem pro ſacrificio ponit. Vt. Semper honore meo: ſemper celebrabere donis. Mycenis. Si prędarer argo ac Mycenas Iunoni conſecratas: continuo clamaret: quereretur q; Iuno me inuaſiſſe ſua. Cecropis arces. Cecropiã arcẽ Mineruę dicatam: quę ἀϑήνη gręce dicitur: unde uocata ciuitas. Arces Palladi dicatę ſunt: quod patet uel ex illo ouidiano. Pallas quas condidit arces Ipſa colat. Coniunx. Iuno propter mycenas depredatas. Tenebit. Occupabit: morabitur iniuriam meam complorans: ſibi ac rebus ſuis uim illatam. Nata. Minerua. Metuãt ergo. Timeant ergo deę alieni iniuriam conflare: quam pati poſſunt: et quod ſibi nolunt: alteri ne faciãt. Poſſint. Audeant nec uelint. Non tulit. Animoſe: minaciterq; Pallas Marti reſpondet dicens rem ſibi non eſſe cum infimis ac mortalibus ſed cum Pallade: quę nulla parte ſe inferiorem Marte agnoſcit.

Aloiadę. Rumperet ſilentia. Prorumperet in uerba. Aloidę. Aloiadas. i. ἀλωιάδας uocat Apollonius libro primo ſic.
ὑᾶς ἀλωιαδάς. οἷς ἐυϑύσσεν ἰσοφαρίζειν.
Eratoſthenes terrigenas dicit aloiadas nutritos iterum ſub Aloee muliere. Heſiodus fabulatur Aloei et Iphimedię filios. Alii Neptuni et Iphimedię. Aloidas geminos inquit Maro. vi. Quidam aiunt in Virgilio exemplo Apollonii ſcribẽdum Aloiadę. Verba Maronis. vi. ęneidos. Hic et Aloidas geminos immania uidi Corpora: qui manibus magnum reſcindere cœlum Aggreſſi: ſuperiſq; Iouẽ detrudere regnis. Aloei putatiui et Iphimedię auctore Seruio: Neptuni uere filii: ut etiam ſentit interpres Apollonii. Syneſius libro de ſomniis. Ferunt ſane Aloiadas pendere pœnas q̃d theſſalicos montes ſuper extruxerint contra deos. Lapithę. Theſſalici populi a Marte per Theſeum et Pirithoum domiti. Quibus. Credentibus iactantię tuę: et conſequenter pauefactis. Fera murmura. Verba ſtomachi biliſq; plena: qualia ſunt hominum muſſantium: et in ore murmurantium: quod qui faciunt labia murmurando rodunt. Ariſtophanes in ueſpis. ὑπ' ὀργῆς τὴν χελύνην ἐσθίων. i. comedens labra prę ira. Quadrat id

Labra comedens. homericum odyſſeę. φ. Οἳ δ' ἄρα πάντες ὀδὰξ ἐν χείλεσι φύντες. Omnes dentibus labra ſua preſſerunt. Arietare dentes iracundi eſt apud Senecam ſtoicum priminominis.

Non lapithæ. ſed Pallas ait: neq ego ægide digna:
Nec uocer ulterius proles Iouis: excidat iſte
Ni tibi corde tumor: lituos miſer armaq faxo
Oderis: et primis adimam tua nomina bellis.
Quin ſimili matrem demens grauitate ſequutus:
Digna quidem: monſtrum ſuperis quæ tale creauit.
Quod tamē aggreſſæ ſcelus? aut quo crimine ſontes?
Si iuuenem: qui iuſſa ſui tam dira tyranni
Impauidus: maria et nondum qui nota ſubibat:
Iuuimus: et magnis aliquam ſpem mouimus auſis:
An nullas præferre preces: nec fœdera reges
Vlla ſequi: cæca ſed cuncta impellere pugna
Debuimus? ſic thraces agunt: ſic turbidus iſte
Siqua petit. cuperem hæc etiam num bella remitti:
Nec ſocias armare manus. da uellera rector:
Et medio nos cerne mari. quod ſin ea mauors
Abnegat: et ſolus noſtris ſudoribus obſtat:
Ibimus indecores: fruſtraq tot æquora uectæ
Fas aliquem nequeat? ſic fœmina cœperat ardens.

Pallas. Subintellige ſum: quę tuas minas ſuſq deq facio: parata armis arma tua retrū dere. Aegi/
de. Scuto gorgoneo. Subintellige habear. Digna. Amplius habear. Ni excidat. Niſi tibi excide/
rit hęc ſuperbia. Tumor. Superbia. Miſer. Ab euentu: mox periture Mars. Lituos. Claſſica: bel
licos ſtrepitus. Faxo. Faciā. Oderis. A me ſtratus. Tua nomina. Vel tuam dignitatem: decora
in bello parta: ac titulos: ita nomina quādoq ſolemus appellare: uel nomina inquit quouiā Mars qđ ma/
ribus prēeſt appellatur: et a uirili
robore: ego uictum cogam fœminā
dici: et me Martem maſculę fortitu
dinis uiraginē. Primis bellis. in
primo cōgreſſu. Demens. Mars
uecors ac impius. Grauitate. uio
lentia: grauibuſq uerbis. Secu/
tus. Perſecutus. Matrē. Iunonē.
Vide ac agnoſce Martis temeritatē:
qui iunonem matrē odio proſequit
etheodęo. Digna. eſt iuno inſul/
tibus tuis: Quę. Iuno. Supe/
ris. Ad ſuperos tranſmiſit iuferoū
monſtrum et portentū ſtygiū Mar/
tē. Aggreſſę ſcelus: Sumus ego
et iuno. Finge Mars uecordiſſime
agi tecū rationibus quo delinqui/
mus: qui promptum ac audacē iaſo
nem iuuimus? Sontes. Sumus
ego et iuno culpabiles. Si iuuenē.
Iaſonem iuuimus. Sui tyranni.
Pelię: cui obtemperare neceſſe fuit.
Subibat. intrabat: irrumpebat.
Nondum nota. intētata prius ab
aliquo. Mouimus aliquam ſpem.
Dedimus ei ſpem audendę magnę
ęrumnę: ac impeterrite ſubeundę.
Mouere ſpem eſt excitare alicuius
animam ut ſperando decus: gloriā:
uictoriā audeat maxima. Auſis.
Iaſonis animū audētis ardua ac ex/
celſa. An nullas pręferre preces. An ex abrupto ac temere agēda ſunt omnia: uec pręmittere Iaſonē:
qui precibus Aecię ambiat: et prius agat precario q̄ uiribus. Reſpondet illi obiectioni Martis. Ambitūq
ſenem. Nec fœdera reges Vlla ſequi. Nec ſi Martem audimus aliqua inter reges ineunda amicitia ēs
ſed cuncta miſcere atq confundere licebit: quouiā ut fœderaretur Aetę Iaſon ante uenerat q̄ bellum mo/
ueret. Cęca pugna. Omnia bello inuoluere pernicioſo: incōſulto: temerario. Arma foris debēt ha/
bere conſilium domi: quoniam ut auctor eſt Italicus. Leuior laus in duce dextrę. Debuimus. Quaſi
dicat minime. Thraces. Efferi: barbari: truces: immanes: quos tanq̄ populares Mars uiolentus ac effe/
rus refert. Turbidus. Tumultuoſus Mars. Iſte. Facere ſolet Si qua petit. Cum petit aliquid om/
nia turbare ſolet: cum aliquid petit poſtulare uidetur et efflagitare: quod eſt conuicio proximum.
Cuperem. Ego ut Pallas fortis quidē: ſed ut prudentiam fortitudini pręponēs: omnia cōſilia pręparo:
pręmolior agere prius q̄ ad conferendas manus ueniam. Quinimmo cuperē Aecten uellus aureum Ia/
ſoni referre ne pugnare cogeremur. Hęc. Quę inſtant in Aecten niſi dat uellus. Etiānum. Etiam.
Bella remitti. Reſolui bella: quibus anxie decertabitur ab Iaſone ſi recuſat Aectes dare uellus non
ſuum. uel bellum Perſę cum Aecte quoniam ſanguinem non ſitimus ut Mars ſolet. Socias manus.
Fraternas. Si refertur ad Perſam. Sin ad argonautas: fœderatas et concordi conſilio bellum cōtra Per/
ſam gerentes. Da uellera. Incita Aecten ut det quę petimus. Rector. Iupiter q̄ dominus es omniū:
qui regis omnia. Cerne. Affectus diſcedentis. Qđ ſi dabit uellera Aectes: ſtatim renauigabimus: et
ſine bello in gręciam graia pubes reuertetur. Sin. Si. Ea. Vellera. Solus. Mars iniquus. Su/
doribus. Laboribus: ęrumnis ac uigiliis: qui elucubrauimus ac euigilauimus diu ut tuto in colchos ad
uellus hereditarium repetendum iretur a minyis. Ibimus. Abibimus ſi dis placet inglorii. Indeco/
res. Nulla cum gloria. Fas aliquem uequeat. Lego. Fas aliquid uequeat: in gręciam reuertemur no/
ſtra deſideria fruſtratę: et fas ęquum ac iuſtum nihil poterit. Sęuaq pugnaci iura ſub enſe iacebūt: et mu/
liebri ſtomacho cum bile finem impoſuit orationi: et uti magis ſtomachatam ſe oſtenderet: abrupit potius
orationem q̄ abſoluit. et per interrogationem legi poteſt. Sic fœmina cœperat ardens. Ita Pallas ar/
denti ſtomacho concitata loqui cœpit.

Hic. Tũc. Inſurgere. Subintellige tentabat. Alternis dictis. Viciſſitudinariis iurgiis. Excipit. Loquẽti interpellat. Pater. Iupiter. Cohercet. Cõcaſtigat ac Marté cõpeſcit. Quid. Oratio Iouis ad Marté. Cũ nos. Ordo et ſenſus. cũ uos pœnitet acti: et cũ a uobis fatis peccatũ é: me aditis: et me pręſente certatis. Peccatũ fatis. Subintellige eſt a uobis. Quolibet. Senſus é. quocũq́ modo certate. eſtote diſcholi ut placet. Erumpẽt iſta in finé ſuũ: q̃ e fato omnia ſortiunt. Quolibet. Etiá malo: pueſo: immodeſto modo ac indecenti.

Hic iterum alternis mauors inſurgere dictis.
Excipit hinc contra pater: et ſic uoce cohercet.
Quid ueſane fremis? cum uos iam pœnitet acti:
Peccatumq́ fatis tunc ad mea iura uenitis.
Quolibet iſta modo: quacunq́ impellite pugna
Quæ cœpiſtis: habent quoniam ſua fata furores.
Te tamen hoc coniux: et te mea nata monebo.
Sit Perſen pepuliſſe ſatis. nec uana retentet
Spes Minyas: finem ue uelint imponere bello.
Illum etenim talis rerum manet. accipite ergo:
Victa retro nunc caſtra dabit: bellumq́ remittet
Territus aduentu ducis: et uirtute pelaſgi.
Mox ubi theſſalicis referent hos flamina terris:
Tunc aderit uictorq́ domos et ſceptra tenebit:
Donec et Aeæten inopis poſt longa ſenectæ
Exilia (heu magnis quantum licet impia fatis)
Nata iubet: graiuſq́ nepos in regna reponat.
Hic labor amborum. hæc ſunt diſcrimina fratrum.
Vadite: et aduerſis (ut quis uolet) irruat armis.
Dixerat: inſtaurat menſas: pacemq́ reducit.
Et iam ſideream noctem demittit Olympo.
Tunc adſuetus adeſt phlegræas reddere pugnas:
Muſarum chorus: et cythara pulſator Apollo.
Fertq́ grauem phrygius circum cratera miniſter.
Surgitur in ſomnos: ſeq́ ad ſua limina flectunt.

Quacunq́ pugna. Iuſta uel iniqua et prępoſtera. Pugnate inuicem ut uultis. Impellite. Temerario auſu pręcipitate. Quę cępiſtis. Quę incepiſtis turbare. Furores. Furioſe geſta ac facta habẽt fatum ſuũ: ad quod perueniũt: nec ulterius pręcipitari poſſunt. Exempli gratia proiice ſaxũ uel cylindrum ex edito monte: rotabit̃ donec imũ deciderit: et illuc ut ad obicẽ ſiſtet. Cõiũx. Apoſtropha ad Iunonem. Nata. Pallas. Monebo. Lege. Monebo.

Sit perſen pepuliſſe ſatis. Nolo q̃d inſiſtatur ſibi aduſq́ excidium. Nolumus Minyas inſiſtere fugiẽti.

Retẽtet. Incitet: retineat. Imponere finé. quod fit hoſte perẽpto.

Illum etenim. iunctim legẽdum eſt. Caſtra dabit. Receptui canet nunc: et ad caſtra refugiet Perſes.

Remittet. Reprimet: reſoluet: deponet. Ducis pelaſgi. Iaſonis.

Hos. Minyas. Flamina. Vẽti.

Theſſalicis terris. Ad terras theſſalicas. Tunc aderit. Poſt reditum minyarum Perſes incurret in Aeetã. Tenebit. Imperabit perſę fugato Aeeta. poſt reditum argonautarũ perſes renouabit bellum: et acriter Aeetã bello premet: et fugabit: quouſq́ Medus Medeę et Iaſonis filius: uel ut alii dicũt Achillis: ut inferius licebit animaduertere: Aeetam decrepitũ et ſenio confectũ liberabit: et in regnum reſtituet.

Medus.

Quantũ. Quouſq́. Alii quãtũlibet legunt pro quãlibet. Medea q̃libet impia iuuabit patrem: quoniã eius ſemine naſcet̃ Mędus qui illũ ab exilio reſtituet in regnũ. ita nata Medęa quãuis nolens patrẽ iuuabit. Magnis. Potentibus fatis ita decernentibus. Nata iubet. Scribe. Iuuet pro iuuabit. Graius nepos. Gręcus Medus Iaſonis gręci filius: uel Achillis ut ex Apollonio colligit̃ in quarto et nos explicabimus inferius. Reponet. Reſtituet auũ exulẽ. Hic labor amborũ. Supple eſt. Perſę et Aeetę: Hucuſq́ ambo laborabunt. Hęc ſunt. Scribe. Sũt hęc. Diſcrimina. Pericula quę fratres duo ſubibũt. Vadite. Cõceſſio per negationẽ. I ſequere Italiã uentis. Irruat. certate auſu proteruo ut placet. ita res ſe habebit. Dixerat. Finierat Iupiter. Inſtaurat. Renouat.

Phlegyas qui. Scribe. Phlegręas reddere. Hoc ſenſu. Adeſt chorus muſarum: qui cœnanti ioui rem gratam uictorias ſuas accinunt: pręſertim illam percelebrẽ aduerſus gigantes in campis phlegręis. Hoc ſolere Phœbum teſtatur Albius elegiographus his.

Qualem te memorant Saturno rege fugato
Victori laudes concinuiſſe ioui.

Reddere. Reprę ſentare: recitare canendo. Chorus. Adeſt. Cithara. Melius citharę. Grauẽ. Plenũ. Phrygius. Oenochous et pocillator Ganymedes. In ſomnos. Di a potu dormitum eunt. Silius. Somnus Bacche tibi comes additus. Ad ſua limina. Ad cubicula propria: ad quietem. Flectunt. Gradum conuertunt.

Quinti Libri Finis.

## PII BONONIENSIS IN SEXTVM FLACCI ARGVMENTVM.

p ERSES legatos ad Iaſonem deſtinat. Mars anteq̃ legati adeant Iaſonem pugnam excitat. Ponitur catalogus utriuſq; regis Aeetę uidelicet et Perſę. Pugna ſeriatim deſcribit̃. Iuno opem latura Iaſoni ad Venerem pergit. auget formá Iaſonis ut uirgini Medeę placeat: quo ea utatur auxiliatrice. Accipit Iuno cingulum hoc eſt ceſtum tradente Venere: cui omnes inſunt amores ac illecebrę. Transformatio Iunonis in Chalciopem ut Medeam ad inſpicié- dum pugnátes ducat argonautas. Deſcribitur pugnę ſeries. Interim inflammatur Medea a Venere iuſſu Iunonis ut afflictim amet Iaſonem. Demum profligatur Perſę florentiſſimus exercitus. Tádem ſuper- ueniéte nocte pugna dirimitur: et Medea a muris diſcedit curis et amoribus ęgra: amens: amans: Iaſonis imagine plena.

## C. VALERII FLACCI ARGONAVTICON LIBER SEXTVS.

a T uigil his furiis ardet gradiuus: et acri
Corde tumet: nec quas acies quæ caſtra ſequat
Inuenit. ire placet tandem: præſenſq; uideri:
Sternere ſi Minyas: magnoq; rependere luctu
Regis pacta queat: graiamq; abſumere puppem.
Impulit hinc currus monſtrum irreuocabile belli
Concutiens: ſcythiæq; ſuper tentoria ſiſtit.
Protinus e caſtris fugit ſopor. excita tela.
Turbati coiere duces. hos inſuper ingens
Fama mouet: rate quæ ſacra uulgabat achiuos
Aduenisſe ſui repetentes uellera phrixi
Quos malus hoſpitio: iunctaq; ad fœdera dextra
Luſerit Aeetes: atq; in ſua traxerit arma.
Ergo conſiliis dum nox uacat alta mouendis:
Legatos placet ire duces: mandataq; Perſes
Edocet a. fari Minyas: fraudemq; tyranni:
Vt moneant. qui nam hinc animos auerterit error:

a T. Particula connexiua: aliquádo inceptiua: ut. At regina graui iam dudú ſaucia cura. Aliquando execrat̃. Terétius. At tibi dii dignú factis exitiú duint. Optat apud Plautum in Perſa his. At tibi di omnes benefaciát. Imprecatur apud Horatiú. At o deorum quiſq; in cœlo regis terras. Apud Terentium ea miratur in Eunucho. Fucum factú mulieri. At qué deú? Cicero p Cluétio. Vna mater oppugnat. At quę mater? Sępe orat. Idé p domo ſua. At uidete hóis intolerabilé audaciá. Affirmat eadem Terétio. At diligenter: At mature. Ironica é. Idé i Verré. At mores cómodi. quis cótumacior? quis ihumanior? q̃s ſupbior? At hęc ſine cuiuſq̃ malo: quis acerbior? quis inſidioſior? Catoni i re ruſtica ſalté ſignificat. Si non tadé die: At poſtridie. Ciceroni ſignificat idé quod: ſed in oratióe p Milone. Quid porro querédú é factú ne ſit? At ↄſtat: a quo? At patet. His furiis. cócitatus eo furore: cuius ipetú Pallas auxerat. At. Ardet. Incédit̃. ↄſtuat. Acri. Indignato ac felle pleno. Tumet. Supbit: ſtomachat̃. In ferméto eſt Plautus ait. Quas. an exercitum Perſę foueat an Aeetę: cui potius parti ſe accómodet. Ire. Abire ad Scythas. Pręſens uideri. Se cóferre ad armatos exercitus. Tádé. Poſtq̃ diu cogitauit qd facturus erat. Repédere. par pari reddere p pactis uelleribus luctú. Repédere pprie é ęqnú ad pódo reddere. Regis. Aeetę. Pacta. Minyis. Pactus erat poſt uictoriá ſe uellera daturú Iaſoni. Tétabat Mars ut Minyę i expeditione bellica occúberét ne referrét aurú ſacrú. Abſumere. Bello pdere. Prior interpretatio cómodior. Impulit hinc currus. ab hac parte currú direxit Mars: qui biiuges equos iugales habet Phobon et Dimon. Cócutiés. Cómoués ac ſecú excitás. Móſtrú irreuocabile. Bellú móſtruoſum. et quod nullatenus reuocari dat̃: ac reprimi. Secú Mars oia trahit belli portéta: diſcordiá: enyo: tumultú. Scythię. Perſę q ſcythica cótraxerat auxilia. Protinus. Cú primú attigit perſica tétoria euigilauit ois exercitus: et arma arma fremere cępit. Sopor. Deſidies ac ſomnus. Excita tela. Excitata ſút arma et arma freméres milites. Turbati. Rixátes: in tumultú acti Martis aduétu. Hos. duces. Rateq;. Corrige. Rate quę ſacra. Fama mouet duces ſcythicos: quę uulgabat atq; ρdicabat ueniſſe peregrinos heroas: qui ſacra naui ſút uecti ad uellus aureú repetédú. Achiuos. Minyas. Sui. Cognati. Malus. Fallax: pfidus: Vulpinaris. Minyas Vulpinaris fruſtratus é ętes pollicitus ſe laturú auxiliú pacto bello: quod callide fecit ut ope itat̃ corú i perſeni cęterú pacto bello pactis uó é ſtaturus. Iúcta ad fœdera. Manu ad amicitiá cóiúcta et tacta. Dextra dicata eſt amicitię. Status. Iá pariter ſubeat animorú i pignora dextrę. Traxerit. Dolo cóiúxerit ſibi. Dú nox uacat. Dú é ſpatiú cóſulédi p noćté anteq̃ illuceſcat: quo tpe eúdú é i bellú. Placet. Perſę. Ire. Ad Minyas. Duces. Primores caſtrorú ut ſint honoratiores: et maior fides adhibeatur. Ná: ut inquit Euripides: uox ab honorato ac inhonorato proficiſcens ęqua eſt: ſed non ęque accipitur. Vox honorati credit̃

Se primam Aemoniis hortatum ea uellera terris
Reddere:et exuuias pecudis dimitere ſacræ.
Hinc odium:et tanti ueniſſe exordia belli.
Quin potius dexteram ꝙ ſuam ſuaq; arma ſequantur:
Aut remeent.neq; enim Aeetæ promiſſa fidemꝙ
Eſſe loco.abſtineant alienæ ſanguine pugnæ.
Non illos ideo tantos ueniſſe labores
Per maris ignoti.quid opus concurrere?nec quos
Oderis?hec medio Perſes dum tempore mandat:
Aureus effulſit campis rubor:armaq;: et acres
Sponte ſua ſtrepuere tubæ.mars ſæuus ab altis
Hoſtis Io conclamat equis:agite ite:propinquat.
Hac ſimul hinc colchos:hinc fundit in æquora perſen
Tunc et quæq; ſuis commiſit prælia terris:
Voxq; dei pariter pugnas audita per omnis:
Hinc age rhiphæo quos uideris orbe furores
Muſa mone:quanto ſcythiam molimine Perſes
Concierit:quis fretus equis per bella uiriſq;.
Verũ ego nec numero memorẽ:nec nomine cunctos
Mille uel ora mouens.neq; enim plaga gentibus ulla
Ditior:æterno quanquam Mæotia pubes

Se. Perſen. Hemoniis terris. Theſſalicis. Reddere. Vt redderet Aeetes. Dimittere. Non tenere quod ſuum non erat. Exuuias. Pellem. Pecudis ſacræ. Arietis dicati Marti:qui iure hæreditario mi nyis debebatur. Hinc. Ab hoc conſilio. Odium. Aeetę in perſen ueniſſe:iſtam fuiſſe originẽ ac cauſam odii. Quin potius. Immo potius argonautę debent perſę fautori ſuo fauere. Dextram. Fœdera ac amicitiam. Remeent. Retrocedant:nec huic bello ſe immiſceant. Eſſe loco. Habituram locum et effectum:quoniã poſt uictoriam rex fœdifragus et fidefragus fœdera calcabit et fidem. Abſtineant. Minyę. Sanguine. Certamine. Pugnę alienę. Belli ad eos nihil attinentis. Et ut ait Homerus pro aliena cauſa ne nimium pertinaciter pugnent. Non illos. Senſus eſt. admoneant legati Minyas non ideo ueniſſe per labores tanti maris et tam ignoti ut pro aliena rixa cadere uelint. Ordo. Non illos minyas ideo ueniſſe per labores tanti maris et tam ignoti:et tam:repetẽdum eſt. Tanti habent exemplaria priſca nõ tantos:cęterum codex antiquus me cõmunis erroris admonuit. Sic ibi ſcriptum eſt. Non illos ideo tanti ueniſſe labores Per maris. ignotis quid opus cõcurrere?ut uerbũ ignotis cum ſequentibus coniungas:hoc ſenſu. Quid opus eſt Iaſoni ignotis ac colchis concurrere?ſeq; in aliena lite miſcere:et ignotos odiſſe Quod qui ſignificare uolunt contenti ſunt ſic alludere homerico uerſu. Ὅτες ἀμφ᾽ ἑλένῃ καὶ κτήμασι πᾶσι μάχεσθαι. pro Helena et quacũq; re ſua ipſi ſoli certent. Nec quos. Nec opus eſt certare in eos:quos nõ oderis:nec te aliquo affecerũt incõmodo quare debeas odiſſe. Medio tẽpore. Vſus opportunitate noctis.

Aureus rubor. Vel ſol auricomus:uel lumẽ immiſſum a Marte ut credere poſſent acies ſolẽ eſſe ortũ. Campis. Per cãpos. Acres. horridę:grauiſonę. Io. Vox exultãtis. Ouidius. Dicite Io Pęan:et Catullus et Plautus. Equis. Qui Mars equos cõſcẽderat. Agite. Exhortãtis particula. Ite. Exite in certamen. Propinquat. Adeſt hoſtis. Hac ſimul. Alii hac cũ afflatu ſcribũt. ego probos codices:et exoleſcẽtibus fere characteribus uenerãdos ſecutus:ſcribo. Ac ſimul. hoc ẽ et ſimul ab hac parte Mars colchos milites cęt ę fundit:ab hac parte perſen. Fundit. Emittit. In ęquora. Campeſtrẽ planiciẽ. Tũc. Senſus. Vox Martis tã uaſta fuit et ſtẽtorea ut per terras oẽs ſuas hoc ẽ odryſias:thracas:ſcythicas fuerit auditus:unde populos clamore diſſono cõciuit immanes ad arma.

Cõmittere

Cõmiſit. Vtif uerbo ſignificãtiſſimo. Eſt. n. cõmittere ꝓprie ad arma cõcire:et dare operã ut duo cõfligãt:unde cõmiſſiones gladiatorię. Hinc ab Epigrãmatario poeta dictũ. Cũ Iuuenale meo quę me cõmittere tentas Quid nõ audebis pfida lingua loqui. Suis. Thracibus ac Hyperboreis:quę gentes ſemper maxima armorũ gloria floruere. Pugnas. Populos pugnaces:uel ab Aeetę militibus et Perſę:qui pugnę accingebant. Hinc. Ab hoc principio:ut illud maronianũ. Hinc canere incipiã. Rhiphęo. Hyperboreo:ſeptẽtrionali. Furores. Furentiũ populorũ ad arma calores. Mone. tot ac tãta mẽtẽ meã effugiũt ac memoriã. nõ ego ſufficio ſolus ſub faſce maligno tantarũ rerũ. Molimine. Apparatu bellico. Maro. Tantę molis erat romanã cõdere gẽtẽ. pro difficultate cõficiẽdi negocii. Cõcierit. Ad arma cõpulerit. Quis. Quibus eqtibus Perſes cõfiſus bellum formidoloſum intulerit Aeetę. Memorẽ. Memorare nõ poſſem. nec numerare. Vel. Etiã ſi mille linguis increpem. Imitat̃ illud uirgilianum. Non mihi ſi linguę centum ſint oraq; centum: Ferrea uox. quod ex Homero ẽ. Mouens. Ciens:aperiẽs. Gẽtibus. Apud ullas gentes. Ditior. Fœcũdior hominum ſobole. Aeterno marte. Licet ſit alterna hominum cędes apud hos populos:fœcũdiſſimi tamen ſunt:et ſe ſufficiunt:et nunq̃ numerus numero deſit. Męotia. Colchica a Męoti palude.

Ne ꝑ aliena cauſa ſis pertinax.

Vbere.

Vbere. Vbertate: fœcunditate ſufficiendę ſobolis. Vbere glebę Maro dixit pro feracitate telluris. Cũ Apuleius prouerbialiter inquit: ubi uber: ibi Tuber: ſignificauit mala eſſe propinqua bonis: ut ſterilitatem fœcunditati. Defit. Deficit: deſtituit: Virgilius. Lac mihi non ęſtate nouum: non frigore defit. Qđ geminas arctos. Fœcundiſſimam hanc eſſe plagã patet qđ amplectit̃ ſeptentrionẽ: ubi ſunt urſę duę et anguis. de quibus ſic in georgicon libro primo poeta. Mundus ut ad ſcythiam: rhipęaſq́ arduus arces

Vbi uber ibi tuber.
Defit.

Marte cadat: pingui nunquam tamen ubere defit:
Quod geminas arctos: magnũq́ qđ impeleat anguẽ.
Ergo duces: ſolaſq́ deæ mihi promite gentes.
Miſerat ardentes (mox ipſe ſecutus) Alanos:
Heniochoſq́ truces iam pridem infenſus Anauſis:
Pacta quod albano coniux Medea tyranno
Neſcius heu quanti thalamos aſcendere monſtri
Arſerit: atq́ urbes maneat qui terror achæas:
Gratior ipſe deis: orbaq́ beatior aula.
Proxima Biſaltæ regio ductorq́ Coraxes
Sanguis et ipſe deum: ſcythicis quem Iuppiter oris
Progenuit: uiridem Maracen Tibiſenaq́ iuxta

Conſurgit: premitur libyę deuexus in hauſtros.
Hic uertex nobis ſemper ſublimis. At illum
Sub pedibus ſtyx atra uidet: maneſq́ profundi.
Maximus hic flexu ſinuoſo elabitur anguis.
Circum perq́ duas in morem fluminis arctos
Arctos oceani metuentes ęquore tingui. Geminas arctos intelligit duas urſas: quarum altera Helice: altera Cynoſura nocat̃. Anguẽ. Alludit illi maroniano. Maximus hic flexu ſinuoſo elabitur anguis. Alibi Maro. Hędorũq́ dies ſeruãdi: et lucidus anguis. nam de auſtrali intelligit. Sũt enim ut auctor eſt Seruius: tres angues in cœlo: unus qui in ſeptentrione eſt: alter Ophiuchi: tertius hauſtralis. hic anguem ſeptentrionalẽ intelligimus. Deę. Muſę. Promite. Depromite: explicate. Miſerat. Flaccus noſter inquit Anauſim regem ira incenſum qđ Stiro nupſerit Medea eo repudiato pręferox in bellum ibat: et pręmittebat populos Alanos. Ardẽtes. Pugnã noto flagitãtes: qui gaudẽt ſanguine atq́ certamine. Mox pmiſerat Alanos: quos tamẽ mox ipſe ſequutus ẽ. Alanos. Iulius Capitolinus Alanos in parte Dacę ponit. Alii in Scythia: de quibus Epigrãmaticus uates ita cecinit. Nec te ſarmatico trãſit Alanus equo. Ammianus libro. xxii. hiſtoriarũ in exordio ubi deſinũt rhiphęi montes collocat Alanos: quos Maſſagetas inquit appellari quos uiſtula pręterfluit. Heniochos. Ponti populos: de quibus affatim ſupra. Sũt in Themiſcibide regione ultra Thermodontẽ. Infenſus. Inimicus Aeetę qđ ſecum inire contempſerit amicitiam ac affinitatẽ: Medea in cõiugiũ denegata. Albano tyranno. Stiro. Neſcius. Ignorabat Anauſis: ut hominũ mens cęca caligine inuoluit: nõ ſtomachandũ: ſed lętandum ac exultãdum eſſe qđ Medeã nõ ſortitus ẽ uxorẽ prodigiale malum ac nefandũ. Heu. Miſerũ Anauſim ſi duxiſſet. Quãti monſtri. Magnũ monſtrũ Medeã uocat. Aſcendere thalamos. Adire: accedere. Arſerit. Cõcupierit. Maneat. in futurũ ſubiturus ẽ. Terror. Erat Medea formidoloſa gręcorũ terris: ueneno: magicis artibus et cõmentis inſidioſis. Gratior deis. Charior deis qđ nõ ſe huic monſtro implicuit. Felix quidem Anauſis ſed felicitatẽ ſuã ignorat. Charior ẽ deis q̃ ſibi. Beatior. Felicior. Orba aula. Viuens in regno ſine prole q̃ ſi ex Medea prolẽ ſuſcepiſſet: quã mox erat abſumptura. Proximaq́ his alte regio. Scribe. Proxima biſaltę regio. Biſaltia: ut inquit Stephanus ciuitas ẽ Macedonię a Biſalto filio Solis et Terrę. Gentile. Biſaltes. Eſt et Biſaltes fluuius. Gẽtile Biſaltices: a quo Biſaltia regio. Lycophron. Τὸ μὲν γὰρ ἐὰν Στρυμόνος Βισαλτίας. De his Biſaltis nec Orpheus: nec Apollonius: nec in deſcriptione ponti meminit Ammianus. Maro tamẽ quẽ credo ſecutũ hũc auctorẽ libro tertio georgicon inter populos colchicos aut ponti collocat: cũ ait. Biſalię quo more ſolẽt: acerq́ Gelonus Cum fugit in rhodopen: atq́ in deſerta getarũ. Seruius Biſaltas inquit populos eſſe ſcythię: Plinius libro. iiii. Biſaltas ponit in Thracia: cui gentes liberę ſunt inter Strimonẽ et Edonicũ ſinũ. Stephani codices nõnulli biſanthen habẽt p Colonia gręca a ſamiis deducta. Inter Biſaltas cydna Theugem ponit̃. Colaxes. Lego coraxes a populis Coraxis. Sũt. n. Coraxi auctore Plinio lib. vi. nat. hiſ. populi colchici in litore ppe Melanchlęnos apud urbẽ colchorũ dioſcuriadẽ iuxta fluuiũ Antemũta. Nũc deſerta Dioſcurias quõdã adeo clara ut Timaſthenes in eam. ccc. nationes: quę diſſimilibus linguis uterentur deſcendere pdiderit. Et poſtea a noſtris cxxx. interpretibus negocia ibi geſta. Coraxi inquit Stephanus: gens colchorũ Dioſcurias: ut meminit Ammianus: cõdita fuit ab aurigis Caſtoris et Pollucis: unde ei nomẽ. Dioſcures. n. Caſtores gręce dicunt̃. Myracen. Alii maracen ſcribũt: quare ipſi uiderint: nõ Ammianus: nõ Orpheus: non Strabo: nõ Plinius: nõ Stephanus de myrace aut marace meminerũt. Quid ſi legis myrinen: quę ciuitas eſt ab una amazonũ cõdita auctore Strabone libro. xi. geographię. Sed cũ ſit in lemno non auſim affirmare: etiã reluctãtibus exemplaribus. Videt̃ myracę nomẽ eſſe ſiluę unde dixit uiridẽ. Crediderim: ſi detur cõiecturę locus: quã Tamyracen Ptolemęus uocat in tertio geographię hũc poetam per apocopen myracen

Angues tres ĩ cœlo
Alani.
Heniochi.
Biſaltę.
Coraxi.
Dioſcurias
Dioſcures caſtores.
Myrine.

**Tamyrace.** appellaretq; ciuitas eſt in Sarmatia. De qua meminit Stephanus:aitq; gentile eſſe Tamyracenū.cęte ra Ptolemęo cōcinunt. Seuaq; iuxta. Priſci ac maieſtate uetuſta ſuſpiciēdi codices habēt. Tibiſenaq; **Tibiſeni.** iuxta. Et ita legendū ē ueteri libro et menſura ſyllabica id exigente. Qui uero ſint hi Tibiſeni nō memi ni me legiſſe: nec mirum in tāta rerū omniū incuria nō eſſe agnitos. Sequit̃ poetas et auctores Flaccus: **Pyſiteni.** quos non attigimus. Pyſitena quidam legūt:qui fluuius eſt ponti ante trapezuntem regionē:de quo me minit Plinius in ſexto. Ego nihil auſim mutare ꝑpter codicū inemē datorū lubricam fidem: auctorū de populis uiliſſimis negligētiā et poe tę licentiam. Sed uide ne mendum ſit uel apud Plinium:qui in galatia ponit Tebiſenos. Nec obſtat popu los Galatię ueniſſe in auxiliū Aeetę Hermolaus pliniana uerba diuidēs Tibiſenos in Cappadocia ponit.

Hoſtia ſemifero dignum ſe credere captus
Corpore:nec nymphæ geminos exhorruit angues.
Cuncta phalanx inſigne Iouis:cælataq; geſtat
Tegmina::diſperſos trifidis ardoribus ignes.
Ne primus radios miles romane coruſci
Fulminis:et rutilas ſcutis diffuderis alas.
Inſuper auratos collegerat ipſe dracones
Matris horæ ſpecimen:linguiſq; aduerſus uterq;
Congruit:et tereti ſerpens dat uulnera gemmæ.
Tertius unanimis ueniens cum milibus Auchus
Cimmerias oſtentat opes:cui candidus olim

Semifero corpore. Iupiter ca ptus eſt amore anguipedis puellę: quam ſemiferā dicit quoniam parte **De lamiis Chryſoſtomus.** media erat anguis: reliqua pte mor talem referebat puellā: quales ſunt lamię ut Dioni Chryſoſtomo pla cuit:qui libycā fabulā conſcripſit: cuius hęc uerba ſunt. In libya haud longe a maris litore coruū eſſe locū arenoſum non perſimile.nihil habens ſolidi:in quo litora magna exiſtunt et aggeres harenoſi:quemad modum in regione illa accidunt:tale quiddam a uentis in mediterraneo fit. In mari uero ab nadis circū uicina omnia deſerta fere manent. Verum tamen ſi naufragi a mari aſcendentes:forte eiecti fuerint:ferę apparentes eos omnes qui uel peragrant uel aberant: rapiunt: quarum natura et corporis figura ta lis habetur. Facies eſt mulieris et formoſę quidem. Vbera et pectora longe pulcherrima. Collum et ſu pradicta non uirginis mortalis:neq; puellę florentis. Hęc oia neq; pictor effingere poſſet. Color ſplen didiſſimus. Gratia quędā ab oculis:et māſuetudo i aium incidit. Reliqua pars corporis dura et infragibi lis ab ſquāmis inferiora ſūt ſerpētis. Deſinit ima pars i caput ſerpētis ualde quidē horrendi. Hę ferę alas nō habēt queadmodū de ſphyngibus neq; enim loquunt̃ ut ſphynges:neq; aliā uocē emittūt. Solū ſibila edunt acutiſſima queadmodū dracones. Terreſtriū omniū uelociſſimę ut nemo poſſit eas effingere:et cę tera aialia uiribus expugnāt hoies ſolū deceptione. Pectora operiūt et ubera oſtētāt. Enimuero quē aſpe xerit ueneficiis cogūt ad deſideriū cōfabulatiōis:et ii qdē uelut ad mulieres accedūt.alii intrepidi manēt inferius ſępe reſpicietes ornatū mulieris imitant̃. Ita.n.qui propius acceſſerit:rapiūt. Nāq; manus ſunt ferarū. Has aliquātiſper occultāt. Cęterū ſerpēs mordēs ueneno interficit.cadauer comedūt ſerpentes: atq; quod reliquū ē ferę. Cūcta phalanx. Tota legio Tibiſeni Coraxis ferebat fulmen inſigne Iouis: quo ſignificabat ſe Ioue fulminatore natū. Tegmina cęlata ignes. Habētia celatos ignes. Trifidis ar doribus. Deſcriptio fulminis:quę ē ignis ardēs coagmētata igniū mole in tres partes fiſſorū. Nec pri **Fulmina in galeis.** mus radios. Senſus ē. Coraxes geſtabat fulmen anteq̃ romani cōſueuerint ne putes te O romane fuiſſe primū. Romani fulmina in galeis ferebant. Hinc Papinius. Fulmine criſtatū galeę iubar. Coruſci. Ardētis ac fulminātis. Scutis. In ſcutis diffundebat ac explicabat fulmina:ut nō ſolū ex inſigni galeę cognoſceres illū natū Ioue:ſed et ab inſigni picturaq; clypeorum. Diffuderis. Pingendo dilatauer is.

Alas. Latera. Maronis ē.et fulminis ocyor alis. Inſuper.ἐπί. Pręterea ſcuto collectos:cōpoſitoſq; dracones appinxerat:ut non ſolum fulmine patrem:ſed ſerpentibus matrem Lamiam:ſemiferamq; re ferret. Dracones auratos. Et cōſequēter pictos. Matris horę.ſic uocabat̃ ducis Coraxis parēs. Ho **Hora.** ra fuit uxor Romuli.prima correpta pronuntiatur. Ouidius. Horāq; uocāt:quę nunc dea iuncta Quiri no. Specimen. Inſigne:indicium. Aduerſus. Serpentibus erant ora oppoſita:morſibuſq; inuicem minabantur. Vtrinq;. Ab utroq; latere clypei. Congruit. Coniungitur. Tractum a uolatu gruū qui coniunctus eſt. Dat uulnera. Morſus infligit. Gemmę tereti. Oblongę ac cylindracęę gemmę: **Auchus.** quę in hac ſpecie probatior eſt. Tertius. Ductor. Auchus. Nomen quidē ē proprium ducis:ſed ut deriuetur a populis Auchetis:qui ſunt accolę boſpori cimmerii:de quibus hęc Plinius in quarto. A Ta phris per continentem:introrſum tenent Auchetę:apud quos Hypanis oritur. Vbi notādum cimmerias opes Flaccum poſſe deducere ab oppido Cimmerio transfretum ſito:ubi eſt Panticapeum:uel a cimme rio boſporo: quod eſt maius. Cimmerius enim boſporus iungitur oſtio męotici lacus ubi os uocatur. **Boſpori duo.** Eſt et alter boſporus nomine cimmerius. De boſporis duobus thracio ac cimmerio meminit libro.xxii. Ammianus:et de cauſa nominis:qđ per eos quondam Inachi filia mutata ut poetę loquuntur in bouem ad mare ionium permeauit. Olim. Iampridem.cum primum natus eſt prodiit capite candido.

Natale decus. Ornamẽtum: quod ſortitus eſt cum eſt natus: et in lucem prodiit: nũc ei capilli candidi effulſerunt. Dat longior ętas Iam ſpatium. Cum iam ſeneſceret Auchus capilli longo ęuo candidi promiſſiores facti. Percurrens tempora. In ſenium uergens. Triplici nodo. Triplici ſerie multorũ crinium. Demittit. Quartum ducẽ recenſet: qui grauior atq; ſeuerior erat ex pugna contra Achemenios parta: ut infula pro inſigni uteretur ſacerdotali. Sacro. Honorifico. uel qđ ſacerdotio fuerat inſignitus proter uictoriam de Parthis partam.

Crinis ineſt: natale decus dat longior ætas
Iam ſpatium triplici percurrens tempora nodo.
Demittit ſacro geminas a uertice uittas.
Datis Achemeniæ grauior de uulnere pugnæ.
Miſit in arma Darabs: acies quem martia circum
Gangaridum potaq; Gerus quos efferat unda;
Quiq; lacum cinxere Bicen. non defuit Anxur:

Dat in. Scribo datis ex priſco codice. Eſt ducis nomen: ſed ita ut populum Thracię innuat: de quo Plin. in. iiii. nat. hiſt. meminit.

Datis.

Pugnę Achemenię. Parthicę. ab Achemene rege Achemenii Parthi dicunť. Nam ut inquit Plinius in ſexto: Perſarum regna nũc parthorum intelliguntur: inter duo maria perſicum et hyrcanum caucaſis iugis attolluntur utrinq; per deuexa laterum. Ipſius uero parthię caput hecatonpylos abeſt a portis. cxxxiii. milibus paſſuum. Ita parthorum quoq; regna foribus diſcluduntť. Achęmenia: ut ait Stephanus: hoc eſt ἀχαιμενία regio perſica ab Athęmene filio Aegei. Dicitur et Achęmenion. uel ſignificat illum fuiſſe uittatum: capite ſcilicet uittis intecto: quoniam erat in eo ulneratus ut ad tegendum capitis uicium uittatus incederet. ut uerbum: grauior: exponatť debilior: imbecillior.

Achemenes.
Achemenii

Miſit. Suos populos ĩ arma. ſtimulauit ductor Daraps: nomẽ adeptus a Darapſa ciuitate Bactrina ut ait Strabo. Gentile darapſenus: et darapſianus. Martia. Militaris. Gangaridum. Gangaridę: ut inquit Seruius libro tertio georgicon: inter Indos et Aſſyrios habitantes cica gangem fluuium: unde etiam gangaridę dicti ſunt. Hos uicit Auguſtus: unde eſt: Imbellem auertis romanis arcibus indum. Maronis uerſus ii ſunt.

Darapſa.
Gãgaridę.

In foribus pugnam ex auro: ſolidoq; elephanto
Gangaridum faciam: uictoriſq; arma quirini.

De his ſic Plinius meminit in ſexto cum de gange agit et India. Nouiſſimę gentes gangaridũ: calingarum. Regio pertalis uocatur. Regi. lxx. M. peditum. Equites mille. Elephanti. dcc. in procinctu bellorum excubant. Sed acriori perpendiculo utendum qđ Plinii codex gandaridum ſeruat per. d. et ita Stephanus ſcribit γάνδαρα Indorum gens. Hecatęus Aſię. Dicuntur et gandarii ab ipſo: et Gandarice regio. Quare perpẽde an Virgilius ut poeta mutauerit literam: an mendi ſubſit indoles. De Gangaridarum ac Praſiorum regibus Plutarchus non tacuit in Alexandro. ubi per literam. d. ſcriptum eſt. De gangaridis tamen populis ad gangem meminit Diodorus in geſtis Alexandri qui fuerunt termini expeditionis Alexandri. Gerus. Fluuius Scythię: de quo ſic Plinius in quarto. Buces lacus recipit amnes gerum: hypanim ex diuerſo uenientes tractu. Nam Gerus Baſilidas et Nomadas ſeparat. Lego perinde apud opinatos auctores gerros populos Scythię: qui regem fato functum cęra collinunt aluo euulſa atq; expurgata: quam ſilere contuſo et thymiamate: Apiiq; ſemine et aneſi cum expleuerunt: reſuunt denuo: plauſtroq; impoſito: ad aliam protinus emigrant gentẽ: cui per manus tradunt ſimili uſq; ad extremum regnum cõmercio: cuius manibus cariores iugulãt cõcubinas.

Gandarii.
Gerus.

Efferat. Alimẽta mores faciunt unde a Didone duricies Aeneę ex alimẽtis improperatur. Ouidius. Natus es e ſcopulis: nutritus lacte ferino: et dicã ſilices pectus habere tuũ. Quiq. Et uenere Scythę bices lacus accolę: de quo Plinius meminit in. vi. De byce palude ſarmatię meminit Ptolemęus in. iii. geographię. Idẽ Ptolemęus nõ tacuit de hoſtiis fluuii Byci in eadẽ Sarmatia. Anxur. nomẽ ꝓpriũ ducis. Sydon. Eſt quidem proprium nomen: ſed a populis tractum. De Sydenis meminit Plinius in hoc tractatu. Quidã antiquarius originũ Ariſtarchus Sidones e regione Germanorũ Sicãbrorũ et Longbardorũ poſitos eſſe Polonos: et Sidoniã eſſe Poloniã: cuius rei multa argumenta ſunt. Primo qđ ciuitatem eorum Metropolim Corodunum nunc Cracouiam dictam attingit amnis uiſtula: et Sidones ibi ſunt. Rurſus Loobibuti populi olim dicebantur: unde Boiemi Looch uocãt Polonos: et Loocibuti ſunt iuxta Sidones. Ipſi ſe a planicie uocant: quam lingua eorum dicunt Poli. Quod nulla adduci: ut credãt poſſum ratione: ut uidelicet a corrupta lingua potius q̃ ab initiali et uera Poloni nomen antiquum deducant. Ego ſemper putaui ab Apollonia ciuitate primum Apollonios uel Apollonienſes: mox Pollonos pro Apollonios uernaculam ſimplicitatem: quę ex uſu et utili cõmercio curtare nomina ſolet: appellaſſe. Eſt enim Apollonia inſula ponti: de qua meminit Plinius in ſexto. Dices at qui polloni qui hodie dicuntur non habitant inſulam illam. Eſto. Ab illa forte deduxerunt originem: ut a Bono Thuſco Bononienſes appellati: et id genus. Eſt et Apollonia auctore Stephano prope Rhindacum qui fluuius ẽ ponti ut ait Ptolemęus in. iiii. Omitto duplicẽ eſſe Sarmatiam in Europa et Aſia: de qua Ptolemęus in. v. Eſt alia in Thracia Apollonia. Quã uero rhindacus nõ diſtet a finibꝰ colchicis et thracia: nouere diligẽtiores. Sarmatarũ uero nomẽ latius patet: ut claret apud Ptol. i. iii. q et i. v. ponit Apolloniã apud amnẽ rhindacũ.

Bice.
Bicus fluc.
Sydeni.
Sidones poloni.
Viſtula.
Looch.
Poli planicies.
Apollonia inſula.
Bononiẽſes unde.

Aceſines. Aceſina. Aceſines fluuius Indię auctore Strabone geographię libro.xv. Hic miſcetur hyarotidi ubi
mira arborum magnitudo. Plinius libro.vi.nat.hiſt. Aceſinum et Hipanim fluuios Indorū nominat.
De quo ſic Procopius libro primo de bello perſico. Euphrates Aceſini miſcetur: qui ex perſarmeniis
Leucoſyri multus labitur maior etiam factus in Leucoſyros nūc Armenios minores appellatos profluit. Leuo
nūc Armeni. omine. qđ obiit forſan in acie. Phrixus. Sic habent antiqui codices ut a populis phrixis nomen detor
queat' a phrixo portu apud os ponti. Gentile phrixius. Mouet agmina. Ducit exercitum. Fatidicę. Hic ceruam quę ſibi futura prędicebat ut olim in Luſitania Sertorio fabulati ſunt: ferebat in acie. nō ceruam ueram puto: ſed pictam. ea figura referente ceruam fatidicam. Habuit iſigne ceruę: quo diuidebat acies: quem morem nunc galli ſeruant: unde putauerim et urſorum et aquilarum et huiuſmodi inſigniū

Non Rhadalo cum fratre Sydon: aceſinaq; leuo
Omine fatidicæ Phrixus mouet agmina ceruæ.
Ipſa comes ſetis fulgens et cornibus aureis
Ante aciem celſi uehitur geſtamine conti.
Mœſta necis ſæuæ luco reditura Dianæ.
Mouit et hylæa ſupplex cum gente ſyenem

Inſignia domeſtica. De Gelfis et Gibellinis. olim originem manaſſe: niſi uelimus altius repetere: quod cum ſit rarum: et curioſitas nihil recuſet: non pigebit Gelforum Gibellinorūq; originis: ut putamus non nominū cauſam: quibus hodie factionibus bacchatur et tumultuatur humanum genus: ex hiſtoriis Procopii ueriſſimis repetere: cuius hęc uerba ſūt libro primo perſicorū. Sub idem tempus apud Byzantium populi ſeditio improuiſa contigit: quę maxime pręter opinionem fuit. Hoc modo. Populi in qualibet ciuitate iam dudum in Venetos et Paraſinos diuiſi erant: ſtultonia quidem nomina quorum gratia inter ſpectatores et pecunias erogare: et corpora diris cruciatibus affligere: deniq; ignominioſam oppetere mortem non dedignantur. Certant.n.cum oppoſito non animaduertentes cuius gratia periculum ſubeant: naſciturq; illis erga proximos inimicitia quędā nulla de cauſa. quę nec generi nec neceſſitudini ulli parcit. Apud hos uincere fuerit ſi qua impietate i deū utantur: ſi et leges: et reſpublicę uiolentur. Cuius ſceleris participes quoq; fœminę ſunt: nō ſolum ipſos ſequentes uiros: ſed cum eis ſi oporteat in certamen deſcendentes: quin alias in theatrum nō ueniant. Super quibus nihil ego habeo ſatis dicere niſi morbū hunc eſſe animi cōmunē: qui omnes ciuitates ac populos inuaſit. Tunc autē magiſtratus qui erant Byzantii horū quoſdam ſeditioſorum ad ſupplicium ducebat. Reliqui uero ſimul conuenientes rapiunt: ac pari ſeditione ciues ſi qui boni ſupererant: trucidant. Ignis tota urbe haud aliter q̄ ab hoſtibus cernebat': ex quo Sophię templum et auguſtę domus ueſtibulum uſq; ad Martis domum uocatam conflagrarunt: porticuſq; magnę uſq; ad forum Cōſtantini. Hęc addenda ſunt his: quę de perditiſſimis huiuſmodi factionibus in Lucretianis cōmētariis affatim conſcripſimus. Ipſa comes. Vel imago ceruę uehitur: uel cerua ipſa uiua: comitata phrixum. Setis. Pilis in hoc loco. Setam uulgo uocant ueſtem illam: quam bombycinam nonnulli: nec prorſus indocti: credūt a priſcis appellari: cum illa ſit: et appellari debeat ſericum: de qua ſubiit ſic fieri mentionem a Procopio libro primo perſicorum. Regnantibus igitur apud ęthiopas Helliſtheo: apud homeritas uero Eſimipheo Iuſtinianus Iulianum legatum reges ambos rogatum miſit ob cōmunem in Chriſtum fidem uti ſibi cō

Sericum. tra perſas eſſent auxilio ut ęthiopes quidem ex Indis ſericum mercantes ac Rhomęis mittētes ipſi quidem pecunię maximę ſint domini. Romęis uero cauſa fuerint ut non amplius nummos in hoſtes ſerica emendi

Medica ueſtis. gratia transferre cogantur. ex quo ueſtem conficere conſueuerunt; quam olim medicam: nūc uero ſericam uocant. Hęc Procopius. Holoſerica eſt ea: quam nunc uellutam uocant: non imperita dictione

holoſerica. Vellutum. Ouidio uellutum a uellere piloſum dicente uel pexum. De holoſerico iuriſperiti meminerunt dig. de ueſte legata. Ante aciem. Vt honoretur diuinum animal: et ut inſigne pręcedat. Geſtamine. Dū eam geſtant. Conti celſi. Si loquimur de cerua picta intelligimus qđ ferebatur annexa perticę. Si de uiua

Contus. qđ aſſeribus inſidens lecticę ferebat'. Contū noſti eſſe perticā longā qua ad maris exploranda uada utuntur: unde natū ē uerbū pcōtari. Mœſta reditura. Hęc cerua: quę nūc tāto triumpho geſtatur magna mœſtitudine cōfecta redibit in lucum Dianę uulnerata: ac telis in acie ſaucia: nec multum ei proderit fatidica diuinitas. Dianę. Vel cuiciq; nemori. generatim.n. loquendo pręeſt omnibus Diana: uel intelligit de luco peculiari apud regiā Aeetę: qui triuię dicatus erat: de quo ſupra meminimus. Reditura erat ad Dia

Hylea. Hyllus. Hyleū mare. nam ſiluarum numen ac uenationis: a qua habebat ut eſſet fatidica. Hylea. Regio ponti Hylea: Abiete dicta. Idem eſt hylęa hoc ē ὑλαία. Auctor Alexāder in ponto: et Hyllus fluuius Lydię: de quo Strabo xiii. Sed hi fortaſſis ab hylle denominationem ſumunt: quę celſiſſimas arbores generat. Plinius in quarto meminit de mari hyleo inter ſcythię gentes et Apollonius in quarto. Plinius. Silueſtris regio hyleum mare quo alluitur cognominauit. Alexander: ὕλαια χώρα ποντικὴ λεγόμενον τουτέστι ὕλαια. Dicta hylęa hęc ponti regio qđ eſt ſilueſtris. Pomponius. Siluę inquit deinde ſunt: quas maximas hę terrę ferunt: Herodotus. Traiecto inquit Boryſthene a mari in primis eſt hylea regio. Et pauloposti Caret inquit arboribus omnis hęc plaga pręter hyleā. Sirenem. Nomen propriū ducis qui in auxiliū perſę cōcedebat cū populis hyleis. Alii codices habent ſyenen. priſci ſyrenen. Pręſentās. Pręparas: ſtruens.

Impia uulnera: Sanguinariam diſcordiam unde tanta cędes luctuſq̄ proueniet. Ad hanc regionem hylcam non deſunt qui referant illud propertianum. Ille etiam hylęi percuſſus uulnere rami Saucius Arcadiis rupibus ingemuit. quãdo uidelicet hylęa ſilua altiſſimas arbores habet. ut ſit ſpecies pro genere: quẽadmodũ Acheloũ Maro pro omni fluuio poſuit: et Chaoniã ſiluam pro omni loco abundãti materię. Plinius libro. vi. Proceritatem arborum miram inquit fuiſſe in fortunatis inſulis: et ad centum quadraginta quatuor pedes adoleſcere. Propertianũ carmen perpẽſum.

Impia germani prætentans uulnera Perſes.
Denſior haud uſquam nec celſior extulit ullas
Silua trabes: feſſæq̄ prius rediere ſagittæ:
Arboris ad ſummum quam peruenere cacumen.
Quin et ab hyrcanis Titanius expulit antris
Cyris in arma uiros: plauſtriſq̄ ad prælia cunctas
Cœlalex traxere manus. ibi ſutilis illis
Et domus et crudo reſidens ſub uellere coniux:
Et puer e primo torquens temone cateias.
Linquitur abruptus pelago tyra. linquitur et mons

Feſſae. Impotentes: ad ſagittandum uiribus deficientibus. Arboris. Tãta eſt arborum: tanq̄ editarum excelſitas. Imitatio maroniana de arboribus indis. Vbi aera uincere ſummũ Arboris haud ullę iactu potuere ſagittę: Et gens illa quidem ſumptis non tarda pharetris.

Hyrcanis. Sunt qui ſcribũt herciniis pro hercinio ſaltu Germanię quod non probo refragrantibus priſcis exemplaribus: nec auxilia tam longe petenda fuerunt. Aduerte tamen non hyrcaniam intelligi iudęę πόλιν dictã ab hyrcano exarcho iudęorum: nec hyrcaniam Lydię: de qua meminit Eratoſthenes in quinto gallaticorum: ſed hyrcaniam ciuitatem Thracię: de qua meminit Stephanus in libro de urbibus: cuius gentile hyrcanios. Hyrcinum ſaltum inter Danubiũ et Pannoniam Plinius attingit in quarto: quod alii ad hercinium deluxant. ſed ut prędixi codices priſci repugnant. Titanius. Vel a Titanibus hoc eſt gigantibus oriundus: uel ſolis Titanii filius. uel ferox et uaſtus: uſq̄ gigantes ſtaturoſus. Expulit. Tanq̄ ultro non irent: ſed ui domini coacti ſunt in pugnam deſcendere. Cyrus. priſci codices habent cyris: ut forſan intelligat de ciuitate quę κύρου πόλις dicitur a Stephano: quę alio nomine Cyrechata uocatur. Eſt in finibus perſidis. Ciuis Cyropolites: ſecundũ Perſas Cyrechateni: ut Araxeni et Cambyſſeni. Eſt et Cyrrus ciuitas ſyrię: de qua meminit Polybius in quinto: et Strabo nõ tacuit. De cyreſtica regione Polybius in Armeniis. De Cyro fluuio multiplici meminit Strabo: nec diſſentit Valerio: De hoc ita Plinius in ſexto. Per oram Scythię tenent Albani: ut ferunt: ab Iaſone oriũdi: ante quos mare quod eſt albanum nominat. Hęc gens ſuperfuſa montibus caucaſiis ad cyrum amnem Armenię confinium atq̄ Iberię deſcendit. Cœlalelę. Ita habet et priſcus codex quem populum cum anxie perquiſierim tamen inuenire non potui. Quid ſi cercetę legis? qui ſunt populi colchorum: de quibus meminit Plinius libro ſexto. uel Arſietę: quos Ptolemęus ponit in Sarmatia. Quid ſi audendum tãdem eſt? et locus corrigendus. Cœla: letę: et in fine ſuperioris carminis: iunctas non cunctas ſcribẽdũ: ut ſenſus ſit: celam et leten alteram ciuitatem cherſoneſi Thracię: alteram ſimiliter Thracię ad hoc bellũ conueniſſe. Auctor Ptolemęus in. iii. Manus. Cateruas. Sutilis. Conſuta uirgis: et fiſtucato facta a ſuendo. Cymbam Charontis Mantuanus Homerus ſutilem uocat qđ erat e ſulua compacta: unde prouerbiũ. Sutili nauigio ſulcare tentat oceanum: in maiora uiribus aggrediente. Sutilibus liber cõmittit pręlia thyrſis inquit poeta laſciuiens. Sub uellere. Sub birro uel pelle non emollita nec confecta: ſed dura ut direpta pecudi fuerat. Et puer. Et filius eſt illis: qui nutritus in plauſtro a quo cum primum per campum deſcendit greſſus explicaturus: pedeſq̄ moturus: incipit arma tractare. Torquens. Vibrans ac mouens. E primo Temone. Cũ primum ex Temone et plauſtro ubi natus et lacte materno nutritus eſt: deſilit in planiciem.

Cyris. Cyrechata Cyropolites. Cyrechateni. Cyrrus. Cyreſtica regio. Cerus fl. Cyrcetę. Arſietae. Cœla. Letae. Sutile.

Cateias. Armorum inſtrumenta barbara: de quibus Maro. Teutonico ritu ſoliti torquere cateias. Cateiae.

Tyra. Tyram quoque ueniſſe refert. De qua ſic Stephanus. Tyras ciuitas et fluuius in euxino ponto. gentile Tyrates et Tyrites a tyris. Polyhiſtor fluuium et ciuitatem uocat Tyran: ciues Tyranos. uocat et ophiuſa. De Tyra: inter hos populos meminit Plinius in quarto. De alia longeq̄ diuerſa gẽte Tyra Plinius non tacuit libro ſexto. in ſinu maris rubri. De Tyra fluuio Sarmatię meminit Ptolemęus in tertio. apud quem hoſtia Tyrę fluminis in myſia magis occidentali: et ibidem ponit ciuitatem Tyroſpolin. Tyras. Tyrates. Ophiuſa. Tyroſpolis.

Abruptis pelago. Septimus caſus. Linquitur Tyra a populis Tyranis auulſis illis a rege ſuo per uim a pelago euxino. abrumpi dicuntur illa: quę non faciliter ſed coacta ueniunt. Embolus. Exemplaria uetuſta habent: Ambenus. De embolo uel eubolo aut Ambeno gręci poetę: qui argonautica ſcripſere: nihil meminere. Credo ſecutum poetam Flaccum gręcos alios: qui nunc non extant: qui uel huiuſmodi populos aut recenſebant aut confingebãt. Stephanus geographię minutiſſime ſcrupuloſus: Ptolemeus: Strabo: Plinius de hoc loco uel populo pariter tacuere: niſi qđ de uico embolo fit mentio a Ptolemęo libro ſexto: quem in Arabia felici collocat. Hermolaus Barbarus uir in omni doctrina minime barbarus ſcribẽdum hic cẽſet embolus ex Herodoto: qui de embolo meminit ad Boryſthenis et hypanis tractum: Embolus.

quod ualde congruit. Gelidis. Frigorificis. Sūt uenenorum aliqua quę nimio calore ſuffocant. quę/
**Ophiuſa.** dam nimio ſunt ſrigore infeſta. Ophiuſa. Ptolemęus in tertio Ophiuſam ciuitatem ponit in ora ma/
ritima Syrię. Scribit Strabo Rhodum prius Ophiuſam dictam. In ſiniſtra parte orę Iſtri fluminis ſita
**Sindi.** eſt ophiuſa ciuitas: de qua hic Flaccus intelligit Auctor Strabo libro ſeptimo geographię. Hāc Plinius
quoq͂ non omiſit. Ophiuſa a ſerpentibus appellata. ὄφισ grece ſerpens dicit̃ propter uenenum quo ſca
tet: ut poeta noſter innuit. Degeneres ſindi. Degenerantes a maioribus qui fortiſſimi fuerunt. Ptolemęus in quinto Sindam uillā et ciuitatē in Sarmatia collocat. Glomerant. Turmatim coactas trahūt: Fit inde manū glomerare. Turmas. Seruorum turmas trahunt.

Ambenus: et gelidis pollens ophiuſa uenenis.
Degenereſq͂ ruunt Sindi: glomerantq͂ paterno
Crimine nunc etiam metuentes uerbera turmas.
Hos ſuper erectam phalces agit æquore nubem
Cum fremitu: denſiq͂ leuant uexilla Coralli:
Barbaricæ quis ſigna rotæ: ferrataq͂ dorſo
Forma ſuum: truncæq͂ Iouis ſimulacra columnæ.

Metuētes uerbera. Flagella dominorum. Crimine paterno. propter patres ac ꝓgenitores ſuos: qui deliquerunt in dominos. uel filii ſeruorum fuerunt. Filii timent ac minores: ne ſceleris paterni pœnas luāt. Hiſtoria ſic ſe habet. Cū domini ſarmatę diu occupati eſſent in bello: ſerui cum matronis concubuere: unde nati Sindi. Cū uero patroni uictores redirēt nō accepti ſunt a ſeruis: quos cū nulla ui domare poſſent: tandem eos flagellis oſtēſis cōminati uerbera: compreſſere. Refert quoq͂ Stephanus Sindos eſſe populos: męotidis paludis accolas: ut iactetur uulgo pudendum muliebre: hoc eſt τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον. forte huic hiſtorię Stephanus alluſit qđ uidelicet mulieres ſindicę pudendę cōmercio ſeruorū ſunt habitę: ut uidelicet cum prouerbialiter dicere uolebant fœminas proſtitutas et probroſas ſindicas appellarent. Vide q̄ Plinius libro quarto Valerio noſtro concinat his.

**Serui ſindi in dominos.**

**Sindicę ꝓſtitutę.**

**Getę daci.**

**Emēdatus Ammianꝰ**

Ab Iſtro in plenum quidem omnes Scytharū ſunt gentes: uarię tamen appoſitę litori tenuere alias Getę: daci a Romanis dicti: alias Sarmatę: a gręcis Sauromatę: eorumq͂ Amaxobii aut Aorſi: alias Sindi degeneres: et a Seruis orti. Ammianus. Peninſula inquit eſt quam Sindi colunt ignobiles poſt heriles in Aſia caſus cōiugiis potiti dominorum et rebus. Hos Sindos et hāc hiſtoriam tetigit Claudianus in calce primi libri in Eutropium his uerbis.

**Claudianus explicatus.**

Vt Scytha poſt multos rediens exercitus annos
Cum ſibi ſeruilis pro finibus obuia pubes
Iret: et arceret dominos tellure reuerſos:
Armatam oſtenſis aciem fudere flagellis.
Notus ab inceptis ignobile reppulit horror
Vulgus: et addictus ſub uerbere torpuit enſis.

Phalces. Nomen propriū ductoris. Hos ſuper. Pręter hos. Agit. Ducit. Nubem. Turmam: multitudinem equitum ac peditum: quę nubes eminus uidetur: cum ſenſus longe poſita non diſcernat. Erectam. Vel haſtas habentē erectas: uel erectā in ſpem uictorię. Leuant. Tollunt uexilla imaginem pugnę cientes. Coralli. Strabo libro ſeptimo geographię. Habitāt et iſti et crobizi: et alii quos troglodytas uocāt ad loca: quę ad Calatin et Tomęen et Iſtrū pertinent. De hinc ęmi accolę: et qui uſq͂ in pontum uergunt: Coralli et Beſſi: et Męдorum quidam: et Dantheletę. Hęc uero uniuerſa latronibus refertiſſima loca. Quis. Quibus corallis. Signa rotę. Ferunt inſignia rotę et ſuem. Qualia nūc etiam apud nos: ſed a barbaris more cōmunicato: diuerſa uiſuntur inſignia: et cuiq͂ familię propria et gentilitia. ęque ſigna corallorū fuerunt ab aliis peculiari commento diſtincta. Forma ſuum ferrata dorſo. Habens dorſum ſetis pręlongis et cuſpidatis acutum ut mucrones ferrei uiderent̃. non abludit id ouidianū. Stantq͂ uelut uallum: uelut alta haſtilia ſetę. Simulacra columnę. Pręterea Coralli geſtabāt columnā truncā: quę ſimulacrū Iouis eſt: an ut quidā aniantur in Scythia pugna cum dis fuit aduerſus gigantas: Iouiſq͂ columnā tunc fuiſſe fractam a gigantibus quos progenitores ſuos Coralli recognoſcūt: an propter cometen cœlitus mortalibus affulgentem columnę ſimilitudinem pręſeferentē. An ob aliam cauſam: non adhuc exploratū habeo. Nonnulli referunt ad hanc hiſtoriam qđ Coralli Scythię populi ferebant petram quādam erectam in ſimilitudinē columnę: quam petram Iupiter fulmine percuſſit et fregit Typhonē percuſſurus. Totāq͂ figurā noſtri poetę detorquent ab his carminibus Apollonii in. ii. Ὄφις περί τ᾽ ἀμφί τ᾽ ἔρυται

**Coralli.**

**Colūna.**

Ἀθάνατος καὶ ἄυπνος ὃν αὐτὴ γαῖαν ἔφυσεν
καυκάσου ἐν κνημοῖσι τυφαονίη ὅθι πέτρη.
Ἔνθα τυφάονα φασὶ διὸς κρονίδαο κεραυνῷ
βλήμενον ὁππότε οἱ στυβαρὰς ἐπορέξατο χεῖρας
θερμὸν ἀπὸ κρατὸς στάξαι φόνον. ἵκετο δ᾽ αὔτως
Οὔρεα καὶ πεδίον νυσήιον ἔνθ᾽ ἔτι νῦν περ

κεῖται ὑποβρύχιος σερβωνίδος ὕδατι λίμνης.
Serpés circũcirca ſeruat uellus immortalis et inſomnis:qué ipſa terra extulit: Caucaſi in iugis Typhonia ubi petra. Vbi Typhonem dicunt Iouis ſaturnii fulmine percuſſum quãdo in eũ ualidas exercuit manus:ita iacere per montes et campum nyſeium:ubi nunc iacet humefactus in aquis ſerbonidis paludis. Subdit interpres. Circa caucaſum dicunt in petra Typhonia fulmine ictum Typhonem:ex reliquiis cuius natus eſt ſerpens uellus aureum cuſtodiés:et q̃ fabuloſa ſequuntur. Sed hęc poſteri iudicét. Sunt qui ad columnam Orphei in Thraciã referunt qua Orphei oſſa contineãtur: cuius affluxu hominũ euerſę et incolarum excidiũ portédi longa narratur fabula:quod minus mirũ facit familiam pręluſtré columné ſem bodie ſic poetis aſſici:fouere:complecti:ut Orphei minores ac poſteros. Prępia. Populos hos inquit nullo uti cornicine:nulla tuba i acie tantum Martem hoc ideſt magis accendere : et agere pugnaturis animos : qd bene rem gerentium in bello laudes canunt : quibus incitati eorum animi ruunt in fatum.

Typhonia petra.

Colũnenſium laus.

Prælia nec rauco curant incendere cornu:
Indigenas ſed rite duces et priſca ſuorum
Facta canunt:ueterumq́ʒ uiris hortamina laudes.
Aſt ubi Sidonicas inter pedes æquat habenas:
Illinc iuratos in ſe trahit æa batarnas:
Quos duce Teutagono crudi mora corticis armat:
Aequaq́ʒ nec ferro breuior nec rhomphea ligno.
Nec procul albentes gemina fert Aclyde parmas:
Hyberni qui terga nouæ gelidumq́ʒ ſecuri

Incendere. Suſcitare:compellere:inflammare:ex Marone:ęre ciere uiros:Martéq́ʒ accẽdere cantu. pręlia pro pręliatoribus accepit. Priſca facta. Deſcribũt uitas ſuorũ principum. Canunt uiris. Cantant pugnatoribus. Laudes ueteru ni. Victorias priſcorum ducum.

Hortamina. Appoſitio. Quibus hortationibus acié animo pro patria emori deſtinato prodeunt:ut ſimiles fiant ideſt ęqua gloria participent maiorũ laudes. Sidonicas. Senſus eſt. Dum pedes Corallus calcat ęquor campeſtre:interim ueniunt Aeęi milites. Sidonas:ut ſupra conuicimus:antiqui quos hodie Pollonos:nocauere. Inter ęquat. ęquales pedũ proculcatione reddit:complanat:deprimit. Pedes. Pedites. numerus pro numero. Habenas. Harenas quidam legunt:cui lectioni reſpondet interpretatio prępoſita. Qd ſi legis habenas:ut habét priſci codices:erit ſenſus. Pedites equitibus interpoſitos diſcurrere:et ęquare hoc eſt ęquali gradu comitari equitatum. Habenas metonymicos dixit equites:partem pro toto. in regione Themeſtidę regionis Plinius Macronas et Sydonas collocauit:et flumen ſydenum. quãuis aliqui ſydenos legunt. Illinc. Ex alia parte colchorũ. Iuratos batarnas. Qui iurauerũt addixeruntq́ʒ ſe ſacramento militię. Aea. Ciuitas colchorum:de qua omnes meminerunt:a qua ęaea circe quãuis a nautis auerſantibus eam quidam dictam nolũt. Batarnas. Gratia metri dixit pro Baſtarnas. Sunt enim Baſtarnę:ut inquit Stephanus:gens ſupra Iſtrum habitans. Dionyſius. πολλοὶ μὲν ἐξείης μαιώτιδος ἐς στόμα λίμνης γερμανοὶ σαρμάται γέται θ' ἅμα βαστάρναι τε. Fit et de his a Strabone mentio libro ſeptimo geographię. et Ptolemęo in tertio. Teutagono. Bene teutagono tanquã genito e Teutonica regione: propter hęc Strabonis uerba libro ſeptimo. Quod auté per longitudinem ad ortum tendentibus Boryſthenis et Boreę partes: et ponti regio offertur: manifeſtũ id quidem ipſis ex climatibus et parallelorum interuallis. Verum enim uero quid ultra Germaniam exiſtat: et quid de aliis ex ordine poſitis:ſiue Baſtarnas appellare oporteat:ut plures arbitrantur : ſiue alios inter medios:ſeu Iazygas:ſeu Rhaxnalos:et quę ſequuntur. Mora. Clypeus aut thorax:qui morant' ictus et uulnera. Crudi. Duri. Aequa. Aequaliter ab omnibus geſtata. uel ęquale ferrum habens ac lignum. Breuior. Sed par eſt lignum cum ferro. Rompia. Suidas Rhomphęam ſic deſcribit. ῥομφαία τὸ μακρὸν ἀκόντιον. ἢ μάχαιρα. Rhomphęa eſt haſta magna uel machęra. Hieronymus in conſolatoria Ad Paulam. Nec dum flammeum illa rhomphęa cherubin eius ſanguis extinxerat. Claudianus in magiſtrum equitum. Sic geticas ultrix feriat rhomphęa cateruas. Ambroſius in quadam epiſtola ad Hireneum: Vnus quiſq́ʒ in rhomphęa inſurget ad fratrem ſuum. Nec procul. Sequebantur etiam accolę Nouę fluuii qui ferebant Aclydes et erant Parmati. Gemina. Lata. Et Maro duplex pro magno poſuit: in georgicis. duplici dentalia dorſo. Aclyde. Aclides:ut inquit Marcellus : iacula breuia. Virgilius in ſeptimo: Teretes ſunt Aclides illi Tela. Sed hęc lento mos eſt aptare flagello.

Sidonici.

Aea.

Batarnę

Baſtarnę.

Teutagonus.

Rhõphea.

Nouas fl.

Acldes.

Tybarni. Scribo ex antiquiſſimo exemplari hiberni:hoc é gelidi:niualis ac rigidiſſimi:de quo fluuio cui nomen eſt nouas ſuperius eſt habita mentio. Quãuis nouę auctore Ptolemęo libro tertio ſit ciuitas penes Danubium. Alii exponunt locum Sarmatię : quem Ptolemęus in eodem tertio inquit appellari noua mœnia. De Tyrbanis tamen populis in ora colchica meminit libro duodecimo Strabo. Sed ego priſcum codicem ſequor. Sunt hi populi Scythę uarii: et qui nequeant deſcribi ſine hęſitatione: quoniam priſcos in obſcuro fuerunt et nomina ſępe imitata uel deluxata ab origine genuina ſunt.

Tybarnae.

Eruit et tota non audit alazona ripa.
Quoſcꝗ Tyras: niueumcꝗ ferax Euarchus olorum.
Te quocꝗ uenturis ingens Ariaſmene ſæclis
Tradiderim: molem belli lateꝗ ferentem
Vndicꝗ falcatos deſerta per æquora currus.
Inſequitur drangæa phalanx: clauſtriſcꝗ profuſi
Caſpiadæ: quis turba canum non ſegnius acre

**Alazones.** Eruit Alazona. Securibus cedunt fluuios adeo glacie cōcreſcunt. Veniunt et qui fluuium Alazonem accolunt. Scribit Stephanus Alazonem ſcythię gentē eſſe. De hoc fluuio ſic ſcribit Plinius in.vi. Planiciem omnē a Cyro uſcꝗ Albanorum gens tenet. Mox iberum diſcreta ab his amne Alazone in cyro e caucaſiis montibus deffluēte. Non audit. propter latas ripas ac immenſas. Tota ripa. Quoniā geminos populos diſterminat uel melius non audit: ſubintellige fluentē propter ſtuporem aquarum cōgelantium omnino. Flumina glaciata fluere non percipiuntur craſſitudine aquarum impedientium et auferentium ſenſum cū illa in imo alueo fluāt. Eruit. Actiue percutit: et ab imo aperit. ut. cumuloſcꝗ ruit male pinguis arenę. Taras. ſcribo Tyras ex his Plinii uerbis: quę lib. iiii. poſita ſunt. Verū ab iſto opida Crenne: Sceopolium. montes macrorennius: Clarius. Amnis Tyra opido nomen imponens: ubi antea ophiuſa dicebatur. Aduerte ne potius Teras ſit legēdum quoniā infra de Tyro mentio fiet. De Taro fluuio pręter Flaccū nemo ſomniat. Quid ſi legis Torus: qui fluuius eſt colchidis de quo Strabo in.xi. quoniā de Tyra alibi. Tyras fluuius eſt e peuca monte Dacię profluens ultra quem eſt inferior mœſia quę hodie mundauia dicitur: cum dacia uocetur mondauia. Ferax. Abundans: unde feracem dicimus terram. Niueum. Niueorum.

**Tyras.** **Teras.**

Euarchus. Nomen eſt fluuii colchici uel regionum huiuſmodi finitimarum: quem poeta iure poetico ſuppreſſo nomine proprio: auerſo fonte muſarum: uocauit Euarchū: quaſi late fluuiis huiuſmodi dominantē ut Danubius fuerit aut Boryſthenes. Te quocꝗ. Memorabo te etiam Ariaſmene ferentē totam molē belli: cui totius exercitus incumbebat ſarcina. Et canā te futurū famigerabilē ac uenturis ſeclis celebrē. Ingens. An uirtutis bellicę fama: an inuēto curruum falcatorum: quibus poſtea reges omnes oriētis uſi ſunt: unde a Lucretio dictū libro. iii. Falciferos memorāt currus abſcindere membra. Ferentē in aciē promouētē. Deſerta per ęquora. Per campeſtrē planiciē: quā deſertā uocat: quoniā uenientibus falcatis quadrigis cedebāt oēs. Falcatos currus. Falces undicꝗ trahētes annexas: quibus homines lacerabāt. Romani: ut inquit Liuius in bello Antiocheno: ad auertēdū hoc malū ſagittarios adhibebāt: qui frontes equorū currus huiuſmodi trahentiū ferirēt: quo fiebat ut in hoſtes cōuerterent: pluſcꝗ ſuis nocerētur. Plutarchus in lucullo prodit Mitridatē in armis habuiſſe decē et ſex equitum milia pręter falcatos currus: quos centū fuiſſe tradūt. Harū formā Liuius libro ſeptimo de bello Antiocheno ita deſcribit. Falcatę quocꝗ quadrigę: quibus ſe perturbaturū hoſtiū aciem Antiochus crediderat: in ſuos terrorem uerterūt. Armatę autē in hūc maxime modū erant. Cuſpides circa Temonē ab iugo decē cubita extantes: uelut cornua habebāt: quibus quicquid obuiū daretur: transfigerent et in extremis iugis binę circa eminebāt falces: altera ęquata iugo: altera inferior in terram deuexa. Illa ut quicquid ab latere obiicerēt: abſcinderet. Hęc et prolapſos ſubeuntiſcꝗ cōtingeret. Item ab axibus rotarum utrincꝗ binę eodē modo: diuerſę deligabant falces. Inſequitur. Dranccei ſequuntur inquit Valerius cum caſpiadis: qui cohortes canum habēt. Dranccos Ptolemęus libro ſexto ponit in ſeptima tabula Aſię in ſogdianorum ſitu. Si drangęos legere iuuat intellige de regione drangiana Aſię: quę terminatur: ut inquit Ptolemęus ab occaſu et ſeptētrione aria iuxta expoſitam lineā per Bagoū montem exeuntem ab oriente Arachoſia. Drāgas: inquit Stephanus: citatcꝗ teſtimoniū Strabonis: maſculinum: fœmininū: Drāgcis: Regio drangane. Clauſtris. Portis caſpiis. Profuſi. procurrētes: promicātes. Caſpiadę. Plinius lib. vi. nat. hiſt. Ecbatana caput Medię eſt. Seleucus rex condidit. A Seleucia magna. Dcc. L. M. paſſibus a portis caſpiis. xx. M. Reliqua Medorū opida. Cauſa portarum nominis interruptis anguſto tranſitu iugis: ita ut uix ſingula meent plauſtra. longitudine. viii. M. paſſuum toto opere manufacto: dextra leuacꝗ ambuſtis ſimiles impendent ſcopuli ſitiente tractu per. xxxviii. M. paſſus. Anguſtias impedit corriuatus ſalis e cautibus liquor atcꝗ eadem emiſſus. Pręterea ſerpentium multitudo niſi hyeme tranſitum non ſinit.

**Falcati currus.** **Dranccei.** **Drangęi.** **Caſpiadae**

**Canum legiones.** **Tigris.** Quis. Quibus caſpiadis. Turba canum. Garamantum regem: ut ſcribit Plinius in octauo: canes ducenti ab exilio reduxere pręliantes contra reſiſtentes. Propter bella Colophonii: itemcꝗ caſtabalenſes cohortes canum habuere. Eę primę dimicabant in acie nunquā detrectantes. Hęc erant auxilia fidiſſima: nec ſtipendiorum indiga. Scribit Strabo libro decimoquinto apud Praſios naſci tigres magnitudine duplos fere ad leonem adeo ualentis ut unus ex māſuetis a quatuor hominibus ductus: ſi mulum poſteriore pede apprehēderit: ad ſe trahit. Naſci etiam hebenū: canes quocꝗ ualentiſſimos: qui nō ante morſum dimittant ꝗ̄ aqua naribus infundat. nonnullis pre ſtudio mordēdi oculos diſtorqueri: nōnullis et excidere. Leonem et taurum a cane detineri. Taurum mori nctu comprehenſum priuſꝗ̄ dimittatur. Antiqui moris eſt ut Seruius inquit canes etiam reges comitari: quod cum Virgilius annotaſſet cecinit: Greſſumcꝗ canes comitantur Herilem. Non ſegnius. Non tarde immo promptiſſime.

Exilit ad lituos. Euolat ad ſonum tubę. Pugnas heriles. Pro dominis pugnant et commori uo/lunt. Par mortis honos. mortuos canes domini ſepeliunt: idemq́ hominum ē honos et canum. Tumulis. Herilibus. cum dominis ſepeliuntur. Poſitus. poſituras: conditoria: tumulos. nomen fictum a ponendo. ubi ponuntur. i. ſepeliuntur domini: ſepeliuntur et canes. fidem remunerātibus heris fidiſſimis canum ſeruitiis. Virum. Dominorum. Canes ponuntur in monimētis dominorū. Pectora ferro. Poſitus.

Exilit ad lituos: pugnaſq́ capeſſit heriles.
Inde etiam par mortis honos: tumuliſq́ recæpti
Inter auos poſituſq́ uirum nam pectora ferro
Terribileſq́ innexa iubas ruit agmine nigro
Latratuq́ chors. quanto ſonat horrida ditis
Ianua: uel ſuperas hecatem comitatus in aulas.
Ducit ab hyrcanis uates ſacer agmina lucis
Vanus. eum ſcythiæ iam tertia uiderat æſtas
Magnanimus Minyas: argoaq́ uela canentem.
Illius et dites monitis ſpondentibus Indi:
Et centumgeminæ Lagi naualia Thebes:
Totaq́ riphæo panchaia rapta triumpho.
Diſcolor haſtatas effudit Iberia turmas:

excipe uerbū illud inexa pectora ferro: iubaſque terribiles: ruit agmine nigro et quę ſequuntur. Per ferrum intellige cataphractos: et pectus armatos in aciem produci canes: ut denti fulmineo reſiſtant: nō ſecus q̄ canibus paſtoritiis adduntur collaria muricibus confixa: quę uocarunt millos: unde Scipionis ſentētia circūfertur. Vos eritis reipublicę quod millus cani. Melium Columella dicit niſi mēdoſus eſt codex. Milli. Melium.

Terribiles iubas. Hoc canū terribilium irę indicium eſt: propterea horricomi uocantur: et a Lucio Mandrēſi horripiles: De cane ferociſſimo Magno Alexandro a rege Albanię miſſo ſic Plinius in octauo. Horrentibus quippe per totum corpus uillis ingēti primū latratu intonuit. Ruit. In aciem perniciter proſilit. Nigro. Canū enim nigri ac rufi ſolent eſſe ſęuiores. Latratu. Naturali claſſico pugnam laceſſentes: ut romani milites barritu: germani ululatu ut auctor eſt Plinius. Quanto. Latratu. Horrida. pro horribili. Ditis. Plutonis. Vel comitatus. Vel quāto latratu ſonat comitatus et caterua Hecates. Hecate inferorū ac magorū dea: quę canibus circūdata ſolet incedere: Scimus enim canes ſtygias furias appellari: quę comitātur hecaten Comitatus pro ſocietate et cohorte Hecateia ponitur. In ſuperas aulas. Cum prodit in cœlum et ad ſuperos: quorum aera: et temperiem aſſuetę tartaro canes ferre non poſſunt: ut olim Cerberus tractus ab Hercule inaſſuetudinem cœli noſtri ferre nō ualens: uomuit aconitum. Quid ſi legis auras non aulas. quamuis et in priſco codice legatur aulas: quam lectionem tueri potes pro receſſibus et locis amœnioribus contrariis inferorum fetoribus. Ducit ab hyrcanis. Vannim neſcioquem memorat in pugnā produxiſſe a lucis hyrcanis uenientem. De hyrcanis hęc Plinius libro ſexto nat. hiſt. A caſpiis ad orientē uerſus regio eſt apouortene dicta: et in ea fertilitatis inclytę locus: Clarium mons: gentes Tapyri: amariaci: ſtauri: hyrcani: a quorum litoribus idem mare hyrcanium uocari incipit a flumine ſideri. hyrcania: auctore Stephano: ciuitas Thracię. Gētile hyrcanios ut parrhaſios: hyrbanios: et hyrcaniates: ut cydoniates. Et hyrcania uicus palęſtinę et iudęę ab hyrcano exarcho iudęorum. Eſt et hyrcanion campus Lydię: ut Eratoſthenes in. v. galaticorū. Hyrcani gens caſpii maris. Dicit hyrconus et hyrcania: nec non hyrcanis. Hyrcani. Vaunus. Nomen eſt proprium ſi ita ſcribatur. Priſci codices cum. n. ſimplici ſcribūt: ut ſit uanus pro demente poſitum; immo mēdaci: qui male diuinaret in propriis rebus: ſed quoniam Valerius inquit hūc nō uanā de minyis pdixiſſe: Cōmodior eſt lectio ut uānis ſit nomen propriū. Eum. Vānim uatē. Scythię ęſtas. Hoc cecinerat i Scythia. Minyas. uēturos i ſcythiā. Argoa. Gręcas naues. Canētē. Canere proprie eſt oracula prędicere. Illius monitis. Eo monente gentes multę confluebant in aciē. Dites Indi. Auro et margaritis abūdātes. Monitis illius ſpōdētibus ita pdictionib. ſuis ſpōdebat ac pollicebat. Cētūgeminę thebę. Cētūgeminę thebę ęgyptię non gręcę: quę uocabantur hecatompyli. priſci codices habent thebes ut ſit paternus caſus ſic. naualia Thebes centūgeminę uſitatius de urbe ęgyptia dicitur hęc thebe thebes. Lagi naualia. Aegypti naualia mouebātur illo iubente: tantę auctoritatis erat: atq́ ueracis uaticinii. Lagos nomen proprium regis ęgypti: qui duxit Arſinoen ut Sudas ait Ptolemęi Soteris matrem: et quę apud Sudam ſequuntur. Scribit Diodorus libro ſecundo Buſirim regem ęgypti condidiſſe ciuitatem magnam ſolis urbem ab ęgyptiis appellatam: a graecis uero Thebas: cuius mœnia centum quadraginta ſint ſtadia ambitu complexa. Rhiphęo triumpho. Hyperborei coloni diripiunt ſępe Panchaiam. Rapta. Direpta. Molles enim ſunt Arabes. Triumpho. In triumphum ducitur. Panchaia. Seruius panchaiam autumat: Arabiam et Sabęorum gentem eādem eſſe: apud quā naſcitur thus. De qua inquit Maro. Totaq́ thuriferis panchaia pinguis harenis. Diſcolor. Vario habitu ueniunt iberes arma ferentes in auxilium Perſę. Iberes confines eſſe Albanię ſuperius ex eruditorum conſenſu ſcripſimus. Turmas haſtatas. Haſtatos milites mittebat.

Horricomi. Horripiles. Lagos rex. Panchaia.

Latris. Sotaces. nomẽ propriũ ductoris ex Iberia. Latris. Nomen ductoris in hoc loco: apud Pliniũ libro quarto populi. Raptor amorũ Neurus. Et dux Neurus comitabatur illos: qui Neurus amores ſuos rapuerat: et puellam prędilectam ſi ad populum refert: ait Valerius ueniſſe neuritas: qui puellas et coniuges rapiũt.
Neuri. Neuri: ut inquit Stephanus: gens ſarmatię quorũ Dionyſius meminit. Neuris regio. dicitur et Neuritę. Apud Neuros: ut inquit Plinius in quarto: naſcit̃ Boryſthenes fluuius: de quibus Amianus: Solinus: Dionyſiuſq; pariter. Expertes canẽtis ęui. Qui nullam ſenectutem norũt. Canẽtis. Caniſ ſeneſcentis.
Iazices. Iazices. Ptolemęus in tertio. Baſternę et per totam męotim Iazices: et qui interiores ſũt his amaxouii. Paulopoſt. Iazyges Metanaſtę terminos habẽt a ſeptentrione: ut differant Iazyges et iazices. Gentes Europę inquit Stephanus eſſe iazyges. Plinius libro quarto. Superiora uero inter Danubiũ et Hyrcinum ſaltũ uſq; ad pannonica Hyberna Caruntii: germanorũq; ibi cõfinium. Campos et plana iazyges Sarmatę uero montes et ſaltus qui nunc tranſiluani uocant̃. Iazygas inquit Valerius, neſcire quieſcere. etiam in ſenio dolori non parcere. Vbi omnes defecere uires: aut ſe occidunt manu aut ſe filiis ingerunt occidendos.

Quas Sotaces: quas Latris agunt. et raptor amorum
Neurus: et expertes canentis Iazices æui.
Nanq; ubi iam uireſq; aliæ: notuſq; refutat
Arcus: et incœptus iam lancea temnit heriles:
Magnanimis mos ductus auis: haud ſegnia mortis
Iura pati. dextra ſed charæ occumbere prolis.
Enſe dato rumpuntq; moras natuſq; parenſq;:
Ambo animis: ambo miſeri tam fortibus actis.
Hic et odorato ſpirantes crine Michael:
Ceſſæq; manus: et qui tua iugera nondum
Eruis ignotis inſons Arimaſpe metallis.

Vires allę. Seniles differentes a uiribus corporis. Notus. Solitus: conſuetus. Refutat. Reiicit et abdicat lacertos illorum arcu delaſſari ſolitos. Argus. Scribe. Arcus. Dicit̃ arcus refutare ſagittarium ſenem quãdo ẽ inhabilis illum expedire. Iam. Poſteaq̃ peruenit ad ſeniũ. Temnit. Cõtemnit: reſpuit ut inefficaces. Inceptus heriles. Domini ſui conatus. Mox dictus auis Scribe. magnanimis mos ductus auis. Mos ille longe a parentibus deductus eſt ſegnia iura non pati mortis. hoc eſt ſenectuti oderunt atq; deteſtantur: nec ſub mortis iure uitam tráſigunt: uerũ illam pręuertunt. Dicit̃ aliquis pati iura mortis: quãdo patitur iugũ et dominiũ mortis: moriturq; nõ quãdo ipſe uoluerit. ſed quando mors. In eum mors ẽ imperioſa: quoniã auctore Lucano. Non cogitur ullus Velle mori. Dextra. Iungitur inferioribus. Quinimmo inquit accerſunt fata barbari gladio filiorũ occumbentes. Carę prolis. Filiorum manibus iugulantur. Lex immanis: rituſq; barbaricus: cęterum uerum eſt quod dici ſolet. Νόμοσ καὶ χώρα. Lex et regio: quãlibet uidelicet regionem mores ſuos habere. Enſe dato. Gladio in patris ceruices impacto. Rumpunt moras. Mortis tarditatem accelerãt: pater ad uulnera filiũ inuitãdo: et filio ſuccurrente. Natus. Vulnerãs patrem rumpit mortis moram. Parens. Inuitando natum ad uulnus. Ambo animis. magnanimis prędìti. Miſeri. Impietate: carnificinaq; inaudita. Fortibus. Deſperatis ſiue crudelibus potius qd filius ſit tanta crudelitate prędìtus ut patrem iugulare audeat.

Myrobreches capilli. Hic. in hoc exercitu conſpiciebantur. Spirantes. Redolentes. Odorato crine. Suauiſſimo crine et unguentis delibuto. Myrobrechis capillos Tranquillus appellat unguine irroratos: proin Plautus harum nugarum artificees uocat myrobrecharios.
Myrobrecharii. Micael. Mychael eſt in priſco codice. Si conicere licet: et in re dubia induſtrię locus eſt aliquis: crediderim populos eos: quos Ptolemęus in quinto in ora colchidis ponit et Michlepſos: ſiue Mechleſſos iuxta diuerſitatem codicum uocat: ab hoc poeta barbarie parum emollita: ut in pluribus nominibus propriis Maro fecit Mycęles appellari: ut idem ſit Mycael qui Michleſus.
Michael. Mechleſſi. Qui nam populus ſit Mycael: uel ut alii ſcribunt michael non memini me legiſſe. Cęſęq; manus.
Cęſa. Ptolemęus cęſam ciuitatem unde cęſei dicti ponit in Babylonico ſitu prope Cumanã. Et qui tua iugera.
Arimaſpi. Grippes. Pici. Pręterea uenerunt Arimaſpi qui nondum effodiebant aurum: idemq; diripebant ex montibus hyperboreis cuſtoditum a nolucribus qui Grippes appellantur: quod Plautus his innuit in Aulularia. Picos diuitiis qui aureos montes colunt Ego ſolus ſupero. Picos: ut inquit Marcellus: Plautus et ueteres eſſe uoluerunt: quos gręci grippas appellant. Aurum in montibus hyperboreis ſeruant ii grippes rapientibus. Arimaſpis et grippis propugnantibus. unde manauit illud. Grippes hyperborei pondera fulua ſoli. Tua iugera. Montes tuos auriferos cuſtoditos ab immanibus his alitibus. Eruis. Effodis amore inueniendi auri. Inſons. Nondum aurum ſitiens: quod inualeſcente luxuria mox adeo cupies ut cum feris pro eo certaturus ſis. Ignotis metallis. Qui non adhuc aurifodinas tuas noſti.

Arimaſpe Arimaſpi: inquit Stephanus: gens hyperborea. gentile Arimaſpios. i. ἀριμάσπειοσ. Plinius in quarto per oram ad Tanaim uſq; męotę: a quibus lacus nomen accepit. Vltimiq; a tergo Arimaſpi. mox rhiphęi montes dicti: qđ ea lingua Ari ſignificat unum et maſpos oculum.

Doctus et Anchaces patulo uaga uincula Cyro
Spargere:et extremas laqueis adducere turmas.
Non ego ſanguineis geſtantem tympana bellis
Thyrſagetem cinctum ꝗ uagis poſt terga ſilebo
Pellibus:et nexas uiridantem floribus haſtas.
Fama ducem Iouis:et Cadmi de ſanguine Bacchum
Hac quoqꝫ thuriferos felicia regna Sabæos:
Hac arabas fudiſſe manus.mox rumperet hebri
Cum uada thyrſagetas gelida liquiſſe ſub arcto.
Illis omnis adhuc ueterum tenor:et ſacer æris
Pulſus:et æoæ memoratrix tibia pugnæ.
Iungit opes Emoda ſuas:ſua ſigna ſecuti

Doctus et anchaces. Veniebat et dux Anchaces:qui ad referendam priſtinę bene geſtę rei memoriam uexilla habebat inſcripta titulis uictricibus et Cyrum regem pictum et catenatū. Tomyris enim regina Scytharum et Maſſagetarum: Cyrum regem cœpit et interemit:et Perſas captiuos egit. Nūc Anchaces dux trahebat catennatū Cyrum et Perſas in captiuitatē. ſed pictos. Priſci codices habent Auchates. Pliniꝰ hos populos uel ductorem ab his populis cognominatū uocat Aucheten. populi ſūt cimmerii boſpori ut Plinius tradit in quarto:apud quos oritur hypanis fluuius:de quo Propertius. Quantum hypanis ueneto diſſidet Eridano. Patulo. Aperto:expoſito in pictura patēti. Vaga. A uento percuſſa ac uolitantia. Spargere. Ad auras reflātes ſpargenda dare. Extremas. Poſt multas cōcomitantes exercitū uel legiones ultimas ducebat cū hoc inſigni non omnes:ſed triarios. Laqueis. Cum uexillis:in quibꝰ picti erant laquei iniecti Cyro. Turmas. Equites. Adducere. Ad auxiliū Perſę trahere. Sed quoniam Plinius in quarto auctor eſt Cyrum eſſe fluuiū Armenię:potes ſimpliciter exponere: qđ Auchetes populus ueniebat rapiens ſecū turmasqꝫ Cyrum fluuiū trahebant captiuum:et laqueis iniectis catennatum:ut Romani Nilum et Eufratem:ſignificare uolentes ſe ęgyptū ac orientem uiciſſe pari exemplo Auchetę trahebant huiuſmodi flumen in aciem: ſignificare uolentes ſe olim Armenios uiciſſe. Non ego. Veniebant et Thyrſagetę populi ita nuncupati quoniam Bacchum Thyrſigerū ſecuti ſunt:quibus militibus uſus uicit Arabas et Sabęos.ii propter uictorię memoriā:quā ſecuti bacchum retulerunt:thyrſos geſtant ac tympana. Ordo eſt. Non ego ſilebo thyrſagetem tympana geſtantē in bellis ſanguinariis. Thyrſagetem. An hi ſint illi Scythię populi:quos Plinius libro quarto Tuſſagetas appellat:doctiores expendat:ut turpe et barbarum nomen poeta fabuloſo nominis etymo conueſtiuerit:non auſim affirmare. An tyragetę ſcribendum ſit:dubitant aliqui:de quibus ab eodem fit mētio:quod nobis uix uidetur. Alii Thuſſagetas Valeriū in Thurſagetas a Thurſis.i. Thyrſis bacchicis deriuaſſe:de quibus agit idem Plinius libro ſexto nat. h. ſr. Cōcinit his Stephanus. θυσσαγέται ἔθνος περὶ τὴν μαιῶτιν λίμνην: ὡς ἡρόδοτος. Thuſſagetę gens circa męotim paludē:ut prodit Herodotus. Plinius in quarto. Strabo et Ptolemęus attigerant. ſed apud eos ſcriptum eſt θυσσαγέτας. Thyrſagetę. Tuſſagetę. Tyragetę.

Tympana. Inſtrumenta ſunt Bacchi grauiter ſonantia:de quibus multa in lucretianis prodidimus cōmentariis. Vagis. Per corpus diſcurrentibus uel alludit naturę ceruorum uagorum atqꝫ fugacium.

Cinctum poſt terga. Nodo enim ſatyris altrinſecus humerorum ligabat ceruina pellis uaria et uerſicolor:ut mens ebrii incōſtans eſſe ſolet. Vel nectebat poſt collum in interſcapilio hoc eſt humerorū area. Interſcapilium.

Pellibus. Ceruinis:quę nebrides dicebantur. Claudianus. Talis Erythręis intextus nebrida gemmis Liber agit currus. Viridantē. Viridibus ſtrophiis ac coronis redimentē. Floribus. Floreis coronis. Nebrides. Strophia.

Nexas. Cinctas illis floribus. Ducē Iouis. Bacchū. Cadmi. Propter Semelen oriūdā a Cadmo.

Hac manus. Strabo hac manu.hoc exercitu et legione. Felicia regna. Appoſitio. alludit Arabię Eudęmoni et Sabęę felici quę maſcula thura genuit:unde felix eſt habita: cū auctore Plinio magis inferis ꝗ ſuperis iſta appellationē debeat. Sabęos. Pars Arabię felicis appellatur Saba:ubi thus naſcitur et maſculū guttis coeūtibus in teſtis ſpeciē:unde ꝑcioſo thuri nomē inditum:ut Plinius noſter autumat. Maro. Molles ſua thura ſabęi. Sidonius. Ser uellera:thura ſabęus. Rumperet. Irrumperet et trāſiret in Thraciā ubi ē fluuius hebrus. Arabia felix. Sabęi. Saba.

Thyrſagetas. Socii Bacchi gręci milites fuere thyrſagetę:quos potiti regionibus illis:ueteranos Bacchus reliquit:unde in honorem ducis ſui Bacchi adhuc Thyrſos geſtant. Thyrſagetę.

Sub arcto. In Scythia:in ſeptētrione. Veterū. Maiorū ſuorū:qui ſub Baccho militarūt. Tenor. Cōſtās obſeruātia. æris. Tympani. Eoę. Qua ex oriēte Bacchus triūphauit. Memoratrix. Repręſentatrix. Tibia. Ad tibiā thyrſagetę ut Lacedęmonii ꝓdibāt i aciē:quā tibiā inflabāt in memoriā Bacchi:qui eā excogitauit:uel ut ad illius rhythmos compoſitius milites incederēt:uel ut illa uterentur: quę uictoriā Bacchi referret:qui reuertens exceptus ē plauſibus et tibicinio. Quin:ut Nicomachus gręcus auctor inquit in oriētis expeditione plura reperit inſtrumēta belli Dionyſius:et Thyrſorū cōmētum ita deceptis Indis. Emoda. De mōtibus emodis Indię meminit Strabo libro. xv. a quibus regio uocatur Emoda. Ex emodorum montiū ſilua Alexander multam abietem:pinum:cedrum:et uarias alias arbores in hydaſpen deduxit:ex quibus claſſem conſtruxit. Tibia ꝓdibant i aciē. Thyrſum inuenit Bacchus. Emoda.

**Iaxamatę** Axamatę. Scribēdū Iaxamatę de quibus hęc Plinius in ſexto. Dein Tanaim amnē gemino ore in/fluentē incolūt Iaxamatę Medorū: ut ferūt: ſoboles. Et ipſi in multa genera diuiſi: de quibus alibi Vale/
**Toretę.** rius Flaccus. Iaxamatas uenatus alit. Toryni. De Torynis nullibi mētionē fieri reperio: Quare To/retę ſcribēdū aliqui ducūt: de quibus hęc Stephanus. Toretę gens pontica: de quibus agit Apollodorus. De his inter Scythas Plinius in ſexto ſcribit in codicibus emaculatis. Apollonius Toretę inquit natio

Iaxamatæ toriniq; et flaui crine ſatharchæ.
Mellis honos torinis: ditant ſua mulctra ſatharcem
Iaxamatas uenatus alit: nec clarior ullis
Arctus equis. abeunt hypanin fragilemq; per undam
Tigridis: aut ſæuæ profugi cum prole Leenæ:
Mœſtaq; ſuſpectæ mater ſtupet aggere ripæ.
Impulit et dubios Phrixei uelleris ardor
Centoras: et diros magico terrore choatras.

ſunt pontica. Strabo Toretas appellat. Dionyſius cū Plinio et Pom/
**Uariui.** ponio Toretas ut mirer Euſthatiū Oretas legiſſe. Sunt qui uarini ſcribunt. Hos aliqui in Germania: alii in Sarmatia Europęa ponūt: nunc
**Pheni.** uarnos dictos: coiūctos phenis: quos Tacitus mire fœdos appellat: quos aliqui Pruenos aut lituanos putāt. Flaui crine. Habentes crinē fla
**Satharchę** uum. Satharchę. Populi in Tauricę regionis cherſoneſo ut ait Pto/
**Cherſone/ſus taurica** lemęus in tertio. Taurica uero cherſoneſus circūambitur iſthmo a ſinu carcinite pertinēte uſq; ad Bycem paludē et litoribus ponti: et cimmerii boſpori et paludis męotidis. poſt Iſthmū ſecus fluuiū carcinitū in ponto. Plinius lib. iiii. in codicibꝫ ſincerioribus Claudunt ab occidēte Cheroneſſo ab ortu Satharchis. Pomponius ubi de Cheroneſſo agit. Qua ſatarchę inquit et taurici tenent. Itē uergētia in paludē ſatarchę tenēt. Hos ſatarchęo Callimachus Stephanuſq; uocāt. Honora opulētię. Toryni ſunt opulēti mellagine: ut hymetii: uel honor exponitur: pretiū. qđ uidelicet apud alios naſcit quidē mel: ſed apud hos honoratius ac pretioſius. Sua. Quibus abūdant. Mulctra. Lacte ſcatent Satarchę. Mulctra uaſa in quibus uaccę: oues: et caprę mulgent. Virg. in georgicis. Quam magis
**Mulctra.** exhauſto ſpumauerit ubere mulctra: Lęta magis preſſis manabūt ubera mammis. Columella libro agri
**Mulctraria** culturę octauo. Sed mulctra cū ē repleta lacte. Flaccus noſter ſecutus ē Horatiū: qui mulctrū neutro genere dixit in Epodo. Sic. Illic iniuſſę ueniūt ad mulctra capellę. Mulctralia uel mulctraria: ut quibuſdam placet: Maro pronūtiauit in buccolicis: a uerbo mulgeo: mulſi uel mulxi: mulſum et mulctū. Quod ſurgente die mulſere; horiſq; diurnis Nocte premūt: Virgiliana uerba ſunt.. Iaxamatas. Docet hoc legi debere ſuperius Iaxamatas: quoniā cū receſuerit tres populos: Iaxamatem uenatu ali refert: Torynum
**Galactopotę.** melle: Satarchen lacte: eſſeq; galactopotas hoc ē lacte uiuētes. Venatus. Venaut unde uiuāt. Arctos. Septētrio ac plaga ſcythica. Clarior. In maiori equorū fama. Hypanin. Supercurrūt undas Hypanis fluuii: de quo ſuperius ubertim diſſeruimus. Fragilemq; per undā tigridis. Magis ē mirū ſi equi traſeūt tigridis undas quis fragiles: et proculcari minimo ponduſculo faciles. nō tamen ungulis equinis atterunt. Tigridis. Fluuii; cuius ortus ē in Armenia auctore Solino. Sacrę literę de paradiſo terreſtri in loco edito. ex lucido conſpicuoq; fonte. Tigre primo fluere. Sed cū fines Medorū ſit inuectus tigrim ſtatim uocari a pernicitate: cū ea lingua tigris ſagitta ſignificetur et animal: utrūq; celerrimū. Eſt hyperbole poetica qualis illa maroniana. Vel mare per mediū fluctu ſuſpenſa tumenti Ferret iter: celeres neq; tingeret ęquore plantas. Hanc nimiam ſuperlationē uitantes nōnulli curioſiores: fragilem per umbram ſcribūt: nō undā: ut ſit hic ſenſus. Equites illi Medi abeunt et perniciter currūt per umbram fluuii tigri/
**Scymni.** dis: nec a curſu perniciſſimi fluminis ſuperantur: pręſertim cum ſcymnos hoc ē catulos leonis abigunt.
**Papinii uerſus ex/cuſſus.** Epitheton fragilis cui magis ꝗ umbrę conuenit: qualis imitatio eſt apud Papinium libro primo ſiluarū. Exhauſtis Martē non amplius armis Biſtonius portat ſonipes: magnoq; ſuperbit Pondere: nec tardo raptus prope flumina curſu Fumat: et ingenti propellit ſtrimona flatu. Quāuis illic ego nō flumina legā: ſed fulmina: hoc eſt celeritate fulmen ęquāte. Vmbras arborū uocat inania ſimulacra: quę ſitę ſunt in ui/gridis pręcipiis. Profugi. Longe fugiētes. Cū prole. catulis leonis: quos abripuit. Mater. leena: ueloci curſu ſecuta prędatorē. Stupet. Admiratur illum fuiſſe tam celerem: tamq; celeriter aufugiſſe. Aggere. Eminentiā. Ripę. Hypanis fluuii: quem tranſit cum equo natans Iaxamata. et hiſtorica fide tradit. Audio Tractaros: ſiue: ut alii mallunt: Tatarros populos Scythię: quos hodie Tartaros di/
**Tatarri.** cunt: adeo pernicibus equis et ualentibus uti: illis ut flumina latiſſima tranent: equite cauda apprehenſa ſubſequente. Suſpectę. Fluminis: quod ipſa non audebat aſpicere: Mater leena perſecuta raptorem ad uſq; ripas tigridis ſubſiſtit undis uitam non auſa committere. Dubios. Ambiguos an irent: ſed uidēdi metalli deſiderium impulit. Ardor. Amor, ardebant aſpicere phrixeum metallum. Centoras
**Choatri.** ac choatras. De choatris Plinius agit libro ſexto: inter gentes numerans circa męotim paludem. Sunt qui non Centores ſcribunt: ſed caucades enumeratos a Plinio in eo ſitu quo centores. Nihil tamen auſim immutare priſcis exemplaribus refragantibus. Qui hos cētoras attigerit neminem: quod ſciam: memini. Diros. Tetros magicis portentis. Terrore, Terrere potius dęmones poſſunt ꝗ nocere.

Omnibus.

Omnibus Hinc ſçuus ſuperis honor. Scribe cum priſcis exemplaribus. Omnibus in ſuperos ſçuus honor. Choatris omnibus eſt honor erga deos. ſed ſçuus: dirus: impius: ac teter. Sçuus. Sçua religio eſt deos colere uanitatibus magicis: quibus cruor in foſſam confunditur ad manes eliciẽdos: infanticidia fiunt: homines trucidant̃. Honor. Sacrificium: cultus numinis. Omnibus. Choatris. Monſtrificç. Monſtroſç: Portẽdoſç: ac impię. Vere nouo. Cum noua ſub tenero palmite gemma tumet: tumeſcentes ac parientes arbores ſterileſcere faciunt: hiſq; frondes ſubito decidere. Nouo. Primo. eſt et adultum ac pręceps. Compeſcere. Arcere: pħibere ne poſſint erumpere. Subitam. Subito reſolutã atq; regelatam. Sẽſus eſt. Choatrç magico carmine conglaciatã ac adſtrictam męotim paludem ſoluunt.

Omnibus in ſupetos ſæuus honor. omnibus artes
Monſtrificæ. nunc uere nouo compeſcere frondes,
Nunc ſubitam trepidis mæotim ſoluere plauſtris.
Maximus hos inter ſtygia uenit arte cohaſtes.
Sollicitat nec Martis amor: ſed fama citæ
Virginis: et paribus ſpirans Medea uenenis
Gaudet auerna palus. gaudet iam nocte quieta
Portitor: et toto ueniens latonia cœlo.
Ibant et geminis æquantes cornibus alas
Ballonoti: comitumq; celer mutator equorum
Meſus: et ingentis frenator ſarmata conti.
Nec tot ab extremo fluctus agit æquore: nec ſic

Soluere. Diſſoluere: regelare: liquefieri. Plauſtris trepidis. Fugientibus ac mortẽ pauentibus: qui in dorſo męotis equitabant Eſſedariis et Sarmatis ſolitis in dorſo glaciatç męotidis agitare carrucam.

Cçſtes. Nomen propriũ ducis: qui choatras ducebat arte magica pollens. Arte ſtygia. Magia inferorum regina. Sollicitat. Ad arma coaſtẽ pellicit. Martis amor. Deſiderium belli. Citeç uirginis. Medeç. Hic Medeam puellam formoſiſſimam uidere concupiſcebat. Medea. Amor Medeç ſollicitat. Spirans. Ad artes magicas anhelans. Paribus uenenis. Nẽ ab ſimili arte magica. Gaudet. Occupatum in bello Coaſten: qui manes inquietare ac infeſtare non poterit dum Martem exercebit.

Magia ars ſtygia.

Nocte quieta. Inferis nocturno tempore euocari ſolitis non amplius laceſſitis: ac infeſtatis. Portitor. Charon. Toto cœlo. Coacta toties ac toties emetiri longum iter cœli. Veniẽs. Iens ac rediẽs. Latonia. Luna. Carmina uel cœlo poſſunt deducere lunam: ideo deficienti lunę: ut tradit Plinius: diſſono crepitu auxiliabantur. Ibant. Huc aduentabant et Balonoti acie bicorni. Geminis cornibus. Erat et bicornis Romanorum exercitus. Aequantes alas. Protegentes utramq; exercitus partẽ ut alç latera auium protegunt. unde milites huiuſmodi officium pręſtantes in exercitu alç uocantur et alarii.

Exercitus bicornis.
Alç.
Alarii.

Ballonoti. Balloniti per. i. habet antiquum exemplar. Quidã uocatos a belliaca urbe: quç poſt Apolloniam eſt: et belliaci ſcribunt. Mutator. Qui ut uelocius et pernicius iret duos equos ſecum trahebãt ut uno feſſo tranſiliret in recentem: ut Romani paribus equis utebantur in bello. Meſus. Forte populos ex Meſſopotamia uenientes intelligit ſyllabam more poetico diuidens ut cõcinnior uerſui quadret per extremarũ abſciſſionẽ ſyllabarum: ut Homerus poeta Cri pro crithen ait. i. hordeum: et Do. i. doma: etiã latinis cõceſſum auctore Diomede: qui tuam Do dixere pro tuam domum: unde manauit id auſonianũ. Endo tuam do. Et Heſiodus qui pro Brithy et Briaron: bri dicit. Sophocles uero pro Rhadio Rha. et epicharmus Li pro lian. et ſyraco pro ſyracuſas. et Simias. Dodo pro dodonam. et apud Antimachum ops pro opſis. et Alphi pro alphiton. Euphorion quoq; Hel pro helon. Apud Philetem uero ancillç quç in calathis albam ferunt lanam eri pro erion. Inuentumq; peda pro pedalia et Aratus inquit hoc eſt gubernacula et clauos nauium. melius tamen uel propter menſuram ſyllabicam meſſum pro meſſeniano populo accipies a Plinio libro. vi. naturalis hiſtorię. ſitus inter gẽtes quç ſunt circa męotim. eſt quidem meſſoa Laconię loco: ſed nihil ad rem uidetur. Sarmata. Populus notiſſimus a quo regio Scythię Sarmatia nuncupatur: Sauromatam grçci dicunt. Duplex eſt Sarmatia auctore Ptolemço altera in Europa: altera in Aſia. quç terminatur ora Europç et Tanai fluuio. Sarmatç plauſtris pro domibus utũtur. unde dixit nũc illi conſuetudini alludens poeta frenator Sarmata Conti. qui lanceas frenat et moderatur: quod mea quidem ſententia ſubfrigidum eſt. Quid ſi canti legis pro rota: ut ſit metonymia figura. i. pars pro toto poſita: Scis enim cantum ferrum eſſe quo rotç unciuntur: de quo hçc Quintilianus in primo. Barbariſmum pluribus modis accipimus: unum in gente: quale ſit: ſi quis Afrum uel Hiſpanum latinç orationi nomen inferat: ut ferrum quo rotç unciuntur dici ſolet cantus. eo tanq̃ recepto Perſius utitur. Carmen perſianum eſt hoc. Vertentem ſeſe fruſtra ſectabere cantum. Cum rota poſterior curras: et in axe ſecundo: niſi per cantum poeta iugum intelligeret. Aliter uerbum frenare conto aptari non poteſt.

Balloniti.
Bini equi in bello.
Meſus.
Cri.
Do.
Bri.
Pedalia.
Meſſenianus.
Sarmatia duplex.
Contus ferrum.

Nec tot. Scribendum eſt. Non tot. Senſus eſt. Tot coiere uiri: tot acies ut plures in mari fluctus attollantur. Ordo. Boreas non tot agit fluctus ab extremo ęquore. Agit. Agitat: concit: commouet.

Ab extremo ęquore. Ab ultimo mari reſpicientibus a litore.

Fratribus. Reliquis nentis. Ab unda aduerſa. Ex oppoſito ueniente: ac ſe uenientibus undis obiciẽte. Reſpondet. Par pari reddit ac occurit. Auctus apud fluuios. Scribe. Tãtus apud fluuios uolucrũ ſonus. Vel. Quantus apud fluuios uolucrum ſonus: ęthera tantus. hoc ſenſu. Quantus auium clangor apud ripas fluminum auditur: tantus auditur tubarum: Tympanorum: armorum: ac uocis diſſonę ſtrepitus. Volucrum. Volucres aquaticę apud aquas gregatim coguntur: et illic ſtrepunt: quod nos Mediolano ſubſecũdaria patria per adduã ſoluentes oculata fide d eprehendimus.

Fratribus aduerſa Boreas reſpondet ab unda:
Auctus apud fluuios uolucrum ſonus: æthera quãtus
Tunc lituum concæptus adit: lymphataq; miſcet
Millia: quot foliis: quot floribus incipit annus,
Ipſe rotis gemit intus ager, tremebundaq; pulſu
Nutat humus. quatit ut ſæuo cum flumine phlægrã
Iuppiter. atq; imis Thiphoea reuerberat aruis.
Prima tenenr illinc patriis Abſyrtus in armis:
Et gener: ingenteſq; inter ſua millia reges.
At circa Aeſonidem danaum manus: ipſaq; Pallas
Aegide terrifica: quam nec dea laſſat habendo:
Nec pater horrentem colubris: uultuq; tremendam
Gorgoneo: nec ſemineces oſtendere crines
Tempus adhuc: primaſq; finit concurrere pugnas.
Impulit hos contra Mauors pater: et mala leti
Gaudia: Tiſiphoneq; caput per nubila rollens
Ad ſonitus litui mediaq; altiſſima pugna:
Nec dum clara quibus ſeſe fuga mentibus addat.
Illi ubi confertis iunxere frementia telis
Agmina: uirq; uirum galeis adflauit adactis:

Mediolanum ſubſecũdaria patria.

Lituum. Lituorum. Tubę ſunt intortę. Concentus. Cõcors ſonus. Adit ęthera. Ad uſq; coelũ peruenit. Lymphataq; miſcet

Lymphata agmina.

Milia. Subintellige tot: quot folia miſcet autũnus: tot milia lymphata miſcet mars. Lymphata dicũtur agmina i Martẽ et mortẽ et bacchãtia i furorẽ martiũ unde lymphatici: fanatici: ac deliri uocantur. Silius. Buccina lymphatas agit in certamina mẽtes.

Incipit. Scribatur induit: niſi audentior ſim: propter illud uirgilianum. Induet in florem: et ramos curuabit olentes. Folia nanq; ſunt anni pubeſcentis indumẽta. Si placet: incipit: interpretare auſpicatur annus iuuentutẽ ſuam uernã: quãdo uernat ager: ueſtitur humus: ueſtitur et arbos. Tremit. Subſultat: cuncutitur. Pulſu. Cõcuſſione. Nutat. Fluctuat: agitatur.

Vt. queãdmodum: quũ. Quatit. Concutit: exagitat. Phlegrã. Theſſalię locum ubi fuit Titanomachia hoc eſt bellũ Titanũ gigantum cum Ioue. In phlegra expugnati gigantes rurſus ab inferis erumpere uolebant ad ſuperos: et iterũ in campum phlegręũ exire: quos Iupiter arcet: ac in carcerẽ retrudit. Reuerberat. Verberãdo repellit: ac retro adigit. Typhona. Immanẽ giganta: de quo ſupra. Imis aruis. In cauernas terrę pfundiores. Sũt qui ſcribũt antris. Prima. Subintellige loca. Pręminẽtiã primãq; partẽ in acie tenebat abſyrtus: nõ puer: ut ſemidoctũ uulgus allucinatur: ſed iuuenis animi pſentiſſimi. Gener. Stirus. Ingẽtes. Potẽtiſſimi. Inter ſua milia. Inter innumerũ exercitũ. Aeſonidẽ. Iaſonẽ. Aegide. clypeo. Terrifica. formidoloſa. Quã. ęgidẽ: et i ęgide iclusã.

Habendo.

Dea. Pallas. Nõ laſſat. Fatigat aut laxat: aperit: aut deterit. Habẽdo. Tractãdo. Dum ſubinde tractat et uerſat. In hanc ſignificãtiã detorquẽdũ eſt illud Lucretianum libro primo: Annulus in digito ſubter tenuatur habẽdo: hoc eſt dũ habetur. ſucciuit Maronis id in buccolico. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Nec pater. Iupiter. Pallas ardebat i pugnã erumpere: ſtare loco neſciebat: uerũ Iupiter illam retinet ac moderatur: ut tempeſtiuã morã expectet. Horrentẽ colubris. Habentem colubros horrẽtes ac luridos. Gorgoneo. Meduſęo. habebat in clypeo meduſam ſculptã capite anguicomo formidoloſam. Tempus adhuc. Nõ adhuc tempeſtiuũ uidetur illã exire in aciẽ: et meduſęis crinibus cũcta in ſtuporem redigere. Hos. Babaros. qui cũ Perſa militabãt Mars in aciẽ impulit. Mala lethi gaudia. Voluptas et amor dirus incũdi bellũ: unde mors celeriter ſequitur. Imitatur illud Virgilianũ ex ſexto: Tum cõſanguineus lethi ſopor: et mala mentis Gaudia: mortiferũq; aduerſo limine bellũ. Seruius Generaliter omnium ſcelerum dicit: ac ſi diceret malę mentis gaudia. Tollens caput. Erigens ceruicem.

Ad ſonitus litui. cum lituorum ſonum audit furia: leuat caput ac erigit, Altiſſima. educens ac efferens caput altiũ tãq; ad pugnã incũdã ſuſcitetur. Nedũ clara. Scribe. Necdũ certa. Pręterea uenit et cõſequitur pugna nondũ certa: quę nõ adhuc decreuit an ſe gręcorũ mẽtibus insereret: an barbarorũ. Fugã ponit pro una ex illis inferorũ furiis: quę egreſſę turbare ſtudebãt exercitũ. cęterũ furia neſciebat quibus ſe potiſſimũ turbis insereret: an gręcis an barbaris. Si quis: clara: defendit ſermonẽ uernaculũ ſequitur.

Addat. Innectat: implicet. Illi. Mars ac Pallas. Cõſertis telis. Cõplicatis et cõiũctis. Fremẽtia. In cędẽ cũ fremitu pperãtia. Vir uirũ afflauit. Anhelitu alter alterũ impulit ac attigit. Galeis adactis.

Galeis apud actis: et altera flictu alterius: ut inquit Italicus: ſe contingeret. Continuo. Repẽte. Hinc obitus. ſequitur. Corpora. Perfracta ſubitellige uiſunt. Cruor alternus. Reciprocus hinc et illinc ueniens. Alternę. Modo ab hac: modo ab illa parte uenientes. Ruinę. Lapſus: caſus: pręcipitia. Ager. Vt torrens ſauguineos riuos emittẽs. Voluit. Agit. Erigit. Eiaculat ac emittit erectos imbres ſanguinis. Nam perfoſſus thorax micante ſanguine faciebat ueluti ſalientes et aquarum ſcaturigines. Egerit alii emẽdant ſenſu apertiore per patefactam loricã ſanguis fluebat. Barbarici ouatus. Exultationes: acclamationeſq; barbarorum indiſcreto atq; confuſę: quales germanorũ ululatus ſiue cymbrorum. Cur ulularẽt barbari ex Cornelio Tacito deprehendere licet his uerbis. Omnium uirorum fortium germani ituri in prelia: Herculem canuntſuntque carmina: quorum relatu: quẽ Barritum uocant accendunt animos: futureq; pugnę fortunã ipſo cantu augurantur. Terrent enim uel trepidant acies prout ſonuit: nec tam uoces illę q̃ uirtutis cõcentus uidentur. Affectat pręcipue aſperitas ſoni et fractum murmur: adiectis ad os ſcutis: quo plenior et grauior uox repercuſſu intumeſcat. Hęc tacitus. Beroſus lib. v. antiquitatũ auctor ẽ apud Tuyſcones regnaſſe Herculẽ Alemanum: apud Celtas Lugdum: a quo prouincia et homines cognomenta ſumpſerunt. Ex quibus uerbis apparet a Lugdo illo paſſim Ludouicos appellari: et Alemanos ab illo Alemano heroe. Tuyſcones uero quos germanos. Teutones quinetiam Mercurius germanorum fuit: qui cognomento Teutanes ſacrificus ritus indidit. Reddebat enim pallentes eos: qui ſibi gratis immolabantur. Teu enim laudẽ: et Teudas laudator eſt. Taam uero et Tanam pallentem gratis Hieronymus et Talmudiſtę interpretantur. Hinc Teutanes laus pallentis dicit. In laude enim ſacrificii uictimandi gratis: pallebant effuſione cruoris: dicente Lucano in primo libro.

Barbarici ouatus.

Barritus.

Tuyſcones Hercules Alemanus Lugdus. Ludouicus

Teutanes. Teu laus. Teuda. Taa. Tana. Locus Lucani.

Continuo hinc obitus: perfractaq; cędibus arma
Corporaq;: alternus cruor alternęq; ruinę.
Voluit ager galeas: et thorax erigit imbres
Sanguineos. hinc barbarici glomerantur ouatus:
Hinc gemitus: mixtęq; uirum cum puluere uitę.
Caſpius Aeæum correpto crine Moneſen
Abſtulit. hinc pariter colchi graiq; ſequuntur
Miſſilibus. rapit ille necem: prędamq; relinqui
Nec ſociis iam cura uiri. dipſanta Careſus:
Strimonaq; obſcura ſpargentem uulnera funda
Deiicit albani caditis Cremedonidis haſta,
Iamq; latet, curruſq; ſuper turmęq; feruntur.
Proceſſere Melas et Idaſmenus. incipit haſta
Ante Melas. leuis aſt abies eluſit utrunq;.
Enſibus inde ruunt. prior occupat ęre citato
Caſſidis ima Melas. infracta eſt uulnere ceruix,
Mixta perit uirtus, neſcit cui debeat Ocheus,
Aut cui fata Tyres, dum ſibila reſpicit Iron
Caſpidis argiuę pyliam latere accipit haſtam.

Et quibus immitis placatur ſanguine diro
Teutanes: horenſq; feris altaribus Heſus. Ab hoc Teutones et Teutonia nomen accepit. Adde Hercules a priſcis omnes fortes appellatos. Glomerantur. Denſantur et ebulliunt uocis diſſonę trotatu. inde Maroni: glomerare manũ. Hinc. Ab hac uoce barbara atq; diſſimili reddebantur eiulatus multimodi dum ferirent ac ferirentur. Vitę. Corpora uitalia quidem ſed uulnere ſtrata. Caſpius. Vel ppriũ nomen ẽ: uel a caſpia regione ſic appellauit: de qua ſupra. Aeæum. Colchicũ. ab ęa ciuitate: de qua ſuperius affatim. Correpto crine. Per capillos corripuit ac abſtraxit. Moneſum. Proprium nomen. Sequunt̃. Inſequunt̃: alter alterũ proturbat. Miſſilibus. Cũ miſſilibus ac ſagittis. Ille. Caſpius. Rapit. Raptim ad ſe acceſſit. Relinquit. Caſpius. Viri. Caſpii et moneſis: ſed propriam uitam curant. Strimona. Virum thraciũ ſic ab amne nuncupatum: de quo Plinius poſt cęteros libro quinto nat. hiſt. Deiicit. Occidit. Spargentẽ uulnera. Vulnus infligentẽ. Obſcura. Quę non uidebat̃. Ipſe. Careſus. Medonidis. Chremonidis habet priſcũ exemplar. Res friuola: et nõ magni momẽti. Latet. Careſus. Super. Cadauer Careſi. Abies. Haſta. Eluſit. Irritã plagã inflixit. Occupat. Anticipat ferire. Aere citato. Enſe ueIociter in caput uibrato. Ima caſſidis. Inferiorẽ partẽ galeę. Infracta. Valde fracta: ut inflexit apud Maronẽ ꝓ ualde flexit. Miſta perit uirtus. Strenuitas rei militaris ac agilitas cognoſci nõ põt: alii ſup alios uulnerãtibus ac uulneratis: ita ut i tãto tumultu cognoſci ſingulorũ egregie geſta nõ poſſint. Cui. Occiſori ſuo. Debeat. Noue dictũ ut illud Lucani. Quis nolet ab iſto enſe mori: uel mutat ſignificatũ ſuũ debeat: et trãſlatiue uſurpat̃: ut cũ debeamus alicui pecuniã: quoniã pecuniã dedit: perinde debemus alicui mortẽ: quoniã mortẽ intulit. Fata. Mortẽ. Sibila. Ictus uolucris afflatũ et agitationẽ. Cõtorta lãcea forti lacerto dũ findit aera ſibilat. Iron: Nomẽ propriũ perſici militis. Cuſpidis. Lãceę. Argiuę. gręcię: theſſalicę. Latere. In coſtis. Morbus lateralis has ptes iuadit ꝓ́ pũcturã uulgo dicit. De quo poeta qdã pſcus iſit, Nã lateralis dolor certus pnũs

Teutonia. Hercules fortes.

Miſta perit uirtus.

Lateralis morbus.

tius mortis. Pyliā. Neſtoreā. Hircanos. Aſię regio hyrcania uiris ac uectigalibus abundans:uino pręcipue:ut pote in qua uitis una metretā uini patiat. Habet ab occidente mare caſpium. A meridie Armeniā. A ſeptentrione Albaniā. Diſcurrere. Iungať cum dictione equis. Viderat eos in equis diſcurrentes. Fratres. Gelan et Medontem. Ab omni armento. Separatos ad militiam eligēs. nollens eos inter armenta uerſari. Viam. Properādi celerius ad mortem. Sępe ambitio dum paruo contenta non eſt:immodico rapitur in pręceps.

**Hircania.**

Viderat Hyrcanos paribus diſcurrere fratres
Caſtor equis, pater armento quos diues ab omni
Nutrierat, fatiſq; uiam monſtrarat iniquis.
Tum magis atq; magis peditem candore notato
Tyndariden incendit amor. ſimul obuius haſtam
Pectus in aduerſum ſubito iacit, alipedemq;
Conſtitit excuſſo uictor duce. Riſit ab alta
Nube pater: prenſiſq; equitem cognouit habenis.
At pariter luctuq; furens uiſuq; Medontes
Tyndariden petit, et ſuperos ſic uoce precatur.
Hunc age uel cæſo comitem me reddite fratri.
Primus et hic noſtra ſonipes cadat impius haſta,
Credita qui miſero non rettulit arma parenti:
Meq; uenit contra: captiuaq; terga miniſtrat.
Dixerat. Aeæti ſed eum prior haſta parentis
Deiicit: ad ſocias ſonipes citus effugit alas.
Quis tibi fatales unquam metuiſſet Amiclas:
Oebaliamq; manum tot Rhyndace montibus inter
Diuiſo totidemq; fretis? cadit impiger una
Inguine transfoſſo clari Taulantis alumnus
Semidea genetrice Tages, cui plurima ſiluis
Peruigilat materna ſoror; cultuſq; laborat.

Fatis iniquis. Cōmēdatiuus caſus. dicitur ille mouſtrare uiam fato iniquo: qui dat occaſionem fortunę ſęuiēdi: aperit aditū calamitati: et uti cecias nubes ad ſe trahit. Tū magis. Senſus eſt. Caſtor pedes erat ut qui naui uenerat: et paſſus erat Amyclęa pingueſcere cyllaron herba. Libenter nunc ſcytharū cōſpicatus equos cādidos: inhiat: et domino pręripere ſibi feſtinat. Tyndaridē peditē. Caſtorē q pedes erat. Cādore notato. Cū notaſſet ac aiaduertiſſet. equum hoſtis eſſe candidum. Incēdit. Irritauit: allexit. Amor. Habēdi deſideriū. Obuius. Occurrens ſcythę. Pectus in aduerſum. In aduerſū ac e regione conſiſtentis hoſtis. Alipedem conſtitit: equum celerem cōſiſtere fecit et reſiſtere donec aſcenderet. Sunt qui legant. Alipedemq;. ut ſit. et conſtitit in alipede. Victor. Voto potitus. Maro. Victorq; uirum uolitare per ora. Duce excuſſo. Deiecto duce ſcytha non interfecto fuit contentus ei equum adimere. Pater. Iupiter Caſtoris pater lętatus eſt uictrici induſtria filii. Equitē cognouit. Caſtorem Iupiter. nam prius eſt ut cognoſcat: mox ut rideat. niſi diuinā mētē theologice deſcribat: quę momento eodē cognoſcit et operatur.

Preſſis habenis. Compreſſo freno. Luctu. Lugubri querela pp ereptū equū. Viſu. quid ſi ſcribať. Riſu. pre dolore furebat Medores cū uideret oēs ridere caſū eius: quo a iuuene gręco ſpoliatus equo fuerat: et reſupinus excuſſus. Si riſit Iupiter: quid putas alios facturos? Medontes. Priſci codices habent medores. Nunc age. Medores armať et accingiť et ut Caſtorē: et ut equū iugulet. Cęſo fratri. meo. Frater prius fuerat interfectus. Sonipes impius. Equus nulla pietate dominū proſecutus: ut qui hoſtē patiť. Miſero. Propter fratrē occiſum. Credita. Quę ei pater meus crediderat. Parenti. Tanq̄ pater eius crediſſet hęc arma fortitudini equi. Meq; uenit cōtra. Reperiunť equi qui ſternūt ac occidunt domini peremptorē: cuius rei Plinius ē auctor. Miniſtrat. Accōmodat. Captiua. ſinit ſe in captiuitatē duci: et eius terga aſcēdere hoſtē noſtrū. Dixerat. Hęc uerba protulerat Medores. Aeęi. Dū tentat enſe Medores Caſtorē trucidare: uulneratus ē haſta patris aeęi: quā ei dono dederat pater in ęa natus loco colchico: ut ſubintelligere oporteat Medorē equo et haſta a Caſtore fuiſſe ſpoliatū. Per haſtam parentis nō intelligimus a patre in filium cōtortā. Sed a caſtore uibratam: quā olim filio Medori pater dono dederat. Deiicit. In terrā peditem reſupinat. Ad ſocias alas. Ad gręcos et Aeetę milites. Socias dixit reſpiciens Caſtorem non equum. Effugit. Celeriter currit. Currere eſt perniciter cōtendere ut ſuperius affatim. Quis tibi. Poſt hūc ſterniť Rhindacus a Caſtore: et quis unq̄ putaſſet uēturū i oras haſce barbaras hominē: qui fatū intētaret ſcythę. Amyclas fatales. Caſtorē Amycleū. i. lacedęmoniū a quo uiri illius fatū pendebat.

Oebaliā manū. Lācea laconicā. Cōtinēs pro cōtēto. Statius. Et œbalii modaratrix liuet ahenis placonica purpura: de qua Martialis. Confer amyclęis medicatū uellus ahenis Murice cum tyrio. Turpius illud erit. Inter diuiſo. Vna dictio cōiūge interdiuiſo hoc ē ſepato: et ſeiūcto. ab interdiuido ut ſit una pars orationis. Vna. Simul. Cui. In ſatellitio et comitatu cuius. Plurima ſoror. Multę nymphę eā aſſectanť: ambiūt: obeūt. Materna. a ſilua matre pueniēs. Peruigilat. uigili miniſterio comitať.

Tenuia non illum candentis carbaſa Nili:
Non auro depicta chlamys: non flaua galeri
Cæſaries: pictoq; iuuant ſubtegmine bracæ.
Iamq; nouus mediæ ſtupefacta per agmina pugna
Vadit eques denſa ſpargens haſtilia dextra:
Flumineumq; uiris profundens ingerit enſem
Hunc alternus et hunc: cum ſæuior ecce iuuentus
Sarmaticæ coiere manus: fremituſq; uirorum
Semiferi riget his molli lorica cathena.
Id quoq; tegmen auis. age qui porrecta per armos
Et caput. ingentem campis hoſtilibus umbram
Fert abies obnixa genu: uaditq; uirum ui:
Vadit equum. docilis relegi docilisq; relinqui.
Atq; iterum medios non altior ire per hoſtes
Orbibus hos rapidis: molliq; per æquora caſtor
Anfractu leuioris equi deludit anhelos:
Immemoreſq; mori. ſed non iiſdem artibus æque
Concurrunt: ultroq; ruunt in funera colchi.

Phrygiones.
Polymitta.
Fracę.
Gallicę.

Illũ. Tagem iuuant. Hic Tages non oblectabatur carbaſeis ueſtimentis. Carbaſa tenuia. Veſtimẽta ex lino tenui. Tenuia proceleumaticus eſt: imitatione Virgilii dicentis. Tenuia nec lanę per cœlũ uellera ferri. Candentis uilli. Candicantis et albicãtis pili. Auro depicta chlamys. Intelligit ueſtẽ auro neto conſutam: de qua Maternus intellexit pręcedentibus uerbis uſus: quam phrygiam uocauerunt; unde phrygiones appellati: et opus phrygiũ: quã uocem non omittit uernacula ſimplicitas: quam a uarietate filorum dixerunt etiã Polymitã. Cęſaries. pro cęſura et filamẽtis quibuſdã: quę prętẽdunť ac pręſuuntur orę ac margini galeri: quę ex boloſerico fiunt: aut panno bombycino. Vulgo francas appellant. i. gallicas: qd galli his nugis fuere diſcolores. De capillo uix poſſumus intelligere: niſi ſignificare uellet non illũ gaudere cęſarie promiſſiore: cui ad decorem illuſtriorẽ galerum ſuperadderet. Et profecto caput ſine pileolo ſiue capitio turbidũ quid eſt: et ſcopis ſolutis ſolutius. Subtegmine. Limbo in hoc loco. Bracę. Veſtes demiſſę ac fluxę qbus ſcythia: oriens ac gallia uſę ſunt: quod indicat his Auſonius. Non ueteres bracę Britonis pauperis. In oſceno carmine. Medis laxior: indiciſue bracis. Nouus. Vel qui modo militiã erat auſpicatus: uel nouus magnus et admirandus: nouo robore ac uiribus. Stupefacta. Illius robur admirantia. Spargẽs haſtilia. Contorquẽs haſtas. Fulmineum. Oĩa uelut fulmine proſternẽtẽ. epitheton maronianũ. Viris. In uiros. contra milites. Profundens. Porro fundẽs. ac pręſpargens. Pro in cõpoſitione ambiguũ ẽ: et diuerſimode menſurať. Ingerit. Pręmittit.

Huc alternus et huc.

Huc alternus et huc. Placuit hoc hemiſtichion adeo ut bis ſit uſus: modo huc: modo illuc diſcurrens dabat cędes. Ecce. uelut lectoribus oſtẽderet poeta totus ardẽs. Manus ſarmaticę. Iuuẽtus cohortis ſarmaticę. Eſt patrius caſus. Semiferi. Vlulatus erant uelut bellnini. Riget. Rigido ferro compacta ẽ. in ſquãmas ferreas et cõſequẽter aſperas aſſurgẽte. Molli. Lubrica. Catẽna. quę loricã arctabat et colligabat. Id quoq; tegmen auis. at equi. Scribe. Id quoq; tegmen equi. ſed equi. ut ſit hic ſenſus. Rigida catẽnataq; lorica tectus erat eques: ſed et equus erat optus ferro ſimili ut uulnerari nõ poſſet. equi tecti ferro clibanarii uocãtur a Britãnis: ab aliis cataphracti. Sed equi. nulla inter equitẽ et equũ erat in ferro differentia: niſi qd umbra lanceę uaſtiſſimę equum totum porrecta umbrabat. Porrecta per armos. Explicans dilatanſq; ſe p ſcapulas equinas. Et caput. Lancea procera tegebat equũ. Campis hoſtilibus. Campos hoſtiles minitabunda. Fert. Producit: effert. Abies. haſta. Obnixa. Se firmãs et ſuſtinẽs. Genu. Coxa extrema ppe genu ubi enchidion lanceę firmari ſolet. Vadit uirũ ui. Vi etiã preſſura uirorũ uadit equus et eques: quin ferť potius: Tã dẽſum agmen illud ĩpellũt ut cõſiſtere nõ poſſit. Vadit equũ. Equorũ ui ferť. melius. Vadit equi: ut ad ſolũ eqtẽ referať: q ĩpulſu undę ſubſequẽtis ferebať: ut eq pnicitate: qui equus erat docilis relegi: et docilis relinqui: ut docilis ſit caſus genetiuus.

Clibanarii equi.
Cataphracti.

Relegi. Reſumi: recipi: redhiberi. Equus inquit ille docilis erat manere in loco ubi poſitus fuerat: et ab illo non diſcedere. Relinqui. Reponi et ſtatui in aliquo loco unde non moueret ſe: nec alio auerteret.

Iterum. Poſtq̃ fuerat a domino relictus. Nõ altior ire. Non currere: non imprimere ſe per hoſtes: quod equi fugaces facere ſolẽt: et qui dominũ non uerenť. Altior expone altiori. i. maiori profundioriq; curſu pręceps: uel altior gradu maiori ſe tollens et ſaliens. Sunt qui ſcribãt aptior: quod mihi uideť aptiſſimum. Hoc ſenſu. Docilis eſt equus relegi: reſumi: et relinqui: idẽ aptiſſimus qui per acies aduerſas inferatur: hoſtes proterere bonus et manſues. Iterũ eſt dictio quę in hoc loco ſignificat etiã: quę propoſitionem adiuuat ut aſſertio quędam. Hos. Perſas. Orbibus. Flexibus ambiguis equũ leuiſſimũ circũagendo. Rapidis. Celeribus. Molli anfractu. Agili giro. Deludit. Eludit eorum ictus ac uulnera. Anhelos. Vel labore feſſos uel ſanguini Caſtoris inhiantes. Immemores mori. Oblitos mortis pre tumultu martis. Iiſdem artibus. Quibus Caſtor tutus erat. Colchi contra Perſas pugnãtes: ignorantes artes laconicas: uulnera declinare non tenentes mutuo cedebantur. Aeque. pariter.

Campeſus impacta latus inter et ilia quercu
Tollitur:ac mediam moriens deſcendit in haſtam.
Oebaſus infeſtum ſummiſſo poplite phalcen
Euaſiſſe ratus:læuum per luminis orbem
Transfigitur. teneræ liquuntur uulnere malæ.
Contra autem geminis fidens thoracibus:ictum
Suſtulit:et gladio Sibotes ferit ultima teli.
Nequicquam iam cuſpis ineſt:nec fragmina curat
Ambenus:et trunco medium ſubit ocrea ligno.
Seminecem taxes hipanim uehit:atq; remiſſum
Pone trahit fugiens, et curſibus exuit haſtam.
Dumq; recollectam turſus locat:irruit ultro,
Turbatumq; lacon, et adhuc inuadit inermem.
Impulit aduerſo præceps equus ochea conto
Nequicquam totis reuocantem uiribus armos.
In latus accedit ſonipes, accedit et ipſe
Frigidus. arma cadunt. rorat procul ultima cuſpis.
Qualem populeæ fidentem nexibus umbræ,
Siquis auem ſummi deducat ab aere rami,

Campeſus

Campeſus. Nomen ducis colchici:qui perfractis ilibus expirauit:ſeq; in haſtam tranſmiſit. Impacta. Iniecta:uibrata. Quercu. Lancea. Latus inter et ilia. Inter latus et ilia. Deſignat locũ ubi percuſſus ẽ. Tollitur. Ex equo auferť haſtę ferocis impetu. Deſcendit. Tranſfigitur. In haſtam mediã. p mediã. Oebaſus. Nomen militis. Phalcen. Nomen hoſtis. Sũmiſſo. Declinato:depreſſo: quo rebatur ictũ declinaſſe. Leuũ. Siniſtrũ. Orbem. Oculũ pro leuo tempore poſuit. Trãſfigitur. Scribe. Tranſfigitur: a trans et ago: hoc eſt traiicitur. Teneręͅ. partes malarum ubi non ſunt oſſa. Vel tenerę fragiles ſi cęteris corporis partibus comparentur.

Linquere pro Martiali.

Linquuntur. Frangũtur:diſſoluuntur. Qua uoce in hoc ſignificatu Lucretius utitur: et epigrammatiſta. Nũc plorat ſpeculo fallax ancilla relicto. Sunt qui linquuntur ſcribunt: hoc eſt depereunt: et in nihilum abeunt. Geminis. Duplici thorace et graui. Ictum ſuſtulit. Erexit lanceã ut feriret aduerſarium. Et gladio. Scribo. At gladio. Dum ictum ſuſtulit alter Lãcea: Sibotes leuat euſem ac ferit lanceam ligneam et primam acuminis partem amputat. Sibotes. Nomen barbari ꝓpriũ. Vltima teli. Cuſpide lanceę quę proprie telum dicitur qđ eminus ferit. Vltima dixit habito reſpectu ad manum. incipiendo a parte teli: quę manu teneť. Nequicq;. Minime non. Iam. Poſt ictum Sibotę. Cuſpis ineſt. Telum nõ habebat cuſpidem deturbatam a Sibota. Fragmina. Haſtam fractam: ſine cuſpide. Subit. Intrat: trãſforat. Medium. Per medium corpus. Ocrea. Nomen propriũ. quartus caſus. Ligno trũco. Haſta ita mutilata tranſadigit ocream.

Taxes. Hypanis.

Semineẽ. Semimortuũ. Taxes. Nomen barbari colchi. Hypanim. Scytham a fluuio nomen adeptum. Vehit. ſecum trahit. Dum haſta tranſfixus eſt hypanis: et Taxes qui tranſfixerat arctiſſime lanceam non uult remittere: Taxis equus fugiẽs poſt ſe percuſſum trahit: et ita in curſu trahit illũ: donec haſta per uulnus egrediť. Remiſſum. Retromiſſum: uulnere reiectũ. Pone. Poſt. Fugiens. Velociter currens. Curſibus. Intercurrẽdum. Exuit haſtam. Exit haſtã et egreditur.

Recollecta.

Dumq; recollectam. Repoſitam et ſuper coxa confirmatã. Locat. Firmat in coxa. Irruit ultro. ſponte nec laceſſitus aggreditur illum lacon. Turbatum. Confuſum. Inermem. Lancea ſpoliatum denudatumq;: quam non adhuc offirmauerat. Impulit. in caput dedit. Conto aduerſo. Vel conto aduerſo percuſſum uel haſta hoſtili obuia. Reuocantem armos. Retrahentem: aſſurgere nitentem: quod qui faciunt humeros imprimis erigere nitũtur. In latus accedit. ruit in latus. pulcherrima deſcriptio hominis: qui equo reſupino cecidit: dum equus ſurgere nititur: non in pedes priores reſuliit: ſed in latus: et magis ac magis ſe uolutat. Accedit. Ipſe eques in eam partem uergit qua equus. Frigidus. Gelidus: mortuus. Arma cadunt. Fluẽti et intermortuo corpori arma labuntť: ac hęrere neſciũt. Rorat. Emmittit guttas ſanguinis ut quę percuſſerat Ochea: Dixerat enim. Impulit aduerſo pręceps equus Ochea conto. Qualẽ. Sẽſus eſt. Nõ aliter hic reſupinus: et in auerſum prolapſus humi uolutať: mõ in hãc: mõ in illã partẽ: q̃ ſi quis uiſco deprehẽdit auẽ: et mõ in hac: mõ i illã partẽ iactať. Populeę umbrę. Maronẽ imitať dicẽtẽ. Qualis populea mœrẽs Philomela ſub umbra Amiſſos queritur fœtus. Fidentem nexibus. confidentem implicitis ac nexis ramis. Summi rami. Cacuminis eleuati.

Aer.

Aere. Faſtigio: ſummitate. Sic Maro in georgicis. Vbi aera uincere ſummum Arboris haud ullę iactu potuere ſagittę.

Aucupii genus.

Notat quoddam genus aucupii: de quo omnes fere poetę meminerũt. Tollebatur ſub arbore frequentibus auibus plena arbor alia uiſcatis ramuſculis plena: in quam tranſiliebant ut in ueram arborem auiculę: et ita fallebanturť Ante. Prius hoc tacite fiebat: niſi legamus: arte.

Manu tacita. Manu ſenſim atq; cautiſſime illuc penetrante. Cui. Ramo. Plurima. Longa: procera. Maro. Cum ſe nux plurima ſiluis Induet in florem. Creſcit. Attollitur ad excipiendas auiculas. Plurima.

Harundo. Canna: quę procerior eſſe ſolet et leuior. Martialis hoc ſignificauit ita loquens. Et creſcéte magis traheretur arundine pręda Pinguis: et implicitas uirga teneret aues. Illa. Auicula. Dolis. Aucupio. Super. Inſuper. Sequaci. Tenaci. Eſt enim tenacis naturę uiſcum ut quod reſoluere nó ſit.

Ante manu tacita, cui plurima creuit harundo.
Illa dolis uiſcoq; ſuper correpta ſequaci
Implorat ramos, atq; irrita concitat alas.
Parte alia infeſtis (nam fors adiunxit) in armis
Styrus adeſt, lætuſq; uirum cognoſcit Anauſin.
Et prior. en cuius thalamis Aeætia uirgo
Dicta manet, noſtroſq; feret qui uictor amores.
Non ait inuitoq; gener mutabere patri.
Tum ſimul aduerſas collatis curſibus haſtas
Coniiciunt. fugit adductis Albanus habenis
Saucius, atq; datum leto non ſperat Anauſin.
Nec uidet. ille autem telo moribundus adacto,
Ad ſoceros pactæq; ſinus en coniugis inquit
Styre fugis uulnus referens quod carmine nullo
Suſtineat, nulliſq; leuet Medea uenenis.
Dixerat, extremus cum lumina corripit horror,
Voxq; repreſſa gelu, percuſſaq; uertice tellus.
Hinc animos acies auget, magnoſq; dolores.
Turbine Geſandrum mauors rapit, ille morantis
Increpat, et ſtricto ſic urget iazicas enſe.

Implorat ramos. Tranſit in ramoſam arborem. Irrita. fruſtrata ſe ipſam. Concitat. Velociter concutit. Infeſtis. Hoſtilibus concurrunt duo Medeę proci Styrus et Anauſis: et nemo potitus eſt: cú tamen riualitatis ſuſpicione bullirent. Fors. Fortuna. Iunxit. Confligere fecit. Lętus. Data occaſione competitorem ulciſcendi. Cuius. ꝗ uilis et inglorii.

Prior. Anauſis. Thalamis. cónubio. Aeetia uirgo. Medea ęetę filia. Dicta. Pacta. Marcellus. Inter ſperatá et ſponſá hoc intereſt. quia uirgo poſtꝗ petitur ſperata dicitur. Plautus in Amphitryone. Vxorem ſalutat ſperatá ſuá. Dehinc promiſſa dicta uel ſponſa dici póteſt. Virgilius in .ii. ęn. Cui pater et coniunx quondá tua dicta relinquor. Speratum: ut hoc addas: Affranius his ſponſum uocat. Curre et nuncia uenire: et mecum ſperatum adduce. Aeetia uirgo. Dicta. Speratus ſponſus.

Feret. Cú ſtomacho dictú quaſi ſtomachatus ſubdere uelit: non patiar: nó ſinam. Victor. Voti compos. Ait. Anauſis. Nó. Feret. Rumpam fata: et temerabo ordinem iniquiſſimú cœli. Gener mutaberis. Non Medeam duces. ſed ego. quoniam manu mea cades. Inuito patri. Mutaberis gener Aeetę inuito. quoniam te occiſo ſuccedam gener Aeetę licet inuito. Quippe cú nunc manu mea cades. Nolebat Anauſim generum Aeetes: ſed Styrum. Collatis. Compoſitis: coniunctis: dum alter concurrit in alterum. Coniiciunt. Ambo iaciunt. Anauſis ſuam. Styrus ſuam.

Adductis. Manu compreſſis: quod faciunt qui fugere uolunt: aptant habenas ne nimis fluant: nimiſq; contrahantur: ne curſum impediant: et equi pedes ac giros moderentur. Dum enim pugnatur: frenum deſeritur: quod poſt ictum contrahitur parans ad fugam uictis uel uictoribus ad ulteriora nitentibus. Abductis pro remiſſis neſcio quis legit: curſus tantum fauorem reſpiciens. Repugnant priſci codices.

Albanus. Rex Albanię Styrus. Accidit in hoc conflictu ut Styrus uulneraret ab Anauſi: ſed Anauſis occideretur. Non ſperat. Sentiebat quidem Styrus ſe uulneratum ab Anauſi: ſed hoſtes peremiſſe neſciebat: nec ſperabat quidem. Ille. Anauſis. Adacto. Impreſſo: infixo. En. Vel dolétis uel improperantis. Ecce inquit Anauſis O Styre quo fugis ſaucius: ad gremium Medeę uidelicet? Pactę. Promiſſę: tanquá ad pręſidium. Suſtineat. Compeſcere: moderariq; poſſit quin te ferat in fatum. Alii qui ſuſtulerint ſcribunt priſcis exemplaribus repugnántibus. Leuet. Releuet ac curet. Venenis. herbis magicis. Maro. Tibi lecta uenena Ipſe dedit Mœris. Naſcunt plurima ponto. ut fortaſſis huic rei alluſerit Virgilius primo georgicon. Viroſaq; pontus Caſtorea: ut uiroſa referatur ad pontum: nó caſtoreú. Nam uenenoſa uel uiroſa dici poteſt qđ uenenis. i. herbis magicis ſcateat. uel uiroſa caſtorea dicta: qđ redolent uirus ęſtiuú: Et Auicénę ſunt inſtar ueneni. Extremus error. Vltima oculorú fluctuatio: cú lumina natant: et morienti caligine obducuntur errantq; in agnoſcendo uenientes. Corripit. Raptim occupat. Repreſſa. Cohibita. Gelu. frigore mortifero. Percuſſa. Ab Anauſi excuſſo. Vertice. capite morientis deciduo. Hinc. Ex morte ducis Anauſis colchis animi cófirmantur: debilitátur perſicis. Turbine. In tumultu. Mauors. Bellica uoilentia. Rapit. Aufert: ulterius progredi facit. Venena. Viroſa pontus. Caſtorea uiroſa pro Vir.

Ille. Geſandrus. Morantis. Morantes ſuos increpat Geſandrus: et ad progrediendum inuitat.

Sic. His uerbis: Vrget. Cogit ad bellum. Iazicas. Quos arcu pręſtare dicunt.

Geſander. Nempe omnes. Geſander ſuos hortat͛ ad bellū: quod ut faciat effectius inquit illos eſſe iuuenes et robuſtos: cūq̄ iuuenile agant ǫuum iuueniliter exerceri deberent: nūc torpent ac ſeniliter agunt: nō impigre: nec ſtrenue. Cecidere ſenes. interfecimus omnes ſenes. Tantum iuuentus ſuperfuit: et tamen ſeniliter ac turpiter languideq̄ pugnatis. Hoc dictum eſt propter Iazygum mores: qui ſeneſcentes obtruncabant: ut ſupra in catologo dictum eſt: et pater manu filii cadebat. Rumpuntq̄ moras: natuſq̄ pareſq̄.

Nempe oēs cecidere ſenes. nempe omnis ademptus
Ante pater. quæ uos ſubito tam fœda ſenectus
Corripuit? fregitq̄ animos: atq̄ abſtulit iras?
Aut mecum mediam iuuenes: agite: ite per urbem
Argolicamq̄ manum: aut claris occumbite factis.
Irruit, et patrias cœptis ferus aduocat umbras.
Sancte mihi Vorapte pater: tua pectora nato,
Suggere nunc, animamq̄ patem, ſi fata peroſo
Tarda tibi, turpeſq̄ moras non ſegnius ipſi
Paruimus, paruiq̄ etiam didicere nepotes.
Hæc ait: audituſq̄ erebo tunc corripit enſem
Turbidus: et furiis ardens quatit arma paternis.
Indigenis ſacratus aquis, magniq̄ ſacerdos
Phaſidis arctois Aquites errabat in armis,
Populeus cui frondis honor, conſpectaq̄ glauco
Tempora nectuntur ramo, te Cyrne parentis
Immemorem duræ cupiens abducere pugnæ.
Iamq̄ omnes impune globos: diuerſaq̄ luſtrans
Agmina, non uſq̄ uidet, atq̄ iterum intrat in æquor
Vociferans, iterum belli diuerſa peragrat.
Lancea cœruleas circum ſtrepit incita uittas.
Opprimit amiſſis ferus hunc Geſander habenis.
Ille manum trepidans, atq̄ irrita ſacra tetendit,

Ademptus. Interfectus a nobis.

Ante. q̄ uenerimus huc. Pater. Patres noſtros iugulauimus ne haberemus aliquem debilem aut languidū. Fœda. Turpis ac ingloria. Corripuit. Implicuit.

Senectus. Langor ac ſenilis imbecillitas. Iras. Impetus animi. Per urbem mediam. Intrate ciuitatem ubi ſedet aeetes. Manum. cohortē argonautarū. Caris occūbite natis. Scribe. Claris occumbite factis. aut uincēdū eſt aut ſtrenue agendo moriendū. Irruit. Geſander in aciem penetrat. Aduocat. Implorat ut eum ſtrenue ac pro dignitate maiorū agentem adiuuent.

Vorapte. Nomen patris Geſandri. Tua pectora. Tuam fortitudinē. Suggere. ſubminiſtra. Fata. Vitam. Peroſo tibi. Tibi odio habenti. Ordo. Sancte Vorapte pater ſuggere nunc mihi pectora tua: ſi tibi peroſo tarda fata et turpes moras, nō ſegnius ipſi paruimus. Fata tarda. Senectutē ac uitā ſenilem.

Tempus. moras. Senium ſegne.

Non ſegnius. Celeriter. Ipſi. Nos optemperauimus et ſenectutē depulimus te iugulando ac mortem afferendo. Paruimus. Obediuimus. Parui nepotes. Filioli mei nepotuli tui agere fortia didicerunt ac pati: cū adeſſent iugulationi tuę.

Didicere. Me eodem enſe cōficere cum ſenectus obrepet: et anni ſegnes. Ait. Geſander. Auditus herebo. Exauditus a patre herebǫo et inferno. Tunc. Poſt preces ad patrē. Turbidus. Inflammatus ac furēs. Ardēs. Tumultuās. Quatit arma. Rotat enſem Fulmineū. Paternis furiis. Stimulatus et incēſus. Sacratus. Cōſecratus: dedicatuſq̄ genio phaſidis. erat flamē fluuii phaſidis. Indigenis aquis. Phaſidi fluuio indigenę. i. αυτοχθόνω. et regionale. habēt et fontes et flumina ſua numina: ſuoſq̄ flamines. Sacerdos. Flamen. Fluminis. Phaſidis. Arctois. Septērionalib9. erat idutus arma barbara ſuperaddito habitu barbarico. Aquires. Nomen propriū. Errat in armis. Sunt qui legūt aruis: ut ſignificet uagatum eſſe per colchicum campum ubi ante urbem pugna committebatur. Quidā uero a codice deſciſcentes induſtriam ſuam experti legunt. Arctois equitās errabat in aruis. Alii: arctois equites terrebat in aruis. Honor. Corona. Glauco. Viridi et populeo. Nil mirum: quoniā populus amat aquas: et fluminis ripas: cui ſe deuouerat ſacerdos. Conſpecta. Conſpicienda. Te Cyrne. Et ſacerdos iſte non intrauerat aciem ut pugnaret. ſed ut filium Cyrnum abduceret: qui iniuſſu ſuo aciem intrauerat. Parētis immemorem. Qui cyrnus ad arma ferebatur calcatis patris pręceptis. Abducere. Amouere. Durę pugnę. A pugna dura. Impune. inoffenſe. Globos. cuneos armatos.

Autochothonos.

Diuerſa. Per diuerſa loca pugnantia. Sacerdoti enim parcebatur. Non uſquā uidet. Nullibi Cyrnum uidet. Aequor. Campum. Vociferans. Eiulans: quęrēs ut mortuum filium. Belli diuerſa. Caſus et loca. Peragrat. Obit: circuit. Incita. Celer. Ferus. Nullam religionem tenēs. Vittas. ſacerdotes uittati procedebant. Opprimit. obruit ictu lancę. Ille. Sacerdos. Trepidans. Meticuloſus. Manum tetendit, Porrexit manum: quod ſupplicantis eſt proprium. Sacra irrita. Vana.

Teq́ꝫ. Verba ſacerdotis Geſandrum rogantis: ut ſibi uelut homini ſacro parceretur. Si tibi manet genitor. Si patrem adhuc habes: rogo parcas per ſacram uenerandamq́ꝫ patris caniciẽ. Hanc. Tangit capillos canos ut miſericordiã moueat. Sicubi. Si in aliquo loco repereris filiũ meũ illi parce. Enſe adacto. In iugulũ filii trãſfixo. Victor. Geſander. Genitor. Pater meus. Ordo. genitor meus quẽ reris adhuc durare turpi ſenecta: ipſe hac occumbere dextra maluit. Durare. Supereſſe. Turpi ſenecta. ſquallore ac ſitu ſenili. Ipſe. Pater meus quẽ adhuc durare reris: ipſe maluit mori hac manu mea. Senectus.

Teq́ꝫ per hanc: genitor (inquit) tibi ſi manet: oro
Caniciem compeſce minas: et ſicubi nato
Parce meo dixit. contra ſic uictor adacto
Enſe refert: genitor turpi durare ſenecta
Quem mihi reris adhuc: ipſe hac occumbere dextra
Maluit: atq́ꝫ ultro ſegnes abrumpere metas:
Et tibi ſi pietas nati: ſi dextra fuiſſet:
Haud medii precibus tereres nunc tempora belli:
Præda futuræ canum. iuueni ſors pulchrior omni
Et certaſſe manu decet: et caruiſſe ſepulchro.
Dixerat. ille deos moriens cœlumq́ꝫ precatur:
Dextera ne miſero talis foret obuia nato.
Te quoq́ꝫ Canthe tui non inſcia funeris Argo
Fleuit ab inuita rapientem tela carina.
Iam ſcythicos miſerande ſinus: iam phaſidis amnem
Contigeras: nec longa dies: ut capta uideres
Vellera et euboicis patrios de montibus ignes.
Illum ubi congreſſu ſubiit Geſander iniquo:
Territat his. Tu qui faciles hominumq́ꝫ putaſti
Has argiuæ domos: alium hic miſer aſpicis annum
Altricemq́ꝫ niuem feſtinaq́ꝫ tædia uitæ.

Maluit. Potius uoluit q̃ turpe ſenium pati. Abrumpere. Interrũpere. Segnes metas. Periphraſis ſenectutis. Quid. n. eſt aliud ſenectus q̃ uitę turpis ac inglorius finis? Si ritũ tantũ barbaricũ attẽdimus.

Et tibi. Senſus eſt. Si filius tuus erga te fuiſſet pius: ſi nati dextra nõ torpuiſſet: iampridẽ mori et occumbere debebas filii dextra: et pro tumulo canes habuiſſes ſepulchrales: ita canes appellabant quibus obiciẽbant cadauera. Si fuiſſet tibi pietas nati. Si erga te pius fuiſſet filius. Canes ſepulchrales.

Si dextra. Nati uidelicet. Si manus filii tibi pia fuiſſet nõ in hac ſordida canicie uiueres. Tereres. tẽpora precãdo nõ abſumeres. Medii belli. In medio martis curſu.

Pręda. Cuius corpus canes prędabunt atq́ꝫ uorabũt. Pulchrior. Sors iuueni optatior ẽ manu certare: inſepultũq́ꝫ abici futurũ prędam auibus cęli. Ille. Sacerdos manus ualidiſſimę uulnera ſentiens. Talis. Tam robuſta: tam fortis. Foret obuia. Occurreret uir armatus his uiribus prędit⁹. Nato. Filio quem quęritãd᷒ fuerat. Te quoq́ꝫ. Canthũ perinde unũ ex argonautis iugulat Geſander. Argo. Nauis fatidica fleuit ut unum ex ſuis cõmilitibus. Non inſcia. Quę tanq̃ diuina Canthum nouerat occiſum iri in colchis. Rapientem tela. Raptim ac celeriter educentem arma ex naui Canthum Fleuit argo cõſcia mortis eius. Sinus. Oras. Inuita carina. Vt quę mortem tuam pręſagibat. Nec longa dies. Non erat magnum temporis interuallum ut arietis uellera uideres capta. Saltem fortuna me tã diu ſeruare debuit ut O Canthe uideres capta uellera: et lętitias tuorum te poſitum uictoria feſtis ignibus ꝑſequentium. Euboicis. Apollonius Rhodius in primo auctor ẽ Canthum ab euboia ueniſſe: quod et ſic innuit Flaccus in primo. Clypeus Abantis.

Inſurgit tranſtris: et remo ueræa uerſat
Canthus: in aeço uoluet quem barbara cuſpis
Puluere. At interea clari decus adiacet orbis:
Quem genitor geſtabat abas. Secat aurea Fluctus
Tegmina: chalcidicas fugiens Euripus harenas.

Patrios ignes. Ab euboia patria oſtẽſos uictori cantho ſi uictor rediiſſet. Fieri et accẽdi ſolent ignes in lętitia redeuntibus uictoribus. Illum. Canthum. Vbi. Poſteaq̃. Subiit. Adortus eſt. Iniquo congreſſu. Pugna non pari: ut in qua Geſander pręualebit. Territat. His uerbis Geſander Canthũ terrificat. Tu qui faciles. Morere Canthe qui putaſti facile eſſe domos meas expugnari. Hominũ. ueniſti domos noſtras expugnatum: tanquam eas homines habitarent: furorem bellicum uidebis hic habitare martem ipſum: et auguſtiores humanis animos anguſtiis. Argiue. Gręcule Canthe. Has. Scythicas arduas atq́ꝫ difficiles. Hic. In Scythia. Annũ. tp̃s annuum. Nã ſcythia pruina perpetua cuncta rigent: in gręcia florent: et uer pene perpetuum eſt. Altricem. Nutrientẽ: rigoreq́ꝫ efferantẽ teneros Scythas. Feſtina. Fatũ pręcurrẽtia. Tedia uitę. Hoies quos uitę tedet: ac ſibi mortẽ accelerãt.

Non nos. In ſcythia nó ſūt nautę ulli uel remiges: uerū equitamus q̃ dexterrime: et ſpatia multa equis metimur indefeſſis. Nos ſimiliter ieiuni: nec tamen famelici faſciis uentré circūligātes. Componere. Coniungere uti conueniant: et alter alteri concinat. Opus. Non incumbit neceſſitas nobis expectare uētos propitios: ut qui a uentis non pendemus. Ventos ferentes. Auras impellentes nauem flatibus op portunis. Qua uel medio. Etiam ea parte qua riget pontus ęquore medio: per pontū mare glaciatum trāſimus. Vnda pōtica dulcior cęte ris. glaciari ſolet uel ouidio auctore.

Non nos aut leuibus componere brachia remis
Nouimus, aut uentos opus expectare ferentes.
Imus equis qua uel medio riget æquore pontus,
Vel tumida premit iſter aqua. nec mœnia nobis
Veſtra placent. feror arctois nunc liber in aruis
Cuncta tenens mecū. omnis amor iacturaq́ plauſtri.
Sola nec ac longum uictor potiere rapina.
Aſt epulæ quodcunq́ pecus, quæcunq́ ferarum
Mitte Aſiæ, mitte argolicis mandata colonis,
Ne trepident. nunq̃ has hyemes, hæc ſaxa relinquat
Martis agros, ubi tam ſæuo durauimus amne
Progeniem, natosq́ rudes, ubi copia leti
Tanta uiris. ſic in patriis bellare pruinis,
Prædariq́ iuuat, talemq́ hanc accipe dextram.
Dixit. et Aedoniis nutritum miſſile uentis
Concitat. it medium per pectus et horrida nexu
Letifer aera chalybs. trepidus ſuper aduolat Idas,

Riget. cócreſcit: et cruſtis obdu/ cit. Vel tumida. Fluctuāti et im/ modica. Premit. Legendū priſcis exemplaribus adſtipulantibus. Fre/ mit. Per rigentem pontum: quod ē miraculo proximum: inquit ſe pene trare: et per Danubiū et Viſtulam frementes: ac maximam uim aqua/ rum uoluētes: nec obductos glacie: ſed iuſto nec impedito alueo fluētes. Narrarūt mihi Apolloniatę uel ſar matę Tractaros accolas Caucaſi ſo/ litos in regnum ſarmaticū irrumpe/ re tamu es maximos nando traiicien tes equi cauda apprehēſa: quem ha/ bent ſtrigoſum quidē: ſed perniciſ/ ſimū. Equis. In equis: uel equos ſecuti hęrentes eorū caudę. Iſter. Danubius: ideo ab Ouidio binomi nis appellatur. Mœnia. Non ha bemus mœnia ut etiam lacones: quę ſunt domus fœminarum: ſed animi murorū ſunt inſtar. Liber. Solu tus anguſtiis mœniū. Mecū. meus ſum: non impeditus neq́ ſeruiens: li gno addictus ut carceri: ut hi q nauigāt. Ois amor. Quicquid amo: eſt i plauſtro et a plauſtro pēdet. Iactura plauſtri. Facile eſt iacturā plauſtri facere. Intelligit Amaxouion eſſe illū hoc eſt i plauſtro ui/ tam ducere. Sola: nec hac longum uictor potiere rapina. Verſus ſubdititius et adulterinus eradēdus. Epulę. Subintellige ſunt. Quodcūq́ pecus. Omnis generis pecudes. Quęcūq́ ferarū. Omnis fera. Figura loquendi gręcanica. Mitte aſię. Pręcipite timidis ne trepident: noſtri trepidare neſciunt.

Scithę inui/ cti. Scythia nullū timoré nouit: et neminé formidat. Inuicti pfecto ſcythę fuerūt ut auctor é Diodorus et Plinius. Aſię. Eſt enim molle cœlū aſiaticū. Mitte mandata. Pręcipe gręcis ne timeant: apud ſcythas fru/ ſtratoria ſunt hęc et ſuperuacanea. Eſtq́ memoré monere. Argolicis. Tanq̃ gręci ſint timidi: iuxta oui dionū illud. Gręcia facūdū: ſed male forte genus. Has hyemas. Hęc ſaxa et loca niualia. q̄uis mihi imperetis ut abſcedā: nunq̃ ſum facturus: ut q timere neſciā. Martis agros. Loca fortes uiros generātia. Relinquā. Metu. Vbi. In quibus ſaxis. Sęuo. Rigido: inhoſpitali. Durauimus. Dnrioré et ad labores patiendos habilioré infantes in aquā mergēdo reddidimus. Idem mos erat lacedęmoniis infantes aquę immergere: et cruda pdurare rigiditate. hoc et latini ſolebāt auctore Virgilio libro ęn. nono ſic. Durum a ſtirpe genus. natos ad flumina primū Deferimus: ſęuoq́ gelu duramus et undis. Rudes. tene/ ros. Copia. Mortis facultas ſemper ad manus: in Marte: in aquarū trāſitu: et locis huiuſmodi. Sic. Eo ictu quo nūc ferio et manū erigit ut feriat. Prędari. Prędas abigere. Talem. Tam forté. Hác accipe. Admitte in tua uulnera. Dextrā. Manū meā. Dixit. Geſander. Miſſile. Spiculū. Cō/ citat. Celenter uibrat ac iaculat̄. It chalybs. Ferrū per pectus mediū trāſit. Era. Thoraca. Hor/ rida nexu. Habētia nexus et compagines horridas ac ferreas. Letifer. Morté afferens. Edoniis. Thra

Edoni. cis. Stephanus. Edoni. i. ἠδωνοὶ gens thracię ab eduno mygdonis fratre: et fœmininū edone. i. ἠδωνὴ

Edoniates. et ἠδῶναι. dicitur et ἠδωνευσ et edoniates. Arcus. n. ex ligno thracio erāt meliores pp boreā illic for/ tia ligna nutrientē: qui peculiariter illa perflat loca. Maro libro. xii. Ac uelut edoni boreę cū ſpiritus alto Inſonat ęgęo. Seruius. Edon ē mons thracię. Sane ſciēdū hoc loco erraſſe Donatū: qui dixit edonis legē dum eſt: ut. Do. breuis ſit: ſecūdū Lucanū: qui dicit. Edonis oggygio decurrit plena lyęo. Nanq́ certū

Pro Luca/ no. eſt ſyſtolem feciſſe Lucanū unde edoni legēdū ē: ut ſit hic edonus huius edoni. Statius et Virgiliū et artē ſecutus ait. Triſtius edonas hyemes: hebrumq́ niualem: non edonias. Plutarchus in Alexādro. In ea re

Threſſę. gione mulieres uniuerſas quos dodonas ac mimallonas cognominant ex uetuſto ritu Orphei ac Bacchi

Threſſain. numinibus afflatas: multa: ſicut edonides: et quę rupes incolūt threſſę: pepetrare: a quibus threſſain hoc ē deos ample ſeduloq́ uenerandi; nomen exortum uidetur. Superaduolat. Superſtat et accurrit.

Oenides. Tydeus. Pollux. Priſci codices habent: Propius: tanq̃ Pollux cantho uicinior eſſet q̃ cę/teri. Orbem. Clypeum. Procul extulit. Proiecit ultra ut amicũ a uulneribus Geſandri tueretur. Sed acta agebat. Exanimem. Iam mortuũ. Septus. Circũcluſus a uenatoribus canibuſq; uenati/cis. Dat catulos poſt terga. Reiicit poſt terga ſcymnos leoninos ut fortius et munitius prolem tueatur: quod oppugnat illos: qui dicunt leonem nullam habere curam ſobolis: ſed leenam tantũ. ſuper qua re acriter ĩ ſuperioribus diſputauimus.

Ac ſimul oenides, pariterq; Menoetius et qui
Bebrycio propius remeauit ab hoſpite uictor.
At uero ingentem Telamon procul extulit orbem,
Exanimem te canthe regens, ceu ſeptus in arcto
Dat catulos poſt terga leo. ſic cominus haſta
Aeacides greſſumq; tenet, contraq; ruentem
Septeno ualidam circunfert tegmine molem.
Nec minus hinc urget ſcythiæ manus, armaq; canthi.
Quiſq; ſibi et graio poenam de corpore poſcens.
Arduus inde labos, medioq; in corpore pugna
Conſeritur, magno ueluti cum turbine ſeſe
Ipſius Euboiæ frangunt in limine uenti.
Quem pelagi rabies, quem nubila, quenq; ſequatur
Ille dies. obnixa uirum ſic cominus hæret
Pugna nec arrepto uelli de corpore poſſunt.
Vt bouis exuuias multo qui frangere oliuo
Dat famulis; tendunt illi tractuq; uiciſſim
Taurea terga domant. pingui fluit unguine tellus.
Talis utrinq; labos. raptataq; limite in arcto
Membra uiri miſeranda meant, hi tendere contra

Comminus. Prope canthũ ha/ſta propugnans. Aeacides. Pe/leus. Greſſum tenet. Cõgreditur illi. Ruentem. Cum impetu ue/niẽtem. Molem. Fortem clypeũ.

Tegmine ſepteno. Habentẽ tres ordines plicarum. ſeptemplicẽ cly/peum intelligit: qualẽ ferebat Aiax: de quo Ouidius. Clypei dominus ſe/ptẽplicis Aiax: qui ideo ab homero libro ſexto iliados ἕρκος ἀχαιῶν appellatur. quare Homerus idẽ in ſeptimo tradit Aiacẽ dextra traba/lem lanceam quatientem ſolitũ pro/dire in aciem: ſiniſtra ſcutum illud immane pferens turris inſtar: quod ei fecerat longe optimus artis ſcuta/rię opifex Oetichius: qui habitauit apd hylen: ex ſeptẽ electorũ boũ ter/goribus: inducta deſup lamina fer/rea. Nec minus. Nõ minus hinc urgent Scythę: hinc Gręci Canthũ tuentem. Arma canthi. Armati circũſiſtẽtes Canthum exanimem.

Clypeus ſeptemplix.

Oetichius ſcutarius clypei aia/cis.

Graio. Gręco Cantho. Inde. ex hac concertatione difficilis orit̃ pu/gna. Medio ĩ corpore. corpore Cã/thi ĩ mediũ expoſito. Magno. Cõ/paratio pugnantiũ heroum: uẽtorũ turbinibus. Et diuerſis flatibꝰ. hinc et inde nauem trahentibus. Eu/boię. Ex priſco codice ſcribendum eſt ęolię. Eſt enim ęolia uentorum domus: in qua illi: cum aperta eſt: eluctant̃ et ruunt: alter alterum perflãs: qua data porta ruunt: et terras turbine perflant. ęoliam lupi epi/grammaticus poeta uocitauit domum uentoſam. Frangunt. Perrumpunt: diuerberãt: agitant dum in egreſſu luctantur: alius alium premens. In limine ęolię. In egreſſione liminis aulę ęoli regis uentorũ.

Aeolia.

Quem. Ventum. Senſus eſt. Quem uentum rabioſum mare ſequetur: et quem uentum ſequetur tem/peſtas. Sequatur. Pro ſequitur. Tempus pro tempore. Rabies pelagi. Tempeſtate rabida concita/tum mare. Quẽ nubila. Quẽ uentũ ſequent̃ nubila. Quẽ ſequat̃ ille dies. hoc eſt calamitas a coelo ueniens: cum uentus imbri miſtus tollit ſata lęta: boumq; labores: quę cauſa et uiduertas. i. grando et ca/lamitas diuina uocatur. Obnixa. Magno nixu conata propugnare pro ſocii cadauere. Virum. Vi/rorum ac heroum gręcorum. Velli. Separari: auelli: abduci. Arrepto. quod arripuerãt atq; tenebãt.

Vt bouis. Gręcos et Scythas pro cadauere pugnantes comparat coriariis: confectoribuſq; pelliũ bu/bularum: quas quatuor altrinſecus tenentes inungunt oleo: flamma domant: et nautea: perinde modo pe/dibus a ſcythis canthus: modo brachiis et capite trahebat̃ altrinſecus a gręcis: et in diuerſum agebatur.

Exuuias. Pellem: de qua ſic Ouidius.

Ferre nouę nares taurorum terga recuſant:
Aſſiduo domitas uerbere fallit odor.

Frangit. Domat et conficit. Oliuo multo. Vt tergus bubu/lum molliatur. Dat famulis. Trahendum et conficiendũ. Alius cauda: alius pedibus anticis: alius po/ſticis apprehendit. Illi. Famuli. Tendunt. Explicant ac trahunt. Tractu. Dum in diuerſum tra/hunt. Viciſſim. Alternatim modo hac: modo illa parte tenentes. Domant. conficiunt. Terga tau/rea. bouis coriũ. Vnguine. Pinguedine. Fluit. Copioſe madeſit. uel oleo uel ſeuo uel nautea aqua coriariorum. Talis labos. Talis labor erat inter gręcos et ſcythas: his occupandi: illis retinendi. Ra/ptata. Raptim diſtracta. Viri. Canthi. Meant. Modo ad hos deueniunt: modo ad illos tranſeũt et cõ/meant. Hi. Gręci. Tendere contra. Ex alia parte contendunt ne corpus amittant.

Nautea.

Hi contra:alternæq̃ uirum non cedere dextræ
Hinc mediũ Telamon canthũ rapit.hinc tenet ardẽs
Colla uiri:et molles galeæ Geſandet habenas.
Inſonuit quæ lapſa ſolo:dextramq̃ fefellit.
Ille iterum in clypei ſeptemplicis improbus orbem
Arietat:et canthum ſequitur:cantumq̃ repoſcit.
Quem manus a tergo ſocium rapit, atq̃ recæptum
Virginis Euryales curru locat.aduolat ipſa:
Ac ſimul æmonidæ:Geſandrumq̃ omnis in unum
It manus:ille nouas acies et uirginis arma
Vt uidet:has etiam contra bellabimus inquit?
Heu pudor, inde lycen ferit ad confine papillæ.
Inde thoen:qua pelta uacat.iamq̃ ibat in Harpen
Vix dum prima leui ductantem cornua neruo.
Inq̃ labentis equi tendentem frena cenhippen:
Cum regina grauem nodis auroq̃ ſecurem
Congeminans:partem capitis:galeæq̃ ferinæ
Diſſipat.hic pariter telorum immanis in unum
It globus.ille diu coniectis ſufficit haſtis.
Quin grauior nutuq̃ cadens exterruit Idam.
Tunc ruit ut montis latus, aut ut machina muri:
Quæ ſcopulis trabibusq̃ diu confectaq̃ flammis
Procubuit tamen:atq̃ ingentem propulit urbem.

Hi. Scythę. Alternę dextrę. Manibus alternatim cadauer trahentibus. Virum. Virorũ. Non cedere. Non inferiores uideri. ſubintellige ſatagunt et contendunt. Rapit. Inuadit. Tenet. Geſander. Galeę habenas. Lora quibus collo alligatur galea. Quę: Galea. inter trahendum fracto corio.

Inſonuit. Crepitum dedit humi reſidens. Dextram fefellit. Decepit et e dextra lubricauit. Ille. Geſander. Septemplicis. Corio ſepteno muniti. Improbus. Audentiſſimus licenter furens. Orbem. Scutum Telamonis. Arietat. More arietis incurrit Telamonem percuſſurus. Quem. Canthum. Manus. Cohors. Socium. Sociorum. Rapit. Raptim trahit. Aduolat. Ad caſtra celeriter currit Euryale canthum aſportans i curru. Aemonidę. minyę.

Arietare.

It. Impetum facit omnis manus in unum Geſandrum luctus auctorem. Ille. Geſander. Nouas. Fœmineas. Amazones hic ꝓ ęta. pugnabant. Virginis. Euryales.

Has etiam. Si uiros non reformidamus: in fœminas dimicare timebimus? minime. Nam et in illas olim pugnauimus. quid ſi bellabimus legis? hoc ſenſu. Et nos uiri: et nos fortes pugnabimus contra fœminas? Sed pugnemus ut Canthum a fœminis abactum recuperemus. Non diſſonat hęc lectio: qđ ſequitur. Heu pudor bellare uidelicet in fœminas. Confine papillę. Siniſtrę uidelicet ubi cor eſt.

Qua pelta uacat. Vbi non ẽ pelta: quo clypeolo leua exuſta mamilla utebant Amazones: unde a Virgilio prolatũ. Ducit amazonidum lunatis ágmina peltis. Ibat. Magno cum impetu ferebat. In harpen. Nomen propriũ Amazonię bellatricis. priſci codices habent: in harben. Vix dum. Vix iaculari ſagittas incipientem. Leui neruo. Facili corda qua lunatur arcus.

Ductare.

Ductantem. Ducentem: cõtrahentem. Cornua. Arcũ. priſcus codex habet ducentem. nã ductare oſcenum eſt identidẽ q̃uis Saluſtius ductare exercitũ dixerit. In labãtis. Scribe. Inq̃ labãtis. Harbe ſtrata reginã Neippen ſtudebat Geſander. Labantis. Procidentis. Tendẽtẽ. Cõtrahẽtẽ. Regina. Neippe. Cõgeminãs. Repetẽs. Securim grauẽ nodis. Securim nodoſam et ponderoſam. Auro. Erat auro lita: ut quę reginę foret. Cõgeminãs. Ictu duplicato uibrãs. Diſſipat. Diſſicit. Hic. Tunc ut reginã tueret fida manus. Globus it. Multitudo et copia tranſuolat. Immanis. Immodicus ac magnus aceruus.

In unũ. Cõtra ſolũ Geſandrũ. Ille. Geſander. Sufficit. Reſtat. Coniectis haſtis. Vndiq̃ in eũ iactis. ſic habet antiqua lectio: nõ cõtectis. Quin grauior. Lege meo periculo. Quis grauior. quibus telis honeratior cecidit: et idã proximũ exterruit: ne ut ſerpẽtẽ elephas exterreret cadens. Nutu. Corporis fluctuatione modo hac: modo illac uacillante. Cadens. Geſander. Exterruit Idã. Argonautã unũ noĩe Idã Geſander cadẽs exterruit. Latus. ut frons mõtis cadere ſolet: et ſecũ magnã ſtragẽ dare: perinde Geſander ꝓceps ruit oĩa ſecũ trahẽs. Frõtẽ pro latere ponimus: ut Maro. Frõte ſub aduerſa ſcopulis pẽdẽtibus antrũ: nec nõ imitatione uirgiliana ꝓtulit id libro ꝓmo ſiluarũ Papinius. Et cęſis decreuit frõdibus idã nõ frõtibus ut exoculati lyncei recognoſcũt. nimis minutũ foret cędere frõdes dicere pro arboribus. Ac neſcio an id Cluuienus dicturus ſit. Aliũ fontibus ut polypigin idã ab Homero dictã intdicet: quę fontibus ſcateat. Scopulis. Machinis altiſſimis oppugnatoriis: ut equo: uineis: turribus ambulatoriis: idq̃ genus machinamẽtis muralibꝫ quod a q̃buſdã ſclopis legiẽ nõ auſim tueri: quoniã eo tpe nõ erãt ſalnitro excuſſę machinę: q̃uis dixerit Perſius. Et ſclopo tumidas intẽdis rumpere buccas: ꝓ ſtrepitu oris non tormenti. Tamen. Alii legunt tandem. Propulit. Deiecit ante ſe.

Frons.
Emaculatus Statius
Cluuien9.
Polypige
Ida.
Sclopi.

Locum. Occaſionem. Ariaſmenus cognoſcens eſſe tempus exeundi in prçlia ſua: axibus falcatis incurrit in colchos. Tempus. Opportunitatẽ. Poſci. requiri ac expectari ut ſuam legionem inferat in aciem. Infert. Inducit. Axes falcatos. Currus falciferos: de quibus ſupra. Diffundit. In diuerſas partes fundit. Socium. Sociorum ac noſtrorũ. Iuga. Currus: ex curribus enim armati prçliabantur. Protinus. Statim: primo impetu. Graiugenas. Argonautas. Rapturus. Per uim ablaturus. Ab agmine. a coniunctione prçliari. Diſſipabit omnem legionũ contextum.

Ecce locum tempuſq; ratus, iamq; et ſua poſci
Prælia falcatos infert Ariaſmenus axes:
Sæuaq; diffundit ſocium iuga: protinus omnes
Graiugenas: omnes rapturus ab inguine colchos.
Qualiter exoſus Pyrrhæ genus æquora rurſus
Iuppiter: atq; omnes fluuium ſi fundat habenas:
Ardua parnaſi lateant iuga: ceſſerit othrys
Piniger: et merſis decreſcant rupibus alpes.
Diluuio tali paribuſq; Ariaſmenus urget
Excidiis: nullo rapiens diſcrimine currus.
Aegida tum primum uirgo ſpiramq; Meduſæ
Tercentum ſæuis ſquallentem ſuſtulit hydris:
Quam ſoli uidiſtis equi. pauor occupat ingens
Excuſſis in terga uiris, diramq; retorquet
In ſocios non ſponte luem. tunc enſibus uncis
Implicat: et trepidos lacerat diſcordia currus.
Romanas ueluti ſæuiſſima cum legiones
Tiſiphone: regeſq; mouet: quorum agmina pilis:
Quorum aquilis utrinq; micant. eademq; parentis

Qualiter. Non aliter ꝗ ſi diluuio maximo terrç compleãtur: montes non extent: campi occupentur: tali diluuio: omnia corripiebat Ariaſmenus. Exoſus pyrrhç genus. Odio mortales proſecutus: qui a Deucalione ac Pyrrha deducunt originem: illa poſt ſe oſſa iaciẽte: illo lapides: quod factum eſt poſt diluuium: quod grçci et romani memoriç cõmendarũt prçſertim Ouidius libro primo metamorphoſeos. Deucalion Pyrrha.

Aequora. Ordo. Si iterum iuppiter fundat çquora et maria reſoluat. Rurſus. poſt deucalioneũ diluuiũ. Fluuium. Fluuiorũ. Si fundat habenas. Si fluminibus cataractas reſoluat: illiſq; facultatem det uagandi quo uoluerint. metaphora tracta ab equis. Ardua parnaſi lateant iuga. Et ſi fuerit maior prior diluuies in qua parnaſi cacumina nõ latuerunt: immo in illis conſtitit deucalion. Othrys. Mons Theſſaliç.

Piniger. Gerens pinus. Et merſis. A diluuio in prçceps impulſis ueriſimile eſt aqua creſcẽte et occupante montium iuga: illos agi in prçceps. Decreſcant alpes. Montes ruant ac ferantur in prçceps. Rupibus merſis. montibus obrutis.

Diluuio tali. Tali uaſtitate atq; clade. Ariaſmenus cuncta turbat: uexat: exagitat. Vrget. Impellit.

Paribus excidiis. Pari calamitate atq; uaſtitate. Rapiens. Raptim inducẽs. Currus. Suos unde pugnabat. Nullo diſcrimine. Indifferenter. Aegida. Scutũ Palladis tectum pelle Amaltheç caprç. Aegis.
αἰξ dicitur capra: unde nomen çgidi. Scribit Homerus libro. xv. Iliados Apollinem nube tectũ prçiuiſſe hectora: manibuſq; geſtaſſe horrendã çgida: denſiſq; crinibus obſeptã ac fulgore radiantẽ. eam mulciber ad iniiciendũ hominibus metũ Ioui donauit. Spiram. Nodos. Propter ſerpẽtes: qui inerant Palladis clypeo. Spira. De ſpira pro orbe: ſerpentiſq; uolumine diximus in ſuperioribus. Meduſç. Clypeo pictam gerebat Meduſam Pallas: quoniã uirtus et ſapientia: quç per Palladẽ exprimitur: omnes ſtupere facit. Squallere.

Squallentem. Squammis rutilis punicantem. Squallere ẽ rutilare: et ſquallor pro aurea coruſcatione dicitur a Virgilio. Lege Geliũ. Quam. Meduſam anguicomã. Soli uidiſtis equi. Sẽſerũt ſoli equi non ductores. Occupat. Equos inuadit. Excuſſis uiris in terga. Excuſſis inſeſſoribus in equinũ tergum. Retorquet. inflectit. Diram luem. Cõtagionẽ omnia iuncta fœdantẽ. Iuxta illud. Contagia uites. Hçc etiã pecori damna nocere ſolent. Non ſponte. Non ita uolens: ſed per contagionẽ: non recte ſed oblique. Enſibus uncis. Falcatis curribus. Tunc quadrigç falcatç concurrere: inuicem confligere: et cõſequẽter ſe cõterere. Implicat. Inter ſe complicat et falcatos currus interſerit. Diſcordia. Immiſſa a Gorgone Palladis. Trepidos. a trepidãtibus eq̃s ꝑ obliquũ inuectus. Cũ.n. currus iſti falciferi in obliquũ agunt: cũcta cõfundũt et agitant. Romanas. Deſiderio rerũ latinarũ poeta cladem deplorat: quã Romani patiunt innata diſcordia: cũ duces nõ cõcordes: ſtatim ſuborta diſcordia: in mortẽ martẽq; ruũt: et i aquilas aquilç cõfligũt. Tiſyphone. Furia: diſcordia: ſeditio. Mouet legiones. Milites legionarios et Romanos agit in propria uiſcera. Pilis micãt. Arma uibrata ſplendẽt. Fulgẽtes çre cateruas inquit Maro. Pila ſũt haſtç romanç: de quibus id Lucani nemini nõ notũ. Signa pares aquilas: et pila minãtia pilis. Aquilis. Romanis ſignis. Vtrinq; micãt. Ab hac mõ: mõ ab illa parte coruſcãt.

Sũt.n. ambo duces romani: et paribus pugnãt armis. Atq; aq̃lis. Scribe. Quorũ aq̃lis ex antiqua lectione: ut ſit repetitio decẽtiſſima. Eadẽ rura. idẽ ſolũ romanũ uel latinũ colunt: Qui duces Romani

cócurrétes una cũ militibus ſunt in eadé terra nati:tamé diſcordia ſuborta bacchant̃:et inuicé diſſident.

Parentis. Patriç:qui in uno nedũ cœlo aut regione:ſed una patria floruerunt. Rura colunt. Nam ex colonis optimi milites progenerant̃. Idem Thybris. Eadem patria. Infelix. Cadétibus alumnis ſuis mutuis uulneribus ęrumnoſus. Sic. Tanto tumultu. Modo concordes. Paulo ante concordes atq; fœderatos:minimo momento diſiectos et raptatos. Externa fata. Morté ac exitiũ alienigenarum.

Rura colunt:idem lectos ex omnibus agris
Miſerat infelix non hæc ad prælia tybris.
Sic modo concordes:externaq; fata petentes
Palladii repuere metus.ſic in ſua uerſi
Funera concurrunt dominis reuocantibus axes.
Non tam fœda uirum laurentibus agmina terris
Eiecere Noti:libyco nec talis imago
Littore,cum fractas inuoluunt æquora puppes:
Hinc biiuges .illinc artus renduntur heriles,
Quos radii:quos frena ſecant:trahiturq; trahitq;
Currus cæde madens.atroq; in puluere regum
Viſcera nunc aliis,aliis nunc curribus hærent.
Haud uſq̃ colchorum animi:neq; peſte reuinctos.
Tela ſed implicitos miſeraq; in peſte recinctos
Confodiunt.ac forma necis non altera ſurgit,
Quam ceruos ubi non umbro uenator edaci

Petentes.inuadentes. Palladii metus. Caput Gorgonis:quod erat in clypeo Meduſę. Rapuere. Raptim in pręceps ac panicum terroré egere. Axes. Currus. Verſi. conuerſi propter terroré iniectum a Meduſa. In ſua funera.in exitiũ propriũ. Cócurrũt. Collidunt.

Dominis reuocantibus.illud accidit uirgilianũ. Neq; audit currus habenas. Inuito auriga quadrigę rapiuntur a proſternatis equis.

Nó tam. Comparatio eliſorum hominũ ad eos:qui mari eiecti ſunt.

Fœda agmina. Turpiter eiecta.

Laurens ora.

Laurentibus terris.in noſtro mari ſupero ubi eſt laurens ora:qua in gręciá tranſitus eſt. Quidam hoc ad pœnorum hiſtorias referunt nimis curioſe. Herodianus in cómodo ſentit laurétem regionem eſſe frigidiorem:ſiluiſq; et lauru permultis opacam:a quo etiam regioni inditũ nomen. Dionyſius libro.iii.hiſt.ſcribit in auentino fuiſſe locũ lauro conſitum et laurentũ dictũ:unde fortaſſis ad differentiá laurentinũ dictũ. Non tamen me iunioris Plinii et cęterorũ ſentétia pręterit. Eſt in ora ipſa litoris iter oſtia et numicũ amné q̃q̃ octo milibus a mari diſtet:ut Seruius exiſtimat:qui lauinũ et lauinium et laurolauiniũ id appellat. Strabo Lauiniũ a laurento dirimit:tribus ſupra mare milibus id ſtatuens Dionyſius in latio collocat tris populos lauiniéſes:laurétes:lauiniates. Noti. Hauſtri.nam hic uentus in noſtro mari tempeſtates concit. Talis imago. Tale ſimulacrũ atq; ſimilitudo. Cũ naufragiũ fit i mari libyco reſultat eadé cóſuſio qualis erat aciei:exercituſq; turbati. Aequora. Maria uexata uẽtis inuoluunt: Implicát:agunt:impellunt. Fractas. Mari cótortas:ac ui uentorũ agitatas. Hinc. modo ab hac parte:exempli gratia colchorũ:modo a parte ſcytharũ raptabatur:cunctaq; agebantur in pręceps.

Laurentũ. Laurentinum. Lauinium Laurolauinium.

Biiuges. Equi raptantur. Illinc. Ex alia parte. Arcus heriles. Artus lege. Membra dominorum.

Tendunt̃. Explicant̃ atq; lacerantur. Sunt qui ſcribũt: Arcus cedũtur Heriles:dominorũ frangunt̃ arcus. Radii. Rotę.pars pro toto. Maro. Radiiſq; rotarũ Diſtricti pendét. Frena.impetus frenatorum equorũ. Secant. Lacerát:cędunt:cóminuũt. Martialis. Chiragra: Podagraq; ſecatur Furius: et mallet uulnera mille pati. Idem. Mitior implicitas Alcon ſecat enterocellas. Trahitur. ab alio occurrente curru. Trahit. alium currũ ſecũ rapit. Cędemadens. ſanguine perpluens. Viſcera reges. Reges qui ex curru pręliabantur modo in hanc:modo in illam partem rapiebantur. Haud uſq̃ colchorum animi. Colchi amiſerunt animos terriculis actos et meduſęis monſtris. Ita enyo bellica circũagente.

Secare.

Animi. Subintellige: ſunt. Exemplaria priſca ſic habét. Haud uſq̃ colchorũ animi:neq; peſte reuinctos: Tela ſed implicitos miſeraq; in peſte reuinctos. Verũ:ut ingenue fatear:nõ pplacet. Quod aũt a Beroaldo pceptore noſtro uiro cóſumato recognitũ ẽ:nõ diſplicet: Sic. Haud uſq̃ colchorũ animi. Nõ inclyta dextris Tela:ſed implicitos.miſeraq; in peſte reuinctos Confodiũt:ut hic ſit ſenſus. Tela in manu colchorũ torpere ac hebeſcere uidebant̃.nihil habebát uiuidi nec robuſti. Inclyta. Pręſtátia erát. Torpebát i manibus tela. Reuinctos. alligatos:inuolutos. Forma. necis uõ altera ſurgit.nõ ẽ diuerſa formula moriẽdi. Oẽs i uno tumultu cadũt et moriunt̃. Surgit. Apparet. Quá ceruos. Senſus ẽ. Nõ aliter q̃ uenator nõ canibus ceruos excipit:ſed cócertátes inuicé capit:cornibus pręardore pugnadi conſertis:ut auelli non ſit. q̃ pro non aliter q̃ ubi uenator non petit ceruos umbro edaci:ſed pinnis hęrentes.

Beroaldi laus.

Vmber.

Vbi. Quãdo. Vmbro. Cane uenatico. Silius. Vmber Nare ſagax. Vmbri Italię populi antiquiſſimi:ita dicti qd ſoli diluuii ſuperfuerũt imbribus. Imitatur hęc Maronis carmina Flaccus libro ęneidos xii. Mille fugit:refugitq; uias. At uiuidus umber hęret hians:iam iamq; tenet:ſimiliſq; tenẽti Increpuit malis:morſuq; eluſus inani eſt. Edaci. Ingluuie magna perſequente feras.

Pinna hęrentes. Tardatos pennis: et in ueſtigio ſtantes ut illinc diſcedere non poſſint. Nota eſt hiſtoria apud Ouidiū: cęteroſq; poetas circuncluſa pennis indagine: ceruos non audere profugere. Eſt enim animal ſimplex ceruus: et omnium rerum miraculo ſtupens. Maro libro. xii. Cerui pénas timét.

Incluſum ueluti ſi quando in flumine nactus
Ceruum: aut punicę ſeptum formidine pennę.

Ouidius. xv. metamorph. Nec formidatis ceruos includite pennis. Seneca in Hippolyto tragœdia. Picta rubenti Linea pinna uano claudat terrore feras. Hęrentes. attonitos et ſtupentes. Plautus i captiuis. Incepiſſe hęreo. Altis. Nonnulli legunt arctis: anguſte uidelicet implexis. Cęca ira. bello improuido illos in pręceps agéte ut uiam remeandi ignorét. Conſtrictos. Connexos ac implexos.

Non pinna petit hærentes ſed cornibus altis
Inuenit: et cæca conſtrictos accipit ira.
Ipſe recollectis audax Ariaſmenus armis
Deſilit. illum acies curuæ ſecat undiq; falcis,
Partiturq; rotis: atq; inde furentia raptus
In iuga: circæos tetigit non amplius agros.
Talia certatim Minyæ ſparſiq; Cytæi
Funera miſcebant campis: ſcythiamq; premebant.
Cum Iuno Aeſonidæ non hanc ad uellera cernens
Eſſe uiam: nec ſic reditus regina parandos
Extremam molitur opem: funeſta priuſquam
Conſilia: ac ſæuas aperit rex perfidus iras.
Increpat et feris Vulcanum mœſta querellis:
Cuius flammiferos uidet inter regia tauros
Paſcua tartaream proflantes pectore noctem.
Hæc etenim Minyas ne iungere Marte peracto
Monſtra: ſatis iubeat Cadmæi dentibus hydri:
Ante diem timet: et uarias circunſpicit artes.
Sola animo Medea ſubit, mens omnis in una
Virgine, nocturnis qua nulla potentior aris.
Illius adflatus, ſparſoſq; per auia ſuccos
Sidera fixa pauent, et aui ſtupet orbita ſolis.
Mutat agros, fluuiumq; uias ſuus alligat ignis

Accipit. Scribédum excipit: hoc eſt inſidiis illaqueat. hoc uerbū dolo et fraudibus eſt accómodū. Illū. Ariaſmenū. Secat. per medium diuidit. Partiť. per mediū amputat. Rotis. Vi falciferorum curruum. Non amplius. Deinceps nó uidit agrum circęum. Sparſi. in diuerſas partes gorgoneis terriculis acti. Cytęi. Colchi. Funera miſcebant. promiſcue certabant. Cytęi.

Premebant. Vaſtabant. Aeſonidę. Iaſoni. Ad uellera. Ad aureū uellus decerpendum. Sic. Illata ſtrage perſicis militibus. quippe cū exutus terrore perſes futurus eſt uiolentior. Regina. Iuno. Moliť. Vltimum conatum aggreditur.

Extremam opem. Auxilio extremo uel remedio Iaſonem iuuare ad uellus aureum recuperandum.

Aperit. Aperiat. antequā iram in minyas detegat ac exerceat Aeętes.

Cuius. Vulcani. Tanq̄ igniuomi tauri forent Vulcano dicati: quoniam naribus igné perflabát ac expirabát. Tartaream noctem. proflatu nigrum ac ſtygium ignem anhelabant. Hęc etenim. Timebat Iuno ne rex Aeętes ante tempus fatale cogeret Iaſonem cógredi draconi peruigili: ac dentes illos ſerere: unde pernicies ac illius extaret exitium. Ordo. Hęc: Iuno uidelicet: ne Marte peracto iubeat minyas ante diem iūgere monſtra ſatis dentibus hydri cadmęi. Iubeat. Efferus Aeętes. Marte peracto. Finito bello. Iungere monſtra. boues annectere aratro. Satis dentibus. Poſtquam dentes ſeuerit. Hydrī. Serpentis cuſtodis auri fatalis.

Cadmęi. non tam qđ hęc ſerpens originem habuerit ab ea: quam Cadmus confecit: q̄ qđ et illa Marti dicata fuit: uel ſimiliter in huius ſerédis dentibus expertus eſt Iaſon: ut olim fecit Cadmus: Tamé a Cadmęo ſerpente ſunt ii dentes: et de cadmi ſerpente intelligendum: cuius dentes ſeret Iaſon: unde terrigenę armati exibunt: ut Apollonius Rhodius et interpres longa perido uerborum enarrant. quę apud illos leges auctores: ne fruſtra longa te delaſſem fabula. et ne repetamus inutiliter: quod inferius latius a nobis explicatur. Circūſpicit. Machinať: ſecum uolutat. Artes. Dolos: quibus e periculo eximat iaſonē.

Sola. in qua pręter cęteras ſperat. Subit animo. Placet iunoni hęc animo uolunti. Mens oīs. omnes cogitatus huc tendunt. Qua. Medea. Illius. Medeę. Adflatus. Nocturna carmina: quę uocat afflatus quoniam clanculū immurmurant: et inſuſurrant. Succos. Medicamenta: herbarum uenena. Per auia. Per loca inacceſſa. Fixa. Stupentia: a curſu naturali ſemota: ut uiderent: contemplarenturq; huiuſmodi facinus. adiuuat quod ſequitur. aui ſtupet orbita ſolis. Aui. Medeę. Sol enim pater fuit Aeętę. quare a poeta Soligena uocitať. Stupet. Mirať. Orbita. Orbis ac ſphęra: uel rotę ueſtigiū pp currus ſolis. Fluuiū uias. Meatus fluuiorū. Suus. Peculiaris. Ingés. pfundus ac terreus.

Cuncta: ſopor recolit feſſos ætate parentes:
Datq; alias ſine lege colus. hanc maxima Circe
Terrificis mirata modis: hanc aduena Phrixus:
Quanuis athracio lunam ſpumare ueneno
Sciret: et Aemoniis agitari cantibus umbras.
Ergo opibus magicis: et uirginitate tremendam
Iuno duci ſociã coniungere quærit achiuo.
Non aliam tauris uidet et naſcentibus armis
Quippe parẽ, medio quæ ſtaret in agmine flammæ:
Nullum mente nefas: nullos horreſcere uiſus:
Quid ſi cæcus amor? ſæuuſq; acceſſerit ignis?
Hinc ueneris thalamos, ſemperq; recentia ſertis
Tecta petit. uiſa iam dudum proſilit altis
Diua thoris, uolucrumq; exercitus omnis amorum,
Atq; prior placidis ſupplex ſaturnia dictis
Aggreditur, ueros metuens aperire timores.
In manibus ſpes noſtra tuis: omniſq; poteſtas
Nunc ait, hoc etiam magis annue uera fatenti.

Sopor. Somnus et ſtupor. Recolit. Colere unde colonus: eſt agrũ exercere: et ex ſeneſcente iuuenẽ reddere. Tũc enim renouari dicit̃. ita metaphorice hominẽ recolere e renouare: et ex ſitu: ſqualloreq; ſenectutis in iuuenilẽ nitorẽ reſtituere. Qui refouet ſcribũt: unde acceperint: neſcio. Feſſos. tremulos: ac pręcipites ut Aeſonem inſtaurauit. Feſſi dicunt̃ ſenes qđ eorũ membra ita langueſcunt ut ſolent eorũ: qui longo itinere delaſſant̃. Dat ali .s colus. Medea renouatis ſenibus dat alia: et meliora uiuendi tempora. Eſt metaphora ſumpta a parcis: quę colum habent: in qua poetę comminiſcunt̃ eſſe ſtamen uitę ſuppoſitum. Circe. Qua nulla pręſtantior in arte magica: mirabat̃ tamen Medeã ut pręſtantiorẽ. Terrificis modis. Carminibus magicis terrorem incurrentibus. Hanc. Medeam. Phrixus. Subintellige mirabatur: et ſi ſciret magico murmure lunã detrahi: mare pigrũ colligari: et miraculis magicis naturę uim inferri. Spumare. cogebant magę lunam deſcendere: et ſputa lunaria in herbis relinquere: quibus

Lunam in herbas ſpumare.

mox utebantur ad ueneficia. Lucanus. Donec ſuppoſitas ꝓpior deſpumet in herbas. Veneno. carmine: incantatione mutãte naturã rei: cui adhęret: tale uenenũ dicit̃ ab eo qđ

Athracia.

gręci φάϱμακεν uocant. Athracio. Theſſalo. Athracia theſſalia dicitur ab Athrace rege. Athracis hemonios thraxit in arma uiros: inqt Ouidius. Papinius. Athracia rubet arte labor. Aemoniis. Theſſalis et ueneficis. Quis Phrixus ſciret in ęmonia patria ſua magas eſſe primi nominis et auctoritatis: tamen ſtupebat Medeam magas theſſalas superã tem. Agitari. Exerceri: cogi: allici. Cantibus. Carminibus. Opibus magicis tremẽdam. Auxiliis ac magicis medelis formidandã. Virginitate. Virgo enim formidoloſior eſt dęmonibus nupta: aut aliqua pręflorata. Sociam. Medeam coniungere quęrit Iuno achiuo duci ſociam. Duci achiuo. gręco Iaſoni. Quippe. Confirmatio rationis. Certe nullam uidet parẽ tauris igniuomis: in quos erat Iaſon pugnaturus. Naſcentibus armis. hominibus armatis: qui dentibus Hydri ſatis erant procreãdi. Arma uocat armatos. Non aliam parẽ. nullã futurã paris roboris et cõſtantię: etiam artis. In agmine. Si ſtaret in flamma Medea: nullos ignes horreſceret. Nullum mente nefas. Nullũ malũ mente uolueret. non malum eſſe putaret in igne medio: quoniam ſe illinc expedire ſciret. Subintellige uerbũ uolueret. Nullos uiſus. Nihil uideret tam formidoloſum: quod ipſam terrere poſſet. Sunt qui legũt niſus. i. conatus flammę. Quid ſi cęcus amor. Si Medea talis ac tanta eſt ſine amore: qualẽ putas futuram cum amore correpta fuerit: monſtro diro ac prodigioſo: quo nullũ uiolentius et atrocius. Sęuus ignis. Stygius ac infernus: quali cupido feruet. Acceſſerit. Applicuerit ſe. Hinc. Dehinc. Veneris thala-

Thalami Veneris.

mos. qui ſunt in Cypro: quos ita deſcribit Claudianus de nuptiis Honorii.

Mons latus eoum cypręę ruptis obumbrat
Inuius humano greſſu: phariumq; cubile
Proteos: et ſeptem deſpectans cornua nili.
Hunc neq; candentes audent ueſtire pruinę.
Hunc uenti pulſare timent. Hunc ledere nymbi.
Luxurię: uenericq; uacat. pars acrior anni

Exulat. ęterni patet indulgentia ueris. Et quę ſequuntur certe lepidiſſima. In hoc ortorũ giro ueneris erãt thalami. Tecta ſertis recentia. Semper recentes coronas habentia. Maro. Sertiſq; recentibus halant.

Viſa. Iunone ut pote honoratiore dea. Diua. Venus. Exercitus amorũ. Tectis exilit. Saturnia. Iuno. Prior. Prius uenerẽ ſalutãs ut quę aduenit. Aperire. detegere. Timores ueros. diſſimulauit uerũ: et de ſe loquit̃: et cõiuge ioue: quę de Iaſone ac Medea intelligebat. Spes noſtra: ois n̄ra ſpes ẽ in manibꝰ tuis poſita: Tu ſola mihi auxiliũ ꝓſtare potes. Ois poteſtas. ſeruãdi nos ẽ i te ſita ois facultas.

Durus ut. Sēſus ē.ab illo tēpore quo Hercules relictus ē a Minyis:quoniā uidit hoc factū eſſe cōſilio meo:me nō amat Iupiter:nec ſuis dignā putat amplexibus. Vt ſignificat cūprimū. Tirynthius. Hercules. Exulat.in exiliū miſſus ē ab Euriſtheo:quē Iupiter credit a me inductū facere.ideo iouis exiliū imputat mihi. Argolicis oris.a regionibus argiuorū. Mihi. Erga me. Mens nō eadē iouis. nō ē idē aius in me iouis aut uolūtas. Thalamis.Matrimonio. Tacite ait iouē nō dare operā liberis ut ſolebat:neq; conſueſcere iunoni ut ſolitus erat. Flāmę. Amores et affectus. In nocte.in nocturno cōcubitu. Priores.quibus prius utebatur. Da precor.quare cū Iupiter me nō amet:da mihi ceſtū tuū:quo eum in amorem cogā. Adſpiramina. afflatus:illecebras:imprecationes. Blanda. Blanditiis allicientia. Ornatus tuos. Ceſton de Veneris ſinu calētē. Eſt.n.ceſtos baltheus in quo ſunt omnes amores ac delicię. Cœlo terraq; potētes.in quo ſunt oia illicia : quibus cœlum terraq; pellicit̃. Sēſit.cognouit. Diua. Venus. Iampridē.olim Venus Medeā quęrebat in amorē allicere. Colchida. Medeā. Inuiſi phœbi. Solis quē odio Venus habebat: q̄m Martis fecerat indiciū ac Veneris coeūtiū:quo indicio capti pœnas luerūt. Excindere. Extirpare:cōuelere. Tū uero. Venus habuit quod optabat : deſiderabat poſſe in

Adſpiramina.

Ceſtos.

Durus ut argolicis Tirynthius exulat oris:
Mens mihi non eadem Iouis:atq; aduerſa uoluntas.
Nullus honor thalamis :flammæ ue in nocte priores.
Da precor artificis blanda adſpiramina formæ
Ornatuſq; tuos terra cœloq; potentes.
Senſit diua dolos iam pridem ſponte requirens
Colchida et inuiſi genus omne excindere Phœbi.
Tum uero optatis potitur:nec paſſa precari
Vlterius: dedit ecce decus.fœcundaq; monſtris
Cingula non pietas quibus aut cuſtodia famæ:
Non pudor.at contra leuis et feſtina cupido
Affatuſq; mali:dulciſq; labantibus error:
Et metus et demens alienaq; cura pericli.
Omne ait imperium natorumq; arma meorum

genus ſolis animaduertere:ecce nūc datur occaſio. Optatis. Rebus deſideratis. Deſiderabat inſectari genus ſolis. Nec paſſa. Venus non multis precibus eguit. Ecce decus. Scribe. Acre decus. conceſſit terribilē ceſtū iunoni:quod ē promptū illiciū ad mentes alienatas cōciliādas. Fœcūda. Exuperantia: plena. Mōſtris, Amoribus:inauditis. Cingula. Ceſtus. Martialis. Ludit acidalio ſed nō manus altera nodo: Quē rapuit collo parue cupido tuo. Vt martis reuocet̃ amor:ſummiq; tonantis A te Iuno petat Ceſton et ipſa Venus. Quibus. Cingulis et mōſtris cupidineis. Fœcūda. Exuperātia. Pietas. Amor erga parentes. hoc amore afflatę fœminę nullū curāt parētū affectū cupidini ac illecebris uiri deditę. Fœminā Nimiā affectū moderatū ſuperuectā Iuriſcōſultus digeſt. de dotibus appellat. Monſtris. mōſtrificis uoluptatibus. Cuſtodia famę. Subintellige:eſt:qui ſciūt cuſtodire famā. Nō pudor. eſt curę. Leuis cupido. Voluptas de facili ueniēs ac recedēs. Feſtina. Velox ac celeriter lapſa. Affatus mali. Scribe:affatus mali:mala colloquia:quę ut ait Apoſtolus ex Epimenide:bonos mores corrumpūt. Alii afflatus ſcribūt p iſpiratione:qua ſibi inuicē nodant̃ amātes. Dulcis error. Iuuenibꝫ cōcedunt̃ amores ut errores. errāt qdē et labunt̃ iuuenes:ſed dulciter errāt:quoniā euētū ac exitū mali nō uidēt:ut in ſcabēdo ſolet accidere. Labētibus. lege. Labātibus. pro errātibus. Sic exigit ſtructura ſyllabica. Et metus. metuūt et ſperāt perperā amātes. Demēs cura. Quę nō curanda curat. Aliena. Non decēs hoiem cōſtātē:integrū:frugi:uel aliena remota:a quo Amāte remouet̃ cura peculi. Amantes periculū nō curāt tanq̃ rē a ſe alienā:uel ſi curāt:demēter curāt. Quidam peculi ſcribūt pro pecunię et utilitatis. Graphice et elegāter Amoris affectus deſcribit Claudianus libro de nuptiis Honorii in hęc propemodum uerba.

Nimia fœmina.

Amores eror ea.

Hic habitat nullo conſtricta licentia nodo:
Et flecti faciles irę:uinoq; madentes
Excubię:lachrymęq; rudes:et gratus amantum
Pallor:et in primis titubans audacia furtis:
Iucundiq; metus:et non ſecura uoluptas:
Et laſciua uolant leuibus periuria pennis.

Licentia. Irę. Lachrymę. Pallor. Metus. Voluptas. Periuria.

Lege quę Plautus in mercatore decentiſſime ſcribit de amoris affectibus. Omne ait imperiū. Iunoni libēter ceſtū porrigēs. Venus ait ſe arma ſua tradere:et quicqd habet potētię:proin uel Iouē aggrediat̃:uel quēcūq; aliū uelit:nō dubitare quin aium etiā ferreū flexura ſit. Natorū. Amorū:qui ſunt duo ut qdā autumāt:alii quatuor:alii innumeri ut his Claudianus ait.

Amorum numerus.

Mille pharetrati ludunt in margine fratres:
Ore pares:uo ſimiles:gens mollis amorum.
Hos nymphę pariunt;illum uenus aurea ſolum

Edidit.ille deos:cœlumqꝫ et ſidera cornu
Temperat:et ſummos dignatur figere reges. Hi plebé feriút. Quaſcúqꝫ.uel Iouis uel alterius. In cingulo meo ſút omnes illecebrę ac irritamóta. Cócute. Age:impelle:urge:uulnera. Cingiť. Accingiť. Vel ceſtú ꝑ cinctu et zona ſumit. Veneris. Ceſtu pharmacis oibus pleno:ac illiciis:quę quoniá mutant mentẽ illius cui adhęrẽt:ideo pharmaca uocabanť. Virgineę ſedis. Habitationis Medeę. Chalciopen. Filiá Aeetę:ſororẽ Medeę: uxoré Phrixi. Sono. Voce.ore et forma Chalciope ſimilis. Lum é. Diuini quidá radii. Ab inuita. quáuis cópeſceret ac cogeret Iuno: ne dea:ſed mortalis uidereť. Perculit artus. Mébra cócuſſit. Aeetida. Medeá diuinis radiis exterritam.

Chalciope

Cuncta dedi,quaſcunqꝫ libet nunc concute mentes.
Cingitur arcanis ſaturnia læta ueneris,
Atqꝫ hinc uirgineæ uenit ad penetralia ſedis:
Chalciopen imitata ſono formaqꝫ ſororem.
Fulſit ab inuita numen procul:et pauor artus
Protinus:atqꝫ ingens Aeætida perculit horror.
Ergo nec ignotis Minyas huc fluctibus inquit
Aduenisse ſoror:nec noſtro ſola parenti
Scis ſocias iunxiſſe manus.at cætera muros
Turba tenet:fruiturqꝫ uirum cœleſtibus armis.
Tu thalamis ignaua ſedes.tu ſola paterna
Fixa domo.tales quando tibi cernere reges?
Illa nihil contra.nec enim dea paſſa:manumqꝫ
Implicat,et rapidis mirantem paſſibus aufert.
Ducitur infelix ad mœnia ſumma,futuri
Neſcia uirgo mali,et falſæ commiſſa ſorori.
Lilia per uernos lucent uelut alba colores,
Præcipue quis uita breuis,totuſqꝫ parumper
Floret honor:fuſcis etiam notus imminet alis.
Hanc reſidens altis hecate perſeia lucis
Flebat.et has imo referebat pectore uoces.
Deſeris heu noſtrum nemus:æqualeſqꝫ cateruas
Ah miſera:ut graias haud ſponte uageris ad urbes,
Non inuiſa tamen:neqꝫ te mea cura relinquam,
Magna fugæ monimenta dabis.ſpernere nec uſquam

Ergo. Iunonis oratio ad Medeá qua ſub habitu Chalciopes:puellá excalfacit:et in amoré Iaſonis impellit. Nec ſcis. neſcis. Ergo ſola neſcis ſoror minyas huc ueniſſe ꝑ ignotum mare. Fluctibus ignotis. per mare a prioribus ignoratú:ut Ouidius. Per mare nó notú ꝑma ſubiſſe carina. Ordo. Ergo inquit ſoror ſola nec ſcis huc aduenisſe Fluctibꝰ ignotis. Sola. Tu ſola hęc ignoras? Noſtro parenti. Mirú nimis ecaſtor é ſola ignoras pŕi noſtro ętę cóiúxiſſe ſe iaſoné? fauoréqꝫ ꝓſtaſſe?
Cętera turba. Oés Minyas iere ſpectatú pręter te. Virú. Virorú: minyarú. Cœleſtibus. Non humana ſunt arma:nó animi minyis: ſed ſupra mortales ſe tollunt anguſtias. Ignaua. Segnis i iners:tanti ſpectaculi ſecura. Sedes. Feriaris. ociaris. Tu. Repetitio iſta magis eſt increpatoria. Fixa. inhęrens. Nó diuulſa. Tales. Subintellige dabitur. Illa. Medea.
Nihil cótra. Reſpondit. Dea. Iuno. Manú implicat. Per manú ad ſe trahit. Mirantẽ. Attonitam: ſtupétẽ. quidá tardantẽ ſcribút. non placet. Paſſibus rapidis. Celeri pede. Aufert. Nolentẽ abducit:uiolenter protrudit. uirginali pudore ſtupétẽ. Súma. faſtigia et pinacula. Cómiſſa. Supple eſt. et commiſſa é non uerę ſorori hoc é Iunoni:quę Chalciopen ſimulabat.
Quis. Quibus liliis et cęteris floribus. ná ut teſtať poeta facúdiſſimus. Miramur celerẽ fugitiua ętate rapinam:et dum naſcuntur conſenuiſſe roſas. Parumper. Paruo tempore:mométo breuiſſimo. ita ſignificat in hoc loco. Honor. Nitor:pulchritudo. Etiá notus. Lege ſeiunctim. Et iam. et cum florẽt ſpirãte zephyro:ilico adortus hauſter proſternit. Imminet. Inſtat. Alis fuſcis. Piceis:aqua pręgnãtibus. Hanc. Medeam periclitantem. Reſidens lucis. Sedens in nemoribus. Hecate. Hecate ſoror Perſę et Aeetę perpetuam uirginitatẽ ſeruauit:et ut Diana culta eſt:et inter numina habita. Alii dicunt nupſiſſe Aeetę. alii Perſę. Perſeia. Perſę filia:ut alii tradunt:alii uxor. Imo. Quę ſunt indices ac teſtes doloris:ut patet ex eo Maronis. Funditqꝫ preces rex pectore ab imo. Ah miſera. Hecate alloquitur abſentem Medeam tanquam ſi pręſens eſſet miſerata caſus et infortunia futura uaticinans.

Hecate perſeia.

Haud ſpóte. Sed a Iunone fraude pellecta:et ut dea futura et imminẽtia mala Medeę canit. Inuiſa. Scribo inuiſa. quáuis diſcedas a nobis O Medea:tamen non inuiſa diſcedis. ego ſanguinem meú odiſſe non poſſum. Mea cura. Vocandi caſus. O cura mea:O uotum:O deſideriú:nunqͣ te relinquam:nunqͣ te deſeram. Monimenta. Ad poſteros tranſitura magna ſigna:erit fuga tua memorabilis:in qua abſyrtum conficies:mox in arce corinthia creuſam nouam nuptam. Spernere nec uſqͣ. Nó a me ſperneris. ego hanc iniuriam illatam non ſpernam:ſed ulciſcar illatam ab Iaſone.

Captiua. Tu capta et decepta a mendaci uiro Iaſone non a me ſperneris. Meq; ille. Et ille prędo et abactor Iaſon ſentiet me magiſtram Medeę indoluiſſe fugam diſcipulę. Dabat enim in lucis Hecates ope ram magię Medea. Et raptu famulę. propter raptam famulam Medeam. Pudendo raptu. Rapina pudē da. Extrema. Altiores partes a terra computando. Defixę. Stupentes. Horrent. Formidant. Fragoribus. Strepitibus: ſonoribus. Lituum. Lituorum.

Mendaci captiua uiro, meq; ille magiſtram
Sentiet, et raptu famulæ doluiſſe pudendo.
Dixerat aſt illæ murorum extrema capeſſunt,
Defixæq; uirum lituumq; fragoribus horrent.
Quales inſtanti nimborum frigore mœſtæ
Succedunt ramis, hærentq; pauore uolucres.
Iamq; getæ: iam q; pomnus iber: drancæaq; denſa
Strage cadit legio, et latis proſternitur aruis.
Semineceſq; duces inter ſua tela ſuoſq;
Inter equos: ſæuam miſero luctamine uerſant
Congeriem, et longis campos ſingultibus implent.
Victores patrium contra Pæana geloni
Congeminant: eadem redeunt mox gaudia uictis:
Qua deus et melior belli reſpexit imago.
Quis tales obitus dederit: quis talia facta
Dic age: tu ueri reminiſcere muſa furoris.
Abſyrtus clypei radiis: curruq; coruſcus
Solis aui (cuius uibrantem cominus haſtam
Cernere: nec galeam gentes potuere minantem.
Sed trepidæ redeunt: et uerſo uulnera tergo
Accipiunt, magniſq; fugam clamoribus augent).
Proterit impulſu grauis agmina: corporaq; atris
Sternit equis: gemituſq; premit ſpirantis acerui
Nec leuior comitatur Aron, horrentia cuius
Diſcolor arma ſuper ſqualleteſq; ære lacertos
Barbarica chlamys ardet acu, tremefactaq; uento

Frigore. Horrore. Frigus. n. quod dam antecedit futurum imbrem.

Succedunt ramis. Intrat folia ut propria auium domicilia. Hęrēt. Stupēt. imbris futuri pręſcię. Ia getę. Dū Minyas aſpicit Medea magno belli feruore cuncta miſcentur. uincūtur getę: cęterę q; legiones ca dunt. Iber. Iberes Scythię ſunt populi: de quibus egimus affatim ſu pra. Semineces. Exanimati: ſemi mortui. Duplices. Scribe. q; du ces. Luſtramine. Lege luctamine: implicatione: dum luctantur inui cem et obhęrent. Verſant conge riem. magna congerie uerſantur. Luctamen

Singultibus. Morientium ge mitibus. Pęana. Exultant lętis hymnis Geloni uictoriam ſperātes.

Redeunt gaudia. Interdum uicti reſurgebant: et oſculana pugna fie bat: ut eſt in prouerbio. De quo ſic Pompeius in codicibus integris. Oſculana pugna. Oſculana pugna in prouerbio: quo ſignificat̃ uictos uincere. Leuinus a Pyrrho erat uictus: et breui eūdē regē deuicerat. Titinius. Hęc qui dem quaſi oſculana pugna ē qui in fugam pulſi: hinc ſpolia colligunt. Significatur enim oſculo ſauium.

Qua deus. Ea pte qua deus mars reſpexit: eo uictoria iclinat. Deus. Vel Mars ut dixi uel Iupiter. Melior. Fauentior. Imago belli. Si mulacrum belli. Dederit. Dixe rit. Talia facta. Subintellige di xerit. Muſa. quę ore diuino ac me moria polles. Reminiſcere. Me moriter repete. Veri. Meri. me rus erat furor nō bellum. Coru ſcus. Splendens. Radiis clypei. Radii clypei reddiderunt eū formo ſiorem. Solis aui. Tanq̃ curru ſolis uel a ſole irradiato inueheretur. Vibranté. Radios eiaculanté. uel uibratam. i. magna coruſcatione contortam. Cōminus. Prope. ita ſplendicabat ac radiis fulgura bat. Gentes. Milites certantes. Minantē. Vel fulmen emittenti ſimilē: quod habebat pro cono. Ter ribile neſcio quid et fulmineū umbo: galeaq; minabantur. Sunt qui micante ſcribunt. Ego nihil audeo priſcis exemplaribus refragantibus. Trepidę. Gentes. Redeūt. Retrocedūt. Accipiunt uulnera uerſo tergo. Turpiſſimum eſt terga uertere: et fugientem feriri. Augent fugam. Duplicant fugā cla more cūcta cōplētes. Grauis. Noxius abſyrtus. Impulſu. Prorſum impellēs equos. Atris. cruē tatis atro ac fœdo ſanguine. Gemitus. gemētiū ac pſtratorū corpora. Premit. Proterit: proculcat.

Spirātia cerni. Scribe. Spirātis aceruī. globi et cōgeriei hoium expirātiū. Nec leuior. Grauioris impulſus ac impetus. Dixerat. n. de abſyrto. Proterit impulſu grauis agmina. Aron. Rectus caſus no minis proprii. Diſcolor chlamys. Ephestris hoc ē ueſtis: quę armis ſuperinduit̃. Ideo dixit: Super ar ma cuius horrētia. Lacertos. Lacertorū tegumenta ferrea: quę brachialia uocant̃. Ardet. Fulgurat et coruſcat. propter igneas flammas auro neto depictas. Eſt. n. ardet ſcribendum non arcet. Tremefa cta. Tremula inundatione criſpata. Alii tumefacta ſcribunt pro inflata a uento. Brachialia

Implet.equum qualis roſeis it lucifer alis,
Quem Venus illuſtri gaudet producere cœlo.
At non inde procul Ramelus et Acer Otaxes
Diſpulerant colchos,pariterq; inglorius armis
Fraude noua ſtabula,et furtis adſuetus inultis
Depopulare greges,frontem cum cornibus auxit
Hipſidus inque dei latuit terrore lycæi.
Hac tunc attonitos facie defixerat hoſtes.
Quem ſimul ignota formidine bella mouentem
Vidit Aron:pauidos te inquit nũc tere magiſtros:
Et ſtolidum petiiſſe pecus,non paſcua nec bos.
Hic tibi.nocturnis mitte hæc ſimulacra rapinis,
Neue deum mihi finge,deus quoq; confere dextrã.
Sic ait.intentaq; adiutum miſſile planta
Dirigit,et laxis patuerunt uulnera uillis.

Implet equũ. Tumidiorem facere uidet̃ et pinguiorẽ:propter uẽtũ chlamydis ſinus eleuãtẽ. Qualis roſeis it lucifer alis. Scribe priſcis exemplaribus admonẽtibus. Qualem roſeis eit lucifer alis:qualem equum lucifer pręmittit aurora ueniẽte. Lucifer ſtella oriens ante ſolẽ pręmittit equos:quos poeta fingit roſeas alas habere propter colorẽ aureũ aurorę:unde nomen adepta eſt:ideo a gręcis crocopeplos: et lutea nuncupatur:a latinis pudoricolor. Si legis roſeis it lucifer alis:neceſſe eſt dicere poetã innuere luciferum habentẽ alas roſeas:pp igneos radios et equi ſimilitudinẽ propter celeritatẽ ſideris uel quia ſolem pręcurrit:ut de zephyro dictũ eſt a Catullo:Chloridos ales equus. Quẽ. Luciferum. Venus. Quidã enim Iunonis:quidam Veneris ſtellã luciferum credidere. Illuſtri. Coruſco. Producere.pferre. Diſpulerant:diſiecerãt.et diſturbarant. Inglorius Hipſidus. Neſcio qs hipſidus noie abigeus et pdo ſolitus abigere pecora: uenit indutus habitũ panos. Ingloriũ uocamus illaudatum. Ouidius. Viue ſine inuidia: molleſq; inglorius annos Exige. Adſuetus depopulare ſtabula. Solitus depredari ac depeculari greges et armenta. Furtis inultis. Quę apud illam barbariẽ ſunt inulta. Frontẽ Auxit. Addidit fronti cornua. Illud eſt augere frontem: aduentitium incrementum addere. Dei lycęi. Panos:qui gemina cornicula habet in fronte: Simulabat pana demẽs hipſidus:ut terrore panico:qui maximus ẽ:daret in fugam duces ac totum colchorũ exercitũ. Lycęũ uocat deũ Pana quoniã fuit arcas. In Arcadia mons ẽ lycęus:et templũ Iouis lycęi:apud quem homines uertebant̃ in lupos:quod Platonẽ credidiſſe ſupra omne miraculũ iudico. Terrore. Pelle formidoloſa. Hac facie. Iſta ſimilitudine. Defixerat. Attonitos et ſtupentes reddiderat. Formidine ignota. Cognitis terriculis:quę fruſtra proferebat ille. Magiſtros. Pecoris armentarios:quibus nocturnis furatrinis imponere ſolebat:auertens pecus ut iberi ſolẽt: de quibus Maro. Aut cõiuratos a tergo horrebis iberos. Petiiſſe. Aggreſſum eſſe ut furareris. Tibi. Quẽ tu furari poſſis. Simulacraq; Panos. Scribe uetuſta lectione anſam dante. Non paſcua:nec bos hic tibi.nocturnis mitte hęc ſimulacra rapinis.hoc ſenſu. Hic neq; ſunt paſcua:neq; boues: quos furari poſſis. mitte hęc ſimulacra:et indue Pana cũ abigere armenta uolueris:et abiurare:nos paſtores non ſumus:qui terriculis inanibus moueamur. Mitte. Manda:repone:reſerua. Rapinis nocturnis. Furtis quę noctu moliris ac exerces. Deum. Pana. Deus quoq;. Et ſi deus fueris. Militaria uerba. Cõſere dextrã. Pugna. Miſſile. Haſtam. Adiutũ planta intenta. Pulchrũ ſchema.quãdo uolumus mittere telum:pedem intendimus ac alterum crus explicamus:et mox iaculamur:quo corporis niſu miſſilia iuuantur. Plinius noſter in hanc ſententiã cum libro octauo laudat equorũ dexteritatẽ ita ſcripſit. Ingenia eorum inenarrabilia iaculantes obſequio experiunt̃:difficiles conatus corpore ipſo:nixuq; iuuãtiũ. Eſt.n.ita i Plinio ſcribẽdũ:nõ inuitãtiũ. Et Flaccus ait:adiutũ miſſile. Lapſis uillis. decidẽtib9 pilis hircinis:quos induerat iſte ut pugnãtes terreret:patuerũt uulnera:quę palã fecerũt illũ nõ eſſe deũ:ſed furẽ. Villus.n.uel pilus ſignate loquẽdo ẽ i capris:lana i ouibus. Seta i ſuibus. Age quoniã de capris et agnis oblata ẽ loquẽdi occaſio:et curioſitati nihil unq̃ ſatis uideat̃ excuſſum:repaſtinemus carmẽ id Lucretianũ libro .ii. de rerũ natura. Et ſatiati agni ludunt:blandeq; cronifcant. Interpretati ſumus in noſtris in Lucretium elucubrationibus cronifcare ſcribẽdum a ſaltibus unde cruſmata:quaſi Lucretius ſignificare uellet agnos in pratis lętos et pingues ſaltitare. Sunt et qui cronifcãt pro cornibus decertant:ut cronifcãt poſitum ſit pro cornifcant hoc eſt alterno cornu petunt:et licet agni teneri cornua non habeant:imitant̃ tamen arietes cornigeros:qui criomachian exercent. Docuit et coruſcant legi poſſe propter illud Iuuenalis. frontemq; coruſcat. Coniſcãt addidi intelligere alios hoc ẽ capite uiciſſim arietando ludũt:propter illud Quintiliani libro octauo. Caput opponis cum eo coniſicans.quod mihi ualde placet:nec onerat ſyllabam:quippe cum non ſtatim aſſentiar a cono deflecti:a quo et ſi deriuetur non in deriuato ſeruatur idẽ quod in primitiuo:ut patet in luceo et lucerna. Non deſunt qui coriſſant audent priſcis exemplaribus repugnantibus ſubſtituere:qđ apud Theocritum κερύσσω uerbum eſt:quod cornu peto ſignificat:cuius teſtimonium ſubſcripſi.

Aurora. Crocopeplos. Lutea. Pudoricolor. Lucifer equus. Inglorius. Pan. Lycęus. Equorum obſequia. Villus. Pilus. Lana. Seta. Recognitus Lucretii locus. Cronifcare. Criomachia. Coniſicare. Coriſſare.

Τὴν λίβυκεν γυακῶνα φυλάσσο μή τι κερύξῃ. uibrare cornua Theod. interpretat̃ ap̃ Celiū: lib. viii. noctiū atticarū. Sed quoniā hic de agnis agit̃ nō hedis neſcio q̃ bn̄ q̃dret. Cōmittere Iuriſcōſultus dicit quod ē inuicē arietare: et cornu petere. greci συγκερεύειν. unde latine putāt aliqui Lucretium παρὰ τὸ κερεύειν cronicare aliquātū mollito māgonizatoq; uerbo greco: dixiſſe. Iuriſperitus lib. nono digeſt. Si quadrupes pauperiē feciſſe dicat̃. utit̃ his uerbis. Cū arietes uel boues cōmiſiſſēt: et alter alterū occiderit. Cōmittere. Syncruin.

Nec minus Aeolii proles Aeætia Phrixi
Fertur et ipſa furens, ac ſe modo læta citatis
Agminibus: modo cognatis oſtentat achiuis.
Atq; hos in medio duri diſcrimine belli:
Laudibus inq; ipſis gaudens ubi uidit Iaſon:
Macte ait O noſtrum genus et iam certa propago,
Aeoliæ nec opina domus: ſat magna laborum
Dona fero: ſatis hoc uiſu quæcunq; rependo.
Dixit et in ſuetem: magniq; in fata cerauni
Emicuit: clypeumq; rotans: hunc poplite cæſo
Deicit, illum aperit lato perpectus hiatu
Argus. utrunq; ab equis ingenti porrigit aruo
Et zacorū et palchem: peditē pedes haurit Amuſtim.
Sanguinis ille globos: effuſaq; uiſcera geſtat
Barbarus: et caſſa frendens ſublabitur ira.
Dat Calais Bariſanta neci: ſemperq; propinquas
Rhiphea uenali comitantem ſanguine pugnas.
Centum læta boum, bellator corpora centum
Pactus equos. his ille animam lucemq; rependit
Crudelis. tandem dulces iam caſſus in auras
Reſpicit: ac nulla cœlum reparabile gaza.
Labitur intortos per tempora cœrula crines:
Tunc quoq; materna uelatus harundine Peucon.
At genetrix imis pariter Mæotis ab antris
Impleuit plangore lacus, natumq; uocauit,
Iam non per ripas, iam non per curua uolantem

Proles acetia. Filii quatuor phrixi ex Aeetę filia Chalciope. Aeolii. Ab eolo oriūdi ut ſuperius inuimus. Fert̃. Percitus furore martio bacchat̃. Ipſa. p̃les acetia phrixus. uel legas: ipſe Phrixus ſcilicet proles acetia: figurate: ut Tragœdia Thyeſtes. Sed quoniam ſequit̃ lęta: nihil mutādū. Se oſtentat. Vires ſuas oſtēdit. Citatis agminibus. Exercitui Perſę celeri curſu fugam capeſſenti. Cognatis. Gręcis cōſanguineis. Hos. quatuor phrixi natos. quos ſupra nūcupatim recenſuimus. Laudibus in ipſis. in laude non mediocri uerſatos. Macte. omni uirtute cumulate. Maro. Macte noua uirtute puer. Sic itur i aſtra Martialis. Macte animi quē ſolus habes: morūq; tuorum: Quos numa quos ilaris poſſet amare Cato. Macte.

Certa. Vera nō diffitēda. Nec opina. Nō credita proles domus ęolię: ſed quā ſcimus ac explorato cernimus: exploratiſſima proles. Dixit opina quoniam opinamur incerta ſcimus uera. Laborum. Sat magna dona laborū meorū retuli: qui uos egregios uideo ac ſtrenuos.

Rependo. in ęquilibrio pono: et par duco. Labores quos toleraui cōpenſo cū filiis Phrixi cognatis. illi tanti apud me ſunt: ut labores oēs meos bene collocatos putē. Quęcūq;. Mala: naufragia: dāna: ęrumnas quas tolerauimus. Hoc uiſu. qđ uos fortes uidi ac marte pollētes.

Dixit ut inſuetē. Scribo. Dixit. At in ſuetem. hęc uerba dixit Iaſon cū Argus mō hunc: mō illū ſternit: Eſt. n. nomē p̃priū Suetes. Magnaq; in fata. Scribēdū. magniq; in fata. Emicuit. Exiluit Argus.

Porrigit. Extēdit: ſternit: iugulat. mortui pedes extendūt. Perſius. In portam rigidos calces extendit. Mart. At mea porrexit ſportula baſſe pedes. Ingēti auro. enſe aurato. Sūt q legūt aruo hoc ē p ęquor campeſtre. Haurit. Ferit. Verbū maronianū. Latus haurit apertū. Globos. Abit ille fluēte undatim ſanguine. globos ſanguinis uocat riuos et fluēta. Effuſa. Sparſa. Barbarus. Amaſtris. Caſſa. inani: uana. Ridēs. Alii ſcribūt frēdēs: aliq ſtridēs. Rhiphea. Dat neci rhipheū Calais: qui ſemper apud phariſanta pugnabat. Venali ſanguine. Vēdebat ſanguinē ſtipendiis. Illi ſanguis erat ac aia uenalis. Lęta bouū. pinguia. rhipheus Calai ſi eū ſeruaret: p̃miſit cētū boues: et cētū equos: ſed impetrare nō potuit: eo pugnādi furore ferebat̃. Sūt q nō lęta ſcribūt: ſed lecta pro electis et melioribus. Bellator. Rhipheus. His. pro his. Ille. Calais. Animam rependit. Calais crudelis retribuit aiam pro munere oblato. Dicit̃ ille aiam dare et lucē p̃ munere: quoniā hoiem iugulat: et animā ſpoliat: quę mox lucē petit: et in auras ſuas exit ut inquit Euripides. Crudelis. Calais: qui preces ſpreuit et pia munera. Haurire. Sāguis uenalis.

Caſſus. Spoliatus corpore: et totus i uētos diffluēs. Reſpicit. ut q deſiderata reliquit. Cœlū. Superas auras reſpicit. Reparabile. quod reparari nullo pōt auro. Cū ſemel iſernas itrarūt funera leges: Nōſexorato ſtat adamāte uię. Gaza. re: ope: uerbū p̃ſicū. Labit̃. Diffluit: morit̃. Intortos. iūge cū uelatus: hoc ē qui uelatos crines habebat p̃ tempora. Materna harundine. tanq̃ męotidis filius eſſet.

Stagna nec in medio truncantem marmore ceruos.
Eurytus exhomatas agit æquore. Neſtoris haſtæ
Immomritur primæuus helix. nec reddita charo
Nutrimenta patri primis ereptus in annis.
Ablatacum Zetemq; Daraps illum exigit haſta.
Hunc fugat ingenti ſubiti tum ſanguinis unda
Vidit et extremo lucentia pectora ferro.
Ecce autem muris reſidens Medea paternis
Singula dum magni luſtrat certamina belli
Atq; hos ipſa procul denſa in caligine reges
Agnoſcit quæritq; alios Iunone magiſtra
Conſpicit Aeſonium longe caput ac ſimul acres
Huc oculos ſenſuſq; refert animumq; fauentem.
Nunc quo ſe raperet nunc quo diuerſus abiret
Anteuidēs quotq; unus equos quot ſuderat arma
Orantesq; uiros quam denſis ſiſteret armis
Quaq; iterum tacito ſparſit uaga lumina uultu
Aut fratris quærens aut pacti coniugis arma
Sæuus ibi miſeræ ſoluſq; occurit Iaſon.
Tunc his germanam aggreditur (ceu neſcia) dictis.

Quis precor hic toto iam dudum feruere campo
Quem tueor quen q; ipſa uides? nam te quoq; tali
Attonitam uirtute reor? contra aſpera Iuno
Reddit agens ſtimulis: ac diris fraudibus urget.
Ipſum ait Aeſonidem cernis ſoror æquore tanto
Debita cognati repetit qui uellera Phrixi.
Nec nunc laude prior generis nec ſanguine quiſq̄.
Aſpicis ut minyas inter proceresq; cytæos
Emicet effulgens quantiſq; inſultet aceruis.
Et iam uela dabit iam littora noſtra relinquet
Theſſaliæ felicis opes dilectaq; Phrixo
Rura petens. eat atq; utinam ſuperetq; labores.

Marmoe p̄ mari.

Truncantem. Lancinantem: ferientem. Marmore. Cautibus. Venator erat Peucon. uel marmore pro æquore. i. campeſtri planicie. Quis ignorat marmor pro mari poni. Exhomatas. Scribe Axamatas pro Iaxamatas ſcribendū: quos in catalogo Valerius ſupra noīauit. Iaxamatas uenatus alit. Eſt enim apud uarios auctores uaria lectio. Aequore. Campo. Immorit̄ haſtę. Morit̄ tráſfixus haſta Neſtoris. Horatius. Immorit̄ ſtudiis et amore ſeneſcit habēdi. Primęuus. primi ęui iuuenis. Reddita. Subintellige ſunt. nō potuit reddere antipelargian. i. alimoniarū retributionē patri: quę Homerus trephtheria uocat.

Trephtheria.

Exigit. Eiicit uel expellit uita. Hinc fugit ingētē. ſcribe. Hūc fugat ingēti. Illū traiicit: hūc fugat uulneratū et fugiētē cū magno ſanguinis fluēto. Cū unda igēti ſubiti ſanguis fugat hūc. Vndā capit p̄ nimia copia ſanguis amiſſi. Lucētia. trāſapparētia. Erāt. n. pforata. Caligine. Inter globos obtenebratos dēſis haſtis pugnātiū: et aceruis corporū ſtratorū. Quęrit alios. petit aliorum nomina. Iunone magiſtra. Dictante ac pręmonſtrāte nomen huius et illius. Aeſonium caput. Iaſonem. caput inquit propter conum et reliqua capitis ornamenta: quę maxime apparent in capite.

Huc. Ad unum iaſonem. Fauentem. accidit ut his ēt faueamus: quos nunq̄ uidimus. Diuerſus. in diuerſam partem flectens. Anteuidens. Prędiuinās. tanta iaſonis erat cura. Quodq; unus. ſcribe quotq;. Anteuidens quot equos ſiſteret Iaſon. Quod ſuderat. Lege. Quot ſuderat. Orantes. Vt ſibi parceretur. Sunt qui ſcribunt horrentes. arma horrida indutos. Armis. priſci codices habent haſtis. Quaq;. et ea pte qua Medea aſpiciebat: illuc flectebat Iaſon. Vaga lumina. Oculos modo huc: mō illuc flectētes. Quęrēs arma fratris. pugnātē fratrē aſpicere uolēs Medea. Pacti coniugis. Styri. Vbi pugnabat ſponſus Medeę Styrus. Sęuus. Sęuiter pugnans. Ibi. in eo loco ubi Medea aſpiciebat. Miſerę. Medeę. ab euētu. quoniā hoc amore pderet̄. Occurrit. Obicit̄. Germanā. Iunonē quā Calciopen eſſe credebat. Ceu neſcia. tāq̄ illū iaſonē eſſe neſciret. Toto campo. per totū campū. Feruere. moueri: diſcurrere: uirgilianum ex ęn. iiii.

Aſpera. immitis: pdura: quā uirgini nocere nō pudet. Agēs. impellēs: ſtimulās: incitās. Diris. immanibus ac impiis. Vrget. impellit. Nec quiſq̄. nullus laude generis prior ē iu iaſone. Citatos. Scribe cytęos hoc ē colchicos. ita priſci codices habēt. Emicet. Exiliat ut accipiter in hoſtes ut columbas. Effulgēs. Armorū fulgore rutilās. Inſultet. inſiſtat et urgeat. Et iā uela dabit. relinqt deſideriū. iā inquit diſcedet hic heroicus aius: breuiq; relicturus ē noſtra mœnia: ut ex priuatione naſcat̄ amor: et deſideriū. Phrixo. Theſſaliā Phrixi patriam. Cęterū repetebat phrixi nomen ut uxor eius crederet̄. Vtinā. Soſpes et incolumis eat. Tanta enim uirtus perire non debet. Superetq; labores. Obſtantia pericula uincat.

Tantū effata. Hęc uerba locuta. Magis intendere. Acrius intueri et magis oculos in Iasonē conii ce/re. Suadet. Medeę. Dum datur: Dū pręsentia Iasonis frui poteſt. Ardentes. Feruentes: acres. Percurrere. Oculo perluſtrare. Simul. Vno et eodem tempore Iuno hanc ſtimulabat et Pallas Ia/ſonem ferociorē faciebat ut magis Medeę placeret. Dea. Iuno uel Pallas. Marte ſecūdo. Bello pro/pitio. neq; Iasoni repugnante. Intulit. in arma tulit et ſtimulauit. Nouas. inſolitas. Sub pectore. Scribe. Sub pectora. Significat. n. motum quendam in animū Medeę. Poteſt et defendi ſub pectore. Sed illud uerbum egit magis ad motum ſpectat. Ora. Iaſonis ſcintillantis et ad arma ruentis. Vertice. faſti/gio: ſummitate coni. Perſe. Salu/tatiuus caſus. nō erat tibi Perſes lę/tus gręci ducis aſpectus: quoniā tui milites illius impetu cadent: nec O uirgo Medea Iaſonem aſpexiſſe ſalu/tiferum erit. quoniā exitus ſequetur infelix et teter. Lętabile. Lętum: fortunatū: propicium. Sidus. ha/bebat Iaſon fulmen uel ſidus iuno/nium in cono. Iubę achiuę. Ra/diorum ſolariū uel ignis fulminei: quem ferebat Iaſon i cono: unde iu/bar ſiderum dicitur: qđ radii in ſimi/litudinē iubarū effunduntᷣ. Acer. Rabidus: immanis: impetuoſus. Cō/paratio ſideris quod erat in cono Ia/ſonis: caniculę lucenti uel cometi.

Tantum effata, magis campis intendere ſuadet:
Dum datur, ardenteſq; uiri percurrere pugnas.
At ſimul hanc dictis: illum dea marte ſecundo
Intulit atq; nouas egit ſub pectore uires.
Ora ſub excelſo iam dudum uertice coni
Sæua micant criſtiſq; ardeſcit. nec tibi Perſe,
Nec tibi uirgo iubæ letabile ſidus achiuæ.
Acer ut Autumni canis: iratoq; uocati
A Ioue: fatales ad regna iniuſta cometæ.
Nec ſua crethiden latuit dea, uimq; recentem
Sentit agi membris, ac ſe ſuper agminna tollit,
Quantus ubi ipſe gelu magnoq; incanuit imbre
Caucaſus, et ſummas abiit hybernus in arctos.
Tunc uero ſtabulis qualis leo ſæuit opimis
Luxurians, ſpargitq; famem, mutatq; cruores.
Sic neq; parte ferox, nec cæde moratur in una,
Turbidus inque omnes pariter furit. ac modo ſæuo
Enſe, modo infeſta rareſcunt cuſpide pugnæ.
Tunc et terrificis undantem cornibus hebrum,
Et geticum Prona ferit: caput eripit Auchi
Brachiaq;, et uaſtis uoluendum mitit arenis.
At genitus Ioue complerat ſua fata Colaxes.
Iamq; pater mœſto contriſtat ſidera uultu,
Talibus ægra mouens nequicquam pectora curis.

Autumni. Qui occidit i autūno: et in occaſu ſęuiores euibrat ignes. Vocati. Fingit Ioue ad tyrannos extirpādos euocare cometes: quę lu/mine ſęuo tyrannos exurāt: et euer/tant iniuſta regna. Fatales. Fati/feri. Peremptorii: anęretici: exitia/les. Ad regna. Euertēda. Sua dea. Iuno uel Pallas et fauēs. Iaſon inquit cognouit robur ſolito maius eius corpus ac animum uegetare. Cometes cōtra tyrā/nos.

Crethiden. Iaſonem a progeni/tore Cretheo ut in principio com/mentariorum pretexuimus. Imita/tur illud Apollonii libro. iii. κλείουσ᾽ ἄισονοσ υἱ ἐν ἴσονα κρηθείδαο. Hoc eſt uocant Aeſonis filium Iaſonem Crethei. Sequitur enim. Sic autem ipſius Crethei uera eſt ge/nealogia ſic affinis paternus nobis fieret. Ambo enim Cretheus Athamaſq; erant ęoli filii. Phrixus ue/ro Athamantis fuit filius orti ab ęolo. Sup agmina tollit. Fert animus incitatus a dea inſultare omniū inimicorū capitibus. Incanuit. Canenti niue opertus ē. Imbre. Niue in hoc loco. quoniam prępo/ſuit incanuit. Abiit in arctos. Se in urſas erexit in ſidera: in cœlum. multis in cœlum niuibus elatus. Hibernus. Glaciatus uel niue cōſperſus. Opimis ſpoliis. ubi ſunt opima pecora et pinguia. Lu/xurians. Debacchatus. Luxuries immodica rerum malarum exuperantia uocatur nullo ſeruato modo. Spargit famem. Famelicus modo hanc: modo illam inuadit uictimam. Mutat cruores. modo in hac modo in illa ſe cruētat. Ferox. Lupus imodicus. Parte. Nō in una parte pecoris cōſiſtit: ſed paſſim deſęuit. Moratᷣ in una cęde. non ſe ad unā cędē demittitᷣ: ſed omne cedit armētū. Turbidus. Furēs. Enſe. iaſonis. Pugnę. pugnatores. Cuſpide infeſta. ab iaſonis mucrone. Vudantē. Vndis ſan/guineis ſcatentē ac madidū: uel qđ ita ſe cōfirmauerat arte: uel madeſcebāt cruore ciues pugnę. He/bri. Nomē quidē bellatoris: ſed a fluuio. Cornibus. Ridiculus erat hebrus q i cono cornua terrifica geſtabat: ut ſe filiū hebri fingeret. Hebrus. n. et cętera flumina cū cornibꝫ finguntᷣ: unde ab horatio tau/riformis uocatᷣ Aufidus. Cęterū in priſcis exemplaribus legitᷣ: crinibꝫ. Auchi. lege Auchi: cuius mē/tionē fecit i catalogo. Harenis. phaſidis: apud quē certatᷣ. Cōplerat ſua fata. ad finē ānorū ſuorū p/uenerat. Pater. Iupiter. Mouēs neqcq̄. fruſtra natū moriturū deplorās. quoniā fatis ire obuiā nō pōt.

Hei mihi ſi duræ natum ſubducere ſorti
Molior:atq; meis auſim confidere regnis.
Frater adhuc Amyci mœret nece cunctaq; diuum
Turba fremunt:quorum nati cecidere:cadentq;.
Quin habeat ſua quenq; dies. cunctiſq; negabo:
Quæ mihi ſupremos miſero ſic fatus honores
Congerit:atq; animis moriturum ingentibus implet.
Ille uolat campis:immenſaq; funera miſcet
Per cuneos:uelut hyberno proruptus ab arcu
Imber agens ſcopulos;nemorumq; operumq; ruinas:
Donec ab ingenti bacchatus uertice montis
Frangitur:inque nouum paulatim deficit amnem.
Talis in extremo proles Iouis emicat æuo.
Et nunc magnanimos Hypetaona Geſithoumq;
Nunc Arinem.Nolbumq; notat iam ſaucius Apren.
Et deſertus equo Tydrum pedes excidit haſta
Phaſiaden pecoris cuſtos de more paterni
Caucaſus ad primas genuit quem phaſidis undas.
Hinc puero cognomen erat famulumq; ferebant
Phaſidis intonſo nequicquam crine parentis.
Iamq; aliis inſtabat atrox cum diua ſupremas
Rumpit iniqua colus uictorq; aduenit Iaſon.
Excipit hunc ſæua ſic fatus uoce Colaxes.
Vos ſcythiæ ſaturate canes ſcythiæq; uolucres
Heu miſeri ueniſtis ait ſaxumq; prehenſum
Illius et dextræ geſtamen et illius æui:
Concuſſa molitur humo.quod regia Iuno
Flexit ad ignotum caput inflrtumq; Moneſſi.
Præceps ille ruit.nato non depulit ictus
Iuppiter. Aeſoniæ uulnus fatale ſed haſtæ

Molior. Satago:experior.quoniā nō poſſum proficere quis moliar. Subducere. Auferre:eripere. Durę ſorti. A caſu duro et immutabili: Auſim cōfidere. Fruſtra cœleſtibus adminiculis:uiribuſq; cōfiderē quibus fata mutari nō poſſunt. Frater. Meus Neptunus. probat ab exemplo qđ deis fata deorum mutare nō licet. Amyci. A Polluce ſtrati. Turba fremunt. Syntheſis numerorū qualis eſt illa. Pars in fruſtra ſecāt. Quin. Immo affirmātis. Eſto. Sit cūctis mortalibus dies prēfixus. Sua dies. pſtitutū uiuendi tēpus babeat quēq; quēlibet hoiem inuoluat. Cūctis negabo. Oibus negabo pducere uitam:et rumpere parcarū colus:quę meis negaui:ut nullus deorū cōqueri poſſit a me non impetraſſe:quod ego meis liberis nō cōceſſi. Quę mihi. Negaui. Miſero. Coraxo.

Honores. Vires. digna homine ac imperatore fortiſſimo. Congerit. Vt ſi honeſte uiuere non poteſt: ſaltē glorioſe cadat. Animis. promptitudine ac ſtrenuitate bellica.

Ille. Colaxes. Per cuneos. per militares ordines. Cuneus enim agmen militū in turbinē deſinentiū uocantur:cui nomē olim capiti porcino fuit: ut Vegetius autumat.

Proruptus. in anteriorē partem prorumpens et pręcipitās. Ab arcu hiberno. Vel cum arcum pontis et fornicē:quę illum cohibebat confregit:iuxta illud ouidianum. Spumeus et feruēs et ab obice ſęuior ibat excreuit in tantum animis ut perfractis obicibus omnia ſubita ruina inuoluerit. Sunt qui ab arcu interpretāt ab mōtis uertice arcuato:cuneato:fornicato. Ab arcu interpretantur alii poſteaq̄ cœleſtis arcus fulſit: quē plerūq; uis aquę ſubſequi ſolet: unde a Tibullo dictum. Venturam admittat imbrifer arcus aquam.

Imber. Amnis. pluuia repentino imbre tumeſcēs. Agens. Impellens:ſecū rapiēs. Opū. etiā ędificiorū. Bacchatus. Cū ſtrepitu ac furore delabēs. Frangit̄. delapſu attenuat̄. Nouū. Sed cito fluētē ac euaneſcētem. Extremo euo. in ſupremis uitę diebus. Appetebat. n. nunc exitus:breuiq; uicturus erat.

Emicat. Exilit:exultat. Notat. Deſtinat ad cędem. Pedes. Deſiliens i pedes Colaxes equo amiſſo.

Puero. Puer hic cognomine dicebatur qđ ſemper capillatus fuit ut puer. Diua. Atropos. Supremas colus. Vltimam uitam et humanū pēſum. Excipit. Veniēti hoſtiliter inſidiatur. Ait. Colaxes. Geſtamen. Quale ſaxum geſtare poſſet tam fortis iuuenis:et in illa ętate conſtitutus. Ex Homero et Marone. Vix biſſex ceruice ſubirent Qualia nunc hominū producit corpora tellus. Non deſinit inquit Plinius queri Homerus corpora in dies fieri breuiora mundo in ecpyroſin. i. exuſtionem uergente. Lege Cenſorinum libro de die natali:cui Satyrus ſuccinit. Terra malos homines nūc educat:atq; puſillos. Molit̄. Magna ui ac conatu eruit. Regia Iuno. Reginę Iunonis numē fauēs Iaſoni. Flexit. Declinauit ab iaſone. Inſletum. non fletū:ut qui plebeius eſſet ac ordinarius. cum morte cuius moritur et fama et laus. Ille. Moneſus. Nato. Colaxi. Iuno tutata ē ſuū iaſonē:cęterū nō ita filiū ſuū Iupiter:q mox cadet ictus haſta iaſonis.

Agit.

Agit. In priſcis codicibus legitur abit.i.tranſit et trāſuolat. Clypeo. Lege ex antiqua lectione: Lapſo: hoc ē Colaxi cadenti inſtat Iaſon. Acerbat. Acerbiorem reddit et deteriorem inſtans: urgēs: agitans. Spargitur hinc. Hoc interfecto ad alios occidēdos diſcurrit Iaſon. Iam notus. Viribus ac ferocia. Alanis. Populis Scythię hoſtibus. Regina. Regis filia Medea. Virum. Iaſonē. Deus. Cupido: qui in pectore Medeę ut inquit Apollonius: multū conflauerat incendium: effeceratq; ut flāma penite magis ac magis arderet.

Acerbare.

Per clypeum: per pectus abit: lapſoq; cruentus
Aduolat Aeſonides, mortemq; cadentis acerbat.
Spargitur hinc: miſerisq; uenit iam notus Alantro.
At regina uirum (neq; enim deus amouet ignes)
Perſequitur luſtrans: oculiſq; ardentibus hæret
Et iam læta minus præſentis imagine pugnæ:
Caſtigatq; metus: et quas alit inſcia curas
Reſpiciens an uera ſoror: nec credere falſos
Audet atrox uultus: eademq; in gaudia rurſus
Labitur: et ſæuæ trahitur dulcedine flammæ.
Ac uelut ante comas: ac ſumma cacumina ſiluæ
Lenibus alludit flabris leuis Auſter: at illum
Protinus immanem curuæ ſenſere carinæ:
Talis ad extremos agitur Medea furores.

Cōminiſcitur idem Rhodius in .iii. Venerem mouiſſe in cœlū: reperiſſeq; ſeorſum florea in area Iouis non ſolum cupidinem: ſed una ganymedē quem Iupiter pridem fecerat domeſticum cœli formę amœnitate captus. Ambo cupido uidelicet ac Ganymedes moribus ac ętate pares Talis ludebāt: quos iupiter uocat ἀσραγάλους. Victor in ludo talario cupido erat: cui uictori iraſcebatur Ganymedes: a quo malis apprehenſo et exoſculato Venus ipetrat ut Medeam feriat: uocatq; ἄφατον κακόν hoc eſt ineffabile malum: cui poſt uulnus illatū Medeę promittit σφαῖραν εὐτρόχαλον hoc eſt folliculum et pilam uolubilem: et χρύσεα κύκλα hoc eſt circulos aureos manu Vulcani fabricatos: ſingulis quorū hinc et hinc duplices apſides.i.curuaturę rotūdę inoluūtur quibus ſunt occultę ſuturę. reuolutio uero omnibus cęrulea diſcurrit: qui aureo fulgore ſplendicant. et hoc Iuno promittit ſi παρθένον αἰήταο βάλοι διστεύσας ἐπ᾽ ἰήσονι: ſi uirginē Aeetę ſagittis conficis fauens Iaſoni. Et addit ſententiam moralem: ne differ ne gratia uilior eſſet, Abit Cupido raptim ad Medeam iaciēs in ſinum talos.

Amor Ganymedis colluſor.

Sphęra cupidinis.

Differēdo gratia uilior.

Ignes. Amores: et ſi in priſcis codicibus legitur ignem.i.amorē: quod quidē puſillū eſt: ſed curioſitas nihil recuſat. Perſequitur. Oculo perſpicit et inquirit. Luſtrans circūiens: circūſpectās. Hęret. Inſiſtit. Oculis ardentibus. Luminibus intentis et acriter fixis. Imagine. Cōtemplatione: ſimulacro. Nō gaudet hac pugna quoniam uidet Iaſonem prodire ulterius q̄ deſiderat: et in periculū progredi.

Caſtigat. Reprehēdit. Metus. Timorē de uita peregrini. Cur peregrino metuat Medea ſeſe caſtigat.

Curas. Repete uerbum caſtigat. Quas. Curas. Inſcia. Rudis ac amoris tirūcula: Iaſonem uix agnoſcens. Ignorans hunc illum eſſe: qui pectus ſuum urget ac excruciat. Reſpiciens. Non cogitans an hęc quę illum in amorem Iaſonis urget ac excitat ſit ſoror eius. Nec enim putaret ſororē poſſe in hanc labem illam inducere. Atrox. Medea ſęua et crudelis eſſe conſueta ſit lenior ac mitior: et credit quę nō ſunt: ut amor homines miteſcere facit. Falſos uultus. Chalciopes. Cum Medea reſpicit et conſiderat quę ſibi Chalciope ſuadet: nō putat eſſe ſororem. nec enim illa ſūt ſororia pręcepta. cū uero ſimilitudinē aſpicit: non poteſt non credere. Eadem: De Iaſone. Trahitur. Allicitur. Ac uelut. Comparatio incipientis amoris uento flaturo: qui primulum incipit flare modice: leuiterq; ſumma foliorū faſtigia ferire: mox toto nixu incumbit in arborem: et aliquando conuellit. Ante. Primum quando flare cœpit et aurę leniores ſunt. Comas. Frondes. Criniri et comari dicitur arbor quando frondeſcit et ueſtiri incipit. Martialis. Ridet ager: Veſtitur humus: Veſtitur et arbos. Obiter emenda carmen id ex prima Papinii ſilua. Cęſis decreuit frondibus Ida. Tu ſcribe: frontibus. Frontes enim latera montium in aſpectū proſpicientia uel auctore Marone. Fronte ſub aduerſa ſcopulis pendentibus antrum. Minutum et frigidum eſſet ſi folia poeta pro arboribus acciperet. Fontibus quidam mallunt ut Idam phrygium intelligat quem, Homerus πολυπίδακα appellat.i.multorum fontium. Fontes cęduntur cum partes montium cum arboribus conuelluntur. ſed prior lectio perplacet. Cacumina. Vel arborum faſtigia uel iuga montium. Lenibus. Mitibus: temperatis. Alludit. Aſſibilat: ludo quodam et flatu temperato: non aſpero: non immani. Flabris. Flatibus. Leuis. In principio leuiter flans. Protinus. Mox crebeſcere incipiens. Ficta enim ut inquit Seneca recidunt in naturam ſui. Curuę. Priſca lectio ſeruat miſerę: ut ab euentu ſit epitheton: quę uidelicet naufragium patientur. Talis. Iam parua in principio mox excretura. Extremos. Immenſos: qui furores erūt mox immodici ac intolerabiles. Carpit enim eundo Cupido: et magna ſępe ſcintilla magnum excitat incendium.

Pro Papinio.

Interdum blandæ direpta monilia diuæ
Contrectat: miſeroqꝫ aptat flagrantia collo.
Quaqꝫ dedit teneros aurum furiale per artus
Deficit, ac ſua uirgo deæ geſtamina reddit.
Non gemmis non illa leui turbata metallo
Sed facibus: ſed mole dei, quem pectore toto
Iam tenet. extremus roſeo pudor errat in ore.
Ac prior his. credis ne patrem promiſſa daturum
O ſoror, argolicus cui dis melioribus hoſpes
Contigit? aut belli quantum iam reſtat acerbi?
Heu quibus ignota ſeſe pro gente periclis
Obiicit: hæc ſantem medio in ſermone relinquit
Incœpti iam Iuno potens: ſecuraqꝫ fraudis.
Imminet at celſis audentius improba muris
Virgo nec ablatam ſequitur: queriturue ſororem.
Ah quoties uis dira ducum: denſiqꝫ repente
Aeſoniden preſſere uiri: cuncꝫ omnis in unum
Iber iit, toties ſaxis pulſatur et haſtis.
Primaqꝫ ad infeſti Laxanoris horruit arcus.
Alta ſed Aeſonium ſupra caput exit harundo,
Teqꝫ Caice petit. coniux miſeranda Caico
Linquitur, et primo domus imperfecta cubili.

Monilia contrectat. Fit audentior: et ſignum eſt uerba nō deſpicientis: quę audit a Chalcyope. pudor enim uirgineus hoc pacto detegit animi uicia cum uult rogari. Principum mos eſt et fœminarum cū ſe tibi uolunt inſinuare: et auras fauentes ſignificare: te contrectent et ueſtem tuam aut palear: aut manum permulceant. Direpta. Collo adempta. Blandę. Quę blanditiis Medeam tētabat a pudicitia ſoler/ter auocare. Miſero. Suo. Flagrātia. Amoribus et cupidinibus plena: quę forte una cum ceſtu accepit a Venere. Quaqꝫ. Ea parte qua monile fatiferū ac portentoſum Me/dea dedit: et demiſit: ea parte deliqueſcit: deficit: uiribus cadit exhauſtis. Dedit. Medea miſit. Aurū. Monile aureum. Furiale. Furias ac amoris impetus excitās. Furiare eſt uerbum horatianū: quod in amoris furias excitare ſignificat. Quę ſolet: inquit: matres furiare equarum.

Furiale.
Furiare.

Deficit. Intermoritur et animo linquitur nimio furoris impetu: quē hoc monile ferit. Inuadit ſpiritū: ac ęternis amoris compedibus alligat. Sua. Iunonis. Sua pro eius uſurpat. Deę. Iunoni. Geſtamina. Ornatū: mundūqꝫ nitidiorē. Gemmis. Gēmę monilis nil turbarunt illam: ſed cupido: qui iam oſſa intima peruaſerat. Illa. Iuno. Leui. paruo. Metallo. Aurea murrenula et torque: ſeu monili. Facibus. Turbata: quas amor geſtare fingitur. Mole. Violentia. Quē. Deū Cupidinē. Extremus. Extremitates faciei peruadēs. Patrē. Noſtrū Aeeten. Promiſſa. Pellem aureā: Daturum. Iaſoni. iam cognoſcitur iaſoni puellam affici. O ſoror. Chalcyope. Cui. Patri noſtro. Contigit. Dis fauentiſſimis datus eſt: quippe ſi abſqꝫ iaſone eſſet nunquā perſam uiciſſemus. Dis melioribus. Fauentibus. Argolicus hoſpes. Iaſon: propter cuius hoſpitiū nos ſeruati ſumus. Eam operam in re bellica nauauit. Aut belli. Scribo. At pro en. Ecce. Vel affirmantis eſt. Certe uide qđ parum acerbi belli iam reſtat. Nam omne confectum eſt ab iaſone. Quātū. quaſi dicat minimum: uel nihil. Reſtat. Supereſt. Quibus periclis. ꝗ generoſis periclis obicit ſe pro laude grauis heros: pulchrāqꝫ petit per uulnera mortē. Hęc ſantem. iſta loquentem Medeam. Incœpti iam Iuno potens. Quę iam perfecerat quod intendebat. Secura fraudis. Viuens ſine cura fraudis. Imminet muris. Muris ſuperſtat. Improba. Audacior effecta. Audentibus. Scribe audentius. Solebat puellari timore priuſquā amaret extimeſcere: nunc audentior effecta muros aſcendit. Ablatam. Quę ſe de medio abſtulit. Ouidius primo metamorph. Crura nec ablato profuit uelocia ceruo. Ah. interiectio poetę uirginem et amantem Medeam miſerantis: ut illa maroniana. Ah uirgo infelix quę te demētia cœpit? Vis dira. impetus barbarus. Ducum. Eorum qui copias agebant hoſtiles. Denſi uiri. Denſi uirorū cunei. Preſſere. inuaſere. Imber. Telorū denſitas et crebrę procellę miſſilium et lapidum: unde imbrem ſaxeum et ſaxatilem dicimus. In unum iit. Contra unum directus eſt. Toties. Quoties pulſatur iaſon. Pulſatur. Animus Medeę: quocunqꝫ telo feriebatur Iaſon: percuſſio huiuſmodi reſultabat in cor Medeę. Prima. Medea ante iaſonē. Infeſti. infeſto ac hoſtili animo ruentis in iaſonem. Horruit. Extimuit: reformidauit. Arcus. Sagittam excuſſam a Lexanore. Alta. Non attingens uerticem capitis. Exit. Egreditur: et longe a capite tendit. Coniunx. Deflet fatū Caici miſerabile: cui mori contigit in primęuo flore iuuentutis: et eo tēpore quo dulce erat uiuere: cū quo pauciſſimis fuerat diebus. Imperfecta. Familia non creata: nec ſobole. Primo cubili. Primo thoro ac matrimonio.

Interpres. Pacis mediator et legatus: quem iuriſperiti grꝗca uoce nuncupant Irenarcham. nos caduceatorem. Aeetia fœdera. Amicitiam regis Aeetis. Veniebat miſſus a rege Parthorũ Miraces ut amicitiam ac fœdus iungeret cum Aeete: afferebatq; auri magnam uim. Non irrita. Non uana futura: ſed diu duratura. Tum. Tunc mors illum ęterna compede ligauit in colchis. Cyteis. Colchicis.

Irenarcha. Caduceator.

Amor mauortis. Amor Martis tenuit illum iuuenem. Armiger. Arma gerens ac ſcutum domino. Ex Marone qui ait. Armiger ante fuit: fiduſq; ad limina cuſtos. Hũc Plautus uocat ſcutigerulum. Semiuir. Mollis: effœminatus: eunuchus. Auſonius. Semiuir ipſe Scatiniam metuens: non metuit Titiã.

Armiger. Scutigerulus.

Regius eois Miraces interpres ab oris
Venerat: ut colchos procul atq; Aeæa parthis
Fœdera donato non irrita iungeret auro.
Tum iuuenem terris parcæ tenuere cythæis:
Ac ſubiti mauortis amor: ſimul armiger ibat
Semiuir impubemq; gerens: ſterilemq; iuuentam.
Ipſe pharetratis reſidens ad frena tapetis:
Nunc leuis infeſto procurrit in agmina curru,
Nunc fuga conuerſas ſpargit mentita ſagittas.
Ad uiridem gemmis et eoæ ſtamine ſiluæ
Subligat extrema patrium ceruice tiaram.
Inſignis manicis: inſignis Acinace dextro.

Impubem. Eunuchi ceſi imberbes: ſemper ſunt imberbes. Nam ut inquit Ariſtoteles libro problematon octauo: ſpadones effœminati omnino ſunt: et calor ut fœminis deorſum ſe uertit: quod etiã mẽſtrua declarãt. unde fit pręnimio humore ut neq; ſpadones: neq; mulieres pilis ualeãt abũdare. Sterilẽ iuuẽtam. Ideo dictum eſt a Claudiano primo in eutropium.

Spadones cur imberbes.

Naſcitur ad fructum mulier: prolemq; futuram. Hoc genus inuentum eſt ut ſeruiat. Quis primus ſecuerit eunuchos bis diſſerit ibidem Claudianus: quem Oroſius libro ſeptimo eximium quidem poetam uocat: ſed paganum peruicaciſſimum. Quid nobile geſſit
Eunuchus? quę bella tulit? quas condidit arces?
Illas pręterea rerum natura creauit:
Hos fecere manus. Seu prima Semiramis aſtu
Aſſyriis mentita uirum: ne uocis acutę
Mollicies: leues ue genę ſe prodere poſſent:
Hos ſibi coniunxit ſimiles. Seu parthica ferro
Luxuries uetuit naſci lanuginis umbram:
Seruatoq; diu puerili flore coegit
Arte retardatã ueneri ſeruire iuuentã. Ipſe. Miraces parthus. Deſcribit morẽ parthorũ eqtũ: qui currũt ac recurrũt: et fugiẽdo maxime pugnãt. Pharetratis tapetis. In ephippio cui erãt annexę pharetrę: uel pharetrę cõſutę tapetibus erãt. Antiquos pro ephippiis uſos eſſe tapetibus Maro docet his. Pendẽtq; tapetibus altis. Reſidẽs ad frena. Sedẽs apud equi frenũ: pene in collo ut eluderet ictus uenientes: modo erat in dorſo equi: mõ in collo: ea corporis agilitate pręditus. Leuis. Agilis. In agmina. Hoſtilia prorumpit. Infeſto curru. Hoſtili turba: quã ipſe agebat. Videt ſignificare poeta hũc Miracen egiſſe currũ in aciẽ. Ex curru. n. mos erat antiq̃s dimicare. Fuga mẽtita. Parthus mẽtiẽs ac fugã fingẽs. Parthi mẽtiunt fugã: et auerſi ſpicula iaculant. dein equo cõuerſo redeũt improuiſi: et cõſequenter atrociores. Spargit. in diuerſas partes eiaculat. Cõuerſas. Pro ipſe cõuerſus cũ maxime nõ ſperatur.

Claudianus paganus peruicaciſſimus.

Tapetes p ephippiis.

Stamine. Subtegmine: tela. Aeoę ſiluę. Telę ſericę. Velleraq; ut foliis depectãt tenuia ſeres. Tyarã. Tyara ẽ apud perſas tegumẽtũ capitis: quo ſacerdotes ac reges utebant. Hieronymi i epiſtola de ueſte ſacerdotali hęc uerba ſunt. Quartũ ẽ genus ueſtimẽti rotũdũ pileolũ quas ſphęra media ſit diuiſa: et pars altera ponat in capite. hoc gręci et noſtri tyarã: nõnulli galerũ uocãt. Nõ habet acumen in ſũmo: nec totũ uſq; ad comas tegit. Sed tertiã parẽ a fronte inoptã relinquit: atq; ita in occipitio uitta cõſtrictus eſt: ut nõ facile labat ex capite. Sacer Tiaras ideo dicit a Virgilio qđ erat ornamẽtum ſacerdotale. Arrianus libro tertio de geſtis Alexandri. Sub idem tempus Perſę quidam ad Alexandrum nuntiantes uenerunt rectam Tyaram beſſum habere: perſicam ſtolam. Seneca in Thyeſte. Hoc phrygius loco fixus Tyaras pelopis. De Tyara Philoſtratus in libris: qui inſcribuntur Icones cum agit de Pelope. Lutatius libro octauo Thębaidos in expoſitione illius carminis. Suſtentare manu uel adhuc implere tyaram: dicit eſſe pileum phrygium. Maro uirili genere protulit cum canit. Sceptrumq; ſacerq; tyaras. Patrium. Parthicum. Extrema ceruice. Nam Hieronymus inquit in occipitio uitta conſtrictus ut non facile labatur ex capite. hoc nunc innuit Flaccus. Inſignis manicis. Habens ueſtem cum manicis quã Plautus manuleatam uocat: quod eſt effœminatorum ut Virgilius exprobrat. Et tunicę manicas: et habẽt redimicula mitrę. Parthi manuleatis tunicis utebantur: quo probro male audiunt bis a Lucano. Illic et fluxas ueſtes: et laxa uirorum Veſtimenta uides. Dextra. Ordo. Dextra illi partho erat manicis inſignis et acice.

Tyara.

Manuleata tunica.

De acinace.

Horatius emendatus — nace. Acinacē genus eē teli perſici meminit Hieronymus his contra Iouinianū. Extorſit acinacē de manu et latus eius trāſuerberauit. Horatius libro primo carminū. Et uino et rixis medus acinacis in recte: niſi putemus ſcribendum eſſe aciuaces. Nam inter tela barbarica Pollux libro primo Sariſſam enumerat macedonicam: Palton medicum: Acoutiou: et Acinacem perſicū gladiolū. Illic ſcriptū ē ἀκινάκης. Pręterea mouet me auctoritas Sudę apud quē ita ſcriptū reperio. ἀκινάκης μικρὸν δόρυ περσικόν. Hoc ē. Acinaces haſta parua perſica. Acinacen nō omiſit intactū i hoc ſignificatu Lucianus in libro de ſacrificiis. Stratonem ab uxore transuerberatum Acinace meminit Hieronymus libro cōtra Iouinianū ſecūdo. Cornelius Tacitus libro. xii. Poſtremo uiolentia amoris et facinorū non rudis: diſtringit Acinacē. Arrianus libro ſexto de geſtis Alexandri Acinacen his uerbis nō gladium: ſed haſtam putat. Torques ac perſicas quaſdam haſtas: quas acinaces uocant. Idem Caunaces: ueſtis id genus: quam perſidem uocāt. Cādys pterea: amiculū et ipſū pſicū eſt: feminalia medica: Inaures quoq́

Improba barbaricæ procurrunt tegmina plantæ:
Nec latuere diu ſæuam ſpolia illa ſyenem,
Perq́ leuem et multo maculatam murice tygrin
Concita cuſpis abit. Subitos ex ore cruores
Saucia tygris hiat uitamq́ effundit herilem.
Ipſe puer fracto pronum caput implicat arcu.
Sanguine tunc atro chlamys ignea: ſanguine uultus
Et grauidæ maduere comæ quas flore Sabæo
Nutrierat: liquidoq́ parens ſignauerat auro.
Qualem ſiquis aquis, et fertilis ubere terræ
Educat: ac uentis oleam felicibus implet:

Improba. Nimia: immodica: talaria: et ut Plautus inquit: demiſſicia. Deſcribit braccas perſicas ueſtes: quibus totus fere utebatur oriens: quę etiam plantas tegebant: uel innuente illo Lucani hemiſtychio laxa uirorum Veſtimēta uides. Quare a poeta in oſceno carmine prolatum illud. Medis laxior: indicis ue brachis. Procurrunt. In primiores pedes defluunt. Plantę barbaricę. Pedum barbarica ueſte tectorum uel cothurnorum aut alterius generis calciamenti: quo utebantur Perſę. Non latuere. Cito uidit Sienes nihil aliud eſſe legatum parthorum pręter ſpolia: et prędam hoſtium: qua ſpe ductus illum inuaſit: et uidetur nobilis romanus odio parthorum a cunabulis imbutus proponere deridendum parthum hominem: ut illius gentis contemptus increſceret. Spolia illa. Ornamenta Parthi. Sienem. Nomen barbari militis. Tigrim, quam geſtabat in coni faſtigio. Multo murice. Multa purpura. Concita. Concitata: furens: uolās. Saucia. Percuſſum caput parthi: quod

Pueri. — tigride cingebatur. Hiat cruores. Ore hianti cū ſanguine emittit percuſſo domino. Effundit. per os tigridis effunditur anima domini. Puer. Iuuenis more homerico: nam Homerus παῖδας uocat iuuenes: quod imitatus Horatius id protulit. Puerosq́ Ledę. Implicat. Pronus decidens Miraces caput

Flāmaris toga. — implicat arcui: et cadit. Ignea. Oſtrina. Flammigans. Hanc togam flammarem ab Epigrammatico poeta uocitatam ſunt qui cenſeant. Et gratę. Scribo ex priſca lectione grauidę: hoc eſt ungēto delibutę.

Flos odor. — Flore. Odore. Ex Plauto qui ita cecinit in Curculione. Flos ueteris uini meis naribus obiectus ē. Lucretius libro tertio de rerum natura.

Quod genus eſt: Bacchi cum flos euanuit: aut cum
Spiritus ungēti ſuauis diffugit in auras.

Maduere. Conſperſę ſanguine nouo et inſolito nutrimēto. Sabęo. Thureo. Solis eſt thurea uirga ſabęis. Alibi. molles ſua thura ſabęi. Nutrierat. Pauerat:

Barbā tondere luctuoſum. — aluerat: inſperſerat: unde nutrire barbam nō tam promittere ꝗ in deliciis habere ſignificat. Barba enim apud priſcos in deliciis alebatur: contra in luctu tondebatur: quod docet Euripides. Parēs. Qui in deliciis: roſis: et ungentis hunc filium alebat. Vngenta enim ut Plinius inquit perſarum inuentum eſt: quo

Perſici apparatus ꝑ Horatio. — referri debet illud horatianum. Perſicos odi puer apparatus. Signauerat. Tinxerat: fucauerat. Coma Commodi: ut inquit Herodianus: colore auro ſimili radiabat. Tales uocantur ab Italico auricomi,

Aurigo. — Aurigo morbus arquatus appellat̄ qa corpus auri pallore decolorat. Auro liquido. Colore et infectura auro pſimili uel p liquidu aurū intelligit aureū liquamen: quo capillus madefactus rutilat̄. Qualē. Comparatio Miracis in prima iuuentute cadentis oleę in prima frondium adoleſcentia ruenti. A quis. Irrigatione: quo lętantur ac adoleſcunt ſata. Vbere. Vbertate: felicitate. Educat. Si quis oliuarum nouellas poſuit ac poſitas multa nutrit ac prolectat irrigatione. Ventis implet. Exponit ad optimum

De oliuis. — afflatum uentorum ut ad zephyrum quo gaudēt oliuę: et ad eam partem in quam: cum eſſent in ſeminariis: reſpiciebant: de qua Virgilius libro ſecūdo georg. ſic. Quin etiam cœli regionem in cortice ſignāt et reliqua. Catonis placita iubent in calido et pingui ſolo radium maiorem: Salentinam: Orchitem: Poſiam: Sergianam: Corminianam: Albiceram ſeri. Spectare olineta in fauonium loco expoſito ſolibus cenſent: auctor Plinius libro. xv. Felicibus. Zephyris ſaluberrimis auris ac omnia fœcundantibus pręſertim oliuas. Poſt iſtum uerſum in uetuſtiſſimo codice ſequitur hoc.

Nec labor aſſiduus: nec ſpes ſua fallit alentem. Nec labor aſſiduus. Senſus eſt. non aſſiduus labor oliuas alentis fallunt olitorem: quoniam fructus adduplicant: licet ſæpe: ut Palladii uerbo utar: poſterent: quod tardarunt fœnore reddunt. Et auctore Plinio ferens oliuam uix eam deguſtat. Spes ſua. Sperat ſpeme nutriens oliuam fructum ingentem: et uotis auari agricolæ reſpondentem. Fallit alentem. non decoquit: non decollat oliua nutritori. Iam quæ det primam. Loquor de nouella oliua: quæ commodũ germinare cœpit: et ex ea fructus ſperantur tempeſtiui. Det. Producat: procreet. Primam frondẽ. Teneriorem. Tenero de uertice. ex cacumine altiore: cũ frondes incipit emittere: procidit ut Miraces in prima iuuenta præciſus eſt ſicut impium ẽ arborẽ euellere in primo fructuum germine: perinde in adoleſcente: ut illud Tibullus ab re non pronunciauerit.
Quid fraudare iuuat uitem creſcentibus uuis?
Et modo nata mala carpere poma manu? Cũ ſubito. Ecce tibi modo floret oliua: iam decidua flaccet et nitorem amittit. Immiſſis nimbis. in eam pluuioſis aſſultibus incitatis quæ ſtrauerũt arborem comantem. Hyems aquilonia. Vaſtitas ab aquilone immiſſa. Præceps. Præcipiti ruina cuncta demoliens. Magna arena. per terrã ubi nutriebat. Extẽdit. Porrigit: proſternit. Haud ſecus. Non aliter q̃ oliua. Virginis. Medeæ. Mouetur. nõ cõmouetur: non dolet morte Parthi Medea: quæ ſolum pro uno timebat. Iaſone. Furentem. animoſiſſime pugnantem. Aegra. Dolẽs: affecta. Fuga fœda. Turpis ac inglo ria: ſubintellige erat. Orbi. Priuati. Dominis ingentibus. Maximis ducibus. Hic. Tunc: quoniã ſuorum terga uerſa uidet. Quid me. Accuſat deos Perſes: augurio quorum ductus totam ſcythiam ſecũ rapuit in bellum et nihil perfecit. Augurio inani. Vano: mendaci: præpoſtero: nihil pfuturo. Quid fratris. quid. i. cui bono: ut uulgus ait ad quid. O Iupiter uane et mendax omina promiſere mihi pœnas fratris. i. Aeetæ. Fratris ſæui. priſci codices habẽt nõ ſæui ſed meritas: quas meret Aeetes p piaculis ſuis. Iuppiter. Exclamatio ad Iouẽ.

Iam quæ det primam tenero de uertice frondem
Cum ſubito immiſſis præceps aquilonia nimbis
Venit hyems: nigraq; euulſam extendit arena,
Haud ſecus ante urbem Miraces atq; ipſius ante
Virginis ora cadit: ſed non magis illa mouetur
Vnius ægra metu: quam te Meleagre furentem:
Quam Talaum uidet, aut pugnas miratur Acaſti.
At ſatis hos ipſæ gentes campiq; uidebant
Tempeſtate pari uerſis incumbere turmis.
Ante oculos fuga fœda ducum: largusq; cadentum
It cruor: et currus dominis ingentibus orbi.
Non tulit hos Perſes gemitus: clademq; ſuorum:
Tergaq; uerſa tuens, his cœlum queſtibus implet.
Quid me iam patriis eiectum ſedibus iſtas
Veſtruetem pugnas, ſcythiamq; in bella mouetem
Vos ſuperi: uos augurio iuſſiſtis inani?
Quid fratris ſæui tunc Iuppiter omnia pœnas
Promiſere mihi. nobis argoa parabas
Scilicet auxilia: et tantas coniungere uires.
Sæua quidem lucis miſeris mora. dent tamen oro
Vnum illum mihi fata diem: quo fallere achiuos
Quiſq; uelit: quoq; hunc uideam uirtute ſuperbum
Aeſondem tantos flentem ſine honore labores.
Dixerat hæc: pectuſq; ſuis euerberat armis:
Et galeam fletu galeam ſingultibus implet.
Ibat et in medii præceps incendia belli:
Ni prior aduerſis Pallas uidiſſet ab armis.
Et ſecum ruit ecce ferox in funera Perſes:
Quem genitor colchis: ſolioq; reponere fratris

Omina. Anguria. Promiſere. Aues addixere mihi. Argoa auxilia. Vires argonautarũ. Scilicet. Ironice ut illud maronianũ. Scilicet hoc ſuperis curæ ẽ. Sæua quidẽ lux ẽ miſeris. Crudele qdẽ ac ærumnoſum ẽ miſeris uitã in ifelicitate traducere: ſed tamẽ illã diẽ uidere deſidero: qua deceptus Iaſon ab Aeeta fleat labores ſuos irritos. Modo. Sed. Quiſq; uelit. In antiqua lectione ſcriptũ ẽ. Sic menſtos. hoc ordine. Di mihi dent illũ unũ diẽ: quo fallere achiuos ſic meritos uideã. Quoq;. Vel quo die uideã Iaſonẽ ſupbũ uirtute flẽtẽ tãtos ſine honore labores qñ ſibi pmia denegabunt. Virtute. Fortitudine bellica. Supbũ. Altius ſpirãtẽ ac elatũ. Tãtos labores. Incaſſum poſitos. Sine honore. Inhonoratos: a tyranno ſpretos barbaro prorſus ac immani. Euerberat. Diuerberat et pcutit præ dolore: quaſi extra uerberat. Ibat. Perſes. Vidiſſet. Cognouiſſet ab inſigni armorũ hoſtiliũ. Et ſecũ. Et tacite ſic inquit. Colchis. Supius Iupiter uaticinatus ẽ poſt argonautarũ diſceſſum Perſen ad Aeeten reuertiſſe oppugnãdũ: eoq; expulſo regnaſſe. Solio. Regno. Reponere. Reſtituere. Fratris. ætæ.

Vita crudelis miſeris.

Iam ſtatuit.noſtra uereor ne fraude peremptum
Increpet:et culpam hanc magno terrore rependat.
Hæc dicens atro nebulam diffundit amictu:
Stridenteſq; uiri circum caput admouet haſtas
Ille ſuper ſocias dementi turbine gentes
Erigitur paulum leui raptatus in æthra.
Iam tandem extremas pugnæ defertur in oras:
Forte ubi ſerus iber:ubi ſidoniæq; phalanges
Marte calent ſoliſq; iuuant clamoribus agmen.
Nox ſimul aſtriferas profert mortalibus umbras,
Et cadit extemplo belli fragor:ægraq; muris
Digreditur longum uirgo perpeſſa timorem.
Vt fera Nyctilei paulum per ſacra reſiſtunt:
Mox rapuere deum iam iam quodcunq; paratæ
Thyades:haud alio remeat Medea tumultu.
Atq; inter graiumq; acies patriaſq; phalanges
Semper inexpletis agnoſcit Iaſona curis:
Armaq;:quiq; caua ſupereſt de caſſide uultus.

Culpam rependat. Compenſet formidoloſa pœna:ne ſi fuerim cauſa qd Perſes cadat:qui fato deſtinatus eſt regno Aeetę Iupiter iratus me fata peruertiſſe:agat:exerceat:et pro delicto nobis rependat infortunium. Diffundit. In diuerſas partes fundit:quo Perſę corpus ambiat:ne forte miſum telis argonautarum impeteretur. Atro amictu. Nigro tegumēto:et munimine corporis heroici. Amouet. repellit:abducit. Stridentes. Magno ſtridore contortas. Circū caput uiri. Quę haſtę circa caput Perſę ſtridebant. Ille. Perſes. Super ſocias gentes. Emicat et ſupergredit̃ exercitum ſuum:et ad militum ſuorum extremam aciem cōtendit corpore nubis tectus. Demēti turbine. Impetu feroci. Erigit̃. Aſcēdit:exilit eleuatus a nube. Raptatus. Raptim abductus impetu corporis nubiloſi. Aethra. Cœlo. Extremas oras. Latera ac finem ultimum. Vbi. in quibus oris extremis exercitus. Clamoribus. non pugnant:ſed plauſu concordi:ac ſono plauſibili exercitui fauent.

Aſtriferas. Ferētes aſtra. Noctis enim principio aſtra micare incipiūt ac ſplēdeſcere:unde nox uocat̃ aſtrifera qd cū incipit:aſtra incipiūt apparere. Cadit. Ceſſat. Fragor. Ruina:ſtrepitus. Aegra. Amore ſaucia Medea. Muris. a mœnibus. unde pugnātes aſpiciebat. Digreditur. Diſcedit. Timorem. Quę ualde Iaſoni pugnanti timuerat.

Vt fera. Senſus eſt. Medea in furoris ſui principio ſimilis fœminę bacchanti: quę primum cum incipit deum concipere:reſiſtit impotēti numini:mox illapſum deum tandem haurit:quo hauſto omnino furere incipit. Per ſacra Nyctilei. Per orgia Bacchi. Ouidius. Nyctileumq; patrem nocturnaq; ſacra
**Nyctileus.** precare Ne iubeant capiti uina nocere tuo. Nyctileus appellatus quoniam eius ſacra noctu celebrantur. Sunt qui huius ſenſum carminis hunc putent. Quēadmodum bacchę pauſam furoris habent cum ſacra bacchica celebrant:quibus celebratis rotantur:et raptantur in furorem:perinde Medea faciebat. Per ſacra. Cum incipiunt orgia. Reſiſtunt. Pauſam ac quietem trahūt. Mox rapuere deum iam iam. Scribe. cū iam i quodcūq; paratę. Sed cum iam bacchę acceperunt deum furoris auctorē:parantur in quod
**Thyades.** cunq; facinus:in quācunq; tragœdiam. Paratę. Subintellige ſunt. uel ſcribe parantur. Thyades.
**Mimallonides.** Mœnades et Bacchę:quę alio nomine Mimallonides nuncupantur:unde Perſius. Torua mimalloneis implerunt cornua bombis. θύω eſt ſacrifico:unde thyades qd liberū patrē colunt appellatę. Remeat. Diſcedit a muris. Haud alio tumultu. Non minori furore et mentis cōcitatione:quam iſte tumultum uocat. Inexpletis. Quę ſatiari nō poſſunt. Supereſt. Apparet quāuis parum. De caſſide. Ex galeę buccula. minima quęq; Medea notauerat:ut amor explorare rei amatę minima ſolet:et quędam confingere ac in maius tollere:unde ait callide poeta. An qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt?

Interpretationis in Sextum finis.

## IN SEPTIMVM VALERII FLACCI ARGONAVTICON PIO INTERPRETE ARGVMENTVM.

Oc ſeptimo libro amans Medea noctu ſecum Iaſonem euoluit ac cogitat. de hoc ſermoꝭ curę: meditationes ſunt. Iaſon uellus aureum poſt partam uictoriam repoſcit: ſuperbum a rege colchico reſponſum accipit. Mox imperat barbarus argonautis et tauros iungere: et dentis ſerpentes ſerere. Indignatus Iaſon de rege queritur et extra aulam prorumpit. Medea ſecum de amore iaſonis luctatur. Iuno uidens non omnino furentem Medeã Venerem exorauit ad eam tenderet: et flammis penitiſſimis uirginẽ accẽderet. Illa in Circẽ mutata in Medeę thalamo reſedit: ſuaſitq; ut iaſoni opem ferret. Medea Veneris artibus diu reluctata tandem ſuccubuit: et ad Hecates lucum egreſſa pergens obuia fit iaſoni. Soli multa inuicem loquuntur. Tandem Medea iaſoni dat ueneficia cõtra tauros et draconem. Iaſon eam ſponſam ſibi futuram promittit. Illuceſcente die Medea digreditur. Echion Aeetę nũtiat iaſonem pugnã expectare. Indignatus Aeeta tãdẽ tauros emittit. Iaſon illos domat: et bis iugo ſubditis dentes Cadmęi ſerpentis ſerit. Armati milites ex ſulcis orti ſe inuicẽ trucidãt. Iaſon cũ uictoria reuertit̃ ad ſuos i ęetã ſupbior: q̃ et ipſe deceſſerat iratus.

## C. VALERII FLACCI SETINI ARGONAVTICON.

## LIBER SEPTIMVS.

E quoq; theſſalico iam ſerus ab hoſpite ueſper
Diuidit: et te iam tua gaudia uirgo relinquũt.
Noxq; ruit: ſoli ueniens non mitis amanti.
Ergo ubi contactis extremo in limine plantis
Contigit ęgra thoros: et mens incenſa tenebris:
Vertere tunc uarios per longa inſomnia queſtus:
Nec poterat quo ſcire malo: tandemq; fateri
Auſa ſibi paulum medio ſic fata dolore eſt.
Nunc ego quo caſu: uel quo ſic peruigil uſq;
Ipſa uolens errore trahor? non hęc mihi certe
Nox erat ante tuos iuuenis fortiſſime uultus:
Quos ego cur iterum demens iterumq; recordor
Tam magno diſcreta mari? quid in hoſpite ſolo

E quoq;. Conuerſus poeta Valerius ad uirginẽ amoris oeſtro perculſam miraẽ ſimul et miſeratur eius pathe ac ſęui pturbationes amoris. et inquit. etiam te uirgo Medea nox ab amantis tui contemplatione diuidit: et ad noctẽ curarũ ac lachrymarum fontẽ et ſeminarium trudit. Veſper. ſtella ſequens ſolem: quę ueſperugo dicit̃. Ab hoſpite. Iaſone. Tua gaudia. Iaſon cuius aſpectu ut radiis reuiuiſcit. Ruit. Deſcendit pceps: Ruit oceano nox inqt Maro. Non mitis. Nox oĩbus eſt ſuauis et grata amantibus minime qđ repent curas et tormẽta retractat. in qua: ut ait Ouidius: Laſſaq; uerſati corporis oſſa dolent. ppea exclamauit nõ iſeſtiuiter gręcus ille poeta Αἴθε δὲ τῆς κραδίης πυρσὸν συναποσβέσειετο λύχνω μηδὲ μ' ὑπ' ἀγρύπνοισ δηρὸν ἔχοιε πάθοισ. utinam aũt et cordis flamma ſimul extinguatur cum lucerna: non aũt ſub uigilibus diu comburat deſideriis. Quin et Agathias amator ſic eiulat. πᾶσαν ἐγὼ τὴν νύκτα κινύρομαι. Oẽm ego lamẽtor noctẽ. Cõtactis plãtis. cũ primũ calcauit limen et cubiculũ ẽ ingreſſa: uel offenſis ſcq; uo et inauſpicato ſigno: unde illud. Offenſum i porta ſigna dediſſe pedẽ. Extremo. In ora liminiſq; extremitate. Aegra. Saucia amore ac externata. Accẽſa. irritata cogitãdo iuxta illud. Nox fœcũda operũ. Tenebris. nocte mens ad querelas illecta. Vertere. Repetere. Inſomnia. Vigilias in hoc loco. Dicit̃ et hęc inſomnia. nię. Vertere poſuit cõſueta poetis et cęteris figura loquẽdi pro uertebat. Poterat. Scribẽdũ ex priſca lectione pereat: hoc ordine. Nec ſcire. i. neſciebat quo morbo periret atq; langueret: cui concinit illud ouidianum libro amorum primo.

Nox amãtibus igrata.

Inſomnia.

Eſſe quid hoc dicam? quod tam mihi dura uidentur
Strata? nec in lecto pallia noſtra ſedent?
Et uacuus ſomno noctem q̃ longa peregi?
Laſſaq; uerſati corporis oſſa dolent.
Nam puto ſentirem ſi quo tentarer amore:
An ſubit: et tacita callidus arte nocet?
Sic eſt. heſerunt tenues in corde ſagittę.
Et poſſeſſa ferus pectora uerſat amor.

Fateri uiſa ſibi. Tãdẽ ſibimet faſſa ẽ ignẽ: flãmas ac incẽdia: ſecũq; pprias querit̃ ęrumnas. Peruigil. quę uigilare cogor. Nã Phedromus amãs i Curculione plautina ita reſpondet Palinuro ſeruo rogãti dormitũ iret. meo more dormio. hic ſomnus ẽ meus. Errore. Amore. Nam ut auctor eſt in floridis Apuleius: adoleſcentibus conceduntur amores ut errores.

Mens mihi. Cur ego ſolum Iaſonem hoſpitem ac peregrinum cogito. Potius accipiat. Recolli/git mentem puella et ait. Sed quid ego amem peregrinum. accipiat uellera optata ac abeat ſine me. Le/ge Rhodium libro tertio Argonauticon curas Medeę graphice deſcribentem quemadmodum ante ocu/los Medeę ſemper uerſabatur: et omnino quęcūq Iaſonis opera uiderat: ut ei a tauris: a patreq timebat. Dein animo conuerſo ſubdit.

Mens mihi: cognati potius iam uellera Phrixi
Accipiat qui ſola petit quæq una laborum
Cauſa uiro: nam quando domos has ille reuiſet?
Aut meus Aeſonias quando pater ibit ad urbes?
Felices mediis qui ſe dare fluctibus auſi:
Nec tantas timuere uias. talemq ſequuti
Hunc qui deinde uirum: ſed ſi quoq talis abito.
Iam iactata thoro, nimiumq experta cubile
Ecce uidet tenui candeſcere limen Eoo.
Nec minus inſomnem lux orta refecit amantem:
Quam cum languentes erexit imber ariſtas.
Grataq iam feſſis deſcendunt flamina remis.
At ſua longarum Minyas iam cura uiarum
Admonet: inq ipſo nequicquam tempore regem
Lætitiæ meritiq petunt: quem paſſus Iaſon
Vota prius: captaſq deis accendere prædas.
Prominet: atq oculos longe tenet: aurea ſi iam
Pellis: et oblatis clareſceret aſpera uillis.

Τίπτε με δειλαίων τόδ' ἔχει ἄχος εἴθ' ὅγε πάντων φθίσεται ἡρώων προφερέστατος. εἴτε χερείων. Ἐρρέτω. ἦ μὲν ὄφελλεν ἀκή/ριος ἐξαλέασθαι. Et quę ſequun/tur. Quid nam: inquit Medea: miſe/ram hęc habet curae ſiue omnium pereat heroum pręſtantiſſimus: uita quidem dignus. et tandem ſic colli/git Apollonius.
ἡ μὲν ἄρ' ὥς αἰόλητο νόον με/δήμασι κούρη. uel ἔλητο: ut alii coniiciūt: pro peribit. Summa uir/ginis erat circa Iaſonem incōſtātia. Leues: mobiles: deſultorię ſunt men/tes amantiū. Quare neſcio quis poe/ta gręcus ſic feſtiuiſſime ſcripſit.
ὕβρεις ἔρωτας ἔλυσε. μάτην ὅδε μῦθος ἀλᾶται
ὕβρεις ἐμὴν ἐγείρει μᾶλλον ἐρωμανίην.
ὤμοσα γὰρ λυκάβαντα μέ/νειν ἀπάνευθεν ἐκείνης
ὢ πόποι. ἀλλ' ἱκέτης πρώ/ιος εὐθὺς ἔβην. Hoc ē. Cōtume/lia amores ſoluit. Inanis ē hic ſermo Iniuria meū irritat magis furioſum amorē. Iuraui. n. annū manere ſeor/ſū ab illa. hę heu. Sed ſupplex matutinus ſtatim iui. Cauſa uiro. Subintelligē ē. Cauſa enim cur huc uenit Iaſon uellus aureū fuit. Ille. Iaſon. Certus in hoſpitibus nō eſt amor. Errat ut ipſi: Cūq nihil ſperes certius eſſe fugit. Pater. Putat. n. tūc pudica nūq uiſurū Iaſonē niſi cū pater forte moueret in gręciā. Felices. Nūc incerto mētis ſalo laudat Iaſonē: et eos q ſecuti ſunt eū. Sic talis. Ita magnus ac eminentiſſimę uirtutis. Iactata. Volutata per thorum. Candeſcere. Splendere. Eoo. Ab orīē/te ſole. Languentes. Sitientes. Flāmina. Venti ſecundi: qui remiges feſſos adiuuant: nauemq pro/pellunt. At ſua. Dum Medea ęſtuat ac amore torquetur argonautę ad patriam dulcem reſpicientes na/uigare geſtiunt: regem adeunt: rogant promiſſa det uellera. Cura. Cogitatio per longas maris uias repedandi. Nequidquā petunt. Fruſtra petunt aliquid: quo ſperabant eo uti ſereniore. Meriti. et tē/pore quo bene ſunt meriti de rege illum adeunt. Accendere. Liuius libro primo ab urbe cōdita. Tar/quinius inſtandum perterritis ratus: pręda captiuiſq Romam miſſis ſpoliis hoſtium: uotum id Vulcano erat: ingenti cumulo accenſis pergit porro in agrum ſabinum exercitum inducere. Idem libro. iii. de. ii. punico bello. Spolia hoſtium Marcellus Vulcano uotum: cremauit. quam hiſtoriam cum grammatiſtę non tenerent hic pro uera dictione accendere: ſubſtituerunt appendere: quę tamen dictio inferioribus nō male quadrat. Sed priſci codices repugnant. Huc ſpectant illa apud Virgilium carmina libro ęn. octa/uo. Qualis eram cum primam aciem pręneſte ſub ipſa ſtraui: ſcutorumq incendi uictor aceruos. Addit Seruius. Hoc traxit de hiſtoria. Tarquinius enim priſcus uictis ſabinis in honorem Vulcani eorum ar/ma ſuccendit: quem poſtea ſecuti ſunt cęteri. Plutarchus quoq ſcribit Marium ſpoliis in pyra collectis rem diuinam feciſſe circunſtante coronato exercitu. Prominet pellis. Vellus aureum eminet ac men/te: imaginationeq conceptum tenet oculos: ueluti ſi uideretur ab Iaſone dis patriis appenſum q̄ deceret. uel nunc reſpiciunt id in martis campo. Oculos tenet. Allicit ad contemplationem ſui. Longe. Valde ſi refertur ad imaginationem. eminus et procul ſi ad ueritatem. Aurea ſi iam. Quam pellem concipiens uel cernens Iaſon dicebat. O ſi nunc ſe aureum uellus obiiciet. Perſius. O ſi ſub raſtro cre/pet argenti mihi lamina dextro Hercule. Pupillum ue utinā. Clareſceret. Si ita legimus iungendum eſt cum O ſi. Et aſpera auro rigens interpretare. Sed priſci codices habent. Clareſcant atria tanquam diceret. O ſi poſſem hoc tropęo ueſtibulum meorum larium inſignire. Quid ſi ſcribis ę prominet:

Spolia Vul/cano cre/mantur.

atq; oculos longe tenet aurea ſic iam pellis:ut auratis clareſcant atria uillis iunctim omnia ſcribendo. Tanqua dicat. Sic contemplantur illam pellem ut promiſſam tanquam ſi haberent ſuis atriis appenſam. Ille autem. Ille rex Aeetes iam loqui incipit plenus ira et ſtomacho:quem iampridē concepit:et in ora Iaſonis ira plenus inuolat. Iam iam. Statim. Vultus. Ammotus indignati:quē ante uictoriam texe/rat. Paratas. Quas ad loquendum prçparauerat cum ſibi futurum eſſet utile. Iunge. cum ante. quas prçcōcipiens parauerat.

Ille autem iam iam uultus uoceſq; paratas
Ante aperit:rumpitq; moras:inq; ipſa morantis
Proſilit ora uiri:taliq; effunditur ira.
Orbe ſatos alio:ſua littora regnaq; habentes
Quis furor has mediis tot fluctibus egit in oras?
Quis ue mei uos tantus amor?tu prima malorum
Cauſa mihi tu Phrixe gener.non te æquore merſum
Quo ſoror:ut felix nullos nunc nomine graios
Noſſem ego,qs regum Pelias:quis theſſalus:aut quæ
Græcia?quod nā hominū cerno genus?aut ubi cautes
Cyaneæ?uenit ſcythicas en hoſpes in oras.
Quinquaginta Aſiam (pudet heu) penetrarit Iaſon
Exulibus:meq; ante alios ſic ſpreuerit una
Vna ratis:ſpolium ut iuno de rege reportet.
Ipſum efferre meos atq; ipſum pandere lucos

Apenit. Denudat:ac detegit. Rumpit mo/ras. Sine mora loquitur. Pro/ſilit. Procurrit et in faciem inuolat Iaſonis ira tumens ac excandeſcēs. Viri. Faciem. Et pariter ger/minas iactat in ora manus. Effun/ditur. Stomachatur ſine maieſtate ac grauitate: quę auctore Socrate τι τυραννικώτατον ἐστὶν hoc eſt quid regium eſt. Digna prorſus Cę/ſare ſunt uerba Calliſtrati iuriſcon/ſulti quę libro primo digeſtorum po/ſita ſunt de officio prçſidis. obſer/uandum eſt ius reddenti:inquit ille: ut in adeūdo quidē ſe facilē pbeat: ſed cōtemni ſe non patiat̃: unde mā/datis adiicitur ne pſides puinciarū in ulteriorē familiaritatē puinciales admittāt. Nā ex cōuerſatione ęquali cōtemptio dignitatis naſcitur. Sed et in cognoſcendo neq; excandeſcere aduerſus eos:quos malos putat:neq; precibus calamitoſorū illachryma/ri oportet. Id enim non eſt conſtātis et recti iudicis cuius animi motū uul/tus detegit:et ſūmatim ita ius reddi debet ut auctoritatē dignitatis ingenio ſuo augeat. Apollonius ait rē propoſita fuiſſe ab Argo filio Phrixi:quem auditū rex nō tulit:ſed excanduit:et bile tumultuans ſic ait.

Maieſtas regium quid

Conuerſatio cōtemptū gignit.

Ουκ ἄφαρ ὀφθαλμῶν μοι ἀπόπροθι λωβητῆρες
Νεῖσθ᾽ αὐτοῖσι δόλοισι παλίσσυτοι ἔκτοθι γαίης:

Et quę ſequuntur. Abite inquit homines iniurii longe ab oculis cum dolis ueſtris:minitaturq; linguas et manus amputaturum. Orbe alio. in gręcia a ponto diuerſiſſima. Sua littora. Qui gręci cum cœ/lum ſuū ac ſuū haberent mare:cur noſtra inuadūt ac tentāt. ſuis melioribus nō contenti. Mediis tot flu/ctibus. Cum tot interſint maria. Egit. Impulit. Vos. Subintellige teuet. Tantus. Tam creber abſq; obliuione non poteſtis regna Aeetę obliuiſci. Mei. Regni ac orę meę ponticę. Tu prima. O Phrixe ſubintellige fuiſti. Gener. Qui mihi fuiſti gener. Quo ſoror. in quo ęquore miſſa fuit ſoror Helle. Non te ęquore merſum. Subintellige ſatius fuit uidiſſe. Vt felix. ut ego felix uiuerē ſine te ac tuis gręcis:etiam pelle tua aurea. Quis regum Pelias. Nec noſſem quis rex Pelias eſſet:quę theſſa/lia ac cętera gręcia. Quod hominum cerno genus. Quos nam iſtos gręculos uideo? Vbi cautes cya/neę? Vbi ſunt ſymplegades:quę aues has peregrinas huc aduolantes non eliſerunt. En hoſpes. Ecce eluctatus cyaneas Iaſon uenit in ſcythiam ſcopulos irrequieto concurſu collidentes ſuperans ac uincens. Pudet heu. interiectio dolentis epiphonematica. Qd nos inuicti ſcythę paſſi fuerimus huc Iaſonē cū quinquagenis exulibus uenire:quid pudēdū ac magis deteſtabile? Penetrarit Aſiam. irruperit ex Eu/ropa in Aſiam noſtram?quaſi dixerit:uix ferendum duco. Exulibus. uere exilium eſt:ſaltem uolūta/rium ex Europa amœniſſima ad ſcythas ſiue pontanos traiicere gelu boręo infeliciſſimos rigentis ac cœ/li inclementis oras:pruinis:niuibuſq; damnatas. Me ante alios. Quoniam regnum meum prçcipue petunt. Vna una. Repetitio auget uim ſtomachi:ut apud Ciceronem primo ad Atticum. Vidi enim uidi:animumq; tuum perſpexi. Spolium reportet. Vt nauis ueniat ſpolia referens regis Aeetę tanq̃ mortui. Ipſum afferre. Scribe:efferre uel auferre. et decet me ipſum Iaſonem auferre ac uelle dilapi/dare lucos meos:profanare:aperire:omnibus exponere temerandos. Lucos. in luco Martis erat pellis aurea. poteſt et offerre defendi:quoniam ſic habent priſci codices:ut ſit hic ſenſus. et Iaſon tanquam ty/rannus:et rex regis imperat mihi ut illi uellus aureum offeram tanquam rem ſuam. quod manu uince/re non audeat. Et tamen eius premium petat. Lucum qd minime lucet dici Quintil. irridet.

Imperet: et nullo dignetur uincere bello.
Cur age non templis ſacrata auellere dona
Omnibus atq; ipſas gremiis abducere natas
Prædo libet? uobis ne domos: uobis ne parentes
Eſſe putem? ratis infandis quos ſola rapinis
Sæuaq; paſcit hyems: et quos (credamus ut ipſis):
Rex ſuus illiſit pelago: uetuitq; reuerti,
Scilicet Aeoliæ pecudis potiatur ut auro,
Ante meus cæſa deſcendet caucaſus umbra,
Ac prior Aemonias raptet ſuper æquora prædas:
Haud ego cum uittis ſtatui feralibus hellem.
Si tamen his aliter perſtas non cedere terris,
Teq; pudor caſſi reditus mouet: ac latet una
Neſcio quid plus puppe uiris: haud ipſe morabor
Quæ petitis. modo noſtra prior tu perfice iuſſa.
Martius ante urbem longis iacet horridus annis
Campus, et ardentes ac me quoq; uomere preſſo
Me quoq; cunctantes interdum agnoſcere tauri.
His magis atq; magis rabiem nunc noſtra ſenectus
Luxuriemq; dedit: ſolitoq; ſuperbior ignis
Ore fremit, ſuccede meæ fortiſſime laudi,
Et noſtros recole hoſpes agros. nec ſemina deerunt,
Quæ prius ipſe dabam: et meſſes quas ſolus obibam.

Dignetur. Nec dignum putabit: ut eo auro potiatur: bellum gerere? Cur age. Senſus. Cur O Iaſon pari exemplo non præcipis omnibus hierodulis ac æditius: ut templis templorumq; tholis conſecrata dona tibi offerāt ut ſolebat Dionyſius. Auellere. Auferre. Prędo. Iaſon inſidiator alienę ſupellectilis. Domos. Proprias habitationes. Domus tutiſſimū refugiū ut inquiūt iuriſperiti primo digeſtorū. Nec debitor p uim cogit̄ ſiſtere ſe iuri: quoniā q latitat: ac luce ſe priuat: ſatis pœnarū dediſſe uidet̄. Parentes. Vulgo nati eſtis ac pmiſcue: certa pignora: certoſq; parētes non habetis. gens fera: uaga: inconſtās. Ratis. Quos ſola ratis paſcit infandis rapinis: qui ſolis uiuitis rapinis ut piratę et naſamones. Hyems. Naufragia. Quos. Vos argonautas. Rex ſuus. Pelias. Credamus ut ipſis. Dato et poſito qd credamus ipſis loquētibus: nō negāt p mare expulſos a tyrāno ſuo. Vetuit reuerti. Sine pelle auricoma. Scilicet. Stomacho camino prolatū hoc: ut illud. Scilicet hoc ſuperis curę. An Pelias miſit hos i pontum ut aureo uellere potiant̄: profecto non potient̄. ante nauibus meis totū mare ſternet̄. Potiat̄. Pelias per Iaſonē. Aeolię pecudis. ariete Phrixi qui ab ęolo ducit originē. Deſcendet. in mare deducetur. Vmbra. Arboribus umbriferis. Prior. Claſſis mea pręoccupans claſſem theſſalicā. Aemonias. theſſalicas. Ibimus et nos deprędatum theſſaliā. Raptet. lege repetet. uos petitis: et nos a patria ueſtra repetemus. Aut ego cū uictis. Scribendum. Haud ego cū uittis. Senſus ē. Nō ego ſtatui ante aras Hellen uittatā: ſacrificioq; deſtinatam: nec aliquod malū in uos cōmiſi ut quotannis regnum meum prędari ſtatuatis impune. Vittis feralibus. Cū infulis quibus uirgines ſepeliebant̄: uel aris adſtituebant̄. Ideo dixit feralibus. i. funebrib. Statui. Poſui. Vt. Et ſtatuā ante aras uoti reus. Si tñ. Sin aūt O Iaſon nō uis ſine pelle aurea diſcedere: et nauis iſta fert uiros cęteris pſtātiores dabo quę petitis: dūmodo uincatis cuſtodes pellis aureę: ac huiuſmodi uirtutē exeratis. Perſtas. Perſeueras. Cedere. abire. His terris. Ponto noſtra. Te pudor mouet. Moueris pudore. Caſſi reditus. Reuerſionis inanis. nō uis inaniter reuerti. Vna puppe. In hac naui ſunt animę ingentes. Neſcio quid plus uiris. Robur et uires pluſq uiriles: ut qui ſupra mortalitatem audeatis. Haud morabor. Prǽſtare non tardabo. Modo perfice. Sed tu prius perfice iuſſa atq; mandata noſtra. Martius. Marti dicatus: In quo Orpheus ait plurimas comare arbores. De hoc Martis campo ſic meminit Apollonius in ſecundo.

Campus martis.

Ἔνθεν δ' αὖ πεδίον τὸ ἀρήιον ἱερά τ' ἄλση
Τοῖο θεοῦ τόθι κῶας ὄφις εἴρυτο δοκεύων
πεπτάμενον λασίοισιν ἐπὶ δρυὸς ἀκρεμόνεσσιν. Vbi campum martium: ſacraq; nemora eius dei tūc pellem cuſtodit ſerpens expectans uolucre denſis in quercus frondibus. Horridus. Incędinus. ſilua per multos annos non cęſa. Cunctantes. Qui me ſolitum bubulcum agere: et: ut Plautus cum Apuleio ait: ſolitū bubulcitare: uix uolunt agnoſcere: ſed ferociter iuga detrectant. Preſſo. Impreſſo ac infixo terrę. His. Tauris per ſe ferocientibus. Senectus. Ignaua: negligens: et laboris abſtinens: qua quiete pręrabidi ac impotentes tauri redduntur. Luxuriem. Exultationem iuxta illud ouidianū. Luxuriant animi rebus plerumq; ſecundis. Nec facile eſt ęqua commoda mente pati. Superbior. Vehementior: acrior: impetuoſior. Succede laudi meę. Subi laudes meas domandorum taurorum. Recole. rurſum cole. Eſt et recordari Ouidio in epiſtolis. Obibam. Metebam.

Domus tutiſſimū refugium.

Vmbra.

Bubulcitare.

Conſiliis. Hac nocte conſule: et diſpice quid facturus es: ut breuiter conſulat ac reſpondeat monet: illiq; dat unius noctis ſpatiū. Cum tuis deis. Pallade ac Iunone: quę numina tibi nūcupas peculiaria: uel diuinis heroibus. Retracta. Reuolue: recogita. Si quid ſpei. Si ponitis aliquā ſpē in hoc ueſtro robore. In rura. In poſſeſſionē. Ipſe incertus adhuc. Senſus eſt. Barbarus ac efferus rex Aeetes ut abſterreat iaſonē ab ęrumnis ꝓpter uellus aureū ſubeūdis: inquit incertus ſum an uelim te flāmis et ignibus fumidis: quos ore et naribus efflant tauri te inuolui: an parumper durare donec arata terra: mox dente ſata ſerpentis: ſeges hominum armatorum emergat. Incertus. ego ipſe Aeetes ſum icertus quid uelim. Flammiſq;. Nunquid uelim te flammis inuolui: ſpirituiq; boū flāmeo: an iuolui ac eiſdem implicari. Quę uelim. et an uelim ac potius cupiā. Durare. Perſeuerare: ſupereſſe: cui cōcinit id maronianum. Durate et uoſmet rebus ſeruate ſecundis. An magis. iunge cū durare hoc ordine. Sum adhuc incertus ne et utrū uelim: te protinus tenebris inuolui: et an magis uelim te parumper durare. Dū iacias. donec ſerpētis dentes ſeueris. Euerſo. Proſciſſo: arato. Ac tibi. Dubius ſum an uelim te cito in primo congreſſu mori: an uero morari donec milites exeant dentibus ſatis anguis. Ordo. Ac dum miles ſeminis hydri cadmęi exeat. Tibi exeat. in te exeat uel tibi aranti aut ſpectanti. Seminis. Origiuis: qui originē duxit. Hydri Cadmęi. Colubri

Coſiliis nox una ſatis: tecumq; retracta:
Cumq; tuis hæc iuſſa deis: ac ſiquid iri iſto eſt
Robore: prædicti ueniens in rura laboris:
Ipſe incertus adhuc tenebris te protinus illis
Inuolui flammiſq; uelim durare parumper,
An magis euerſo iacias dum ſemina campo:
Ac tibi Cadmæi dum ſeminis exeat hydri
Miles, et armata floreſcant pube nouales.
Filia prima trucis uocem mirata tyranni
Hæſit, et ad iuuenem pallentia rettulit ora:
Contremitq; metu, ne neſcius audeat hoſpes,
Seq; miſer ne poſſe putet. perſtrinxerat horror
Ipſum etiam, et mœſta ſtabat defixus in ira.
Non ita Tyrrhenus ſtupet ioniuſq; magiſter,
Qui te iam Lilybæe tuens, claramq; ſerena
Arce pharon, præceps ſubito nuſq̄ hoſtia: nuſquam
Auſoniam uidet, et ſæuas adcedere ſyrtes.

ſerpentiſq; originē a martio angue ducentis: quem fontem ſeruantem Cadmus occidit. Serpētem hunc Aeetę ducere originē a ſerpēte a Cadmo interfecto ſuperius explicuimus Apolloniū Rhodium ac eius interpretem ſecuti. Repete quę in priori libro ſuper eo diſſeruimus. Pube. Milite. Floreſcāt. Loco farris aut frumēti aperiēdo ſe emittant. Nouales. Glebas ac ſegetes terrę ſatę. Filia. Medea: quę forte fortuna adſtabat. Hęſit. Obſtupuit: unde prouerbialiter dicitꝰ ꝑ infantia ac impotētia. Neſcius. Serpens Cadmi.
Fati ingruētis ac ęrumnarū periculoſarū. Miſer. Cito futurus Iaſon niſi ſubueniatꝰ. Poſſe putet. Ne ſupra uires audeat. Horror. Formido ac ſtupor manans a difficultate rei formidādę. Ipſum Iaſonem. Stabat. Attonitus hęſitabat. Defixus. Stupidus: unde uerbū defigere pro attonitum reddere. Defigere.

Non ita tyrrhenus. Mendū multiplex et cęcū pelagus: per quod ſine phari lumine: hoc ē ueteris lectionis adminiculo nauigare fuerit impoſſibile. Sic habet uetuſtum exemplar.

Non ita tyrrhenus ſtupet: Ioniuſq; magiſter.
Qui te iam lilybęe tuens: claramq; ſerena
Auſoniā uidet: et ſęuas accedere ſyrtes. Ita lympidiſſimus ſenſus elucet. Comparatio ē Iaſonis: iamiāq; accipere pellem auream credentis: ſubitoq; mutata facie fortunę denegari ac extorqueri de manibus uota cernentis nautę qui minimominus applicuerat orę ſiculę: uel ęgypto: cum in ictu oculi uētis immutatis anfertur et ab Italia reflatur ac ęgypto: nec litora quę iam ſubiturus erat: apparent. Per tyrrhenū magiſtrum intelligimus nautā nauigare ſolitum per mare ſiculum. Ionius uero qui nauigat ionium mare.

Qui. Nauta tyrrhenus. Stupet. Attonitus tam ſubito ex oculis ereptum portum. Qui. Nauta. Lilybęe. Promontorium ſicilię eſt lilybęum uergens in Africam. Tuens. Reſpiciens et ad portum deſignans. Clarum pharon. Scribe claram. Hęc pharos dicitur: quę ad ęgypti locum trahi poteſt: et ad quācūq; turrim exploratoriam alto lumine nautis ſignum portus dantem: de qua exiit illud notiſſimum. Lumina noctiuagę tollit pharos ęmula lunę. Propertius. Et ptolemeęę littora capta phari. Poteſt ergo referri ad phariū litus ęgypti: et ad quodcūq; litus quo nauis dirigitur. Serena arce. Ab eminēti ſpecula: in qua lumen accenſum nocte regit nautas. Pręceps. Magiſter et nauta rapta naui et retorta pręcipiti impetu uenti: nuſquā litora quę legere ſperabat uidet. Nuſquā hoſtia. in nullo loco uidet hoſtia: quę legere et illuc applicare nauem ſtudebat. Et ſęuas. Subintellige: ſed uidet illam accedere ac intrare ſyrtes. loca impuia: et obnoxia naufragio: de quibus infra.

Tum tamen. In illo tamen deprehenſus ſubito ac inſperato malo: parat ē re nata reſponſum Aeetę. Infando. Illaudato ac deculpato tyranno. Colligit. Repetit ac meditatẽ. Obtutu ab alto. Obtuēs regem barbarum in alto ſubſellio: et quibuſdam ueluti in roſtris ſedētem. Maro. Obtutu defixus i uno. Audientes ſedebant: dicturi ſurgebant. Non ait. Oratio Iaſonis ad Aeetam regem plena concitati ſpiritus ac ſtomachi: et exprobationis. Hos reditus. Non ſpopondiſti ingruente bello tam dedecoroſe nos redituros ſine aureo uellere.

Tum tamen infando quæ det reſponſa tyranno
Colligit: et tandem obtutu conſurgit ab alto.
Non ait hos reditus: non hanc Aeæta dediſti.
Spem Minyas cum prima tuis pro mœnibus arma
Induimus: quo uerſa fides? quos ueſtra uolutant
Iuſſa doloſ? alium hic Pelian: alia æquora cerno.
Quin agite hoc omnes odiiſq; urgete tyranni
Imperiiſq; caput: quanquam mihi dextera nec ſpes
Defuerit mox iuſſa pati: nec cedere duris.
Vnum oro, ſeu me illa ſuis ſeges obruet haſtis:
Hauriet aduerſo ſeu craſtinus ignis hiatu:
Nuntius hinc ſæuas Peliæ mittatur ad aures
Hic periiſſe uiros, et me ſi ueſtra fuiſſet
Vlla fides: reducem patriæ potuiſſe referri.
Talibus attonitos dictis natamq; patremq;
Linquit, et infida præceps prorumpit ab aula.
At trepida et medios inter deſerta parentes
Virgo ſilet: nec fixa ſolo ſeruare parumper
Lumina: nec potuit mœſtos non flectere uultus:
Reſpexitq; fores et adhuc inuenit euntem,
Viſus et heu miſeræ tunc pulchrior hoſpes amanti
Diſcedens. tales humeros ea terga relinquit.
Illa domumatq; ipſos paulum procedere poſtes
Optat, et ardentes tenet intra limina greſſus.
Qualis ubi extremas Io uaga ſentit harenas,

Spem. non iuſſiſti minyas de tua liberalitate ita male ſperare. Quo uerſa fides? q̃ deteriori hodie nobiſcum agis fide q̃ heri ſolitus es.

Veſtra iuſſa. Iubebat enim rex ut tauros domaret igniuomos: ac terrā araret colono proprio rebellem.

Volutant. Voluunt: machinātur: parant. Alia ęquora. ſęuior es mari ęgęo: et ad expugnādū difficilior: immanior Pelia crudeliſſimo.

Quin. Conceſſio per negationē plena deſperationis qualis ē illa uirgiliana. I ſequere Italiam uentis.

Agite hoc omnes Tyranni. Tyranni omnes in me coniurati conferant quidquid habent crudelitatis ac artificii: ego illos patiēti uirtute ſuperabo. Hoc iungitur cū uerbo caput. Hoc ſenſu. Tyrāni cuncti agite: Heus hoc caput Iaſonis et perſonam urgete odiis ueſtris: et odio uirtutem habentem quęrite: ſatagite: oprimere feſtinate. Perſonam ſignificare hominem certum docēt iuriſperiti libro primo digeſtorum ſexcētis in locis etiam Gellius. Imperiis. Imperando factis difficillima ut tu tauros et ſerpentes: Pelias oia hęc: etiam intractabile mare ſulcandū. Dextera. Vires. Nec ſpes defuerit. Et ſi mihi ſpes ſuppetit oēs uincere atq; domare. Credere. cedere recognoſcēdum. mihi ad famā per dura ac ardua anhelanti decretū eſt nō cedere difficultatibus. Imperiis. Pati iuſſa. Subire iuſſa tua.

Perſona.

Cōtra Laurentiū Valléſem Beotius defenſus.

Vnū oro. Virgilianū in libro. vi.

Seges. Armati milites. Hauriet. Abſumet. Craſtinus ignis. Tauri igniuomi cū qbus die craſtini cōgrediar. Aduerſo hiatu. Ore ac rictu patētiſſimo ut fumo me ac ignibus inuoluāt. Hinc. a ponto.

Viros. Argonautas q̃ pprie uiri dicit debēt. Referri patrię. In patriā renauigare ſi mō fides fuiſſet integra. ego nō defeci opere pdā meritus: quā ex faucibus tua eripuit pfidia. Natā. Medeā. In medios. lege: et medias. hic obiter inſerit Medeę de amato Iaſone curas cauentis ne tāto oneri ſuccumberet. Sciebat. n. opera illa operoſa eſſe ſuis lacertis longe maiora. Fixa ſolo lumine. quod mœſti ac alta cogitatione defixi ſignū ē. Nō flectere. Reſpiciēs amātē. Fores. Per quas pperabat Iaſon. Eūtē. abeūtē Iaſonē. Viſus. Oculos amātis puellę. Apollonius perinde. ἄγχια δ᾽ ἄισι· βάλλεν ὑπ᾽ ασοινιδην ἀμαρύγματα. καὶ οἱ αὐταε στηθέων ἐκ πυκιναὶ καμάτω φρένες. obuia ſemp iaciebat in Aeſonidē lumina: et ipſa inde ſpirabāt pectoris pcordiā. Tales. Tam decoros et heroicos. Ea terga. Tā diuina: tā ſupra mortalitatē pręſtātia. Illa. Medea nellet domū fieri longiorē ut diutius uiſu amātis frueretẽ. Procedere. Progredi: lōgius explicari. Poſtes. Fores. Tenet greſſus. non audet illa pudore uirgineo extra aulā egredi: et foris ſpatiātē aſpectare et Iaſonē obtueri. Qualis. comparatio Medeę cupiētis quidē comitari Iaſonē diſcedētē: ceſſantē tamē ob pudorē uirgineū: nec audētē ſubſequi puellę Io: quę cū trāſire uellet boſporū pede inexpto aquam intrabat: mox pedem retrahebat: porfunditatem maris reformidans. Io. Filia Inachi ab Ioue in uaccam mutata. Sentit. Experitur: Tangit. Harenas extremas. Litus ultimum; oramq; extimam inexperti et intentati.

Fert pedem

Fert pedem. Inaquã. Refert. Retrabit: receſſit: genuino ac ingenito uirginibus omnibus timore. Erinnys. Furia. Phariç. Niloticç. Circuit haud aliter. Non diſimilis Medea uaccç Io obambulat et foras reſpiciens ambit tumultuantem iaſonem: continens ſe tamen inſito uirginibus pudore intra po- ſtes. Timido. Pro ipſa timida. Phariç. Aegyptiç a pharo turri: de qua ſuperius. Matres. ęgyptię matronç illam mox colturç. Trans ęquora. Vt boſporum tranſeat: et ad illas penetret. Impen- det. Imminet: inſtat: indagat: exqui rit. Melior. Reuocata mente ad meliorem: iuſtioremq; ſententiã mi tior. Minyas reuocet: Ad ſe uocet minyas: quibus ediſſerat uerba beni gniora. Quçrens. Et obambulat foribus Medea Iaſonis ora quçrens. Mœret. Lachrymatur: dolet. Defecta. Deſtituta: derelicta: A uerbo deficio. Refugit. Tanq̃ ad aſillũ: qđ uirgines deſertç aut mœ- ſtç factitare ſolẽt: et nutrices aucto- re Papinio magis amare q̃ parẽtes. Silet. Pudore affecta. iuxta illud horatianum. Parũ decoro inter uer- ba cadit lingua ſilentio. Recedẽs. a gremio ſororis puellariter luſitãs. Vt. quo nã pacto. Circen rapue- re. Draconibus alatis Circe in altũ ſubuecta contulit ſe circeios in orã italicam. Ex Apollonio qui inquit.

εἶδεν γὰρ ποτε πατρὸς ἐν
ἅρμασιν ἠελίοιο
δινεύσας ὅτ' ἐμεῖο κασιγνήτην
ἐκόμιζεν
κίρκην ἑσπερίης εἴσω χθονός.

Vides Rhodium curribus ſolis pa- tris Circen auectam in Heſperiam innuere: Draco enim ſymbolon eſt anni: et Aeſculapio. i. ſoli conſecra- tus: qđ oculatiſſimus ẽ ut ſol: quem omnia uidere cõminiſcitur Home- rus et audire quoq;. Miſeranda. Medea tanto uulnere accepto modo cum çqualibus puellis uerſatur: ac tuendo: ſermocinando expleri neq̃t: amore ſaucia: amẽs: amãs: qui amor garrulos facit. Expleri. Viſu et animo. Sic aſſueta. Comparatio

Fertq; refertq; pedem: timido quam cogit Erinnys
Ire mari: phariaſq; uocant trans æquora matres.
Circuit haud aliter foribuſq; impendet apertis
An melior Minyas reuocet pater: oraq; quærens
Hoſpitis: aut ſolo mœret defecta cubili:
Aut uenit in charæ gremium refugitq; ſororis.
Atq; loqui conata ſilet: rurſuſq; recedens
Quærit: ut Aeæis hoſpes conſederit oris
Phrixus: ut aligeri Circem rapuere dracones.
Tum comitum uiſu fruitur miſeranda ſuarum:
Expleriq; nequit: ſubitoq; parentibus hæret
Blandior: et patriæ circunfert oſcula dextræ:
Sic aſſueta thoris: et menſæ dulcis herili
Aegra noua iam peſte canis rabieq; futura
Ante fugam totos luſtrat queribunda penates.
Tandem etiam molli ſeſe ſimul increpat ira.
Pergis ait demens teq; illius angit imago
Curaq; qui profuga forſan tenet alta carina,
Quiq; meum patrias referet nec nomen ad urbes.
Quid me autem ſic ille mouet, ſuperet ne labores
An cadat: et tanto turbetur græcia luctu?
Saltem fata uirum ſi iam ſuprema ferebant
Iuſſus ad ignotos potius foret ire tyrannos.
O utinam et tandem non hac moreretur in urbe.
Nanq; et ſidereo noſtri de ſanguine phrixi

Medeç furore Cupidinis amentis: domum totam luſtrantis: omnibus arridentis: blandientis ſolito blan- dius: cani ſimilis: q̃ñ Hydrophouia hoc eſt rabies agere incipit: in primo mali ueſtibulo caudã iactat omnibus et blanditur: mox incaleſcente morbo obuia cuncta turbat et uexat. Dulcis. Mitis et placata eſt canis. Noua peſte. Nouo morbo uix ante illam nondum impreſſo uitalibus. Ante fugam. anteq̃ fugetur domo a domino deprehendente rabiem. Luſtrat. Circuit. Queribũda. Murmure ac hirri- tu rabiem prodens. Canis enim rabidç: eſt ore aperto uagari: omnibus blandiri: quos mox impetit. De rabie: quam gręci hydrophouian appellant: latini cum Ouidio formidatas aquas: plura alibi ſcripſimus: hũc ſtilo utor deſultorio. Ornari res ipſe negat contenta doceri. Molli. Cerea: flexibili: commutabili: non plumbea: ſed plumea ut ſunt irç amantium. Cicero in hac ſignificantia libro primo epiſtolarum ad Atticum uocat mollem animum Quinti fratris ad iram ſuſcipiendam et deponẽdã: cuiuſmodi aſſerit idẽ ſidem eſſe animos optimorum uirorum. Increpat. qđ peregrinũ amet. Pergit. Nauigat O demens Medea Iaſon ſulcat mare: et tu inaniter amas fugientem uel fugiturũ. Illius. Fugitiui ac peregrini Iaſonis. Qui legũt pergis interpretant̃ pſeueras ne Medea amare peregrinum: et ita habẽt antiqui libri. Angit. cruciat unde angina. Imago. Recordatio obhçrẽs mẽti. Cura. Deſiderium. Reprehẽdit ſe Medea qđ amet hoiem peregrinũ: qui nihil ſibi pdeſſe põt. Tenet alta. nauigat. Nec nomẽ. cum in patriã ſe recipiet Iaſon: nedũ me: ſed nec nomẽ meũ recordabit̃. Quid me mouet. reprehẽdit ſe ipſã

Hydrophouia.
Amãs cani rabido ſi- milis.
Aquç for- midatç.

AA

q̄d ita amet et afficiatur Iaſoni iuueni incognito et peregrino. Imitatur Apolloniũ ſic in tertio ſcribẽtẽ. τίπτε. μὲ δείλην τόδ᾽ ἔχει ἄχος; εἴτ᾽ ὅγε πάντων φθίσεται ἡρώων προφερέστατος, εἴτε χερείων. Quid nã me miſerã hęc habet cura? ſiue hic omniũ heroum pręſtantiſſimus pereat uel iacturam patiatur. Luctu. Morte ducis pręſtantiſſimi. Sororem. Chalciopen. uelat honeſti pręrextu culpam: uelut ſit auxilium Iaſoni latura ut ſorori placeat. Seq ait.

Dicitur: et c͂param uidi indoluiſſe ſororem.
Seq ait has iuſſis actum miſer ire per undas,
Aut redeat quocunq modo: meq iſta precari
Neſciat: atq meum non oderit ille parentem.
Dixerat hæc: ſtratoq graues proiecerat artus.
Si ueniat miſerata quies: eum ſæuior ipſe
Turbat agitq ſopor. ſupplex hinc ſternitur hoſpes:
Hinc pater illa. noua rumpit formidine ſomnos:
Erigiturq thoro: famulas charoſq penates
Agnoſcit: modo theſſalicas raptata per urbes.
Turbidus ut pœnis cæciſq pauoribus enſem
Corripit: et ſæuæ ferit agmina matris Oreſtes.
Ipſum angues: ipſum horriſoni quatit ira flagelli.
Atq iterum infeſtæ ſe feruere cæde lacenæ
Credit agens: falſaq redit de ſtrage dearum
Feſſus: et in miſeræ conlabitur ora ſororis.
His ubi nequicquam nutantem colchida curis
Iuno uidet: nec dum extremo parere furori:

Miſeratur Iaſonem: quem inquit ad litora colchica non ſponte ueniſſe: ſed coactum iuſſis et mandatis efferi Pelię. Actũ. Impulſum: coactũ.

Miſerere per umbras. lege. miſer ire per undas. Miſellus hic Iaſon impulſus ẽ nauigare per hoc mare ponticum uiolentia iubentis tyranni.

At redeat. In patriam reuertatur uel ope noſtra. Iſta p̃cari neſciat. Precor illi incolumitatem: ſed ipſe neſciat. Volo neſcientem iuuare: nec uideri ſuppetias attuliſſe. Nõ oderit. Barbariem patris mei non oderit expertus meam clementiam.

Strato. Lectulo curarum cõſcio.

Graues. ęgros ac amore ſaucios.

Si ueniat. ſi forte ueniat captura quietem curarũ expultricẽ. Sternit. Genibus accidit: obuoluitur ad pedes Iaſon opem imploraturus. ita ſibi apparebat inſomnis. Agnoſcit. Ante oculos uidet credens amiſiſſe prius ſomno eam fallẽte. Modo. Paulo ante cũ ſe quieti dediſſet.

Raptata. Quę inſomnis uidebat rapi. Nam ut Claudianus inquit. Omnia quę ſenſu uoluuntur uota diurno Tempore nocturno reddit amica quies. Cum mens Medeę eſſet amore ſaucia: alternaret: hęreret: in freto ac ſalo mẽtis ęſtuaret: ita uaria uidebat in ſomnis. Turbidus. Perterrefactus. Comparat Medeam ſomno infeſto tumultuantem Horeſti: qui poſt occiſam matrem occulto terrore uexabatur: inſomniiſq ferebatur inſana cogitatione modo in matrem: modo leenam impetum faciẽs. Hiſtoria famigerata eſt et cantatiſſima Horeſtem Clitemneſtram matrẽ trucidaſſe ulciſci uolentem patrem ab ea peremptum: quem dũ ueſtire ſimulaſſet interula: neſiiuit interitu: ut iocoſe ac urbane cecinit Hieronymus. de quo Horatius. Diuiſit medium fortiſſima tyndaridarum. Pœnis. Dubitans ne pœnas det pro ſcelere cogitato. Cęcis pauoribus. Nocturno timore. Nã noctu terrebat͛ Horeſtes facibus matris: quod accidit Neroni poſt matrem confectam: et caligula noctu exclamabat: prorip iebatq ſe ſtratis. Enſem corripit. In furias ut hoſtes armatus: quod euenit meticuloſis quibuſdã: quorum multos non cacodęmon: ut aiunt: ſed melancholia et atra bilis agitat. hos inſomnioſos Cato uocat: quamuis dormire nequeuntes aliqui dicant inſomnioſos appellari. Eſt enim inſomnia uigilia: a qua uoce Plautus utitur in mercatore fabula: Gelius libro ſexto. et Maro ſi Seruio credimus Anna ſoror quę te ſuſpenſam inſomnia terret. fœmininũ eſt. Agmina matris. furias et diras: quę cõcomitatę Clytemneſtram inſtant et inuolant in Horeſtis ora. Sunt qui legunt inguina: ut ad matrẽ referant. Reclamant priſci codices. Ipſum. Horeſtem. Ira. Erinnys: irata furia. Horriſoni. Horrendo ſonitu uexans Horeſtem. Iterum. Recuſſus a ſomno et inſano ſimilis colluctatus tota nocte cum furiis reuerti ſe credit ab ſtratę lacenę duello. Feruere. calere: tumultuari. Agens. Satagens: tumultuãs.

Inſomnioſi.

Inſomnia.

Falſa. Imaginaria: luſoria. Dearum. Furiarum dearum inferni. Miſerę. Quę curat inſanum: Sororis. Iphigenię. Ora. Vlnas et aſpectum Iphigenię. Perinde Medea ęſtuabat: et in ora iunonis cadebat putans illam eſſe Chalciopen. Colchida. Medeam. Nequicq̃ nutantem. Non fluctuantem non uacillantem: nec amori manus dantem Medeam: immo obduratam amori non cedere. Iuno uidens amori Medeam reſiſtere: non amplius Chalciopen mentiur quoniam eludi uidet artem ſuam: ſed ſublata in auras erigit͛ ac euolat. Parere. Subdi: manus dare. Extremo furori. amoris flammis ultimis: extremum effectum: conatum: uiolentiam facturis: non ultima furoris linea Medea furebat. Sed toto quod aiunt cœlo errabat: amore ſaucia: amens amans.

Non iam.non uult amplius Iuno ementiri Chalciopen:ſed ad Venerem totius ardoris miniſtrã ire. Reſumit.iterum induit.Prius enim ut uidimus iuno Chalciopen induerat. Quando.Cum ſit qđ in pectore Medeę flamma tepet:nec eius artes ſatis polluerunt. Hebet.Hebetať et tepeſcit. Leuior mens.Animus leuiori uulnere ictus obnititur amori. Obnixa.Cõtraria et reſiſtens. Obniti ſignificat obſiſtere et reſiſtere:ut niti Ouidio.ii.metamorph.Nitor in aduerſum:nec me qui cętera uincit:Impetus:et rapido contrarius euehor orbi. Malo.Amori:furori:ueſaniç. Sũ memor.Oratio iunonis ad uenerẽ:qua illi gratias agit qđ ceſtũ dederit:et illi obſeq nõ deſtiterit:ſed cũ Medea magis ac magis obduret:neceſſe ẽ ualidioribus impreſſionibus utatur. Vt partita.Memini quẽadmodum partita es mecum tantum laborem:quãtus eſt domare uirginem:magam:artificem omniũ pharmacorum:quę nullis mouetur affectibus.Sũt qui ſcribũt.Sũ memor:atq; meũ tecũ partita laborẽ.Sed nõ placet. Illa.Medea. Conuerſa.et medea cõuerſa in irã et furias:exacerbatur ac excandeſcit qđ amat:et ut ſũmatim dicã:odit amorem. Decepta.A me ſororẽ agẽte. Reliquit.Abiit ad coęuas:et artes eludit meas. Vince amorem.Vince O Venus pollẽs artibꝯ melioribus amorẽ Medeę:et affectũ diuerſũ amori tuo:et clauo clauũ trude.

Non iam mentitę uultum uocemq; reſumit
Chalciopes:quando ardor hebet:leuiorq; pudori
Mensq; obnixa malo:tenues ſublimis in auras
Tollitur:et ſuluo Venerem ueſtigat olympo.
Sum memor:ut tantum mecum partita laborem:
Illa nimis ſed dura manet:conuerſaq; in iram.
Et furias dolet:ac me nunc decępta reliquit.
I precor:atq; iſtum (quo me fruſtratur) amorem
Vince precor:patriis ut tandem euadere tectis
Audeat:atq; meum caſu defendere ab omni
Aeſonidem.quin illa ſacro quo freta ueneno:
Illum etiam totis adſtantem noctibus anguem:
Qui nemus omne ſuum:quiq; aurea (reſpice porro)
Vellera tot ſpiris circum tot ductibus implet:
Soluat:et in ſomnos ingenti ſoluat ab orno.
Hæc tibi non furiis:atq; ipſi cætera mando.
Tum Venus aligerum mater ſic fatur amorum.
Nec tibi cum primos aggreſſa es flectere ſenſus
Virginis:ignotaq; animum contingere cura
Defuimus:data continuo quod cingula ſoli
Noſtra tibi:quis mota loco:labefactaq; ceſſit:

Quo.Amore ſuo circa diuerſa. Fruſtratř me.Producit et in longum trahit. Patriis.Colchicis patris Aeetę. Euadere.Egredi:exire meum iaſonẽ ſecuta. Qui reddere emendãt non ſeq̃uuntur priſcã lectionem. Meum ęſonidem.cui ego ſummopere fauco. Quis illa ſacris.Scribe.Quin illa ſacro quo freta ueneno.hoc ſenſu.Quin illa Medea ſoluat ueneno ſacro:quo pollet:anguem totis noctibus adſtãtẽ. Sacro ueneno.Herbis magicis:quę uenena dici ex Marone ſuperius teſtificati ſumus. Quo freta.quo ueneno cõfidit. Illũ etiã.Serpentẽ ſoluat. Adſtantẽ.Prope pellẽ auream ſtantẽ. Reſpice porro.innuit Iuno et oſtendit Veneri rẽ oculata fide.reſpice pręterea. Implet.Complet:et ad arboris extenſionem nodi ſerpentis extenduntur. Spiris.Nodis de quibus ſupra. Circum.Quibus ornum circuit. Ductibus.Orbibus:quibus circum arborem ducitur. Soluat.Diſſoluat ac renodet.

Soluat.reſoluat ac compellat in ſomnos.locus ẽ in uerbo ſoluo et in eius duplici ſignificatione.prius reſoluere ſignificat religare.Secundo reſoluere eſt compellere. Ab orno.A quercu ſiue phago:in qua arbore erant ſuſpenſa uellera:quam ſerpens circumplicabat. Hęc tibi.Subintellige mando:cętera perficient amoris furię:et Medea furioſa. Nam furiis.per interpoſitionem. Furiis.Ardoribus amoris illam uexantibus et nolentem amori manus dare cogẽtibus.Amatores callidi iactare prouerbio ſolent ſe ſe indicare amorem amiculę:cętera mandare cupidini:qui noctu ac diu ignem ſuſcitare nõ ceſſat. Ipſi.Fœminę inconſtanti:ac amoris mancipio:ex Ouidio.Fortunę cętera mando Quę regat:et melius q̃ tu tibi conſulat opto. Aligerum.Aligerorum.mater aligerorum amorum ſic reſpondet iunoni. Nec tibi.Reſponſio Veneris iunoni:qua pollicetur operam ſuam ad Medeam inflãmandã:nec negatiuã particulã iũge cũ defuimus. Aggreſſa es.molita es et cœpiſti. Virginis.Medeę. Ignota.ordo.Nec defuimus cũ aggreſſa es cõtingere animũ uirginis ignota cura. Flectere.in amorẽ reſoluere.Senſus primos.primã cogitationẽ et animũ Medeę. Animũ cõiũgere.inficere mẽtẽ. Ignota cura.Amore a uirgine ignoto:quẽ Medea nõ nouerat:quem nõ experta fuerat. Data.Oſtẽdit nõ in tpe defuiſſe iunoni Venerẽ. Cingula.Ceſtũ ueneris intelligit:in quo cũcta ſunt amoris illicia. Quis.quibus cingulis. Mota loco.cõcuſſa ẽ ipſa Medea. Labefacta.Exagitata:cõuulſa a pertinacia uirginitatis tuendę. Ceſſit.Victas dedit in iura noſtra manus:et artificiis noſtris diu luctata ſuccubuit.

indica amorem:cętera cupidini manda.

Haud ſatis eſt. Sed quoniam uideo non eſſe ſatis nec ſufficere ceſtum noſtrum: duriuſculaq; utero Medea. me ipſam accingam ad opus: peruincã uirginem: ut ultro petat Iaſoné. Ipſa opus. opus eſt me ipſa uenire ut ferreũ puellę pectus emolliã. Sũt qui ipſam legũt hoc ſenſu. opus difficile et arduũ et cunctantia pectora poſcũt me ipſam. Quidã ſcribũt: ipſum opus. Priſca lectio habet: ipſa: in ablatiuo caſu.

Cũctãtia. Nõ cito amori cedétia. Dubius pudor. Virginitas quo ſe flectat ignorãs: qui huc et illuc faciliter impellitur: neſciens quo inclinet. Fœdera. Cõnubia. faciã ut ipſa ſponte tędas petat iaſonis.

Morari. Tarde petere. Tu face. Tu iube O Iuno. Luciferę dianę. in luco Hecates: qui erat Dianę conſecratus de quo ſupra diximus. Faces. n. iunonem pręcedebant.

Citus. Iaſon. nomen p aduerbio. Fũdere. Vẽtilare medea. Aequali. Virginibus ęquęuis ſacra facere Dianę cũ uirginũ choro. Luſtrare. Circuire. Nec te nũc. Senſus eſt. Non uereri Hecaten mea cõſilia: et cępta tua turbaturã. non enim eſt tanti: in cœloq; non tantũ poteſt ut mea cõſilia puertere poſſit et tua.

Hecates metus. Noli Hecaten timere. Mea. cõſilia in amoré puellam compellendi. Nec me ętati. Scribe. Nec. n. eſt tãti. nõ eſt tanti pretii nec auctoritatis numen Hecatés ut nobis ſummatibꝰ deis reſiſtere ualeat. Quin. Affirmantis eſt. profecto cuperem ut Hecate auderet: ego cogeré illam amare iaſoné.

Audeat. Obicere ſe conatibus meis. Cõtinuo. Statim. Trãſibit amor. in Hecaté. Trilingui. Carmine trigemino. Hecate triceps eſſe creditur. Amplexumq; pati. Iaſonis cõcubitum mortalis cũ dea: quod é diſpar et reſpuẽdũ. Priſcum exemplar habet. Amplexuq; pati. Et cogam Iaſonem Hecaten inire. Sed ſuperfluũ é hoc Hemiſtichion.

Haud ſatis eſt ſed me ipm opus: et cunctãtia poſcunt
Pectora me dubiuſq; pudor: iam fœdera faxo
Aeſonii petat ipſa uiri: metuatq; morari.
Tu face luciferæ citus ad delubra Dianæ
Deueniat: ſacras ſolita eſt ubi fundere tedas
Colchis: et æquali dominam luſtrare caterua.
Nec te nunc Hecates ſubeat metus: ut mea forte
Impediat: nec enim eſt tanti. quin audeat opto.
Continuo tranſibit amor: cantuq; trilingui
Ipſam flammiferos cogam compeſcere tauros:
Amplexuq; petit. uolucrem tunc aſpicit irim:
Feſtinanſq; iubet monitis parere Diones.
Et iuuenem Aeſonium prædicto ſiſtere luco:
Protinus hinc iris Minyas: cytherea petiuit
Colchida: caucaſeis ſpeculatrix Iuno reſedit
Rupibus: attonitos æęa in mœnia uultus
Speq; metuq; tenens: et adhuc ignara futuri.
Vix primas occulta Venus proſpexerat arces.
Virginis: ecce nouus mentem perſtringere langor
Incipit: ingeminat commotis queſtibus æſtus.
Ergo iterum ſenſus uarios ſuper hoſpite uoluens
Mœret: et abſenti nequicquam talia fatur.
Si tibi theſſalicis nunc ſi tua forte uenenis

In codicibus qui Pomponi Lęti fuerunt: hoc ordine codex defectus reſtitutus eſt.
Ipſam flammiferos cogam compeſcere tauros
Atq; nouam ſegetem ardenti decidere ferro
Peruigilem ſomno claudentem uicta draconem
Lumina conſpicies. Lęta eſt iuno. inde reſurgit
Amplexuq; petit. Volucré tũc aſpicit irim. Hoc ſenſu. Si mihi ſe oppoſuerit Hecate cogã eã amore cõpeſcere tauros: et ardẽti enſe cõfligere cũ terrigenis: dente ſato draconis: ex tellure genitis. Nouã ſegeté. armatos terrigenas fratres. Ardẽti. Adhuc feruẽte ex igne naribus taurorũ manante. Victa. carmine hecatęo expugnata: coactaq; ſe in ſomnũ reſoluere. Lęta é Iuno. Reſpõſio ueneris operã gratuitã pollicẽtis. Inde. Mox. Amplexu petit. Veneré ei amicã operã pollicẽté. Irim. Nũtiũ iunonis de quo in cõmẽtariis Lucretianis affatim diſſeruimus. Feſtinãs. Satagens Iuno ac operi intẽta. Diones. Veneris irim: ut uidelicet citus illuc in Dianę lucũ ſe conferat iris: et una iaſoné adducat. Hinc. Dehinc. Iris minyas. Petiuit. Colchida. Medeã. Aeea in mœnia. Vbi erat Medea cũ patre: quã ſupra ciuitaté ſolis innuere uidet: de qua loquẽtes uiſi ſumus hęſitare i noie. Spe metu. Sperãs et metuẽs. Langor. Mœror et hebetudo ſenſuum. Ingeminãt. Multiplicant. Aeſtus. ignes et ardores.

Voluẽs. cogitãs. Abſenti. iaſoni. alloquit abſenté iaſonem. Si tibi. Miſerat iaſonis mox perituri Medea inquiẽs. O ſi forte cõiux tibi feret auxilium: ſi qua é tibi iaſon uel mater cantamine theſſalico: ego lubẽs facerẽ: ſed uirginem nõ decet pro iuuene peregrino curam gerere. Venenis. Herbis et carmine. Nam Theſſalia magicis herbis ſcatet auctore Lucio Maudaurenſi in mileſiacis.

Si qua ē. quoniā adhuc cęlebs erat Iaſon. Quidue tuos. Si haberes matrē uel uxorē adiutrices: ego flerē tuos labores tantū: ſed quoniā cares utraq̧ fletu poſito opus ē opere et ope. Alii ſcribūt poſſum: ſuperiori iūgētes. Vtinam mater et ſoror hic adeſſent tibi: ego uirgūcula quid poſſum iuuare labores tuos? quaſi dixerit nihil. Quo potero fletu iuuabo. Hoc ſatis. Sit ubi O Iaſon plura nō ualeo dare. Ipſa etiā. Sed dubito ne nō ſolū caſus labores: ſed infortunia ſuprema ſpectare cogar: et mortē tuā. In defecatis codicibus non priſcis: ſed a Lęto emēdatis habet̄. Hei mihi ne caſus etiā ſpectare ſupremos. Supremum caſum mortē uocamus. Iterum. Quoniam prius credidit ſe cōgredi cū ſorore Chalciope. Comes ire. ad uidēdū pugnā Iaſonis cum tauris et fratribus terrigenis et Iaſone.

Quid ue tuos uirgo poſſim niſi flere labores?
Hoc ſatis ipſa etiam caſus ſpectare ſupremos:
Atq̧ iterum durę cogar comes ire ſorori.
Et nunc ille ſui non quenquam ſorte moueri:
Non ullum meminiſſe putat, cunq̧ omnibus odit
Me quoq̧. ſi quando fuerit tamen ulla poteſtas.
Illum ego qui diris cinis ultimus hęſerit aruis,
Oſſaq̧ quis tauri: ſęuuſq̧ pepercerit ignis:
Componam, ſedemq̧ dabo: fas tunc mihi manes
Dilexiſſe uiri. tumuloq̧ has reddere curas.
Dixerat. ecce thoro Venus improuiſa reſedit,
Sicut erat mutata deam: mentitaq̧ pictis
Veſtibus: et magica Circen titanida uirga.
Ipſe uelut lenti fallatur imagine ſomni
Hic oculos incerta tenet: magniq̧ ſororem
Paulatim putat eſſe patris. tum flebile gaudens

Durę. Chalciopes ferrę: i. quę nihil caſibus affinis Iaſonis mouet̄. nulla pręſidia: nulla parat arma pro tuēdo gentili cōiugis. Et nūc ille. me miſeram qd̄ Iaſon putat nos oēs cum patre eū odiſſe: unde fortaſſis et mecū de odio certat: cū ego illū non oderim: ſed feruēter amē. Sui ſorte. Emēda ex antiqua lectione. Sua. uel pp uocalitatē ſonoritatēq̧ meliuſculā. Sortē uocat cōditionem: et fortunā iniquā. Nō queq̄. neminē noſtrū. Meminiſſe. ſui. Putat. Iaſon. Me quoq̧. quoniā cogitat me illū odiſſe. Si quādo. mollis ac cęreus aius uirginis ad miſericordiā uergit et inquit: tamē ſi mihi fuerit ulla poteſtas unq̄ cum alia ope iuuare iaſonē nō ualeā: eius oſſa telluri cōtegā: et ſepultura donabo. Si quādo. Si aliquādo. Fuerit. Affulſerit mihi. Vlla poteſtas. Aliquid facultatis. Illū. Cinerē. Qui. Cinis. Vltimus. Supremus. Ex cadauere ſupremo reſtās. Hęſerit. Cōſederit: remanſerit. Oſſa componā. Collecta ſepeliam. Ouidius. Componi tumulo non inuideatis eodē. Quis. quibus oſſibus. Tauri. Pepercerunt nō ignibus in cinerē redegerunt. Sęuus. Magicus: et immanis. Sedē. Tumulum. Fas tūc mihi. Erit mihi licitum manes pios uiri diligere: etiā non prohibente patre. Manes. ita uocant̄ animę illorū qui pie uixeūt. Aliqui Agathodęmonas a platonicis uocatos intelligūt uel Eudęmonas: quos genios latine dici platonicorū facundiſſimus Apuleius credidit: quos una cum cacodęmone corpori aſſiſtere Plotinus docet: et nos alibi recenſuimus. Certe in Romanis inſpectionibus uidi pueros duos aligeros ſepulchris appoſitos in frontis lapideiſé ſe blanditer amplecti: quod ſignificat: Eudęmona geniūq̧ alterū abiuratis animę: cuſtodię cuius erant addicti clauſtris: in libertatem euolare: ueteris ſeditionis: dum corporeo hęrerent ergaſtulo: prorſus oblitos. Eoſdē modo uideo cęreis accenſis in lateribus ſepulchri marmoreos: ſed illis reflexis: et in terram conuerſis: ut mox luce migratura: quo ſignificatur lucem et animā poſiti: ſepultiq̧ euolaſſe: et lampadem in ſtādio uitę ſequenti curſori iam tradidiſſe: capite in alterum humerum paulum deflexo: uultu indignato et miſericordi: totius corporis langore cōſentiente: ocellis flendo turgentibus. Quales ad circū flaminiū in hortulo cognominis mei Almadiani uiri doctiſſimi: in oīq̧ uitę colore terſiſſimi: uidi; quo Roma nec comiorem: eruditiorem: officioſiorem habet: aut habiturum eſt poſterum ſeculum: quem omnes togatum Socratem uocant: ad cuius ęmulationem properant ſi qui frugi eſſe ſtudent. Qui memor dis: patrię penatibuſq̧ ſe debere: nunc: prius tamen altrice urbe magnificentiſſimis ędibus ac pretoriis illuſtrata: patriam Vetuloniam templo longe conſpicuo decorat: ac ędibus cōtiguis hoſpitio muſarum conſecratis: exornat. Tumulo. Oſſibus tumulati Iaſonis. Curas. Amores meos ac ſollicitudines: quas ꝑ illo nunc patior et ſubeo. Mutata deam. quę ſe prius in Circē deam mutauerat. Mentita. Adulterinis indumentis effingens. Titanida. Titanis. i. Solis filiam. Titanes fuiſſe gigantes patres ſtellarum alibi diximus: unde a Marone dictum eſt. Titaniaq̧ aſtra Spiritus intus alit. Ipſa uelut. Puella Medea cum primum Circem uidit aduenientem ut recēs experecta ſomno miratur illam adeſſe: tamen quoniam non uidet eſſe imaginem ſed corpus: illam propere complectitur.

Componere oſſa.

Agathodęmones.

Eudęmones.

Dęmonū amplexus.

Cęrei in ſepulchris reflexi.

Almadiani Vetuloni laus.

Togatus Socrates.

Titanes.

Hic. Tunc. Alii legunt ſic. Repugnat exemplar: et frigidum uidetur. Flebile gaudens. Cum gaudio lachrymas emiſit: quod ſępe ſolet euenire ut nimio gaudio perfuſi illachrymemus. prouerbialiter dicitur. Lachryma de gaudio. ut legimus gaudio periſſe plures q̄ lachrymis.

Proſiluit.ſæuæq; ultro tulit oſcula diuæ.
Ac prior: O tandem uix tandem reddita Circe
Dura tuis: quæ te biiugis ſerpentibus egit
Hinc fuga? quæ ue fuit patriis mora gratior oris?
Ante et theſſalicæ phaſin petiere carinæ?
Per q; tot infelix fruſtra uada uenit Iaſon
Quam patriæ te mouit amor. tum cætera rumpit
Occurritq; Venus, tu nunc mihi cauſa uiarum.
Sola tuæ uenio (iam pridem ignaua) iuuentæ.

Seu ę diuę. Veneri quę in exitiũ ſuum has fallacias molitur. Dura tuis. Quę cognatos tuos aſpernaris: et Heſperiam mauis habitare q̃ Pontum. Mora gratior. Cur libentius moraris alibi q̃ nobiſcũ. Oris patriis. Regione patrię noſtrę. Ante. Prius q̃ ueneris ad nos quidam hoſpites theſſali huc appulerunt: et narrat rem totam tanq̃ neſciat. Fruſtra. Quoniam pater brauium denegat et premium. Eſt enim Brauium: ut obiter hoc diſcas: corona et premium: quod uictoribus datur. gręci βραβεῖον dicũt: unde brabeutę: qui ludis gymnicis pręerant: quos gręci maſtigonomos: Rhabdonomos: et Rhabduchos appellant: ut auctores ſunt Suidas et Pollux. Vlpianus iuriſconſultus libro tertio digeſtorum de his qui notantur infamia deſignatores appellat: codice tamẽ nimium deluxato: quem in ſeriem ac lucem ſuam ſi redigam operępretium faciam. Scribit igitur ſic Vlpianus. Athletas autẽ Sabinus et Caſſius reſponderunt omnino artem ludicram nõ facere. Virtutis enim gratia hoc facere: et generaliter ita omnes opinãtur: et utile uidet̃: ut neq; Timelici: neque Xuſtici: nec Agitatores: nec qui mappam equis ſpargunt: cęteraq; eorum miniſteria: quę certaminibus ſacris deſeruiũt: ignominioſi habeantur. Deſignatores autem quos gręci βραβέυτας appellant: artem ludicram non facere Celſus probat: quia miniſterium non artem ludicram exerceant: et ſane locus iſte a principe hodie pro non modico beneficio datur. Nos in plautinis commentariis in Penulo olim docuimus: Beroaldum noſtrũ nimis arcte cępiſſe deſignatoris ſignificationem pro his: qui funebribus ludis pręſunt appellando: cum uel Plautus doceat ad omnia referri poſſe: quod et Iuriſconſulti uerba nunc probant. Qui enim ſcenam ornabant: et uirga et ſceptro theatra et cuneos moderabantur: populum tumultuantem in caueis compeſcebant: ut nunc cęrimoniarum magiſtri ſolent: deſignatores appellabantur. Nã βραβεύειν eſt conſtituere Iſocrati in Panegyrico: unde brauium et brabeutę qui locum conſtituebant et deſignabant: et uictoribus coronam dabant: ab hoc uerbo appellati ſunt: deſignatores latine. Timelicos alibi docuimus hiſtriones gręce dici et Ludiones. Xuſtici pro xyſtici more pronuntiandi romanorum: qui. υ. per. u. proferebant: ut patet in Sulla et Amphitruone: uocantur certatores: qui id munus exercebant in xyſto. Pollio Victruuius libro. vi. Architecto: ſic ſcribit. Xyſtos enim gręca appellatione porticus ampla latine dicit̃: in qua Athletę per hyberna tempora exercent̃. noſtri Hypethras ambulationes xyſta appellant: quas gręci Paradromidas. De xyſticis meminit Tranquillus in Auguſto. Non me pręterit xyſticos neſcioquos ab xyſto haſtili uocare Agitatores et Aurigas et Hippodamos. Mappã equis ſpargere dicit̃ ille: qui equis in carceribus diſpoſitis ad currẽdi procinctum reſoluit mappã ac effundit: quod erat ſignum quo equi ad curſum mouebantur. De qua Martialis. Cretatam prętor cum uellet mittere mappam pręton mappam ſuſtulit Hermogenes. Nec ego putem prętorem manu propria ſolitum mappam mittere: ſed lictorẽ uel lictores iuſſu prętoris. Nã pręctor ut pſona publica dũ ipſe facere quid cogit̃: per officialẽ ſuũ facit. Huic cõcinit illud Satyri. Megaleſiacę ſpectacula mappę Idęũ ſolenne colũt. Ouidius anguſtia carminis elegi circũſcriptus i amoribus: Togis nõ mappis inqt i hęc uerba. Et date iactatis undiq; ſigna togis. Martialis lib. xii. Certamina ſacra ſũt quatuor dicata Ioui: Apollini: Palemoni: et Archemoro: de qbus poeta meminit Archias: Pli. in uariis locis: et Lutatius Papinianus interpres. hęc ſacra certamina Plinius appellat reſpiciẽs uerbum gręcum. Nam gręci hieronicas appellant: qui ſolebant non ſe: ſed patriã coronare ut in libris gręcorum epigrammatũ reperies: et apud Plinium ingenũ togati principem libro ſeptimo. Pręmia horũ ludorũ erant oleaſter poma: apiũ: pinus. Per poma olim conieci laurũ baccatiorẽ intelligi hoc ẽ maiores ferentẽ baccas qua coronabãtur hieronicę: nũc intelligo uere de pomis: quoniã legi apud Lucianum in dialogo de gymnaſiis hieronycarum pręmium fuiſſe olympię coronam ex oleaſtro. Apud iſthmum ex pinu. In nemea ex Apio. In pythiis mala ex fano Apollinis. Athenis uero in panathenęis oleum. Quis patrię te mouit amor. Sed cur nunc in patriam rediiſti: et noua te patrię dulcedo tetigit.

Cętera rumpit. Reliquo ſermoni Venus interpellat et interloquitur: neq; ſinit Venerem ulterius ſermonem extendere. Occurrit Venus. Verba ſermocinantis amputat: et occurrit dicendis. uicem Medeę implet. pro Medea loquitur. Venio. Subintellige cauſa. Venio et cauſa ueniendi eſt iuuenta tua: quam per ignauiam traducis. Iampridem ignaua. Supple fuiſti. nec iuuentutem exercuiſti. Per interpoſitionem hęc dicuntur. Iuxta illud ouidianum.

Infelix cui torpet hebes locus ille puella
Quo pariter debent fœmina: uirq; frui.

Brauium.
Brabeutę.
Maſtigonomi.
Rhabdonomi.
Rhabduchi
Deſignatores.
Codex Iuriſperitorũ emẽdatus.
Timelici.
Xuſtici.
Xyſtos.
Hypethrę ambulationes.
Xyſta.
Paradromides.
Hippodami.
Mappam ſpargere.
Pro Ouidio.
Certamina ſacra quatuor.
Hieronicę
Archias enarratus.

Cętera parce queri.querela tua uerſari debet circa tempus amiſſum:cętera nihil ſunt. Quid ſi legas hos uerſus hac ſerie. Tu nunc mihi cauſa uiarum Sola. Subintellige es O Medea.et ueni queri te eſſe ita ignauam circa tuam iuuentutem. Cętera parce queri. Cętera omitte mecum conqueri:et qđ ego fugi patriam:et meos declinem. Querere te inutiliter ęuum conſumere:nec reprende me qđ ductus Heſperia patria meliori:illam ſum ſecutus:cõtẽpta ęa patria rigoribus ęternis:pruiniſq; damnata. Meliora. Circeios meliorem patriam. Argue. Reprehende. Repetentur. a me mox paulo Italia repetet. Munera diuum. Pretoria et uiridaria mea: quę in Auſonio orbe poſſideo:quę rura florida:felicia:et amœna diuũ munera uocat. Omnibus. Ouidiana ſententia in faſtis. Omne ſolum forti patria eſt:ut piſcibus ęquor: Vt uolucri uacuo quidquid in orbe patet. Medea apud Ciceronem inquit multos patria procul bene rem geſſiſſe: in patria uixiſſe inglorios. ſententia Ariſtophanis in Pluto. Deos. penates. Inde. Ex eo loco te dicas oriundum. Redeuntq;. Scribe. Qua redit:itq; dies. Omnis orbis ab oriente ad occidentem eſt patria bonorum. It poſuit pro uenit:plane. O nata. Non erat filia ut poſte quam hic poeta ſororem Aeetę uocat:ſed blandientis uerba ſunt. Malignus menſis. Pro tempore uel menſe:qui quãuis alibi foret ęſtiuus:apud illas gentes erat rigidiſſimus. Cluſerit. Clauſerit. Sub uno frigore. Par ſemper frigus populos infeſtat:apud quos non uiolę:non roſę:nihil amœnum naſcitur:nulla eſt ęſtas ut teſtatur Ouidius. Fas mihi. fuit. ego ex colchica regione diſceſſi:et tu pariter diſcedere debes. Non habiles. Inhabiles et non aptos ad habitandum propter rigorem immodicum. Sunt qui:humiles:ſcribunt priſco codice repugnante. Pici. Picus equũ domitor amauit Circen:a qua mutatus eſt in auem Picũ:quem regia uirga tactum:ut inquit Maro:uerſumq; ueneris Fecit auem Circe: ſparſitq; coloribus alas. Ibi. in Italia. Hęc proœconomia non reſpondet Apollonio Rhodio:qui canit Medeam in Italiam ad Circen ueniſſe ut cum Iaſone ab Abſyrti cęde luſtraretur:et a Circe tandem luſtrata fuit:etiam obiurgata hoſtiliter. poſſemus reſpondere poſtea Medeam cognouiſſe hanc non fuiſſe Circen:ſed ſimulacrum imaginarium:quod ęſchrologi potius q̃ philologi barbari phantaſticũ uocant.

Cætera parce queri.neu me meliora ſequutam
Argue.quippe etiam repetentur munera diuum.
Omnibus hunc potius cõmunem animantibus orbẽ
Communes et crede deos. patriam inde uocato
Qua redit:itq; dies.nec nos O nata malignus
Cluſerit hoc uno ſemper ſub frigore menſis?
Fas mihi non habiles?Fas et tibi linquere colchos?
Et nunc Auſonii coniux ego regia pici.
Nec mihi flammiferis horrent ibi paſcua tauris.
Meq; uides thuſci dominam maris.at tibi qui nam
Sauromatæ miſeranda proci?cui uadis ibero?
Hei mihi uel ſæuo coniux non una gelono?
Illa deæ contra iam dudum ſpernere uoces.
Non ita me immemorem magnæ Perſeidos inquit
Cernis:ut infelix thalamos ego cogar in illos.
I precor:atq; unum pro me dimitte timorem.
Sed magis his miſeram(quando potes)eripe curis.

Omne ſolũ forti patria.

Picus.

Simulacrũ imaginariũ

Triones. Boues non tuſſiunt.

Regia. Picus erat terrę italię regulus. Horniferis. Minacibus et igniuomis ut ſunt hi nõſtrates:ſed tauros habeo domitos et cicures:triones:coloni ſui ſedulos ſocios. Ariſtoteles in problematis inquit boues non tuſſire: Thuſci. Thyrrheni:litoris circęi:quod a Marone libro ſeptimo deſcribitur. Miſeranda. O miſella Medea traderis Proco barbaro uel albano:cuius clienta potius q̃ uxor eris:et concubinis: quas multas habent:ſeruies. Proci. Subintellige ſunt: Sarmatę te precanti:ſed q̃ turpes q̃ barbarici ac immanes:fetore pleni:illuuie ac pedore. Vadis. nuptui traderis. Ibero. Coniux futura. Iberes et Iberi:ut poetę ſunt populi Scythię:de quibus ſupra prope Albaniam:unde Styrus oriundus erat Medeę maritus. Coniunx non una. Geloni principes:qui mos eſt regum orientis:plures habent uxores uel Propertio teſte. Felix eois lex funeris una maritis: Quas aurora ſuis rubra colorat equis. Nãq; ubi mortifero iacta eſt fax ultima lecto Vxorum fuſis ſtat pia turba comis: Et certamen habent leti quę prima ſequatur Coniugium. Pudor eſt non potuiſſe mori. Illa. Medea. Virgo patrię charitatis memor ac uirginitatis ſpernebat deę uoces. uel ſpernebat eius uoces quoniam iam ipſa loqui uolebat et ceſſare Circen. Non ita. Ne dubita Circe me Styro uel barbaricis connubiis uelle coniũgi:ne dubites ulterius. Potius amori medere meo:quem ab Iaſone concepi. Perſeidos. Matris meę ut ab illa degenerare uelim. Illos. Barbaros. Pro me. Ne in illa connubia trudar pro me timere noli. His curis. Quas pro Iaſonis amore concepi:qui etiam in nolentis animum furtim eſt illapſus. Iuxta illud qui dicũt amorem non eſſe uoluntarium ſed uiolentum.

Vnde. a quibus curis. Aeſtus. Feruor et animi inquietudo. Quęq;. Et ab illis me eripe incẽdiis: quę die noctuq; perpetior. Semper. Vetuſtiſſimi codices habẽt. Mater, ut ſit reuerẽtię nomen. adiuuat qđ Circe ſuperius illam uocauit natam. Durę. Amori non cedere deſtinatę. Arida mens eſt. Defecta: deſtituta ilaritatibus et leuamento ſomnifico. Repone. Reſtitue. Vt pecuniã reponere apud Plautum et Satyrum. Semper ego auditor tantũ? nunq̃ ne reponam? Diem. quietẽ diurnam. Noctẽq; mihi. ſoporem nocturnũ animi curas exonerantem. Sic enim ſcribendum. Redde diem: noctemq; mihi. da prehendere ueſtes. Exemplar litteris fere exoleſcentibus ſic habet: quem cum Cęſar Satiuus Laudenſis uir in omni diſciplina ſũmus uidiſſet: exoſculatus antiquitatem: ualide comprobauit. Prehendere ueſtes ſomniferas. Stragula lectuli mei prehendere occupare: quę me dormientem iuuent: et ſomnũ afferant. uel ueſtes ac amictum ſomni ſiruum: quo contacto ſtatim obdormiſcam. Componere. Sedare: mulcere: ſomno dedere. Virga. Quam Mercurius geſtat: et ea ſomnum inducit et fugat ut inquit Maro. Virgãq; capit qua pellere dulces Et ſuadere iterũ ſomnos. Mater. O Circe adhuc pio nomine illã uocat. Prodes mihi. Pręſentia tua mihi nihil utilitatis affert. Crines. Puto te furiam eſſe anguicomam. Videntũ mihi capilli tui ſurſum agi et mille nodis inuolui: colubrinos prorſus eſſe. Collapſa in Veneris iniquę ſinus Medea flebat. Monſtrabat ignem. Oſtendebat incẽdiũ: quod in imo pectore geſtabat. Occupat. Anticipat oſculo eam. Furialia. In furorem ſtimulantia. Inſpirat. Incutit ac imprimit. Permiſtum odiis. Zelotypiis: ſine qbus amor radices non agit altiores.

Ambit. Circũueniendo lenit.

Attolle genas. Erat enim capite demiſſo Medea plorabunda: ut Cebes in pinace luctũ intra genua ſingit habere caput impreſſum. Obortis. Incipientibus. Laberer. Raptim deſcenderẽ. Auris. quid ſi oris pro regionibus? Fugientem. Celeriter currentem. Qualem. Ratem. Si hęc nauis cum tam formoſis nautis ad circeium litus appuliſſet: nunquam illam dimitterem. Ponto. Scribe portu ex antiqua lectione. Notum eſt Circen nautas omnes ad eam appellentes in uaria monſtra uertiſſe.

Reponere.

Cęſar Satiuus.

Luctus imago.

Vnde metus æſtuſq; mihi: quæq; aſpera ſemper
Perpetior duræ iam dudum incẽdia mentis.
Nulla quies animo: nullus ſopor: ardua menti
Quære malis noſtris requiem: mentemq; repone.
Redde diem. noctem mihi deme: adprendere ueſtes
Somniferas: ipſaq; oculos componere uirga.
Tu quoq; nil mater prodes mihi. fortior ante
Sola fui triſtes thalamos: infeſtaq; cerno
Omnia: uipereos ipſi tibi ſurgere crines.
Talia uerba dabat: collapſaq; flebat iniquæ
In ueneris Medea ſinus: peſtemq; latentem
Oſſibus: atq; imi monſtrabat pectoris ignem.
Occupat amplexu Venus: et furialia figit
Oſcula: permixtumq; odiis inſpirat amorem.
Dumq; illã uariis mœrentem uocibus ambit:
Inque alio ſermone tenet. quin hoc ait audi
Atq; attolle genas: lachrymiſq; hæc infit obortis.
Cum leuis a ſuperis ad te modo laberer auris:
Forte ratem primo fugientem littore cerno:
Qualem noſtra ſuo nunquam dimittere ponto
Vellet adhuc omnes quæ detinet inſula nautas.
Vnus ibi ante alios: qui tum quoq; pulchrior omnis
Viſus erat longeq; ducem mirabar et ipſa
Aduolat: atq; unam comitum ratus eſſe tuarum.

Noſtra inſula. Circei hoc eſt nos qui circeios colimus. Adhuc detinet. in inſula mea circeis multi nautę detinentur: et ſub diuerſarum ferarum membris ululant: et ferocem ſonum emittũt: ut libro quarto perleganter et graphice canit Apollonius. Vnus ibi. Venus ex Circes perſona fingit Iaſonem Circen allocutum credentem amicam uel ſociam eſſe Medeę: rogaſſe ut Medeam cõueniret nomine ſuo: ut ipſum in perdomandis illis monſtris adiuuaret: quippe cum ſola Medea ſuperfuerit: quę Iaſonem iuuare poſſit: cũ Pallas et Iuno: quę ſemper eum comitatę ſunt: hic defuerint in ripa phaſidis: nec amplius ſolito fauore adſpirent. Ante alios. Heroas et Minyas. iũge cum omneis. pulchrior ante alios omneis. Longe. Eminus reſpiciens quis hic eſſet. Ducem mirabar. Admirabar eius pręſtantiam cum ducem ageret: et ut cęterorum dux in naui honoraretur. Et ipſa. Etiam ego illum mirabar ductorem. Aduolat. Ad me cum mirantem celeri gradu accurrit ille. Ratus. Putãs me unam ex cęnis eſſe nymphis comitibus tuis. Comitum tuarum. Virginibus regiis ſemper comites adſiſtunt.

Per tibi. Adiuro te O nympha per horrorem ſi quis eſt tibi morituri mei. Si aliquo modo horres mortem meam: et grauate fers. Horror. Subintellige eſt tibi. Morituri. Mei: qui iam iã periturus ſum. Et me. Et adiuro te per me: quẽ uideas. i. cito uidebis occurrere: obuiã ire et compugnare. Nõ meritis monſtris. Tauris: quos ego nõ mereor. Hęc precor. Dicebat Iaſon me alloquẽs. Rogo Circe hęc uerba mea referas ad aures Medeę: quam roges ut mihi ferat auxilium. Dominę. Tuę. putabat ille me unã ex uirginibus eſſe tuis. Tu. O Circe. Fletus. Lachrymas: quibus effuſis illã roga manibusq́ʒ ſupplicibus ut opem ferre non indignetur. Illi. Medeę tendo et porrigo has uoces ut abſentes alloqui poſſumus et fingere chriam. Qua datur. Ea uia et ratione qua conceſſa eſt: ut poſſum: quaſi innueret uellet libentius Medeę porrigerem ſi liceret. Ipſę deę. Iuno et Pallas. deſtitutus ſum fauore duarum dearũ: quę me hucuſq́ʒ comitatę ſunt: ſoli nunc hęreo fauori Medeę. Traxi. Duxi uelut inuitas: uel incõmoditatem ſignificat. Defecere. Deſtituere me uni Medeę relinquentes.

Spes. Mihi eſt. una eſt mihi ſpes ſalutis in Medea. Via ſola. Vnus modus. Si forte dabit. Dubitat ne non faueat Medea: et magis inuitat. Tot animas. Heroas et argonautas generoſas animas: qui mecũ erunt incolumes. Quales. q̃ pręſtantes et bellicoſas. Nec uiderit ultra. Non ulterius: nec ſequẽtibus ſęculis eſt uiſura: quas periſſe ſinere immane piaculũ eſſe duco. Dic. Medeę. Auxilio iuuet. Illis opẽ ferat. Nomina. Tot inſignes

Per tibi ſiquis ait morituri protinus horror:
Et quem non meritis uideas occurrere monſtris:
Hæc precor: hæc dominæ referas ad uirginis aurem:
Tu fletus oſtende meos. illi has ego uoces
Qua datur: haſq́ʒ manus ut poſſum a littore tendo
Ipſæ: ego quas mecum per mille pericula traxi:
Defecere deæ. ſpes et uia ſola ſalutis
Quam dederit: ſi forte dabit. ne uota repellat
Ne mea totq́ʒ animas quales nec uiderit ultra
Dic precor auxilio iuuet: atq́ʒ hæc nomina ſeruet.
Si pelopis duros prior Hippodamia labores
Expediit: totq́ʒ ora ſimul uulgata procorum
Reſpiciens tandem patrios exhorruit axes.
Si dedit ipſa neci fratrem Minoia uirgo:
Cur non hoſpitibus fas ſit ſuccurrere dignis
Te quoq́ʒ: et Aeæos iubeas miteſcere campos:
Occidat æterna tandem Cadmæia morte
Iam ſeges: et uiſo ſpumantes hoſpite tauri.
Hei mihi quod nullas hic poſſum exoluere grates.

ac fama celebres uiros. Si pelopis. Oenomaus rex Piſę Hippodamię filię nuptias illi propoſuerat: qui eum ſuperaſſet in curſu. Pelops cum eo certauit de quadrigarum pernicitate et uicit aſtu Hippodamię amore captę Pelopis: cuius fauore corruptus eſt myrtilus: a quo pro axe ligneo poſitus eſt cereus. eo diffracto cecidit Oenomaus: et puella dilecta potitus ẽ Pelops: quod impulit Ouidium ita canere. Vecta peregrinis Hippodamia rotis. et Sidoniũ. Cęrea deſtituit reſolutis axibus obex. Prior. Ante te: quę tibi ſternit iter ad audaciam et pręlucet. Expediit labores Pelopis. Pelopem ex tot laboribus extricauit. Oenomauſ

Iugulata. A ſęuitia patris. Procorum. Eorum qui nuptias Hippodomię petebant. Tandem. Saciata crudelitate paterna. Patrios axes. Curſum ad feritatem inuentũ patris Oenomai. Exhorruit. Deſpuit et auerſata eſt. Si dedit. Vult ab exemplo probare ſuos quandoq́ʒ deſerendos: peregrinosq́ʒ foueri oportere. Fratrem. Minotaurum. Minoia uirgo. Ariadna: quę hoc effecit ut Theſeo gratam rem faceret. Imitatio Apollonii Rhodii ita ſcribentis:
δή ποτε καὶ θησῆα κακῶν ὑπελύσατ' ἀέθλων
παρθενικὴ μινωὶς ἐυφρονέουσ' ἀριάδνη. Iampridem et Theſeũ a malis liberauit certaminibus uirgo Minois prudẽs Ariadna. Te quoq́ʒ. iunge cum ſuccurrere. Si illę cum laude fecerunt: cur nõ et tu cum laude facis? Iubeas miteſcere. qđ ſi pater tuus eſt barbarus: quis uetat humanitate tua mitiorem fieri tuam patriam. Tu in barbaram patriã humanitatẽ inducas. Occidat. Prorſus tollat. Aeterna. Non rediuiua. Cadmęia ſeges. Draco originem ducens a dracone Cadmi: quod dentes ſati docent perinde in armatos homines uerſi ut illi priores. Fumantes. Fumum et ignem narribus efflantes.

Hei mihi. Dolet: inquit Iaſon: qđ non poſſum nedum agere ſed referre gratiam: quod libẽtius faxim. Ex Apollonio: qui ita iaſonem alloqui Medeam facit.
σοὶ δ' ἂν ἐγὼ τίσαιμι χάριν μετόπισθεν ἀρωγῆς
ἣ θέμις. ὡς ἐπέοικε διάνδιχα ναιετάοντας
Οὔνομα καὶ καλὸν τεύχων κλέος.
Dolet Iaſon qđ referre gratiam non poſſit tam diuerſum coelum habitans.

Mens mihi. Cur ego ſolum Iaſonem hoſpitem ac peregrinum cogito. Potius accipiat. Recolli/git mentem puella et ait. Sed quid ego amem peregrinum. accipiat uellera optata ac abeat ſine me. Le/ge Rhodium libro tertio Argonauticon curas Medeę graphice deſcribentem quemadmodum ante ocu/los Medeę ſemper uerſabatur: et omnino quęcūq́ Iaſonis opera uiderat: ut ei a tauris: a patreq́ timebat. Dein animo conuerſo ſubdit.

Τίπτε με φυλαίων τόδ' ἔχει ἄχος εἴθ' ὅγε πάντων φθίσεται ἡρώων προφερέστατος. εἴτε χερείων. Ἐρρέτω. ἦ μὲν ὄφελλεν ἀκή/ρεις ἐξαλέασθαι. Et quę ſequun/tur. Quid nam: inquit Medea: miſe/ram hęc habet cura? ſiue omnium pereat heroum pręſtantiſſimus: uita quidem dignus. et tandem ſic colli/git Apollonius. ἡ μὲν ἄρ' ὣς αἰόλητο νόον με/λεδήμασι κούρη. uel ἔλλητε: ut alii coniiciūt: pro peribit. Summa uir/ginis erat circa Iaſonem incōſtātia. Leues: mobiles: deſultorię ſunt men/tes amantiū. Quare neſcio quis poe/ta gręcus ſic feſtiuiſſime ſcripſit. ὕβρις ἔρωτας ἔλυσε. μάτην ὅδε μῦθος ἀλᾶται. ὕβρις ἐμὴν ἔγειρε μᾶλλον ἐρωμανίην. ὤμοσα γὰρ λυκάβαντα μέ/νειν ἀπάνευθεν ἐκείνης ὢ πόποι. ἀλλ' ἱκέτης πρώ/ιος εὐθὺς ἔβην. Hoc ē. Cōtume/lia amores ſoluit. Inanis ē hic ſermo Iniuria meū irritat magis furioſum amorē. Iuraui. n. annū manere ſeor/ſū ab illa. hę heu. Sed ſupplex matutinus ſtatim iui.

Mens mihi: cognati potius iam uellera Phrixi
Accipiat qua ſola petit quęq́ una laborum
Cauſa uiro: nam quando domos has ille reuiſet?
Aut meus Aeſonias quando pater ibit ad urbes?
Felices mediis qui ſe dare fluctibus auſi:
Nec tantas timuere uias. talemq́ ſequuti
Hunc qui deinde uirum: ſed ſi quoq́ talis abito.
Iam iactata thoro, nimiumq́ experta cubile
Ecce uidet tenui candeſcere limen Eoo.
Nec minus inſomnem lux orta refecit amantem:
Quam cum languentes erexit imber ariſtas.
Grataq́ iam feſſis deſcendunt flamina remis.
At ſua longarum Minyas iam cura uiarum
Admonet: inq́ ipſo nequicquam tempore regem
Lætitiæ meritiq́ petunt: quem paſſus Iaſon
Vota prius: captaſq́ deis accendere prædas.
Prominet: atq́ oculos longe tenet: aurea ſi iam
Pellis: et oblatis clareſceret aſpera uillis.

Cauſa uiro. Subintellige ē. Cauſa enim cur huc uenit Iaſon uellus aureū fuit. Ille. Iaſon. Certus in hoſpitibus nō eſt amor. Errat ut ipſi: Cūq́ nihil ſperes certius eſſe fugit. Pater. Putat. n. tūc pudica nūq̄ uiſurū Iaſonē niſi cū pater forte moueret in gręciā. Felices. Nūc incerto mētis ſalo laudat Iaſonē: et eos q̄ ſecuti ſunt eū. Sic talis. Ita magnus ac eminentiſſimę uirtutis. Iactata. Volutata per thorum. Candeſcere. Splendere. Eoo. Ab oriē/te ſole. Languentes. Sitientes. Flāmina. Venti ſecundi: qui remiges feſſos adiuuant: nauemq́ pro/pellunt. At ſua. Dum Medea ęſtuat ac amore torquetur argonautę ad patriam dulcem reſpicientes na/uigare geſtiunt: regem adeunt: rogant promiſſa det uellera. Cura. Cogitatio per longas maris uias repedandi. Nequidquā petunt. Fruſtra petunt aliquid: quo ſperabant eo uti ſereniore. Meriti. et tē/pore quo bene ſunt meriti de rege illum adeunt. Accendere. Liuius libro primo ab urbe cōdita. Tar/quinius inſtandum perterritis ratus: pręda captiuiſq́ Romam miſſis ſpoliis hoſtium: uotum id Vulcanō erat: ingenti cumulo accenſis pergit porro in agrum ſabinum exercitum inducere. Idem libro. iii. de. ii. punico bello. Spolia hoſtium Marcellus Vulcano uotum: cremauit. quam hiſtoriam cum grammatiſtę non tenerent hic pro uera dictione accendere: ſubſtituerunt appendere: quę tamen dictio inferioribus nō male quadrat. Sed priſci codices repugnant. Huc ſpectant illa apud Virgilium carmina libro ęn. octa/uo. Qualis eram cum primam aciem pręneſte ſub ipſa ſtraui ſcutorumq́ incendi uictor aceruos. Addit Seruius. Hoc traxit de hiſtoria. Tarquinius enim priſcus uictis ſabinis in honorem Vulcani eorum ar/ma ſuccendit: quem poſtea ſecuti ſunt cęteri. Plutarchus quoq́ ſcribit Marium ſpoliis in pyra collectis rem diuinam feciſſe circunſtante coronato exercitu. Prominet pellis. Vellus aureum eminet ac men/te: imaginationeq́ conceptum tenet oculos: uelut ſi uideretur ab Iaſone dis patriis appenſum q̄ deceret. uel nunc reſpiciunt id in martis campo. Oculos tenet. Allicit ad contemplationem ſui. Longe. Valde ſi refertur ad imaginationem. eminus et procul ſi ad ueritatem. Aurea ſi iam. Quam pellem concipiens uel cernens Iaſon dicebat. O ſi nunc ſe aureum uellus obiiciet. Perſius. O ſi ſub raſtro cre/pet argenti mihi lamina dextro Hercule. Pupillum ueutinā. Clareſceret. Si ita legimus iungendum eſt cum O ſi. Et aſpera auro rigens interpretare. Sed priſci codices habent. Clareſcant atria tanquam diceret. O ſi poſſem hoc tropęo ueſtibulum meorum larium inſignire. Quid ſi ſcribis q̄ prominet?

Spolia uul/cano cre/mantur.

atq; oculos longe tenet aurea ſic iam pellis:ut auratis clareſcant atria uillis iunctim omnia ſcribendo. Tanquã dicat. Sic contemplantur illam pellem ut promiſſam tanquam ſi haberent ſuis atriis appenſam.

Ille autem. Ille rex Aeetes iam loqui incipit plenus ira et ſtomacho:quem iampridẽ concepit:et in ora Iaſonis ira plenus inuolat. Iam iam. Statim. Vultus. Ammotus indignati:quẽ ante uictoriam texerat. Paratas. Quas ad loquendum pręparauerat cum ſibi futurum eſſet utile. Iunge cum ante. quas pręcócipiens parauerat. Aperit. Denudat ac detegit. Rumpit moras. Sine mora loquitur. Proſilit. Procurrit et in faciem inuolat Iaſonis ira tumens ac excandeſcẽs.

Ille autem iam iam uultus uoceſq; paratas
Ante aperit:rumpitq; moras:inq; ipſa morantis
Proſilit ora uiri:taliq; effunditur ira.
Orbe ſatos alio:ſua littora regnaq; habentes
Quis furor has mediis tot fluctibus egit in oras?
Quis ue mei uos tantus amor?tu prima malorum
Cauſa mihi tu Phrixe gener.non te æquore merſum
Quo ſoror:ut felix nullos nunc nomine graios
Noſſem ego,qs regum Pelias:quis theſſalus:aut quæ
Græcia?quod nã hominũ cerno genus?aut ubi cautes
Cyaneæ?uenit ſcythicas en hoſpes in oras.
Quinquaginta Aſiam (pudet heu) penetrarit Iaſon
Exulibus:meq; ante alios ſic ſpreuerit una
Vna ratis:ſpolium ut iuno de rege reportet.
Ipſum efferre,meos atq; ipſum pandere lucos

Viri. Faciem. Et pariter geminas iactat in ora manus. Effunditur. Stomachatur ſine maieſtate ac grauitate: quę auctore Socrate τι τυραννικώτατον ἐςὶν hoc eſt quid regium eſt. Digna prorſus Cęſare ſunt uerba Calliſtrati iuriſconſulti quę libro primo digeſtorum poſita ſunt de officio pręſidis. obſeruandum eſt ius reddenti:inquit ille: ut in adeũdo quidẽ ſe facilẽ ꝓbeat: ſed cótemni ſe non patiať: unde mãdatis adiicitur ne pſides ꝓuinciarũ in ulteriore familiaritatẽ ꝓuinciales admittãt. Nã ex cóuerſatione ęquali cótemptio dignitatis naſcitur. Sed et in cognoſcendo neq; excandeſcere aduerſus eos:quos malos putat:neq; precibus calamitoſorũ illachrymari oportet. Id enim non eſt conſtãtis et recti iudicis cuius animi motũ uultus detegit:et ſũmatim ita ius reddi debet ut auctoritatẽ dignitatis ingenio ſuo augeat. Apollonius ait rẽ propoſita fuiſſe ab Argo filio Phrixi:quem auditũ rex nó tulit:ſed excanduit:et bile tumultuans ſic ait.

Maieſtas regium quid

Conuerſatio cótemptũ gignit.

Οὐκ ἄφαρ ὀφθαλμῶν μοι ἀπόπροθι λωβητῆρες
Νεῖσθ᾽ αὐτοῖσι δόλοισι παλίσσυτοι ἔκτοθι γαίης

Et quę ſequuntur. Abite inquit homines iniurii longe ab oculis cum dolis ueſtris:minitaturq; linguas et manus amputaturum. Orbe alio. in gręcia a ponto diuerſiſſima. Sua littora. Qui gręci cum cœlum ſuũ ac ſuũ haberẽt mare:cur noſtra inuadũt ac tentãt. ſuis melioribus nó contenti. Mediis tot fluctibus. Cum tot interſint maria. Egit. Impulit. Vos. Subintellige ieuet. Tantus. Tam creber abſq; obliuione non poteſtis regna Aeetę obliuiſci. Mei. Regni ac orę meę ponticę. Tu prima. O Phrixe ſubintellige fuiſti. Gener. Qui mihi fuiſti gener. Quo ſoror. in quo ęquore miſſa fuit ſoror Helle. Non te ęquore merſum. Subintellige ſatius fuit uidiſſe. Vt felix. ut ego felix uiuerẽ ſine te ac tuis gręcis:etiam pelle tua aurea. Quis regum Pelias. Nec noſſem quis rex Pelias eſſet:quę theſſalia ac cętera gręcia. Quod hominum cerno genus. Quos nam iſtos gręculos uideo? Vbi cautes cyaneę? Vbi ſunt ſymplegades:quę aues has peregrinas huc aduolantes non eliſerunt. En hoſpes. Ecce eluctans cyaneas Iaſon uenit in ſcythiam ſcopulos irrequieto concurſu collidentes ſuperans ac uincens. Pudet heu. interiectio dolentis epiphonematica. Qđ nos inuicti ſcythę paſſi fuerimus huc Iaſonẽ cũ quinquagenis exulibus uenire:quid pudẽdũ ac magis deteſtabile? Penetrarit Aſiam. irruperit ex Europa in Aſiam noſtram?quaſi dixerit:uix ferendum duco. Exulibus. uere exilium eſt:ſaltem uoluntarium ex Europa amœniſſima ad ſcythas ſiue pontanos traiicere gelu borço infeliciſſimos rigentis ac cœli inclementis oras:pruinis:niuibuſq; damnatas. Me ante alios. Quoniam regnum meum pręcipue petunt. Vna una. Repetitio auget uim ſtomachi:ut apud Ciceronem primo ad Atticum. Vidi enim uidi:animumq; tuum perſpexi. Spolium reportet. Vt nauis ueniat ſpolia referens regis Aeetę tanq̃ mortui. Ipſum afferre. Scribe:efferre uel auferre. et decet me ipſum Iaſonem auferre ac uelle dilapidare lucos meos:profanare:aperire:omnibus exponere uenerandos. Lucos. in luco Martis erat pellis aurea. poteſt et offerre defendi:quoniam ſic habent priſci codices:ut ſit hic ſenſus. et Iaſon tanquam tyrannus:et rex regis imperat mihi ut illi uellus aureum offeram tanquam rem ſuam. quod manu uincere non audeat. Et tamen eius premium petat. Lucum qđ minime lucet dici Quintil. irridet.

Dignetur. Nec dignum putabit: ut eo auro potiatur: bellum gerere? Cur age. Senſus. Cur O Iaſon pari exemplo non precipis omnibus hierodulis ac ędituis: ut templis templorumq; tholis conſecrata dona tibi offerãt ut ſolebat Dionyſius. Auellere. Auferre. Prędo. Iaſon inſidiator alienę ſupellectilis. Domos. Proprias habitationes. Domus tutiſſimũ refugiũ ut inquiũt iuriſperiti primo digeſtorũ. Nec debitor p uim cogit̃ ſiſtere ſe iuri: quoniã q latitat: ac luce ſe priuat: ſatis pœnarũ dediſſe uidet̃. Parentes. Vulgo nati eſtis ac pmiſcue: certa pignora: certoſq; parẽtes non habetis. gens fera: uaga: inconſtãs.

Domus tutiſſimũ refugium.

Imperet: et nullo dignetur uincere bello.
Cur age non templis ſacrata auellere dona
Omnibus atq; ipſas gremiis abducere natas
Prædo libet? uobis ne domos: uobis ne parentes
Eſſe putem? ratis infandis quos ſola rapinis
Sæuaq; paſcit hyems: et quos (credamus ut ipſis):
Rex ſuus illiſit pelago: uetuitq; reuerti,
Scilicet Aeoliæ pecudis potiatur ut auro,
Ante meus cæla deſcendet caucaſus umbra,
Ac prior Aemonias rapiet ſuper æquora prædas:
Haud ego cum uittis ſtatui feralibus hellem.
Si tamen his aliter perſtas non cedere terris,
Teq; pudor caſſi reditus mouet: ac latet una
Neſcio quid plus puppe uiris: haud ipſe morabor
Quæ petitis. modo noſtra prior tu perfice iuſſa.
Martius ante urbem longis iacet horridus annis
Campus et ardentes ac me quoq; uomere preſſo
Me quoq; cunctantes interdum agnoſcere tauri.
His magis atq; magis rabiem nunc noſtra ſenectus
Luxuriemq; dedit: ſolitoq; ſuperbior ignis
Ore fremit, ſuccede meæ fortiſſime laudi,
Et noſtros recole hoſpes agros. nec ſemina deerunt,
Quæ prius ipſe dabam: et meſſes quas ſolus obibam.

Ratis. Quos ſola ratis paſcit infandis rapinis: qui ſolis uiuitis rapinis ut piratę et naſamones. Hyems. Naufragia. Quos. Vos argonautas. Rex ſuus. Pelias. Credamus ut ipſis. Dato et poſito qd credamus ipſis loquẽtibus: nõ negãt p mare expulſos a tyrãno ſuo. Vetuit reuerti. Sine pelle auricoma. Scilicet. Stomacho camino prolatũ hoc: ut illud. Scilicet hoc ſuperis curę. An Pelias miſit hos i pontum ut aureo uellere potiant̃: profecto non potient̃. ante nauibus meis totũ mare ſternet̃. Potiat̃. Pelias per Iaſonẽ. Aeolię pecudis. ariete Phrixi qui ab ęolo ducit originẽ. Deſcendet. in mare deducetur. Vmbra. Arboribus umbriferis. Prior. Claſſis mea pręoccupans claſſem theſſalicã. Aemonias. theſſalicas. Ibimus et nos deprędatum theſſaliã. Rapuit. lege repetet. uos petitis: et nos a patria ueſtra repetemus. Aut ego cũ uictis. Scribendum. Haud ego cũ uittis. Senſus ẽ. Nõ ego ſtatui ante aras Hellen uittatã: ſacrificioq; deſtinatam: nec aliquod malũ in uos cõmiſi ut quotannis regnum meum prędari ſtatuatis impune. Vittis feralibus. Cũ infulis quibus uirgines ſepeliebant̃: uel aris adſtituebant̃. Ideo dixit feralibus. i. funebrib. Statui. Poſui. Vt. Et ſtatuã ante aras uoti reus. Si tñ. Sin aũt O Iaſon nõ uis ſine pelle aurea diſcedere: et nauis iſta fert uiros cęteris pſtatiores dabo quę petitis: dũmodo uincatis cuſtodes pellis aureę: ac huiuſmodi uirtutẽ exeratis. Perſtas. Perſeueras. Cedere. abire. His terris. Ponto noſtra. Te pudor mouet. Moueris pudore. Caſſi reditus. Reuerſionis inanis. nõ uis inaniter reuerti. Vna puppe. In hac naui ſunt animę ingentes. Neſcio quid plus uiris. Robur et uires pluſq; uiriles: ut qui ſupra mortalitatem audeatis. Haud morabor. Pręſtare non tardabo. Modo perfice. Sed tu prius perfice iuſſa atq; mandata noſtra. Martius. Marti dicatus: In quo Orpheus ait plurimas comare arbores. De hoc Martis campo ſic meminit Apollonius in ſecundo.

Vmbra.

Campus martis.

Ἔνθεν δ' αὖ πεδίον τὸ ἀρήιον ἱερά τ' ἄλσι
Τοῖο θεοῦ τόθι κῶας ὄφις ἔρυτο δοκεύων
πεπτάμενον λασίοισιν ἐπὶ δρυὸς ἀκρεμόνεσσιν. Vbi campum martium: ſacraq; nemora eius dei tũc pellem cuſtodit ſerpens expectans uolucre denſis in quercus frondibus. Horridus. Incęduus. ſilua per multos annos non cęſa. Cunctantes. Qui me ſolitum bubulcum agere: et: ut Plautus cum Apuleio ait: ſolitũ bubulcitare: uix uolunt agnoſcere: ſed ferociter iuga detrectant. Preſſo. Impreſſo ac infixo terrę. His. Tauris per ſe ferocientibus. Senectus. Ignaua: negligens: et laboris abſtinens: qua quiete pręrabidi ac impotentes tauri redduntur. Luxuriem. Exultationem: iuxta illud ouidianũ. Luxuriant animi rebus plerumq; ſecundis. Nec facile eſt ęqua commoda mente pati. Superbior. Vehementior: acrior: impetuoſior. Succede laudi meę. Subi laudes meas domandorum taurorum. Recole. rurſum cole. Eſt et recordari Ouidio in epiſtolis. Obibam. Metebam.

Bubulcitare.

Conſiliis. Hac nocte conſule: et diſpice quid facturus es: ut breuiter conſulat ac reſpondeat mõnet: illiq; dat unius noctis ſpatiũ. Cum tuis deis. Pallade ac Iunone: quę numina tibi nũcupas peculiaria: uel diuinis heroibus. Retracta. Reuolue: recogita. Si quid ſpei. Si ponitis aliquã ſpẽ in hoc ueſtro robore. In rura. In poſſeſſionẽ. Ipſe incertus adhuc. Senſus eſt. Barbarus ac efferus rex Aeetes ut abſterreat iaſonẽ ab ęrumnis ꝑpter uellus aureũ ſubeũdis: inquit incertus ſum an uelim te flãmis et ignibus fumidis: quos ore et naribus efflant tauri te inuolui: an parumper durare donec arata terra: mox dente ſata ſerpentis: ſeges hominum armatorum emergat. Incertus. ego ipſe Aeetes ſum icertus quid uelim.

Cõſiliis nox una ſatis: tecumq; retracta:
Cumq; tuis hæc iuſſa deis: ac ſiquid in iſto eſt
Robore: prædicti ueniens in rura laboris:
Ipſe incertus adhuc tenebris te protinus illis
Inuolui flammiſq; uelim durare parumper,
An magis euerſo iacias dum ſemina campo:
Ac tibi Cadmæi dum ſeminis exeat hydri
Miles, et armata floreſcant pube nouales.
Filia prima trucis uocem mirata tyranni
Hæſit, et ad iuuenem pallentia rettulit ora:
Contremitq; metu, ne neſcius audeat hoſpes,
Seq; miſer ne poſſe putet. perſtrinxerat horror
Ipſum etiam, et mœſta ſtabat defixus in ira.
Non ita Tyrrhenus ſtupet ioniuſq; magiſter,
Qui te iam Lilybæe tuens, claramq; ſerena
Arce pharon, præceps ſubito nuſq̃ hoſtia: nuſquam
Auſoniam uidet, et ſæuas accedere ſyrtes.

Flammiſq;. Nunquid uelim te flammis inuolui: ſpirituiq; boũ flãmeo: an inolui ac eiſdem implicari. Quę uelim. et an uelim ac potius cupiã. Durare. Perſeuerare: ſupereſſe: cui cõcinit id maronianum. Durate et uoſmet rebus ſeruate ſecundis. An magis. iunge cũ durare hoc ordine. Sum adhuc incertus ne et utrũ uelim te protinus tenebris inuolui: et an magis uelim te parumper durare. Dũ iacias. donec ſerpẽtis dentes ſeueris. Euerſo. Proſciſſo: arato. Ac tibi. Dubius ſum an uelim te cito in primo congreſſu mori: an uero morari donec milites exeant dentibus ſatis anguis. Ordo. Ac dum miles ſeminis hydri cadmęi exeat. Tibi exeat. in te exeat uel tibi aranti aut ſpectanti.

Seminis. Origiuis: qui originẽ duxit. Hydri Cadmęi. Colubri ſerpentiſq; originẽ a martio angue ducentis: quem fontem ſeruantem Cadmus occidit. Serpẽtem hunc Aeetę ducere originẽ a ſerpẽte a Cadmo interfecto ſuperius explicuimus Apolloniũ Rhodium ac eius interpretem ſecuti. Repete quę in priori libro ſuper eo diſſeruimus. Pube. Milite. Floreſcãt. Loco farris aut frumẽti aperiẽdo ſe emittant. Nouales. Glebas ac ſegetes terrę ſatę. Filia. Medea: quę forte fortuna adſtabat. Serpens
Hęſit. Obſtupuit: unde prouerbialiter dicit̃ ꝑ infantia ac impotẽtia. Neſcius. Cadmi.
Fati ingruẽtis ac ęrumnarũ periculoſarũ. Miſer. Cito futurus Iaſon uiſi ſubueniat̃. Poſſe putet. Ne ſupra uires audeat. Horror. Formido ac ſtupor manans a difficultate rei formidãdę. Ipſum Iaſonem. Stabat. Attonitus hęſitabat. Defixus. Stupidus: unde uerbũ defigere pro attonitum reddere. Defigere.

Non ita tyrrhenus. Mendũ multiplex et cęcũ pelagus: per quod ſine phari lumine: hoc ẽ ueteris lectionis adminiculo nauigare fuerit impoſſibile. Sic habet uetuſtum exemplar.

Non ita tyrrhenus ſtupet: Ioniuſq; magiſter.
Qui te iam lilybęe tuens: claramq; ſerena
Auſoniã uidet: et ſęuas accedere ſyrtes. Ita lympidiſſimus ſenſus elucet. Comparatio ẽ Iaſonis: iamiãq; accipere pellem auream credentis: ſubitoq; mutata facie fortunę denegari ac extorqueri de manibus uota cernentis nautę qui minimominus applicuerat orę ſiculę: uel ęgypto: cum in ictu oculi uẽtis immutatis auffertur et ab Italia reflatur ac ęgypto: nec litora quę iam ſubiturus erat: apparent. Per tyrrhenũ magiſtrum intelligimus nautã nauigare ſolitum per mare ſiculum. Ionius uero qui nauigat ionium mare.

Qui. Nauta tyrrhenus. Stupet. Attonitus tam ſubito ex oculis ereptum portum. Qui. Nauta.

Lilybęe. Promontorium ſicilię eſt lilybęum uergens in Africam. Tuens. Reſpiciens et ad portum deſignans. Clarum pharon. Scribe claram. Hęc pharos dicitur: quę ad ęgypti locum trahi poteſt: et ad quãcũq; turrim exploratoriam alto lumine nautis ſignum portus dantem: de qua exiit illud notiſſimum. Lumina noctiuagę tollit pharos ęmula lunę. Propertius. Et ptolemeęę littora capta phari. Poteſt ergo referri ad phariũ litus ęgypti: et ad quodcũq; litus quo nauis dirigitur. Serena arce. Ab eminẽti ſpecula: in qua lumen accenſum nocte regit nautas. Pręceps. Magiſter et nauta rapta naui et retorta pręcipiti impetu uenti: nuſquã litora quę legere ſperabat uidet. Nuſquã hoſtia. in nullo loco uidet hoſtia: quę legere et illuc applicare nauem ſtudebat. Et ſęuas. Subintellige: ſed uidet illam accedere ac intrare ſyrtes. loca impuia: et obnoxia naufragio: de quibus infra.

Tum tamen. In illo tamen deprehenſus ſubito ac inſperato malo: parat e re nata reſponſum Aetę.
Infando. Illaudato ac deculpato tyranno. Colligit. Repetit ac meditat̃. Obtutu ab alto. Obtuẽs regem barbarum in alto ſubſellio: et quibuſdam ueluti in roſtris ſedẽtem. Maro. Obtutu defixus i uno. Audientes ſedebant: dicturi ſurgebant. Non ait. Oratio Iaſonis ad Aeetam regem plena concitati ſpiritus ac ſtomachi: et exprobationis. Hos reditus. Non ſpopondiſti ingruente bello tam dedecoroſe nos rediturus ſine aureo uellere.

Spem. non iuſſiſti minyas de tua liberalitate ita male ſperare. Quo uerſa fides? q̃ deteriori hodie nobiſcum agis fide q̃ heri ſolitus es.

Veſtra iuſſa. Iubebat enim rex ut tauros domaret igniuomos: ac terrã araret colono proprio rebellem.

Volutant. Voluunt: machinãtur: parant. Alia ęquora. ſęuior es mari ęgęo: et ad expugnãdũ difficilior: immanior Pelia crudeliſſimo.

Quin. Conceſſio per negationẽ plena deſperationis qualis ẽ illa uirgiliana. I ſequere Italiam uentis.

Agite hoc omnes Tyranni. Tyranni omnes in me coniurati conſerant quidquid habent crudelitatis ac artificii: ego illos patiẽti uirtute ſuperabo. Hoc iungitur cũ uerbo caput. Hoc ſenſu. Tyrãni cuncti agite: Heus hoc caput Iaſonis et perſonam urgete odiis ueſtris: et odio uirtutem habentem quęrite: ſatagite: oprimere feſtinate. Perſonam ſignificare hominem certum docẽt iuriſperiti libro primo digeſtorum ſexcẽtis in locis etiam Gellius. Imperiis. Imperando factis difficillima ut tu tauros et ſerpentes: Pelias oia hęc: etiam intractabile mare ſulcandũ. Dextera. Vires. Nec ſpes defuerit. Et ſi mihi ſpes ſuppetit oẽs uincere atq; domare. Credere. cedere recognoſcẽdum. mihi ad famã per dura ac ardua anhelanti decretũ eſt nõ cedere difficultatibus. Imperiis. Pati iuſſa. Subire iuſſa tua.

Vnũ oro. Virgilianũ in libro. vi.

Perſona.

Cõtra Laurentiũ Valléſem Beotius defenſus.

Tum tamen infando quæ det reſponſa tyranno
Colligit: et tandem obtutu conſurgit ab alto.
Non ait hos reditus: non hanc Aeæta dediſti.
Spem Minyas cum prima tuis pro mœnibus arma
Induimus: quo uerſa fides? quos ueſtra uolutant
Iuſſa dolos? alium hic Pelian: alia æquora cerno.
Quin agite hoc omnes odiiſq; urgete tyranni
Imperiiſq; caput: quanquam mihi dextera nec ſpes
Defuerit mox iuſſa pati: nec cedere duris.
Vnum oro, ſeu me illa ſuis ſeges obruet haſtis:
Hauriet aduerſo ſeu craſtinus ignis hiatu:
Nuntius hinc ſæuus Peliæ mittatur ad aures
Hic periiſſe uiros, et me ſi ueſtra fuiſſet
Vlla fides: reducem patriæ potuiſſe referri.
Talibus attonitos dictis natamq; patremq;
Linquit, et infida præceps prorumpit ab aula.
At trepida et medios inter deſerta parentes
Virgo ſilet: nec fixa ſolo ſeruare parumper
Lumina: nec potuit mœſtos non flectere uultus:
Reſpexitq; fores, et adhuc inuenit euntem,
Viſus et heu miſeræ tunc pulchrior hoſpes amanti
Diſcedens. tales humeros ea terga relinquit.
Illa domum atq; ipſos paulum procedere poſtes
Optat, et ardentes tenet intra limina greſſus.
Qualis ubi extremas Io uaga ſentit harenas,

Seges. Armati milites. Hauriet. Abſumet. Craſtinus ignis. Tauri igniuomi cũ q̃bus die craſtini cõgrediar. Aduerſo hiatu. Ore ac rictu patẽtiſſimo ut fumo me ac ignibus inuoluãt. Hinc. a ponto. Viros. Argonautas q̃ pprie uiri dicit debẽt. Referri patrię. In patriã renauigare ſi mõ fides fuiſſet integra. ego nõ defeci opere p̃dã meritus: quã ex faucibus tua eripuit pfidia. Natã. Medeã. In medios. lege: et medias. hic obiter inſerit Medeę de amato Iaſone curas cauentis ne tãto oneri ſuccumberet. Sciebat. n. opera illa operoſa eſſe ſuis lacertis longe maiora. Fixa ſolo lumine. quod mœſti ac alta cogitatione defixi ſignũ ẽ. Nõ flectere. Reſpiciẽs amãtẽ. Fores. Per quas pperabat Iaſon. Eũtẽ. abeũtẽ Iaſonẽ. Viſus. Oculos amãtis puellę. Apollonius perinde. ἄγγια δ' ἀιδι βάλλεν ὑπ' ἀσσονιδῶν ἀμαρύγματα. καὶ οἱ ἀνὰ στηθέων ἐκ πυκινὰς καμάτω φρένες. obuia ſemp iaciebat in Aeſonidẽ lumina: et ipſa inde ſpirabãt pectoris p̃cordiã. Tales. Tam decoros et heroicos. Ea terga. Tã diuina: tã ſupra mortalitatẽ pręſtãtia. Illa. Medea uellet domũ fieri longiorẽ ut diutius uiſu amãtis frueretᷣ. Procedere. Progredi: lõgius explicari. Poſtes. Fores. Tenet greſſus. non audet illa pudore uirgineo extra aulã egredi: et foris ſpatiãtẽ aſpectare et Iaſonẽ obtueri. Qualis. comparatio Medeę cupiẽtis quidẽ comitari Iaſonẽ diſcedẽtẽ: ceſſantẽ tamẽ ob pudorẽ uirgineũ: nec audẽtẽ ſubſequi: puellę Io: quę cũ tráſire uellet boſporũ pede inexpto aquam intrabat: mox pedem retrahebat: porfunditatem maris reformidans. Io. Filia Inachi ab Ioue in uaccam mutata. Sentit. Experitur: Tangit. Harenas extremas. Litus ultimum; oramq; extimam inexperti et intentati.

Fert pedem

Fert pedem. In aquã. Refert. Retrahit: receſſit: genuino ac ingenito uirginibus omnibus timore. Erinnys. Furia. Pharię. Niloticę. Circuit haud aliter. Non diſſimilis Medea uaccę Io obambulat et foras reſpiciens ambit tumultuantem iaſonem: continens ſe tamen inſito uirginibus pudore intra poſtes. Timido. Pro ipſa timida. Pharię. Aegyptię a pharo turri: de qua ſuperius. Matres. ęgyptię matronę illam mox culturę. Trans ęquora. Vt boſporum tranſeat: et ad illas penetret. Impendet. Imminet: inſtat: indagat: exquirit. Melior. Reuocata mente ad meliorem i iuſtioremq; ſententiã mitior. Minyas reuocet: Ad ſe uocet minyas: quibus ediſſerat uerba benigniora. Quęrens. Et obambulat ſdribus Medea Iaſonis ora quęrẽs. Mœret. Lachrymatur: dolet. Defecta. Deſtituta: derelicta: A uerbo deficio. Refugit. Tanq̃ ad aſillũ: qd uirgines deſertę aut mœſtę factitare ſolẽt: et nutrices auctore Papinio magis amare q̃ parẽtes. Silet. Pudore affecta. iuxta illud horatianum. Parũ decoro inter uerba cadit lingua ſilentio. Recedẽs. a gremio ſororis puellariter luſitãs. Vt. quo nã pacto. Circen rapuere. Draconibus alatis Circe in altũ ſubuecta contulit ſe circeios in orã italicam. Ex Apollonio qui inquit.

ἤδειν γάρ ποτε πατρὸς ἐν ἅρμασιν ἠελίοιο
δινεύσας ὅτ᾽ ἐμεῖο κασιγνήτην ἐκόμιζεν
κίρκην ἑσπερίης εἴσω χθονός.

Vides Rhodium curribus ſolis patris Circen auectam in Heſperiam innuere: Draco enim ſymbolon eſt anni: et Aeſculapio. i. ſoli conſecratus: qd oculatiſſimus ẽ ut ſol: quem omnia uidere cõminiſcitur Homerus et audire quoq;. Miſeranda. Medea tanto uulnere accepto modo cum ęqualibus puellis uerſatur: ac tuendo: ſermocinando expleri neq̃t: amore ſaucia: amẽs: amãs: qui amor garrulos facit. Expleri. Viſu et animo. Sic aſſueta. Comparatiõ

Fertq; referrtq; pedem: tumido quam cogit Erinnys
Ire mari: phariaq; uocant trans aequora matres
Circuit haud aliter foribuſq; impendet apertis
An melior Minyas reuocet pater: oraq; qua tens
Hoſpitis: aut ſolo mœret defecta cubili:
Aut uenit in charæ gremium refugitq; ſororis.
Atq; loqui conata ſilet: rurſuſq; recedens
Quærit: ut Aeæis hoſpes conſederit oris
Phrixus: ut aligeri Circem rapuere dracones.
Tum comitum uiſu fruitur miſeranda ſuarum:
Explerique nequit: ſubitoq; parentibus hæret
Blandior: et patriæ circunfert oſcula dextræ:
Sic aſſueta thoris: et menſæ dulcis herili
Aegra noua iam peſte canis, rabieq; futura
Ante fugam totos luſtrat queribunda penates.
Tandem etiam molli ſeſe ſimul increpat ita.
  Pergis ait demens teq; illius angit imago
Curaq; qui profuga forſan tenet alta carina,
Quiq; meum patrias referet nec nomen ad urbes.
Quid me autem ſic ille mouet, ſuperet ne labores
An cadat: et tanto turbetur gręcia luctu?
Saltem fata uirum ſi iam ſuprema ferebant
Iuſſus ad ignotos potius foret ire tyrannos.
O utinam et tandem non hac moreretur in urbe.
Nanq; et ſidereo noſtri de ſanguine phrixi

Medeę furore Cupidinis amentis: domum totam luſtrantis: omnibus arridentis: blandientis ſolito blandius: cani ſimilis: quam Hydrophouia hoc eſt rabies agere incipit: in primo mali ueſtibulo caudã iactat omnibus et blanditur: mox incaleſcente morbo obuia cuncta turbat et uexat. Dulcis. Mitis et placata eſt canis. Noua peſte. Nouo morbo uix ante illam notidum impreſſo uitalibus. Ante fugam. anteq̃ fugetur domo a domino deprehendente rabiem. Luſtrat. Circuit. Queribũda. Murmure ac hirritu rabiem prodens. Canis enim rabidę: eſt ore aperto uagari: omnibus blandiri: quos mox impetit. De rabie: quam gręci hydrophouian appellant: latini cum Ouidio formidatas aquas: plura alibi ſcripſimus: hũc ſtilo utor deſultorio. Ornari res ipſe negat contenta doceri. Molli. Cerea: flexibili: commutabili: non plumbea: ſed plumea ut ſunt irę amantium. Cicero in hac ſignificantia libro primo epiſtolarum ad Atticum uocat mollem animum Quinti fratris ad iram ſuſcipiendam et deponẽdã: cuiuſmodi aſſerit idẽ ſidem eſſe animos optimorum uirorum. Increpat. qd peregrinũ amet. Pergit. Nauigat O demens Medea Iaſon ſulcat mare: et tu inaniter amas fugientem uel fugiturũ. Illius. Fugitiui ac peregrini Iaſonis. Qui legũt pergis interpretanť pſeueras ne Medea amare peregrinum: et ita habẽt antiqui libri. Angit. cruciat unde angina. Imago. Recordatio obhęrẽs mẽti. Cura. Deſiderium. Reprehẽdit ſe Medea qd amet hoiem peregrinũ: qui nihil ſibi pdeſſe põt. Tenet alta. nauigat. Nec nomẽ. cum in patriã ſe recipiet Iaſon: uedũ me: ſed nec nomẽ meũ recordabiť. Quid me mouet. reprehẽdit ſe ipſã

Hydrophouia.
Amãs cani rabido ſimilis.
Aquę formidatę.

AA

q̃d ita amet et afficiatur Iaſoni iuueni incognito et peregrino. Imitatur Apolloniũ ſic in tertio ſcribẽtẽ. τίπτε.με δείλην τόδ᾽ ἔχει ἄχος; εἴθ᾽ ὅγε πάντων φθίσεται ἡρώων προφερέστατος. εἴτε χερείων. Quid nã me miſerã hęc habet cura? ſiue hic omniũ heroum pręſtantiſſimus pereat uel iacturam patiatur. Luctu. Morte ducis pręſtantiſſimi. Sororem. Chalciopen. uelat honeſti pretextu culpam: uelut ſit auxilium Iaſoni latura ut ſorori placeat. Seq̃ ait.

Dicitur: et c aram uidi indoluiſſe ſororem.
Seq̃ ait has iuſſis actum miſer ire per undas,
Aut redeat quocunq̃ modo: meq̃ iſta precari
Neſciat: atq̃ meum non oderit ille parentem.
Dixerat hæc: ſtratoq̃ graues proiecerat artus.
Si ueniat miſerata quies: cum ſæuior ipſe
Turbat agitq̃ ſopor. ſupplex hinc ſternitur hoſpes:
Hinc pater illa. noua rumpit formidine ſomnos:
Erigiturq̃ thoro: famulas charoſq̃ penates
Agnoſcit: modo theſſalicas raptata per urbes.
Turbidus ut pœnis cæciſq̃ pauoribus enſem
Corripit: et ſæuæ ferit agmina matris Oreſtes.
Ipſum angues: ipſum horriſoni quatit ira flagelli.
Atq̃ iterum infeſtæ ſe feruere cæde lacenæ
Credit agens: falſaq̃ redit de ſtrage dearum
Feſſus: et in miſeræ conlabitur ora ſororis.
His ubi nequicquam nutantem colchida curis
Iuno uidet: nec dum extremo parere furori:

Miſeratur Iaſonem: quem inquit ad litora colchica non ſponte ueniſſet ſed coactum iuſſis et mandatis efferi Pelię. Actũ. Impulſum: coactũ. Miſerere per umbras. lege. miſer ire per undas. Miſellus hic Iaſon impulſus ẽ nauigare per hoc mare ponticum uiolentia iubentis tyranni. At redeat. In patriam reuertatur uel ope noſtra. Iſta p̃cari neſciat. Precor illi incolumitatem: ſed ipſe neſciat. Volo neſcientem iuuare: nec uideri ſuppetias attuliſſe. Nõ oderit. Barbariem patris mei non oderit expertus meam clementiam. Strato. Lectulo curarum cõſcio. Graues. ęgros ac amore ſaucios. Si ueniat. ſi forte ueniat captura quietem curarũ expultricẽ. Sternit. Genibus accidit: obuoluitur ad pedes Iaſon opem imploraturus. ita ſibi apparebat inſomnis. Agnoſcit. Ante oculos uidet credens amiſiſſe prius ſomno eam fallẽte. Modo. Paulo ante cũ ſe quieti dediſſet. Raptata. Quę inſomnis uidebaẽ rapi. Nam ut Claudianus inquit. Omnia quę ſenſu uoluuntur uota diurno Tempore nocturno reddit amica quies. Cum mens Medeę eſſet amore ſaucia: alternaret: hęreret: in freto ac ſalo mẽtis ęſtuaret: ita uaria uidebat in ſomnis. Turbidus. Perterrefactus. Comparat Medeam ſomno infeſto tumultuantem horeſti: qui poſt occiſam matrem occulto terrore uexabatur: inſomoiſq̃ ferebatur inſana cogitatione modo in matrem: modo leenam impetum faciẽs. Hiſtoria famigerata eſt et cantatiſſima Horeſtem Clitemneſtram matrẽ trucidaſſe ulciſci uolentem patrem ab ea peremptum: quem dũ ueſtire ſimulaſſet interula: ueſtiuit interitu: ut iocoſe ac urbane cecinit Hieronymus. de quo Horatius. Diuiſit medium fortiſſima tyndaridarum. Pœnis. Dubitans ne pœnas det pro ſcelere cogitato. Cęcis pauoribus. Nocturno timore. Nã noctu terrebaẽ Horeſtes facibus matris: quod accidit Neroni poſt matrem confectam: et caligule noctu exclamabat: proripiebatq̃ ſe ſtratis. Enſem corripit. In furias ut hoſtes armatus: quod euenit meticuloſis quibuſdã: quorum multos non cacodęmon: ut aiunt: ſed melancholia et atra bilis agitat. hos inſomnioſos Cato uocat: quamuis dormire nequeuntes aliqui dicant inſomnioſos appellari. Eſt enim inſomnia uigilia: qua uoce Plautus utitur in mercatore fabula: Gelius libro ſexto. et Maro ſi Seruio credimus Anna ſoror quę te ſuſpenſam inſomnia terret. fœmininũ eſt. Agmina matris. furias et diras: quę cõcomitatę Clytemneſtram inſtant et inuolant in Horeſtis ora. Sunt qui legunt inguina: ut ad matrẽ referant. Reclamant priſci codices. Ipſum. Horeſtem. Ira. Erinnys: irata furia. Horriſoni. Horrendo ſonitu uexans Horeſtem. Iterum. Recuſſus a ſomno et inſano ſimilis colluctatus tota nocte cum furiis reuerti ſe credit ab ſtratę lacenę duello. Feruere. calere: tumultuari. Agens. Satagens: tumultuãs.

Insomnioſi.

Insomnia.

Falſa. Imaginaria: luſoria. Dearum. Furiarum dearum inferni. Miſerę. Quę curat inſanum: Sororis. Iphigenię. Ora. Vlnas et aſpectum Iphigenię. Perinde Medea ęſtuabat: et in ora iunonis cadebat putans illam eſſe Chalciopen. Colchida. Medeam. Nequicq̃ nutantem. Non fluctuantem non uacillantem: nec amori manus dantem Medeam: immo obduratam amori non cedere. Iuno uidens amori Medeam reſiſtere: non amplius Chalciopen mentitur quoniam eludi uidet artem ſuam: ſed ſublata in auras erigiẽ ac euolat. Parere. Subdi: manus dare. Extremo furori. amoris flammis ultimis: extremum effectum: conatum: uiolentiam facturis: non ultima furoris linea Medea furebat. Sed toto quod aiunt cœlo errabat: amore ſaucia: amens amans.

Non iam. non uult amplius Iuno ementiri Chalciopen: ſed ad Venerem totius ardoris miniſtrā ire. Reſumit. iterum induit. Prius enim ut uidimus iuno Chalciopen induerat. Quando. Cum ſit qđ in pectore Medeę flamma tepet: nec eius artes ſatis polluerunt. Hebet. Hebetat᷑ et tepeſcit. Leuior mens. Animus leuiori uulnere ictus obnititur amori. Obnixa. Cōtraria et reſiſtens. Obniti ſignificat obſiſtere et reſiſtere: ut niti Ouidio. ii. metamorph. Nitor in aduerſum: nec me qui cętera uincit: Impetus: et rapido contrarius euehor orbi.

Non iam mentitæ uultum uocemq; reſumit
Chalciopes: quando ardor hebet: leuiorq; pudori
Mensq; obnixa malo: tenues ſublimis in auras
Tollitur: et fuluo Venerem ueſtigat olympo.
Sum memor: ut tantum mecum partita laborem:
Illa nimis ſed dura manet: conuerſaq; in iram.
Et furias dolet: ac me nunc decæpta reliquit.
I precor: atq; iſtum (quo me fruſtratur) amorem
Vince precor: patriis ut tandem euadere tectis
Audeat: atq; meum caſu defendere ab omni
Aeſonidem. quin illa ſacro quo freta ueneno:
Illum etiam totis adſtantem noctibus anguem:
Qui nemus omne ſuum: quiq; aurea (reſpice porro)
Vellera tot ſpiris circum tot ductibus implet:
Soluat: et in ſomnos ingenti ſoluat ab orno.
Hæc tibi non furiis: atq; ipſi cætera mando.
Tum Venus aligerum mater ſic fatur amorum.
Nec tibi cum primos aggreſſa es flectere ſenſus
Virginis: ignotaq; animum contingere cura
Deſuimus: data continuo quod cingula ſoli
Noſtra tibi: quis mota loco: labefactaq; ceſſit:

Malo. Amori: furori: ueſaniç. Sū memor. Oratio iunonis ad uenerē: qua illi gratias agit qđ ceſtū dederit: et illi obſeq nō deſtiterit: ſed cū Medea magis ac magis obduret: neceſſe ē ualidioribus impreſſionibus utatur. Vt partita. Memini quēadmodum partita es mecum tantum laborem: quātus eſt domare uirginem: magam: artificem omniū pharmacorum: quę nullis mouetur affectibus. Sūt qui ſcribūt. Sū memor: atq; meū tecū partita laborē. Sed nō placet. Illa. Medea. Conuerſa. et medea cōuerſa in irā et furias: exacerbatur ac excandeſcit qđ amat: et ut ſūmatim dicā: odit amorem. Decepta. A me ſororē agēte. Reliquit. Abiit ad coquas: et artes eludit meas. Vince amorem. Vince O Venus pollēs artibꝫ melioribus amorē Medeę: et affectū diuerſū amori tuo: et clauo clauū trude.

Quo. Amore ſuo circa diuerſa.

Fruſtrat᷑ me. Producit et in longum trahit. Patriis. Colchicis patris Aeetę. Euadere. Egredi: exire meum iaſonē ſecuta. Qui reddere emendāt non ſequuntur priſcā lectionem. Meum ęſonidem. cui ego ſummopere fauco. Quis illa ſacris. Scribe. Quin illa ſacro quo freta ueneno. hoc ſenſu. Quin illa Medea ſoluat ueneno ſacro: quo pollet: anguem totis noctibus adſtātē. Sacro ueneno. Herbis magicis: quę uenena dici ex Marone ſuperius teſtificati ſumus. Quo freta. quo ueneno cōfidit. Illū etiā. Serpentē ſoluat. Adſtantē. Prope pellē auream ſtantē. Reſpice porro. innuit ł uno et oſtendit Veneri rē oculata fide. reſpice pręterea. Implet. Complet: et ad arboris extenſionem nodi ſerpentis extenduntur. Spiris. Nodis de quibus ſupra. Circum. Quibus ornum circuit. Ductibus. Orbibus: quibus circum arborem ducitur. Soluat. Diſſoluat ac renodet.

Soluat. reſoluat ac compellat in ſomnos. locus ē in uerbo ſoluo et in eius duplici ſignificatione. prius reſoluere ſignificat religare. Secundo reſoluere eſt compellere. Ab orno. A quercu ſiue phago: in qua arbore erant ſuſpenſa uellera: quam ſerpens circumplicabat. Hęc tibi. Subintellige mando: cętera perficient amoris furię et Medea furioſa. Nam furiis. per interpoſitionem. Furiis. Ardoribus amoris illam uexantibus et nolentem amori manus dare cogētibus. Amatores callidi iactare prouerbio ſolent ſe ſe indicare amorem amiculę: cętera mandare cupidini: qui noctu ac diu ignem ſuſcitare nō ceſſat. Ipſi. Fœminę inconſtanti: ac amoris mancipio: ex Ouidio. Fortunę cętera mando Quę regat: et melius q̄ tu tibi conſulat opto. Aligerum. Aligerorum. mater aligerorum amorum ſic reſpondet iunoni. Nec tibi. Reſponſio Veneris iunoni: qua pollicetur operam ſuam ad Medeam inflāmandā: nec negatiuā particulā iūge cū deſuimus. Aggreſſa es. molita es et cœpiſti. Virginis. Medeę. Ignota. ordo. Nec deſuimus cū aggreſſa es cōtingere animū uirginis ignota cura. Flectere. in amorē reſoluere. Senſus primos. primā cogitationē et animū Medeę. Animū cōiūgere. inficere mētē. Ignota cura. Amore a uirgine ignoto: quē Medea nō nouerat: quem nō experta fuerat. Data. Oſtēdit nō in tpē defuiſſe iunoni Venerē. Cingula. Ceſtū ueneris intelligit: in quo cūcta ſunt amoris illicia. Quis. quibus cingulis. Mota loco. cōcuſſa ē ipſa Medea. Labefacta. Exagitata: cōuulſa a pertinacia uirginitatis tuendę. Ceſſit. Victas dedit in iura noſtra manus; et artificiis noſtris diu luctata ſuccubuit.

indica amorem: cętera cupidini manda.

Haud ſatis eſt. Sed quoniam uideo non eſſe ſatis nec ſufficere ceſtum noſtrum: duriuſculaq; ut eris Medea. me ipſam accingam ad opus: peruincā uirginem: ut ultro petat Iaſonē. Ipſa opus. opus eſt me ipſa uenere ut ferreū puellę pectus emolliā. Sūt qui ipſam legūt hoc ſenſu. opus difficile et arduū et cunctantia pectora poſcūt me ipſam. Quidā ſcribūt: ipſum opus. Priſca lectio habet: ipſa: in ablatiuo caſu.

Haud ſatis eſt ſed me ipſum opus: et cunctātia poſcunt
Pectora me dubiuſq; pudor: iam fœdera faxo
Aeſonii petat ipſa uiri: metuatq; morari.
Tu face luciferæ citus ad delubra Dianæ
Deueniat: ſacras ſolita eſt ubi fundere tedas
Colchis: et æquali dominam luſtrare caterua.
Nec te nunc Hecates ſubeat metus: ut mea forte
Impediat: nec enim eſt tanti. quin audeat opto.
Continuo tranſibit amor: cantuq; trilingui
Ipſam flammiferos cogam compeſcere tauros.
Amplexuq; petit. uolucrem tunc aſpicit irim:
Feſtinanſq; iubet monitis parere Diones.
Et iuuenem Aeſonium prædicto ſiſtere luco:
Protinus hinc iris Minyas: cytherea petiuit
Colchida: caucaſeis ſpeculatrix Iuno reſedit
Rupibus: attonitos ææa in mœnia uultus
Speq; metuq; tenens: et adhuc ignara futuri.
Vix primas occulta Venus proſpexerat arces.
Virginis: ecce nouus mentem perſtringere langor
Incipit: ingeminat commotis queſtibus æſtus.
Ergo iterum ſenſus uarios ſuper hoſpite uoluens
Mœret: et abſenti nequicquam talia fatur.
Si tibi theſſalicis nunc ſi tua forte uenenis

Cūctātia. Nō cito amori cedētia. Dubius pudor. Virginitas quo ſe flectat ignorās: qui huc et illuc faciliter impellitur: neſciens quo inclinet. Fœdera. Cōnubia. faciā ut ipſa ſponte tędas petat iaſonis.

Morari. Tarde petere. Tu face. Tu iube O Iuno. Luciferę dianę. in luco Hecates: qui erat Dianę conſecratus de quo ſupra diximus. Faces. n. iunonem pręcedebant.

Citus. Iaſon. nomen p aduerbio. Fūdere. Vētilare medea. Aequali. Virginibus ęquęuis ſacra facere Dianę cū uirginū choro. Luſtrare. Circuire. Nec te nūc. Senſus eſt. Non uereri Hecaten mea cōſilia: et cępta tua turbaturā. non enim eſt tanti: in cœloq; non tantū poteſt ut mea cōſilia puertere poſſit et tua.

Hecates metus. Noli Hecaten timere. Mea. cōſilia in amorē puellam compellendi. Nec me ętati. Scribe. Nec. n. eſt tāti. nō eſt tanti pretii nec auctoritatis numen Hecates ut nobis ſummatibꝫ deis reſiſtere ualeat. Quin. Affirmantis eſt. profecto cuperem ut Hecate auderet: ego cogerē illam amare iaſonē.

Audeat. Obicere ſe conatibus meis. Cōtinuo. Statim. Trāſibit amor. in Hecatē. Trilingui. Carmine trigemino. Hecate triceps eſſe creditur. Amplexumq; pati. Iaſonis cōcubitum mortalis cū dea: quod ē diſpar et reſpuēdū. Priſcum exemplar habet. Amplexuq; pati. Et cogam Iaſonem Hecaten inire. Sed ſuperfluū ē hoc Hemiſtichion.

In codicibus qui Pomponi Lęti fuerunt: hoc ordine codex defectus reſtitutus eſt.
Ipſam flammiferos cogam compeſcere tauros
Atq; nouam ſegetem ardenti decidere ferro
Peruigilem ſomno claudentem uicta draconem
Lumina conſpicies. Lęta eſt iuno. inde reſurgit
Amplexuq; petit. Volucrē tūc aſpicit irim. Hoc ſenſu. Si mihi ſe oppoſuerit Hecate cogā eā amore cōpeſcere tauros: et ardēti enſe cōfligere cū terrigenis: dente ſato draconis: ex tellure genitis. Nouā ſegetē. armatos terrigenas fratres. Ardēti. Adhuc feruēte ex igne naribus taurorū manante. Victa. carmine hecatęo expugnata: coactaq; ſe in ſomnū reſoluere. Lęta ē Iuno. Reſpōſio ueneris operā gratuitā pollicētis. Inde. Mox. Amplexu petit. Venerē ei amicā operā pollicētē. Irim. Nūtiū iunonis de quo in cōmētariis Lucretianis affatim diſſeruimus. Feſtinās. Satagens Iuno ac operi intēta. Diones. Veneris irim: ut uidelicet citus illuc in Dianę lucū ſe conferat iris: et una iaſonē adducat. Hinc. Dehinc. Iris minyas. Petiuit. Colchida. Medeā. Aeea in mœnia. Vbi erat Medea cū patre: quā ſupra ciuitatē ſolis intueri uidetꝛ: de qua loquētes uiſi ſumus hęſitare i noie. Spe metu. Sperās et metuēs. Langor. Mœror et hebetudo ſenſuum. Ingeminat. Multiplicantꝛ. Aeſtus. ignes et ardores.

Voluēs. cogitās. Abſenti. iaſoni. alloquitꝛ abſentē iaſonem. Si tibi. Miſeratꝛ iaſonis mox perituri Medea inquiēs. O ſi forte cōiux tibi ferret auxilium: ſi qua ē tibi iaſon uel mater cantamine theſſalico: ego iubēs facerē: ſed uirginem nō decet pro iuuene peregrino curam gerere. Venenis. Herbis et carmine. Nam Theſſalia magicis herbis ſcatet auctore Lucio Maudaurenſi in mileſiacis.

Si qua é. quoniá adhuc cęlebs erat Iaſon. Quidue tuos. Si haberes matré uel uxoré adiutrices: ego fleré tuos labores tantú: ſed quoniá cares utraq; fletu poſito opus é opere et ope. Alii ſcribút poſſum: ſuperiori iúgétes. Vtinam mater et ſoror hic adeſſent tibi: ego uirgúcula quid poſſum iuuare labores tuos? quaſi dixerit nihil. Quo potero fletu iuuabo. Hoc ſatis. Sit ubi O Iaſon plura nó ualeo dare. Ipſa etiá. Sed dubito ne nó ſolú caſus labores: ſed infortunia ſuprema ſpectare cogar: et morté tuá. In defecatis codicibus non priſcis: ſed a Lęto emédatis habet. Hei mihi ne caſus etiá ſpectare ſupremos. Supremum caſum morté uocamus. Iterum. Quoniam prius credidit ſe cógredi cú ſorore Chalciope. Cómes ire. ad uidédú pugná Iaſonis cum tauris et fratribus terrigenis et Iaſone.

Quid ue tuos uirgo poſſim niſi flere labores?
Hoc ſatis ipſa etiam caſus ſpectare ſupremos:
Atq; iterum duræ cogat comes ire ſorori.
Et nunc ille ſui non quenquam ſorte moueri:
Non ullum meminiſſe putat, cunq; omnibus odit
Me quoq;. ſi quando fuerit tamen ulla poteſtas.
Illum ego qui diris cinis ultimus hæſerit aruis,
Oſſaq; quis tauri: ſæuuſq; pepercerit ignis:
Componam, ſedemq; dabo: fas tunc mihi manes
Dilexiſſe uiri. tumuloq; has reddere curas.
Dixerat. ecce thoro Venus improuiſa reſedit.
Sicut erat mutata deam: mentitaq; pictis
Veſtibus: et magica Circen titanida uirga.
Ipſe uelut lenti fallatur imagine ſomni
Hic oculos incerta tenet: magniq; ſororem
Paulatim putat eſſe patris. tum flebile gaudens

Durę. Chalciopes ferreę: quę nihil caſibus affinis Iaſonis mouetẽ. nulla pręſidia: nulla parat arma pro tuédo gentili cóiugis. Et núc ille. me miſeram qđ Iaſon putat uos oés cum patre eú odiſſe: unde fortaſſis et mecú de odio certat: cú ego illú non oderim: ſed feruéter amé. Sui ſorte. Eméda ex antiqua lectione. Sua. uel pp uocalitaté ſonoritatéq; meliuſculá. Sorté uocat códitionem et fortuná iniquá. Nó queq̃. nemi né noſtrú. Meminiſſe. ſui. Putat. Iaſon. Me quoq;. quoniá cogitat me illú odiſſe. Si quádo. mollis ac cęreus aius uirginis ad miſericordiá uergit et inquit: tamé ſi mihi fuerit ulla poteſtas unq̃ cum alia ope iuuare iaſoné nó ualeá: eius oſſa telluri cótegá: et ſepultura donabo. Si quádo. Si aliquádo. Fuerit. Affulſerit mihi. Vlla poteſtas. Aliquid facultatis. Illú. Cineré. Qui. Cinis. Vltimus. Supremus. Ex cadauere ſupremo reſtás. Hęſerit. Cóſederit: remanſerit. Oſſa componá. Collecta ſepeliam. Ouidius. Componi tumulo non inuideatis eodé. Quis. quibus oſſibus. Tauri. Pepercerunt nó ignibus in cineré redegerunt. Sęuus. Magicus: et immanis. Sedé. Tumulum. Fas túc mihi. Erit mihi licitum manes pios uiri diligere: etiá non prohibente patre. Manes. ita uocaut animę illorú qui pie uixeút. Aliqui Agathodęmonas a platonicis uocatos intelligút uel Eudęmonas: quos genios latine dici platonicorú facundiſſimus Apuleius credidit: quos una cum cacodęmone corpori aſſiſtere Plotinus docet: et nos alibi recenſuimus. Certe in Romanis inſpectionibus uidi pueros duos aligeros ſepulchris appoſitos in frontis lapideiſe ſe blanditer amplecti: quod ſignificat: Eudęmona geniúq; alterú abiuratis animę: cuſtodię cuius erant addicti clauſtris: in libertatem euolare: ueteris ſeditionis: dum corporeo hęrerent ergaſtulo: prorſus oblitos. Eoſdé modo uideo cęreis accenſis in lateribus ſepulchri marmoreos: ſed illis reflexis: et in terram conuerſis: ut mox luce migratura: quo ſignificatur lucem et animá poſiti: ſepultiq; euolaſſe: et lampadem in ſtadio uitę ſequenti curſori iam tradidiſſe: capite in alterum humerum paulum deflexo: uultu indignato et miſericordi: totius corporis langore cóſentiente: ocellis flendo turgentibus. Quales ad circú flaminiú in hortulo cognominis mei Almadiani uiri doctiſſimi: in oiq; uitę colore terſiſſimi: uidi; quo Roma nec comiorem: eruditiorem: officioſiorem habet: aut habiturum eſt poſterum ſeculum: quem omnes togatum Socratem uocant: ad cuius ęmulationem properant ſi qui frugi eſſe ſtudent. Qui memor dis: patrię penatibuſq; ſe debere: nunc: prius tamen altrice urbe magnificentiſſimis ędibus ac prętoriis illuſtrata: patriam Vetuloniam templo longe conſpicuo decorat: ac ędibus cótiguis hoſpitio muſarum conſecratis: exornat. Tumulo. Oſſibus tumulati Iaſonis. Curas. Amores meos ac ſollicitudines: quas pro illo nunc patior et ſubeo. Mutata deam. quę ſe prius in Circé deam mutauerat. Mentita. Adulterinis indumentis effingens. Titanida. Titanis. i. Solis filiam. Titanes fuiſſe gigantes patres ſtellarum alibi diximus: unde a Marone dictum eſt. Titaniaq; aſtra Spiritus intus alit. Ipſa uelut. Puella Medea cum primum Circem uidit aduenientem ut recén expercta ſomno miratur illam adeſſe: tamen quoniam non uidet eſſe imaginem ſed corpus: illam propere complectitur.

Componere oſſa.
Agathodęmones.
Eudęmones.
Dęmonú amplexus.
Cęrei in ſepulchris reflexi.
Almadiani Vetuloni laus.
Togatus Socrates.
Titanes.

Hic. Tunc. Alii legunt ſic. Repugnat exemplar: et frigidum uidetur. Flebile gaudens. Cum gaudio lachrymas emiſit: quod ſępe ſolet euenire ut nimio gaudio perfuſi illachrymemus. prouerbialiter dicitur. Lachryma de gaudio. ut legimus gaudio periſſe plures q̃ lachrymis.

Seuę diuę. Veneri quę in exitiũ ſuum has fallacias molitur. Dura tuis. Quę cognatos tuos aſpernaris: et Heſperiam manis habitare q̃ Pontum. Mora gratior. Cur libentius moraris alibi q̃ nobiſcũ.

Oris patriis. Regione patrię noſtrę. Ante. Prius q̃ ueneris ad nos quidam hoſpites theſſali huc appulerunt: et narrat rem totam tanq̃ neſciat. Fruſtra. Quoniam pater brauium denegat et premium.

Brauinm. Brabeutę. Maſtigonomi. Rhabdonomi. Rhabduchi Deſignatores. Codex Iuriſperitorũ emẽdatus.

Eſt enim Brauium: ut obiter hoc diſcas: corona et premium: quod uictoribus datur. gręci βεαβεῖυ dicũt: unde brabeutę: qui ludis gymnicis pręerant: quos gręci maſtigonomos: Rhabdonomos: et Rhabduchos appellant: ut auctores ſunt Suidas et Pollux. Vlpianus iuriſconſultus libro tertio digeſtorum de his qui notantur infamia deſignatores appellat: codice tamẽ nimium deluxato: quem in ſeriem ac lucem ſuam ſi redigam operępretium faciam. Scribit igitur ſic Vlpianus. Athletas autẽ Sabinus et Caſſius reſponderunt omnino artem ludicram nõ facere. Virtutis enim gratia hoc facere: et generaliter ita omnes opinãtur: et utile uidetur: ut neq; Timelicis neque Xuſtici: nec Agitatores: nec qui mappam equis ſpargunt: cęteraq; eorum miniſteria: quę certaminibus ſacris deſeruiũt: ignominioſi habeantur. Deſignatores autem quos gręci βεαβεύτασ appellant: artem ludicram non facere Celſus probat: quia miniſterium non artem ludicram exerceant: et ſane locus iſte a principe hodie pro non modico beneficio datur. Nos in plautinis commentariis in Penulo olim docuimus: Beroaldum noſtrũ nimis arcte cępiſſe deſignatoris ſignificationem pro his: qui funebribus ludis pręſunt appellando: cum uel Plautus doceat ad omnia referri poſſe: quod et Iuriſconſulti uerba nunc probant. Qui enim ſcenam ornabant: et uirga et ſceptro theatra et cuneos moderabantur: populum tumultuantem in caueis compeſcebant: ut nunc cęrimoniarum magiſtri ſolent: deſignatores appellabantur. Nã βεαβεύειν eſt conſtituere Iſocrati in Panegyrico: unde brauium et brabeutę qui locum conſtituebant et deſignabant: et uictoribus coronam dabant: ab hoc uerbo appellati ſunt: deſignatores latine.

Proſiluit. ſęuęq; ultro tulit oſcula diuę.
Ac prior: O tandem uix tandem reddita Circe
Dura tuis: quę te biiugis ſerpentibus egit
Hinc fuga? quę ue fuit patriis mora gratior oris?
Ante et theſſalicę phaſin petiere carinę?
Perq; tot infelix fruſtra uada uenit Iaſon
Quam patrię te mouit amor. tum cętera rumpit
Occurritq; Venus, tu nunc mihi cauſa uiatum.
Sola tuę uenio (iam pridem ignaua) iuuentę.

Timelici. Xuſtici. Xyſtos. Hypethrę ambulationes. Xyſta. Paradromides. Hippodami. Mappam ſpargere. Pro Ouidio. Certamina ſacra quatuor. Hieronicę Archias enarratus.

Timelicos alibi docuimus hiſtriones gręce dici et Ludiones. Xuſtici pro xyſtici more pronunciandi romanorum: qui. u. per. n. proferebant: ut patet in Sulla et Amphitruone: uocantur certatores: qui id munus exercebant in xyſto. Pollio Victruuius libro. vi. Architecto: ſic ſcribit. Xyſtos enim gręca appellatione porticus ampla latine dicit: in qua Athletę per hyberna tempora exercent. noſtri Hypethras ambulationes xyſta appellant: quas gręci Paradromidas. De xyſticis meminit Tranquillus in Auguſto. Non me pręterit xyſticos neſcioquos ab xyſto haſtili uocare Agitatores et Aurigas et Hippodamos. Mappã equis ſpargere dicit ille: qui equis in carceribus diſpoſitis ad currẽdi procinctum reſoluit mappã ac effundit: quod erat ſignum quo equi ad curſum mouebantur. De qua Martialis. Cretatam prętor cum uellet mittere mappam pręton mappam ſuſtulit Hermogenes. Nec ego putem pręrorem manu propria ſolitum mappam mittere: ſed lictorẽ uel lictores iuſſu pręroris. Nã pręror ut pſona publica dũ ipſe facere quid cogit: per officialẽ ſuũ facit. Huic cõcinit illud Satyri. Megaleſiacę ſpectacula mappę Idęũ ſolenne colũt. Ouidius anguſtia carminis elegi circũſcriptus i amoribus: Togis nõ mappis inqt i hęc uerba. Et date iactatis undi quſigna togis. Martialis lib. xii. Certamina ſacra ſũt quatuor dicata Ioui: Apollini: Palemoni: et Archemoro: de qbus poeta meminit Archias: Pli. in uariis locis: et Lutatius Papinianus interpres. hęc ſacra certamina Plinius appellat reſpiciẽs uerbum gręcum. Nam gręci hieronicas appellant: qui ſolebant non ſe: ſed patriã coronare ut in libris gręcorum epigrammatũ reperies: et apud Plinium ingenii togati principem libro ſeptimo. Pręmia horũ ludorũ erant oleaſter poma: apiũ: pinus. Per poma olim conieci laurũ baccatiorẽ intelligi hoc ẽ maiores ferentẽ baccas qua coronabãtur hieronicę: nũc intelligo uere de pomis: quoniã legi apud Lucianum in dialogo de gymnaſiis hieronycarum pręmium fuiſſe olympię coronam ex oleaſtro. Apud iſthmum ex pinu. In nemea ex Apio. In pythiis mala ex fano Apollinis. Athenis uero in panathenęis oleum. Quis patrię te mouit amor. Sed cur nunc in patriam rediiſti: et noua te patrię dulcedo tetigit.

Cętera rumpit. Reliquo ſermoni Venus interpellat et interloquitur: neq; ſinit Venerem ulterius ſermonem extendere. Occurrit Venus. Verba ſermocinantis amputat: et occurrit dicendis. uicem Medeę implet. pro Medea loquitur. Venio. Subintellige cauſa. Venio et cauſa ueniendi eſt iuuenta tuę quam per ignauiam traducis. Iampridem ignaua. Supple fuiſti. nec iuuentutem exercuiſti. Per interpoſitionem hęc dicuntur. Iuxta illud ouidianum.

Infelix cui torpet hebes locus ille puella
Quo pariter debent fœmina: uirq; frui.

Cętera parce queri. querela tua uerſari debet circa tempus amiſſum: cętera nihil ſunt. Quid ſi legas hos uerſus hac ſerie. Tu nunc mihi cauſa uiarum Sola. Subintellige es O Medea: et ueni queri te eſſe ita ignauam circa tuam iuuentutem. Cętera parce queri. Cętera omitte mecum conqueri: et qđ ego fugi patriam: et meos declinem. Querere te inutiliter ęuum conſumere: nec reprende me qđ ductus Heſperia patria meliori: illam ſum ſecutus: cōtēpta ęa patria rigoribus ęternis: pruiniſq; damnata. Meliora. Circeios meliorem patriam. Argue. Reprehende. Repetentur. a me: mox paulo Italia repetet. Munera diuum. Prętoria et uiridaria mea: quę in Auſonio orbe poſſideo: quę rura florida: felicia: et amœna diuũ munera uocat. Omnibus. Ouidiana ſententia in faſtis.

Omne ſolum forti patria eſt: ut piſcibus ęquor: Vt uolucri uacuo quidquid in orbe patet.

Omne ſolũ forti patria.

Medea apud Ciceronem inquit multos patria procul bene rem geſſiſſe: in patria uixiſſe inglorios. ſententia Ariſtophanis in Pluto. Deos. penates. Inde. Ex eo loco te dicas oriuudum. Redeuntq;. Scribe. Qua redit: itq; dies. Omnis orbis ab oriente ad occidentem eſt patria bonorum. Ii poſuit pro uenit: plautine. O nata. Non erat filia ut pote quam hic poeta ſororem Aeetę uocat: ſed blandientis uerba ſunt. Malignus. menſis. Pro tempore uel menſe: qui quãuis alibi foret ęſtiuus: apud illas gentes erat rigidiſſimus. Cluſerit. Clauſerit. Sub uno frigore. Par ſemper frigus populos infeſtat: apud quos non uiolę: non roſę: nihil amœnum naſcitur: nulla eſt ęſtas ut teſtatur Ouidius. Fas mihi. fuit. ego ex colchica regione diſceſſi: et tu pariter diſcedere debes. Non habiles. Inhabiles et non aptos ad habitandum propter rigorem immodicum. Sunt qui: humiles: ſcribunt priſco codice repugnante. Pici. Picus equũ domitor amauit Circen: a qua mutatus eſt in auem Picũ: quem regia uirga tactum: ut inquit Maro: uerſumq; uenenis Fecit auem Circe: ſparſitq; coloribus alas. Ibi. in Italia. Hęc proœconomia non reſpondet Apollonio Rhodio: qui canit Medeam in Italiam ad Circen ueniſſe ut cum Iaſone ab Abſyrti cęde luſtraretur: et a Circe tandem luſtrata fuit: etiam obiurgata hoſtiliter. poſſemus reſpondere poſtea Medeam cognouiſſe hanc non fuiſſe Circen: ſed ſimulacrum imaginarium: quod ęſchrologi potius q̃ philologi barbari phantaſticũ uocant.

Picus.

Simulacrũ imaginariũ

Regia. Picus erat terrę italię regulus. Horriferis. Minacibus et ignıuomis ut ſunt hi noſtrates: ſed tauros habeo domitos et cicures: triones: coloni ſui ſedulos ſocios. Ariſtoteles in problematis inquit boues non tuſſire: Thuſci. Thyrrheni: litoris circęi: quod a Marone libro ſeptimo deſcribitur. Miſeranda. O miſella Medea traderis Proco barbaro uel albano: cuius clienta potius q̃ uxor eris: et concubinis: quas multas habent: ſeruies. Proci. Subintellige ſunt: Sarmatę te precantes: ſed q̃ turpes q̃ barbarici ac immanes: fetore pleni: illuuie ac pedore. Vadis. nuptui traderis. Ibero. Coniux futura. Iberes et Iberi: ut poetę ſunt populi Scythię: de quibus ſupra prope Albaniam: unde Styrus oriundus erat Medeę maritus. Coniunx non una. Geloni principes: qui mos eſt regum orientis: plures habent uxores uel Propertio teſte. Felix cois lex funeris una maritis: Quas aurora ſuis rubra colorat equis. Nãq; ubi mortifero iacta eſt fax ultima lecto Vxorum fuſis ſtat pia turba comis: Et certamen habent leti quę prima ſequatur Coniugium. Pudor eſt non potuiſſe mori. Illa. Medea. Virgo patrię charitatis memor ac uirginitatis ſpernebat deę uoces. uel ſpernebat eius uoces quoniam iam ipſa loqui uolebat et ceſſare Circen. Non ita. Ne dubita Circe me Styro uel barbaricis connubiis uelle coniũgi: ne dubites ulterius. Potius amori medere meo: quem ab Iaſone concepi. Perſeidos. Matris meę ut ab illa degenerare uelim. Illos. Barbaros. Pro me. Ne in illa connubia trudar pro me timere noli. His curis. Quas pro Iaſonis amore concepi: qui etiam in nolentis animum furtim eſt illapſus. Iuxta illud qui dicũt amorem non eſſe uoluntarium ſed uiolentum.

Triones. Boues non tuſſiunt.

Cætera parce queri. neu me meliora ſequutam
Argue. quippe etiam repetentur munera diuum.
Omnibus hunc potius cõmunem animantibus orbẽ
Communes et crede deos. patriam inde uocato
Qua redit: itq; dies. nec nos O nata malignus
Cluſerit hoc uno ſemper ſub frigore menſis?
Fas mihi non habiles? Fas et tibi linquere colchos?
Et nunc Auſonii coniux ego regia pici.
Nec mihi flammiferis horrent ibi paſcua tauris.
Meq; uides thuſci dominam maris. at tibi qui nam
Sauromatæ miſeranda proci? cui uadis ibero?
Hei mihi uel ſæuo coniux non una gelono?
Illa deæ contra iam dudum ſpernere uoces.
Non ita me immemorem magnæ Perſeidos inquit
Cernis: ut infelix thalamos ego cogar in illos.
I precor: atq; unum pro me dimitte timorem.
Sed magis his miſeram (quando potes) eripe curis.

Seu diuę. Veneri quę in exitiũ ſuum has fallacias molitur. Dura tuis. Quę cognatos tuos aſpernaris: et Heſperiam mauis habitare q̃ Pontum. Mora gratior. Cur libentius moraris alibi q̃ nobiſcũ. Oris patriis. Regione patrię noſtrę. Ante. Prius q̃ ueneris ad nos quidam hoſpites theſſali huc appulerunt: et narrat rem totam tanq̃ neſciat. Fruſtra. Quoniam pater brauium denegat et premium.

Proſiluit. ſæuæq; ultro tulit oſcula diuæ.
Ac prior: O tandem uix tandem reddita Circe
Dura tuis: quæ te biiugis ſerpentibus egit
Hinc fuga? quæ ue fuit patriis mora gratior oris?
Ante et theſſalicæ phaſin petiere carinæ?
Per q; tot infelix fruſtra uada uenit Iaſon
Quam patriæ te mouit amor. tum cætera rumpit
Occurritq; Venus, tu nunc mihi cauſa uiarum.
Sola tuæ uenio (iam pridem ignaua) iuuentæ.

Brauium. Brabeutę. Maſtigonomi. Rhabdonomi. Rhabduchi. Deſignatores. Codex Iuriſperitorũ emẽdatus.

Eſt enim Brauium: ut obiter hoc diſcas: corona et premium: quod uictoribus datur. gręci βραβεῦν dicũt: unde brabeutę: qui ludis gymnicis prętent: quos gręci maſtigonomos: Rhabdonomos: et Rhabduchos appellant: ut auctores ſunt Suidas et Pollux. Vlpianus iuriſconſultus libro tertio digeſtorum de his qui notantur infamia deſignatores appellat: codice tamẽ nimium deluxato: quem in ſeriem ac lucem ſuam ſi redigam operępretium faciam. Scribit igitur ſic Vlpianus. Athletas autẽ Sabinus et Caſſius reſponderunt omnino artem ludicram nõ facere. Virtutis enim gratia hoc facere: et generaliter ita omnes opinãtur: et utile uidet̃: ut neq; Timelici: neque Xuſtici: nec Agitatores: nec qui mappam equis ſpargunt: cęteraq; eorum miniſteria: quę certaminibus ſacris deſeruiũt: ignominioſi habeantur. Deſignatores autem: quos gręci βραβέυτασ appellant: artem ludicram non facere Celſus probat: quia miniſterium non artem ludicram exerceant: et ſane locus iſte a principe hodie pro non modico beneficio datur. Nos in plautinis commentariis in Penulo olim docuimus: Beroaldum noſtrũ nimis arcte cępiſſe deſignatoris ſignificationem pro his: qui funebribus ludis pręſunt appellando: cum uel Plautus doceat ad omnia referri poſſe: quod et Iuriſconſulti uerba nunc probant. Qui enim ſcenam ornabant: et uirga et ſceptro theatra et cuneos moderabantur: populum tumultuantem in caueis compeſcebant: ut nunc cęrimoniarum magiſtri ſolent: deſignatores appellabantur. Na βραβεύειν eſt conſtituere Iſocrati in Panegyrico: unde brauium et brabeutę qui locum conſtituebant et deſignabant: et uictoribus coronam dabant: ab hoc uerbo appellati ſunt: deſignatores latine.

Timelici. Xuſtici. Xyſtos. Hypethrę ambulationes. Xyſta. Paradromides. Hippodami. Mappam ſpargere. Pro Ouidio. Certamina ſacra quatuor. Hieronicę. Archias enarratus.

Timelicos alibi docuimus hiſtriones gręce dici et Ludiones. Xuſtici pro xyſtici more pronuntiandi romanorum: qui. u. per. n. proferebant: ut patet in Sulla et Amphitruone: uocantur certatores: qui id munus exercebant in xyſto. Pollio Victruuius libro. vi. Architecto: ſic ſcribit. Xyſtos enim gręca appellatione porticus ampla latine dicit̃: in qua Athletę per hyberna tempora exercent̃. noſtri Hypethras ambulationes xyſta appellant: quas gręci Paradromidas. De xyſticis meminit Tranquillus in Auguſto. Non me pręterit xyſticos neſcioquos ab xyſio haſtili uocare Agitatores et Aurigas et Hippodamos. Mappã equis ſpargere dicit̃ ille: qui equis in carceribus diſpoſitis ad currẽdi procinctum reſoluit mappã ac effundit: quod erat ſignum quo equi ad curſum mouebantur. De qua Martialis. Cretatam pręor cum uellet mittere mappam pręori mappam ſuſtulit Hermogenes. Nec ego putem pręorem manu propria ſolitum mappam mittere: ſed lictorẽ uel lictores iuſſu pręoris. Nã pręor ut pſona publica dũ ipſe facere quid cogit̃: per officialẽ ſuũ facit. Huic cõcinit illud Satyri. Megaleſiacę ſpectacula mappę Idęũ ſolenne colũt. Ouidius anguſtia carminis elegi circũſcriptus i amoribus: Togis nõ mappis inq̃t i hęc uerba. Et date iactatis undi q; ſigna togis. Martialis lib. xii. Certamina ſacra ſũt quatuor dicata Ioui: Apollini: Palemoni: et Archemoro: de q̃bus poeta meminit Archias: Pli. in uariis locis: et Lutatius Papinianus interpres. hęc ſacra certamina Plinius appellat reſpiciẽs uerbum gręcum. Nam gręci hieronicas appellant: qui ſolebant non ſe: ſed patriã coronare ut in libris gręcorum epigrammatũ reperies: et apud Plinium ingenii togati principem libro ſeptimo. Pręmia horũ ludorũ erant oleaſter poma: apiũ: pinus. Per poma olim conieci laurũ baccatiorẽ intelligi hoc ẽ maiores ferentẽ baccas qua coronabãtur hieronicę: nũc intelligo uere de pomis: quoniã legi apud Lucianum in dialogo de gymnaſiis hieronycarum pręmium fuiſſe olympię coronam ex oleaſtro. Apud iſthmum ex pinu. In nemea ex Apio. In pythiis mala ex fano Apollinis. Athenis uero in panathenea oleum. Quis patrię te mouit amor. Sed cur nunc in patriam rediſti: et noua te patrię dulcedo tetigit.

Cętera rumpit. Reliquo ſermoni Venus interpellat et interloquitur: neq; ſinit Venerem ulterius ſermonem extendere. Occurrit Venus. Verba ſermocinantis amputat: et occurrit dicendis. uicem Medeę implet. pro Medea loquitur. Venio. Subintellige cauſa. Venio et cauſa ueniendi eſt iuuenta tua: quam per ignauiam traducis. Iampridem ignaua. Supple fuiſti. nec iuuentutem exercuiſti. Per interpoſitionem hęc dicuntur. Iuxta illud ouidianum.

Infelix cui torpet hebes locus ille puella
Quo pariter debent fœmina: uir q; frui.

Cętera parce queri. querela tua uerſari debet circa tempus amiſſum: cętera nihil ſunt. Quid ſi legas hos uerſus hac ſerie. Tu nunc mihi cauſa uiarum Sola. Subintellige es O Medea. et ueni queri te eſſeita ignauam circa tuam iuuentutem. Cętera parce queri. Cętera omitte mecum conqueri: et qđ ego fugi patriam: et meos declinem. Querere te inutiliter ęuum conſumere: nec reprende me qđ ductus Heſperia patria meliori: illam ſum ſecutus: cõtēptta ęa patria rigoribus ęternis pruniſq; damnata. Meliora. Curcios meliorem patriam. Argue. Reprehende. Repetentur. a me mox paulo Italia repetet. Munera diuum. Pręcoria et uiridaria mea: quę in Auſonio orbe poſſideo: quę rura florida: felicia: et amœna diuũ munera uocat. Omnibus. Ouidiana ſententia in faſtis.

Cætera parce queri. neu me meliora ſequutam
Argue. quippe etiam repetentur munera diuum.
Omnibus hunc potius cõmunem animantibus orbẽ
Communes et crede deos. patriam inde uocato
Qua redit: itq; dies. nec nos O nata malignus
Cluſerit hoc uno ſemper ſub frigore menſis?
Fas mihi non habiles? Fas et tibi linquere colchos?
Et nunc Auſonii coniux ego regia pici.
Nec mihi flammiferis horrent ibi paſcua tauris.
Meq; uides thuſci dominam maris. at tibi qui nam
Sauromatæ miſeranda proci? cui uadis ibero?
Hei mihi uel ſæuo coniux non una gelono?
Illa deæ contra iam dudum ſperrere uoces.
Non ita me immemorem magnæ Perſeidos inquit
Cernis: ut infelix thalamos ego cogar in illos.
I precor: atq; unum pro me dimitte timorem.
Sed magis his miſeram (quando potes) eripe curis.

Omne ſolum forti patria eſt: ut piſcibus ęquor: Vt uolucri uacuo quidquid in orbe patet. Medea apud Ciceronem inquit multos patria procul bene rem geſſiſſe: in patria uixiſſe inglorios. ſententia Ariſtophanis in Pluto. Deos. penates. Inde. Ex eo loco te dicas oriundum. Redeuntq;. Scribe. Qua redit: itq; dies. Omnis orbis ab oriente ad occidentem eſt patria bonorum. It poſuit pro uenit: plautine. O nata. Non erat filia ut poſte quam hic poeta ſororem Aeetę uocat: ſed blandientis uerba ſunt. Malignus. menſis. Pro tempore uel menſe: qui quãuis alibi foret ęſtiuus: apud illas gentes erat rigidiſſimus. Cluſerit. Clauſerit. Sub uno frigore. Par ſemper frigus populos infeſtat: apud quos non uiolę: non roſę: nihil amœnum naſcitur: nulla eſt ęſtas ut teſtatur Ouidius. Fas mihi. fuit. ego ex colchica regione diſceſſi: et tu pariter diſcedere debes. Non habiles. Inhabiles et non aptos ad habitandum propter rigorem immodicum. Sunt qui: humiles: ſcribunt priſco codice repugnante. Pici. Picus equũ domitor amauit Circen: a qua mutatus eſt in auem Picũ: quem regia uirga tactum: ut inquit Maro: uerſumq; uenenis Fecit auem Circe: ſparſitq; coloribus alas. Ibi. in Italia. Hęc proceconomia non reſpondet Apollonio Rhodio: qui canit Medeam in Italiam ad Circen ueniſſe ut cum Iaſone ab Abſyrti cęde luſtraretur: et a Circe tandem luſtrata fuit: etiam obiurgata hoſtiliter. poſſemus reſpondere poſtea Medeam cognouiſſe hanc non fuiſſe Circen: ſed ſimulacrum imaginarium: quod ęſchrologi potius q̃ philologi barbari phantaſticũ uocant. Regia. Picus erat terrę italię regulus. Horriferis. Minacibus et igniuomis ut ſunt hi nõſtrati: ſed tauros habeo domitos et cicures: triones: coloni ſui ſedulos ſocios. Ariſtoteles in problematis inquit boues non tuſſire: Thuſci. Thyrrheni: litoris circęi: quod a Marone libro ſeptimo deſcribitur. Miſeranda. O miſella Medea traderis Proco barbaro uel albano: cuius clienta potius q̃ uxor eris: et concubinis: quas multas habent: ſeruies. Proci. Subintellige ſunt: Sarmatę te precantes: ſed q̃ turpes q̃ barbarici ac immanes: fetore pleni: illuuie ac pedore. Vadis. nuptui traderis. Ibero. Coniux futura. Iberes et Iberi: ut poetę ſunt populi Scythię: de quibus ſupra prope Albaniam: unde Styrus oriundus erat Medeę maritus. Coniux non una. Geloni principes: qui mos eſt regum orientis: plures habent uxores uel Propertio teſte. Felix eois lex funeris una maritis: Quas aurora ſuis rubra colorat equis. Nãq; ubi mortifero iacta eſt fax ultima lecto Vxorum fuſis ſtat pia turba comis: Et certamen habent leti quę prima ſequatur Coniugium. Pudor eſt non potuiſſe mori. Illa. Medea. Virgo patrię charitatis memor ac uirginitatis ſpernebat deę uoces. uel ſpernebat eius uoces quoniam iam ipſa loqui uolebat et ceſſare Circen. Non ita. Ne dubita Circe me Styro uel barbaricis connubiis uelle coniũgi: ne dubites ulterius. Potius amori medere meo: quem ab Iaſone concepi. Perſeidos. Matris meę ut ab illa degenerare uelim. Illos. Barbaros. Pro me. Ne in illa connubia trudas pro me timere noli. His curis. Quas pro Iaſonis amore concepi: qui etiam in nolentis animum furtim eſt illapſus. Iuxta illud qui dicit amorem non eſſe uoluntarium ſed uiolentum.

Omne ſolũ forti patria.

Picus.

Simulacrũ imaginariũ

Triones. Boues non tuſſiunt.

Vnde. a quibus curis. Aeſtus. Feruor et animi inquietudo. Quæq;. Et ab illis me eripe incédiis: quę die noctuq; perpetior. Semper. Vetuſtiſſimi codices habét. Mater, ut ſit reueréti ę nomen. adiuuat qđ Circe ſuperius illam uocauit natam. Durę. Amori non cedere deſtinatę. Arida mens eſt. Deſecta: deſtituta ilaritatibus et leuamento ſomnifico. Reporie. Reſtitue. Vt pecuniã reponere apud Plautum et Satyrum. Semper ego auditor tantũ? nunq̃ ne reponam? Diem. quieté diurnam. Noctemq; mihi. ſoporem nocturnũ animi curas exonerantem. Sic enim ſcribendum. Redde diem: noctemq; mihi. da prehendere ueſtes. Exemplar litteris fere exoleſcentibus ſic habet: quem cum Cęſar Satius Laudenſis uir in omni diſciplina ſũmus uidiſſet: exoſculatus antiquitatem: ualide comprobauit. Prehendere ueſtes ſomniferas. Stragula lectuli mei prehendere occupare: quę me dormientem inuent: et ſomnũ afferant. uel ueſtes ac amictum ſomni ſuruum: quo contacto ſtatim obdormiſcam. Componere. Sedare: mulcere: ſomno dedere. Virga. Quam Mercurius geſtat: et ea ſomnum inducit et fugat ut inquit Maro. Virgãq; capit qua pellere dulces Et ſuadere iterũ ſomnos. Mater. O Circe adhuc pio nomine illã uocat. Prodes mihi. Pręſentia tua mihi nihil utilitatis affert. Crines. Puto te furiam eſſe anguicomam. Videntũ mihi capilli tui ſurſum agi: et mille nodis inuolui: colubrinos prorſus eſſe. Collapſa in Veneris iniquę ſinus Medea flebat. Monſtrabat ignem. Oſtendebat incédiũ: quod in imo pectore geſtabat. Occupat. Anticipat oſculo eam. Furialia. In furorem ſtimulantia. Inſpirat. Incutit ac imprimit. Permiſtum odiis. Zelotypiis: ſine qbus amor radices non agit altiores. Ambit. Circũueniendo lenit. Attolle genas. Erat enim capite demiſſo Medea plorabunda: ut Cebes in pinace luctũ intra genua fingit habere caput impreſſum.

Reponere.

Cęſar Satius.

Luctus imago.

Vnde metus æſtuſq; mihi: quæq; aſpera ſemper
Perpetior duræ iam dudum incédia mentis.
Nulla quies animo: nullus ſopor: ardua menti
Quære malis noſtris requiem: mentemq; repone.
Redde diem. noctem mihi deme: adprendere ueſtes
Somniferas: ipſaq; oculos componere uirga.
Tu quoq; nil mater prodes mihi. fortior ante
Sola fui triſtes thalamos: infeſtaq; cerno
Omnia: uipereos ipſi tibi ſurgere crines.
Talia uerba dabat: collapſaq; flebat iniquæ
In ueneris Medea ſinus: peſtemq; latentem
Oſſibus: atq; imi monſtrabat pectoris ignem.
Occupat amplexu Venus: et furialia figit
Oſcula: permixtumq; odiis inſpirat amorem.
Dumq; illã uariis mœrentem uocibus ambit:
Inque alio ſermone tenet. quin hoc ait audi
Atq; attolle genas: lachrymiſq; hæc infit obortis.
Cum leuis a ſuperis ad te modo laberer auris:
Forte ratem primo fugientem littore cerno:
Qualem noſtra ſuo nunquam dimittere ponto
Vellet adhuc omnes quæ detinet inſula nautas.
Vnus ibi ante alios: qui tum quoq; pulchrior omnis
Viſus erat longeq; ducem mirabar et ipſa
Aduolat: atq; unam comitum ratus eſſe tuarum.

Obortis. Incipientibus. Laberer. Raptim deſcenderé. Auris. quid ſi oris pro regionibus? Fugientem. Celeriter currentem. Qualem. Ratem. Si hęc nauis cum tam formoſis nautis ad circeium litus appuliſſet: nunquam illam dimitterem. Ponto. Scribe portu ex antiqua lectione. Notum eſt Circen nautas omnes ad eam appellentes in uaria monſtra uertiſſe.

Noſtra inſula. Circei hoc eſt nos qui circeios colimus. Adhuc detinet. in inſula mea circeis multi nautę detinentur: et ſub diuerſarum ferarum membris ululant: et ferocem ſonum emitũt: ut libro quarto pereleganter et graphice canit Apollonius. Vnus ibi. Venus ex Circes perſona fingit Iaſonem Circen allocutum credentem amicam uel ſociam eſſe Medeę: rogaſſe ut Medeam cõueniret nomine ſuo: ut ipſum in perdomandis illis monſtris adiuuaret: quippe cum ſola Medea ſuperfuerit: quę Iaſonem iuuare poſſit: cũ Pallas et Iuno: quę ſemper eum comitatę ſunt: hic deſtiterint in ripa phaſidis: nec amplius ſolito fauore adſpirent. Ante alios. Heroas et Minyas. iũge cum omneis. pulchrior ante alios omneis.

Longe. Eminus reſpiciens quis hic eſſet. Ducem mirabar. Admirabar eius pręſtantiam cum ducem ageret: et ut cęterorum dux in naui honoraretur. Et ipſa. Etiam ego illum mirabar doctorem. Aduolat. Ad me eum mirantem celeri gradu accurrit ille. Ratus. Putás me unam ex cœnis eſſe nymphis comitibus tuis. Comitum tuarum. Virginibus regiis ſemper comites adſiſtunt.

Per tibi. Adiuro te O nympha per horrorem ſi quis eſt tibi morituri mei. Si aliquo modo horres mortem meam: et grauate fers. Horror. Subintellige eſt tibi. Morituri. Mei: qui iam iã periturus ſum: Et me. Et adiuro te per me: quẽ uideas. i. cito uidebis occurrere: obuiã ire et compugnare. Nõ meritis monſtris. Tauris: quos ego nõ mereor. Hęc precor. Dicebat Iaſon me alloquẽs. Rogo Circe hęc uerba mea referas ad aures Medeę: quam roges ut mihi ferat auxilium. Dominę. Tuę. putabat ille me unã ex uirginibus eſſe tuis.

Per tibi ſiquis ait morituri protinus horror:
Et quem non meritis uideas occurrere monſtris:
Hæc precor: hæc dominæ referas ad uirginis aurem:
Tu fletus oſtende meos. illi has ego uoces
Qua datur: haſq; manus ut poſſum a littore tendo
Ipſæ: ego quas mecum per mille pericula traxi:
Defecere deæ. ſpes et uia ſola ſalutis
Quam dederit: ſi forte dabit. ne uota repellat
Ne mea totq; animas qualis nec uiderit ultra
Dic precor auxilio iuuet: atq; hæc nomina ſeruet.
Si pelopis duros prior Hippodamia labores
Expediit: totq; ora ſimul uulgata procorum
Reſpiciens tandem patrios exhorruit axes.
Si dedit ipſa neci fratrem Minoia uirgo:
Cur non hoſpitibus fas ſit ſuccurrere dignis
Te quoq; et Aeæos iubeas miteſcere campos?
Occidat æterna tandem Cadmæia morte
Iam ſeges: et uiſo ſpumantes hoſpite tauri.
Hei mihi quod nullas hic poſſum exoluere grates.

Tu. O Circe. Fletus. Lachrymas quibus effuſis illã roga manibusq; ſupplicibus ut opem ferre uon indignetur. Illi. Medeę tendo et porrigo has uoces ut abſentes alloqui poſſumus et fingere ebriam. Qua datur. Ea uia et ratione qua conceſſa eſt: ut poſſum: quaſi innuere nellet libentius Medeę porrigerem ſi liceret. Ipſę deę.. Iuno et Pallas. deſtitutus ſum fauore duarum dearũ: quę me hucuſq; comitatę ſunt: ſoli nunc hęreo fauori Medeę. Traxi. Duxi uelut inuitas: uel incõmoditatem ſignificat. Defecere. Deſtituere me uni Medeę relinquentes.

Spes. Mihi eſt. una eſt mihi ſpes ſalutis in Medea. Via ſola. Vnus modus. Si forte dabit. Dubitat ne non faueat Medea: et magis inuitat. Tot animas. Heroas et argonautas generoſas animas: qui mecũ eruntincolumes. Quales. q̃ prę ſtantes et bellicoſas. Nec uidente ultra. Non ulterius: nec ſequẽtibus ſęculis eſt uiſura: quas periſſe ſinere immane piaculũ eſſe duco. Dic. Medeę. Auxilio iuuet. Illis opẽ ferat. Nomina. Tot inſignes ac fama celebres uiros. Si pelopis. Oenomaus rex Piſę Hippodamię filię nuptias illi propoſuerat: qui eum ſuperaſſet in curſu. Pelops cum eo certauit de quadrigarum pernicitate et uicit aſtu Hippodamię amore captę Pelopis: cuius fauore corruptus eſt myrtilus: a quo pro axe ligneo poſitus eſt cereus. eo diffracto cecidit Oenomaus: et puella dilecta potitus ẽ Pelops: quod impulit Ouidium ita canere. Vecta peregrinis Hippodamia rotis. et Sidoniũ. Cęrea deſtituit reſolutis axibus obex. Prior. Ante te: quę tibi ſternit iter ad audaciam et pręlucet. Expediit labores Pelopis. Pelopem ex tot laboribus extricauit. Oenomauſ

Iugulata. A ſęuitia patris. Procorum. Eorum qui nuptias Hippodomię petebant. Tandem. Saciata crudelitate paterna. Patrios axes. Curſum ad feritatem inuentũ patris Oenomai. Exhorruit. Deſpuit et auerſata eſt. Si dedit. Vult ab exemplo probare ſuos quandoq; deſerendos: peregrinoſq; foueri oportere. Fratrem. Minotaurum. Minoia uirgo. Ariadna: quę hoc effecit ut Theſeo gratam rem faceret. Imitatio Apollonii Rhodii ita ſcribentis.
δή ποτε καὶ θησῆα κακῶν ὑπελύσατ' ἀέθλων
παρθενικὴ μινωὶς ἐυφρονέουσ' ἀριάδνη. Iampridem et Theſeũ a malis liberauit certaminibus uirgo Minois prudẽs Ariadna. Te quoq;. iunge cum ſuccurrere. Si illę cum laude fecerunt: cur nõ et tu cum laude facis? Iubeas miteſcere. qd ſi pater tuus eſt barbarus: quis uetat humanitate tua mitiorem fieri tuam patriam. Tu in barbaram patriã humanitatẽ inducas. Occidat. Prorſus tollat. Aeterna. Non rediuiua. Cadmęia ſeges. Draco originem ducens a dracone Cadmi: quod dentes ſati docent perinde in armatos homines uerſi ut illi priores. Fumantes. Fumum et ignem narribus efflantes.

Hei mihi. Dolet: inquit Iaſon: qd non poſſum nedum agere ſed referre gratiam: quod libẽtius faxim. Ex Apollonio: qui ita iaſonem alloqui Medeam facit.
σοὶ δ' ἂν ἐγὼ τίσαιμι χάριν μετόπισθεν ἀρωγῆς
ἣ θέμις. ὡς ἐπέοικε διάνδιχα ναιετάοντας
Οὔνομα καὶ καλὸν τεύχων κλέος.
Dolet Iaſon qd referre gratiam non poſſit tam diuerſum coelum habitans.

Attamen. hoc ſæua corpus de morte receptum
Hanc animam ſciat eſſe ſuam. miſerebitur ergo
Dic ait: an potius ſtrictumq; ruebat in enſem.
Promiſi (ne falle precor) cumq; ipſa moueret
Alloquio caſuq; uiri, te paſſa rogari
Sum potius, tu laude noua: tu ſupplice digno
Dignior es. et fama meis iam parta uenenis.
Torſerat illa graui iam dudum lumina uultu
Vix animos dextramq; tenens: quin ipſa loquentis
Iret in ora deæ, tanta pudor æſtuat ira.
Verba cauens horror molles inuaſerat annos.
Iamq; thoro trepidas infelix obruit aures.
Nec quo ferre fugam: nec quo ſe uertere poſſet
Prenſa uidet. rupta condi tellure premiq;
Iam dudum cupit: ac diras euadere uoces.
Illa ſequi iubet, et portis expectat in ipſis.

Attamen. Gratiam Medeę referre quidem non poſſum: cœlum ſciat illa corpus hoc receptum a morte: imminentiq; fato taurorum et draconis: ut beneficio ſuo uiuit: ita perpetuo ſibi mancipatum et dedicatum iri. De morte receptum. Ex faucibus mortis auulſum. Suam. Sibi mancipatam et addictam.

Miſerebitur ergo. Verba quoq; iaſonis ad Circen. Non dubito qđ Circe miſerebitur: et mancipium ſuũ proteget: cuius beneficio uiuet: et animam precariam ducet. Dic ait. iungitur cum ergo. ergo ait miſerebitur clientis ſui. An potius. An eſt melius qđ mihi manus inferã: et lethum conſciſcam? Iuuenilis eſt deſperatio. Nam cum dubitat an opem allatura ſit iaſoni: ait: melius eſt ut me occidam: nõ feret. Et hoc fingit Venus ut opem Medea celerius ferat. at hoc potius oſtendit enſe euaginato q̃ pronuntiatur. Nã ubi uerba deſunt: ſupplet ſchema.

Aĩa precaria.

Strictũ. Arreptum. Ruebat. irruebat Iaſon. illũ reliqui ſub cultro. Promiſi. Tamen hęc ultima addidit uerba. Ne falle promiſi. hoc eſt quod promiſi facias: ne tu me mẽdacem feceris. Ipſa. Ego. inquit Circe: uenenis meis opẽ attuliſſem: cęterum tibi reliqui tam pulchrę parandę glorię materiam. Ego iam ſpectata ſum multis magię palmis. Moueret. Caperet et demulceret. Viri. Iaſonis. Rogari. ab iaſone. Volui qđ Iaſon te rogaret. Laude noua. Tu mereris et indiges noua gloria floreſcere. Dignior es. me ſpectatam ſine multis magicarum palmarum adoreis. Nec tu deterior es: porrecte poſitum. Hoc ex regula fit. Qui ſecus faciunt non errant magnos ſecuti auctores. Sed error excuſatur graues duces ſequentiũ. Cui ſuccinit illud propertianũ. Si puer es: alio traiice tela tua. Et fama. Ego ueterana ſum in magia: percelebriſq;: non indigeo gloria nec fama noua. Laboro ut in ſenio quieſcam. decet iuuenes ſtrenuitas.

Es producitur.

Venenis. Pharmacis: herbis magicis. Torſerat. oculos obliquauerat: ac illam limo aſpexerat ſuccẽſens et ſtomachabunda uerba non uirgini dicẽda. Graui. indignato. Animos. iram. Dextram. manus pruriebant oculos Veneris inuolandi. Tenens. Coercens. Deę loquentis. Veneris turpia monentis. Pudor. Pudica uirgo uel erubeſcẽs et pudore affecta. Aeſtuat. Feruet ac ebullit. Verba. Turpia. Cauens. Declinans: auerſans. Horror. Tremor: abominatio. Molles. Virgineos non talia uerba audire ſolitos. Thoro. Caput lecti plumis illiſit et abdidit: ut ad eius auditum talia uerba non peruenirent. Trepidas. Timentes uerba ut uulnera. Obruit. Plumis impreſſit. Sic habent uetuſti codices. Sunt qui obſtruit legunt: ſenſu pari pro obſerat. Prenſa. Deprenſa a Circe: et ad pudicitię examen adducta. Quo. in quam partem. Se uertere. Quid agere. prouerbialiter poſitum. Quo me uertã neſcio: inquit iuuenis Phędromus in Curculione: reſpondet Palinurus ſeruus. Si deos ſalutas: dextrouorſum cenſeo. Condi. Terrę quęrit hyatus pudore confecta. Premi. Obrui terra.

Diras. Sceleratos ac impios monitus. Euadere. Effugere: declinare. Illa. Circe. Iubet. Medeã.

Sequi. ut ſequatur ipſam. Portis. Vrbis. Haud aliter. Comparat Pentheum bacchas timentem ſanguini proprio inhiantes: furentibus fœminis quę eum in citherone prę́ſtolabant: ut Thyrſis confoderent: et confoderunt aprum uel uitulum eſſe putantes. Scribit Ouidius in calce libri tertii metamorph. Pentheum ſpreuiſſe dionyſia: hoc eſt ſacra Bacchi: quę gręcia auctore Philoſtrato menſe Nouembri celebrabat. Acętenq; ſenem miracula Bacchi referẽtem iuſſit in carcerẽ trudi: ad ſolem: ut ethruſci ioco dictitant: clatratum: exponi: cum ſubito a Dionyſio concitę furore entheo edonides: inter quas erat Agaue mater Penthei: illum aprum creditum dilacerarunt: quod in fœminis bacchãtibus factum eſt in monte citherone. Prima ſuum miſſo uiolauit Penthea Thyrſo Mater: et O geminę clamauit adeſte ſorores. Ille aper in noſtris errat qui maximus agris Ille mihi feriendus aper. Et ita plagis a matre: matertera: reliquiſq; confectus eſt. Quod in citherone factum eſſe ſcribit Ouidius: Hic in aula Echionis patratum ait. Agaues enim et Echionis filius fuit Pentheus: unde ab Ouidio dictum.

Pentheus.
Dionyſia.
Sol clatratus.

Perſtat echionides:nec iam iubet ire:ſed ipſe
Vadit ubi feſtus facienda ad ſacra citheron
Cantibus:et clara bacchantum uoce ſonabat.

Sęuus Bacchus. Qui iam moliebatur et intentabat mortem Pentheo. Echionia aula. In propria domo Penthei filii Echionis. Deſerit penthea. et lacerandum bacchantibus fœminis tradit. Crudelitatẽ in Dionyſiacis et liberalibus exerceri ſolitam Liuius libro nono deſcribit de bello macedonico:et ut fœminę euantes cum facibus ad tyberim decurrebant:et tacta accẽdebãt aqua qd erãt illitę ſulphure:calceq uiua: quod ab ignaris atq ſuperſtitioſis: quorum magna ſeges:pro miraculo eſt habitũ. Quod a gręculo quopiã in Italiam inuectum Idem Liuius ſcribit. Fecenia fecit indiciũ. In auctores animaduerſum. Indici pmia cõſtituta. Infectis. lege iniectis. Vittatus erat more ſacrificali bacchus:

Echion.
Faces bacchantũ cur aqua accenduntur.
Fecenia.

Sæuus echionia ceu penthea Bacchus in aula
Deſerit infectis per roſida cornua uictis:
Cum tenet ille deum:pudibundaq tegmina patris
Tympanaq:et mollem ſubito miſer accipit haſtam.
Haud aliter deſerta pauet:perq omnia circum
Fert oculos:tectiſq negat procedere uirgo.
Contra ſæuus amor:contra periturus Iaſon
Vrget:et auditæ creſcunt in pectore uoces.
Heu quid agat? uidet externo ſe prodere patrem
Dura uiro:famam ſcelerum iamq ipſa ſuorum

Cum tenet ille deum. A Baccho deſeritur et pœnis deſtituit ſuarũ: cum iam tenet. i. intelligit et uere cognoſcit Pentheus hũc eſſe deum:nõ quem puerum et inſanum prius dictitare ſolebat. Pudibunda tegmina patris. In bacchanalibus ferebatur membri uirilis ſimulacrum tectum. Tegmina uocat hic uelamina qd pudẽda:uerendaq tegerent. Qd peculiariter in ſacris hoc liberi fieret docet Idẽ Flaccus libro. ii. ſic. Trãſmiſſaq puppi Lampſacus: Oggygii quam nec trieterica Bacchi ſacra:nec arcanis phrygius furor innebit antris. Sed ſuus in Venerem raptat deus. Illius aras urbe ſupercelſiq uident uelamina templi. nec obſtat qd in priapęis hęc fieri tradantur:nam Priapus Bacchi filius: Et certe in bacchanalibus hęc ſolere celebrari Valerius prodit. Super qua re ſic Auguſtinus libro ſeptimo de ciuitate dei. Inter cętera:quę prętermittere:quoniam multa ſunt:cogor in Italię compitis quędam dicit ſacra liberi celebrata cum tanta licẽtia turpidinis ut in eius honorem pudenda uirilia colerentur:non ſaltem aliquãtum uerecũdiore ſecreto:ſed in propatulo exultãte nequitia. Nam hoc tempore membrũ liberi per dies feſtos cum honore magno ploſtellis impoſitum prius per rura in compitis:et uſq in urbem poſtea uectabatur. In opido autem Lauinio unius libero totus menſis tribuebatur:cuius diebus omnes uerbis flagirioſiſſimis utebantur:donec illud membrum per forum tranſuectum eſſet:atq in loco ſuo quieſceret:cui membro inhoneſto materfamilias honeſtiſſima palam coronam neceſſe erat imponere. Huc ſunt qui trahant illud epigrammatici poetę. Schemate nec dubio:ſed aperte nominat illam:Quam recipit feſto mẽſe ſuperba Venus. Nec obſtat Nouembri huiuſmodi ſacra in gręcia celebrari:in Italia menſe diuerſo:non ſemper eiſdem ſacris in unam diem competentibus:pręſertim Romę:ubi nedum ridicula:ſed ferię prorſum ante Cęſarem confuſę fuerunt ut ęſtiuę caderent in hyemem et diuerſo mõ. Lege Euſebiũ libro tertio pręparationis euangelicę ſcribentem uim ſeminalem:quę in terram deſcendit quaſi in terra honorari. Themis eſt uirtus:Ceres nutrix herboſa. et quid ſignificare per deos uoluerint antiqui:illic Euſebius pulcherrime diſſerit:quę in eo libro ſi uideris: poeticam uelatã ſapientiã uocabis. Sed ut ad ſacra ne dicam ſacrilegia priſcorũ reuertamur:reperio in ſacris Bacchi:inſtar membri uirilis oſceni capiti ac femori circũligari ſolitum:et ita ſaltare in honorẽ dei: quę ſigilla et figuras phallos gręci uocant:unde Moderato Columellę Ithyphallus. Olim hoc membrum fingebatur e ligno ficulno ut molliori:unde Priapus horatianus ficulnus. ad quos phallos de liberalibus loquentem Virgilium reſpexiſſe ſunt qui uelint illo uerſu. Oſcilla ex alta ſuſpendũt mollia pinu. Patris. Liberi patris Bacchi. Tympana. Miſer Pentheus exterritus iam tenet et agnoſcit deum Bacchũ dum turba furit et eum proſequitur. Iam trepidum:iam uerba minus uiolenta loquentem. Iam ſe damnãtem:iam ſe peccaſſe fatentem. Tympana Bacchum comitantur. Ouidius. Fœminę uoces et mota inſania uino:Oſceniq greges:et inania tympana uincant. Miſer. Ab euentu Pentheus. Accipit. audit: uidet:ſentit. Haſtam. Thyrſum Bacchi Pampineum: Haud aliter. Non diſſimilis Pentheo mulier cuncta pauet:et ut Pentheus aulam propter bacchas:perinde Medea domum horret:ne uirginitatẽ amitteret. Circũfert oculos. Vel deliberabũda quid facere debeat:uel oculis ueſtigãs Iaſonem. Procedere. egredi:enicare. Vrget. Impellit ad opem ſubito ferendam. Auditę. A Circe. Voces. Supplicationis et miſericordię plenę. Scelerumq ſuorum. Poſteritatem Medeam nunquam tacituram:et ſęcula loquacia dictura futuris ſęculis:hęc eſt illa quę patrẽ:patriã:pudicitiã:ſpem omnẽ ſuã pdidit et pdidit.

Verenda in bacchanalibus tegebant.
Ploſtellum
Pro Martiali.
Poetica uelata ſapientia.
Phalli.
ithyphallus
Ficulnus Priapus.
Oſcilla.
Locus Virgilii.

Ipſa proſpicit. quis cęci ſint ac excordes amātes: tamē pſpicit famā futurā. Fatigat. Exercet: ac mouet. Pulſat humū. Pedibus qd irati amoris impatientia ac dolore facere ſolent: uel auctore Propertio. Et crepitum dubio ſuſcitet ira pede. Manibus uncis. Pectinatim cōiunctis ex angore animi manibus: hoc eſt cōplicitis et cōſertis. Noctis herā. Hecaten et Proſerpinā. Succurrere. Laboribus ac doloribus ſuis. Morte. Nā ut inquit Plautus: in morte nihil eſt quod timeas mali. Simul. Etſecū Iaſonē occidere: ſine quo iam nec uiuere nec mori poteſt. Peliam. Iaſonis aduerſarium Medea uellet adſtare ut Iaſonem perderet. Excuſat uirginē poeta p uiribus ut quod fecit coacta feciſſe uideatur. Proclamat. Fluctuat: et mutata ſententia inquit non obtemperaturā amori: nec fauori illi pręſtituram. Daturā. Proclamat. Ac neq. Et amori nō cedere deliberat. Sępe ſuas. modo negat: modo promittit opē. Artis. Artes magicas. Denegat. Subintellige modo. modo renuit: modo annuit. Atqȝ ima. In ſuprema ira et ultimo loco ueniēte Medea potiorem partem eligit: accidit ei contrarium q̄ mortalibus reliquis: qui ira conſilium impediēte nō uidēt quod eſt potius et utilius. Ipſa irata Iaſoni denegat auxilium: et amorē: quod eſt potius: effugat: ab ira ad miſericordiā uerſa concedit quod eſt deterius. Quidam legunt: una: eodē ſenſu. In una ira: quod mirum accidit uni Medeę: quod eſt potius eligit.

Potius. Melius: eligibilius ut philoſophi infantiſſimi dicūt. Diſcernit. Diiudicat et uidet: cum ira nullum diſcrimen habeat: animum impediat ad trutinę procinctum tendentem. Thoro proiecta. In lectulo ſtrata incompoſite: unicum curarum refugio. Impulſo. Numine Veneris illam torpentem excitantis. Neſcio quo. Hoc eſt amoris pathe ut amemus: et a quo trahamur ignoremus auctore Platone. Abſciſſum. Fugatū: ſublatū: excluſum pudoris omne pręſidium. Pudor. Virginitatis honor et reſpectus: qui ante illam continebat intra paterna clauſtra. Monebat. Vt facere deberet dictabat. Penetrale. Arcana adyta. Quę maxima norat. Quę maxima auxilia cognouerat: Iaſoniqȝ maxime profectura: illa quęrit. Pro rege. Iaſone.

> Proſpicit et queſtu ſuperos queſtuqȝ fatigat
> Tartara pulſat humū manibuſqȝ immurmurat uncis
> Noctis heram, ditemqȝ ciens ſuccurrere tandem
> Morte uelint, ipſumqȝ ſimul demittere leto
> Quem propter furit abſentem, ſæuiſſima poſcit
> Nunc Peliam, tanta iuuenem qui perderet ira.
> Proclamat neqȝ opem ignoto uireſqȝ daturam.
> Ac neqȝ tam turpi ceſſuram ſemper amori.
> Sæpe ſuas miſero promittere deſtinat artis.
> Denegat, atqȝ una potius diſcernit in ira.
> Atqȝ thoro proiecta manet. cum uiſa uocari
> Rurſus et impulſo ſonuerunt cardine poſtes
> Ergo ubi neſcio quod penitus ſe numine uinci
> Sentit: et abſciſſum quicquid pudor ante monebat
> Tum thalami penetrale petit quæ maxima noras
> Auxilia Aemoniæ quærens pro rege carinæ.
> Vtqȝ procul magicis ſpirantia tecta uenenis,
> Et ſæuæ patuere fores. oblataqȝ contra
> Omnia, quæ ponto, quæ manibus eruit imis:

Lectulus curarū refugium.

Penetrale.

Vtqȝ procul. Cum Medea excuiſſet omnia uenena: et manes inferos: in ipſo rei procinctu pœnituit eam conſilii: nec ferre auxilium Iaſoni uult ulterius: ſibiqȝ potius mortem conſciſcere decernit: decernentem inuaſit ingenitum ac prędulce uiuendi deſiderium: cupitqȝ potius in uita perdurare: et prorſus urgere propoſitum iuuandi Iaſonem. Apollonius.

φῆ δέ οἱ, ἄλλοτε μὲν θελκτήρια φάρμακα ταύρων
δωσέμεν. ἄλλοτε δ' οὔτι, καταφθεῖσθαι δὲ καὶ αὐτή.
Αὐτίκα δ' οὔτ' αὐτὴ θανέειν. οὐ φάρμακα δώσειν.

Fluctuare Medeam inquit: modo domare pharmacis uolens tauros: modo negans: mori modo: illico non mori: nec dare pharmaca: et ſtatim dare. Sęuę fores. Arcanum ubi inerant uenena magica: quę profanos oculos non admittunt. Contra. Scribe. coram. Ponto. Ex regione pontica fertiliſſima horum uenenorum regione. Vel ex mari. Diſcere potes ex Apulei magia plurima maritima ad magiā pertinere. Adiuuat uerſus Apollonii: quem paulo infra ponam. Manibus imis. A diis inferis. herbas apud inferos natas collegit: et eſt uſa his ad magiam. Apollonius.

Marina ad Venerē faciunt.

φάρμαχ' ὅσα ἤπειρός τε φύει καὶ νήχυτον ὕδωρ.
Τοῖσι καὶ ἀκαμάτοιο πυρὸς μειλίσσετ' ἀϋτμήν
καὶ ποταμοὺς ἵστησιν ἄφαρ κελαδεινὰ ῥέοντας.

Innuit Apollonius Hecaten deam docuiſſe hanc uirginem fabricare pharmaca quotquot terra producit: et aquam fuſilē: quibus indeficientis ignis uaporem placaret: et fluenta ſtare faceret quamuis magno ſtrepitu labentia. cum poetę ſignificare uolunt magam potentem retroagere flumina dicunt.

Sanguinea. Rubenti: quę cum nętos ſignificet aut aliquid tale: imperitum uulgus cędes timet aut ſanguinem. Poſſumus intelligere defectum lunę: quam gręci uocant eclypſim; quam ego ſic patientem uidi colore ſanguineo cum Romę publice profiterer ſedente Leone pontifice Medice Laurentii çui ſui Mœcenatis filii: doctis uiris auras ſecundas pollicente: et mortalibus cunctis aurea ſęcula. Leo Medices. Lunę. Magę: ut ſcribit Platonicus Madaurenſis Mileſiarum fabularum libro primo: lunam deuocabant: et in herbas ſpumare cogebât: quibus mox uterent ad maleficia: etiã amoris uredines: quod ſic uidetur innuiſſe Lucanus

Et quæ ſanguinea lunam diſtrinxit ab ira.
Tu ne ſequeris ait quicq̃: aut patiere pudendum?
Cum tibi tot mortis ſceleriſq; breuiſſima tanti
Effugia? hæc dicens qua non uelocius ulla
Peſtiferam toto nequicquam lumine luſtrat:
Cunctaturq; ſuper: morituraq; colligit iras:
O nimium iocunda dies: q̃ chara ſub ipſa
Morte magis. ſtetit: et ſeſe mirata furentem eſt.
Occidis heu. primo potes hoc durare ſub æuo.
Nec tu lucis ait: nec uideris ulla iuuentæ
Gaudia: non dulces fratris pubeſcere malas.
Hunc quoq; qui nunc eſt crudelis Iaſona neſcis
Morte perire tua: qui te nunc inuocat unam:

Donec ſuppoſitas ppior deſpumet in herbas. Scribit interpres Rhodii φαρμακίδας hoc eſt ueneficas ſolitas lunam deducere. Quidã uero defectus ſolis et lunę deorum uocant καθαιρέσεις hoc eſt ſubuerſiones. Pharmacides. Cathereſes.
Diſtrinxit. Deraſit. Ab ira. quoniam inuitam magę lunam deſcendere coguntur quare nedum ira ſed rabie percita deſpumat et uomit in herbas. Tu ne ſequeris. ſe ipſam obiurgat Medea: qđ cedit amori: et pudendam hoſpitis amicitiã ſequitur.
Patiere. Subibis. Quicq pudendum. Aliquam rem pudendam.
Cum tibi. Cum pateant tot effugia ęrumnoſę uitę per multa mortis genera: pati ne aliquod pudendum poteris? Mortis. Per mortẽ multimodã. Sceleris tanti. quãtũ eſt a patre deſciſcere. Breuiſſima effugia. Breui mortis occaſione potes effugere tot ſceleta? Luſtrat. Aſpicit ut deuoratura potionẽ unã ueneno pręſentario plenã. Peſtiferã. Iunge cũ luſtrat: et ſubintellige ſorbitionẽ uel potionẽ. Non ulla uelocius. Interficit et perimit. Toto lumine. Oculis inhiãtibus. Nequicq̃. Fruſtra luſtrat: quoniã nõ ſorbebit. Super. Inſuper moratur: nec raptim bibit. Colligit. Cogit irarũ fomẽta. O nimiũ iucũda dies. O uitã ſuauiſſimã: et mortalibus peramatã: cũ in foribus mortis eſſet Medea: morti renuntiat: et in blandã lucẽ iterũ reuertitur. Simile illud Italici. O blãdũ cœli lumen: tantone cauetur Mors reditura metu: uiuentiq; addita fata? Quã cara. quãtũ magis ac magis es dulcis cũ mors appetit. Nota ẽ ęſopęa fabella de ſeniculo faſcẽ lignorũ ferente: mortẽ ęrumnarũ finẽ implorãte: illã tandẽ accurrentem: rogantẽq; quid uocaretur: ut bonus hoc in collũ mihi ſubleues ſeniculus inquit. Sub ipſa morte. Cum magis appropinquamus morti: magis ac magis uitã diligimus. Occidis heu. Reprẽdit ſe Medea qđ in ętatulę flore mori decreuit: nec uidere ſequẽs ęuum uelit. Stetit. Hęſit. Potes durare. Perdura: perſeuera aduſq; ſenectutẽ. nã potes. adhuc es iuuẽcula: et ſub ęuo primo. Nec lucis. Ordo. nec tu uideris ulla gaudia lucis: nec iuuẽtę. profert cũ reprẽſione. potes ne tibi mortẽ cõſciſcere: nec ulla uidere gratiſſima iuuenilis ętatis gaudia? Fratris. Abſyrti. Pubeſcere. Veſtiri lanugine et primis iulis: quã barbulã primã uocauit Ennius. Pubes per literã. s. uocat adoleſcẽs a iuriſperitis libro. iii. digeſtorum: qui pubeſcere incipit. hanc ueſtẽ latini dicũt: et ueſticipes pubentes. Cõtrariũ inueſticipes. Dicunt et ab Euſebio libro hiſtorię eccleſiaſticę ſeptimo inueſtes. Apuleius in. ii. Apologię. Inueſtẽ a nobis accepiſti: ueſticipem illico reddidiſti. Virg. viii. ęn. Aurea cęſaries ollis atq; aurea ueſtis. hoc eſt barba ait Seruius. Contra inueſtes dicunt imberbes: unde eſt. Cum mihi prima genas ueſtibat flore iuuentus. Inconſtãtiã Medeę modo recuſantis: modo optãtis potionem ſic Rhodius libro. iii. graphice deſcribit.

Iuli. Barbula prima. Pubes. Veſtis. Inueſtes. Veſticipes. Inueſticipes.

φάρμακα λέξασθαι θυμοφθόρα τόφρα πάσαιτο
ἤδη καὶ δεσμοὺς ἀνελύετο φωριαμοῖο
ἐξελέειν μεμαυῖα δυσάμμορος. ἀλλά οἱ ἄφνω
δεῖμ᾽ ὀλοὸν στυγεροῖο κατὰ φρένας ἦλθ᾽ ἀίδαο.
ἔσχετο δ᾽ ἀμφασίῃ δηρὸν χρόνον. ἀμφὶ δὲ πᾶσαι
θυμηδεῖς βιότοιο μελεδῶνες ἰνδάλλοντο. Pharmaca inquit eligere cupiebat Medea corruptoria: ut illa comeſſet: et uincula capſę reſoluebat infelix ſorbere cupiẽs. Sed ex improuiſo obriguit: et ad tẽpus ſtupore retinebatur. Vndiq; uero curę illã exanimales circũſiſtebãt. Hũc quoq;. Nũc miſeratur Iaſonẽ. et ſe crudelẽ uocat: cũ ſi ipſa ſibi mortẽ cõſciſcat: cõmoriturus ſit Iaſon ope ſua ſpoliatus. Iuriſperitus digeſtis de his qui notant infamia inquit: ſi quis ſcelere aliquo ſibi mortẽ cõſciſcat: infamẽ eſſe ut ſuſpẽdioſi ſunt. Si quis uero tędio uitę: nõ eſſe infamẽ: ut Verbi gratia dedecus morte uitãdo: ut Lucretia: Cato: cęteri. et hęc propria mors romana ẽ: generoſa: et animi inuictiſſimi index. propterea Scipio Pompei ſocer cũ incubuiſſet gladio: et peteret quomodo ſe haberet impator: reſpondit impator bene ſe habet. Cõ

Infamis q ſibi mortẽ conſciſcit. Suſpẽdioſi

tra Carbo effœminatus abiectuſq; eſt habitus qđ ſuperuincendi deſiderio neceſſaria naturę inſtar muneris ab hoſte popoſcit. Quẽ primũ. Iaſon me primũ in ripa phaſidis uidit: et ille me primã ſalutauit qđ ſignũ fuit nos fore fœderatos. In litore maris prope campum Martis Iaſonem uidiſſe Medeam a patre ſepoſitam inquit Diodorus: et nos ſupra retulimus. Cur tibi. patrem Aetã accuſat qđ fœdus et amicitiam cũ minyis iniit: quos ſi tunc cũ uenerũt monſtris illis obieciſſet: nihil erat quare ipſa doleret: amore non adhuc in eius animo coalito.

Dextras. Poſt hoc carmen ſequebant̃ hi uerſus uicio tẽporũ dep̃diti. Cui tibi fallaces placuit coniungere dextras

Aeta. Aeta parens: ſi poſcenti ſua ſulua negaſſes

Vellera: ſed patrium uetuiſſes phaſin adire

Tunc poteras iſtis iuuenẽ: tunc perdere monſtris?

Aetam pro Aeeta poſuit ut ſuperius eiuſdem Flacci teſtimonio probauimus. Ouidius ĩ epiſtolis heroicis. Non hęc ęſonides. nec filia phaſias ęc. Si poſcenti. Iaſoni petẽti uellera aurea: ſi negaſſes: et horrẽdis monſtris obieciſſes: ego ſuſque deq; laturus eram: ſed nunc iactis amoris fundamentis reluctari non poſſumus nec non egre eius mortem ferre.

Qui rogat: et noſtro quem primum in littore uidi.
Cur tibi fallaces placuit coniungere dextras?
Tunc poteras iſtis iuuenem tunc perdere monſtris.
Protinus ipſa etiam (fateor) tunc ipſa uolebam.
Teſtor chara tuas Circe titania uoces.
Te ducente ſequor. tua me grandæua fatigant
Conſilia: et monitis cedo minor. hec ubi fata
Rurſus ad Aemonii iuuenis curamq; metumq;
Vertitur. hunc ſolum propter ſe uiuere gaudens:
Siue mori: quodcunq; uelit maiora precatur:
Carmina maiores Hecaten immittere uires.
Nunc ſibi: nec notis ſtabat contenta uenenis.
Cingitur inde ſinus: et qua ſibi fida magis uis

Sua. Quę iure hęreditario repoſcit. Patrium. colchicum. Phaſin. hoſtia Phaſidis ingredi. Tũc puer atq; iſtis. Scribe tũc poteras iſtis. Cũ nõ agnoſcebã Iaſonẽ: utinã eũ perdidiſſes. nõ notũ non amabam. Iuxta illud plautinũ. Lupus ẽ hõ hoĩ nõ hõ cũ qui ſit nõ nouit. Protinus. Tũc. Tũc ipſa. Repetitio ſniam auget: ipſa certe ipſa uolebã ut peregrinũ tũc dare pœnas. Titania. Solis filia Circe: qui Titan appellat̃. Voces. Cõſilia. Crediderat. n. Circen fuiſſe: quę fuerat Venus. Ducente. Prælucẽte.

Seniĩ credẽdum. Grandęua. Senilia. Senectuti ut experientię diſcipulę credẽdũ. Magna fuit capitis quondã reuerentia Cani: Inq; ſuo pretio ruga ſenilis erat. Fatigãt. Trahũt: alliciũt: impellũt. Monitis cedo. Do manus et cõſiliis ſuccumbo tuis. Minor. Subdita: ſuccumbẽs. nõ habilis ad reſiſtẽdũ. Vbi. Poſq̃. Fata. dixit. Aemonii. Iaſonis. Curã. Ad curãdũ iuuenẽ ęmoniũ. Propter ſe. Ex ope ſua pendere. gaudebat uitã et mortẽ Iaſonis in manu ſua eſſe. Quodcũq; uelit. Alterutrũ eſſe in manu ſua: uel mori uel uiuere In manibus nũc eſſe ſuis. Maiora precat̃ carmina. Rogat Hecaten ut det ei maiorũ carminũ. i. incantationũ uires potentiores: quibus enormia monſtra queat domare. Maiores. Repete uerbũ precat̃. et rogat Hecaten immittere hoc ẽ ut immittat maiores uires: et uerborũ uim potẽtiorẽ. Hecaten. Proſerpinã Apollonius. Illi in Hecates pręſtãtis templũ ipſam ducerẽt. Nec notis ſtabat contenta. Nec ſtabat cõtenta notis uenenis: ſed accerſebat: emendicabat: cõquirebat uenena ualidiora. Ve

Herba caucaſea. nenis. Herbis magicis: quas longe cõquirere operepręciũ putat. Florem caucaſeũ. Herbã naſcẽtẽ in caucaſo. hũc promethęũ florẽ ſic deſcribit Apollonius in tertio: dicẽs Medeã ex arcula extuliſſe promethęũ ueneficiũ: quo nocturnis placãs ſacris Proſerpinã unigenã corpus madefaceret ita ferro atq; ignibus inuictũ. Genitũ eſt aũt id ex ſtillis et ſpuma ſanguinolẽta ęrũnoſi Promethei: cũ in caucaſo ab aquile roſtro foderet̃: cuius flos colore corycio croco ſimilis erat caulibus geminis eleuatus: radice humi adacta: carni nuper inciſę ſimili. nigro humore fago ſimili: quẽ in teſta fecuit ut pro medicamẽto uteret̃. mox

Hecate Brimo. ſepties aquis lota fluẽtibus: ſepties Hecaten Brimo nutricẽ uirginũ inocãs Brimo noctiuagã: terreſtrẽ: inferis reginã obſcura in nocte cũ obſcuris ueſtibus. mugitu ſubter quatiebat̃ terra illa incidẽte radicem titanicã. Gemebat aũt ipſe Iapeti filius dolore medullari. Cur Brimo Hecate uocetur lege interpretem

Locus propertii. Apolloniũ ibidẽ. Si quis eius auctoris uerſus captus amore legere cupiet: eos requirat libro tertio argonauticon. Sic incipiũt. Ἡ δ' αὖτ' ἀμφὶ πέλοι μὲν ἐφοπλίσσεσκεν ἀπήνην
ὡς τέως γλαφυρῆς ἐξείλετο φωριαμοῖο
φάρμακον. ad quem ſenſum trahi poteſt id Propertianũ. Lecta Promethęis diuidit herba iugis. Fibrę. Cũ aquila iecur Promethei diripit roſtro: guttis in humum prociduis conatur hic Floſculus. Imitatur uerſum illum Apollonii. πρωτοφυὲς τό γ' ἀνέσχε καταστάξαντος ἔραζε
Αἰετοῦ ὠμηστέω κνημοῖς ἔνι καυκασίοισιν
Αἱματόεντ' ἰχῶρα προμηθῆος μογεροῖο. Tum primulũ natũ emetebat aquila crudiuora collibus in caucaſeis guttatim decutientẽ ſanguinolentam ſpumam Promethei ęrũnoſi. Fibrã poſuit pro uiſcere: ut Perſius. Nec enim mihi cornea fibra eſt.

Florem caucaſeum. Natum in caucaſo ubi religatus Prometheus aſſiduam iecore paſcit aquilam. Tonitru nutrita. Herbę dirę ac uirulentę naſcuntur in locis fulmine percuſſis: uelut tot ueneuorum ſulphureorum: quę ſecum fulmen agit: ſepulchro. Pons. lege promit: effert ex Phoriamo ut Rhodius inquit hoc ē Armillo et arcula. Quę. Gramina. Sacer cruor. Sanguis impii: caucaſei et execrati a Ioue. uel ſacri et fatiloqui Promethei. nam infra Prometheū uocabit deū. Triſtes. inhoſpitas. Durat. Peruiuit. Edit. Pro edens et conſumens: deliqueſcere faciēs molles uiuium: quibus nihil obſtātibus ſolum petit: et illi adhęret. Cum uiſcere. Non pubet et uiret hic flos prometheius ex ſanguiue manante ex corpore lancinati Promethei: ſed ab roſtro aquilę ſanguinolēto depopulatis Promethei uiſceribus ita ut ex roſtro auis decidat. Vultur. imitatur Maronem: aquilā inquit Apollonius. Tollitur. Euolat a pectore Titanis. Scopulis. Vbi Prometheus religatus eſt. Irorat. Deſpillat et cruentum ſanguinem uomit. Expreſſit illud Apollonii uerbum. καταστάξαντος. Langueſcit. Areſcit. Finibus. Meta: ſpatiis. Stat. Perdurat. Fulmiua contra. Fulminum uincēs iras. Sanguis. flos ille cruore genitus. Ignibus. Fulminibus. Duratā. temperatā. Harpen. Falcem. Hecate. Perſeis: nō Diana in hoc loco. hęc docuit Medeā: uel Circen ut alii et Circe Medeā ut ſentit Valerius. Scopulis. Meſſuit e ſcopulis. Ariſtas. Spicas. Famulę. diſcipulę Medeę. Monſtrata ſeges. Docuit Hecate Medeā tempus ſegetis. Phœbes. Lunę. Sub decima lampade phœbes. Sub decimo lunę die quādo appetit plenilunīū: et herbę lunaribus incrementis uueſcit.

Nulla: prometheæ florem de ſanguine fibræ
Caucaſeum: tonitru nutritaq; gramina promit
Quæ ſacer ille niues inter triſteſq; pruinas
Durat edit q; cruor: cum uiſcere uultur adeſo
Tollitur e ſcopulis: et roſtro irrorat aperto.
Idem nec longi langueſcit finibus æui
Immortale uirens, idem ſtat fulmina contra
Sanguis: et in mediis floreſcunt ignibus herbæ.
Prima Hecate ſtygiis duratam fontibus harpen
Intulit: et ualidas ſcopulis effodit ariſtas.
Mox famulæ monſtrata ſeges: quæ lampade phœbes
Sub decima iuga fœta metit: ſæuitq; per omnes
Reeliquias: ſaniemq; dei: gemit irritus ille
Colchidos ora tuens. totos tunc contrahit artus
Mente dolor: cunctæq; tremunt ſub falce cathenæ.
Tallibus infelix contra ſua regna uenenis
Induitur: noctiq; tremens infertur opacæ.
Dat dextram: blādeq; pauens uocem Venus: et quam
Alloquiis: iunctoq; trahit per mœnia paſſu:
Qualis adhuc teneros ſupremum pallida fœtus
Mater ab excelſo produxit in aera nido:

Iuga fœta. Montes prægnantes et plenos. Metit. Meſſem facit. Florem ſecat iam meſſi tempeſtiuū. Sęuit. Extirpat conuellendo ſine reſpectu. Relliquias. Floſculos ſubnaſcētes. Saniem. Floſculos ex ſanie et cruore natos. Dei. Promethei quem et paulo ſupra ſacrum uocauit. Irritus. Vano Prometheus gemitu concutitur: lubenſq; illam ulciſceretur ſi poſſet catēnis exſolui: qđ magam illā odit: et profanis ſacris operantē. Sed aduerte qđ uūc non gemit Prometheus: uerum cum flos ille colligebāt ab Hecate. Nunc uero reſolutus eſt ab Hercule: ut in ſuperioribus poeta cecinit: ut hiſtoria ſibi nō diſſideat. Ille. Prometheus. Colchidos. Medeę. Tunc. Cum uidet Medeā qđ in eā non poteſt iuſurgere. Catenę. quibus eſt Prometheus alligatus. Sub falce. Dum illa florem prope ſe ortum ſecat negligens: et tanti gigantis ſecura. Sua regna. Patrem ſuum. Induitur. Induit: munit: armat.

Tremens. Bonum ſchema nocte uagantis cum timore: ut concinit Ouidius. Surgit amans: animamq; tenens: ueſtigia: furtim ſuſpenſo digitis fert taciturna gradu. Dat dextram. Venus perducit illam pauentem. Blande pauens. Fingit ſecum pauere Venus: et timens timentem perlicit. Et quā. Scribe: ut quam. pellicit et blandiriis lactat Venus ut quam alloquiis perducit et paſſus cōcomitatur: fingens fortaſſis eſſe Circen. Trahit per mœnia. Ducit extra mœnia iam magis ac magis audentem.

Qualis. Comparat puellam Medeam tum primum audere incipientem auiculis adhuc teneris: et nouis plumulis redimitis: quę nituntur ad uolatum matrem perducētem ſecutę. Talis comparatio de Icaro eſt apud Ouidium. Erudit infirmas ut ſua mater aues. Supremum aera. Altum cœlū: quod amplius pulli non uiderunt: nec tam alte uolarunt: ut qui nunc uel paulo ante humi uolitauerint: incipiunt mox audere: et ſe tollunt in auras. Pallida. Timida ne quid mali uel ab accipitre aut lapſu: rudibus uolucribus contingat. Fœtus. Pullos ſuos. Produxit in aera. Ad uolaturā expoſuit. Ab excelſo nido. Ab arbore alta atq; ſublimi. In conſtruendis utiq; nidis operoſiſſimas natura fecit aues. lege Pliuium.

Hortat᷑. Sono argutiori euocans. Inſurgere. In altum aera penetrare. Breuibus. Nōdum perfectis. Illos. Pullos. Horror. Formido. reformidant cœlum. Primus. Quem primū hauſerūt. Redire. In nidulum reuerti. Adſueta. Domeſtica: familiaris ubi uiuere aſſueuerunt. Quęritur. A pullis in domicilium ſolitum properantibus. Arbor. Vbi nutriti ſunt pulli. Deficit. Animo linquitur: et deſtituitur. Cęcę. Tenebroſę propter uiarū denſitates. Horret. Reformidat. Silentes.

Hortaturq; ſequi: breuibuſq; inſurgere pinnis.
Illos cærulei primus ferit horror Olympi.
Iamq; redire rogant: adſuetaq; quæritur arbor.
Haud aliter cæcæ per mœnia deficit urbis
Incedens: horretq; domos Medea ſilentes.
Hic iterum extremæ nequicquam in limine portæ
Subſtitit: atq; iterum fletus animiq; ſoluti
Reſpexitq; deam: paulumq; his uocibus hæſit.
Ipſe rogat certe: meq; ipſe implorat Iaſon.
Nulla ne culpa ſubeſt? labes non ulla pudoris:
Nullus amor: nec turpe uiro ſeruire precanti.
Illa nihil contra uoceſq; abrumpit inanes.
Et iam iam magico per opaca ſilentia Colchis
Cœperat ire ſono: monſtrataq; condere uultus
Numina: eumq; ſuis auerti collibus amnes.
Iam ſtabulis: gregibuſq; pauor: ſtrepituſq; ſepulchris
Inciderat: ſtupet ipſa graui nox tradior umbra.
Iamq; tremens longe ſequitur Venus: atq; ſub altas
Peruenere trabes: diuæq; triformis in umbram.
Hic ſubito ante oculos non dum ſperatus Iaſon
Emicuit: uiditq; prior conterrita uirgo.
Atq; hic ſe profugam uolucri thaumantias ala

Somno oppreſſas. Nequicq̄. fruſtra quoniā nō perſeuerauit. Subſtitit. Firmauit ſe. Fletus. Cœperunt. Iterum cœpit flere. Animi ſoluti. Sūt uirgini. Virgo animo cōcidit. His uocibus. Sic locuta.

Hęſit. Stetit. Ipſe rogat certe. profecto inquit Medea rogas Iaſon me ut opem hoſpiti et peregrino feram: denegare non poſſum. Excuſat peccatum ſuum. Implorat me. Opem meā ſupplex rogat. Nulla ne culpa ſubeſt? Eſt ne temerare pudorem: uirginitatēq; lędere opē ferre: quaſi dicat: non eſt. culpā pro ſcelere poſuit. Labes. Macula nō eſt. Pudoris. Virginitatis. Nullus amor. Colligit et concludit nullum hūc amorem eſſe: et amoris nullam ſuſpicionem opitulari miſero.

Nec turpe. Fluctuātis animi hęc obex: hęc fultura uergēs in auxiliū Iaſonis. Et hęc uerba ad Venerē Medea dicebat: tanquā ad eam: quę ſibi ſciebat aſcenſuram. Illa. Venus uidens in amore confirmatam iuuē-

Mus ĩ pice. culam: et murem: ut gręci dicunt: pici obhęrentem: nihil reſpondet. Sed ad opus illā deducit. Abrumpit. Silentio intercidit et reiicit. Inanes. Cū opus eſt rebus: uerba ſunt inania. Colchis. Medea. Opaca. Denſa: umbroſa. Monſtrata numina. Luna: ſtellę: cęteraq; cœli lumitaria: uultus quos monſtrauerāt: ac terris oſtēderāt abſcondere cœperūt: magā illā detrahere ꝑ uim ſolitā cōſpiciētia. Auerti. Refluere: repete uerbū cœperūt. Stabulis. Greges ac armēta horrere cę-

Diræ ſepulchrales. perūt ut Pane deo lymphatico cœlū fuſcū: et horrida formidine plenū: agitāte. Aiūt meticuloſi externari pecudes obrepēte cacodęmone. Strepitus ſepulchris. Quoniā eliciebat manes: unde diras ſepulchrāles nuncupat Lucius Apuleius huiuſmodi magorū carmina. Stupet. Horret magam diuinipotētem. Graui. Horrenda: terribili. Trabes. Supradiximus illic multas arbores cōſitas fuiſſe. Triformis. Hecates tris formas habētis. Vmbrā. lucū. Hic ſubito. Idē ſcribit libro. iii. Rhodius his propemodum uerbis. Αὐτὰρ ὅγ᾽ οὐ μεταδηρὸν ἐελδομένῃ ἐφάνη
ὑψόσ᾽ ἀναθρῴσκων ἅτε σείριος ὠκεανοῖο: et huiuſmodi plurima: quę ſequunt᷑. Ecce tibi nō multo poſt cupidus apparuit Iaſon alte ſaliēs tanq̄ Sirius ab oceano: qui licet pulcher et pręclarus oriens appa-

Iaſon ut ſirius. ret: multā tamē Ouibus apportat calamitatē: quocūq; ueniſſet heros ut laborē pręciperet futurum: oculi obtenebrati ſunt: et calidus genas cępit rubor: Succiduo genu fere ꝓcubuit: ubi Iaſon ac Medea ſoli relicti retrahentibus ſe uirginis ancillis. τὼ δ᾽ ἄνεῳ καὶ ἄναυδοι ἐφέστασαν
ἀλλήλοισιν ὕδρυσιν ἢ μακρῇσιν ἐπειδόμενοι ἐλάτῃσιν. Muti et ſine uoce ſteterūt inuicem quercubus abietibuſq; celſis ſimiles: et prior Iaſon illā cepit alloqui. Speratus. A Medea. Venerat enim ut aliud ageret. hoc fortuitum fuit. Emicuit. Vt Sirium aſtrum coruſcauit. Virgo. Medea eſt aſpectu uiri conterrita. Thaumātias. Iris quā cataſiopomenon. i. per ſilentiū credere poſſumus a Iu-

Thaumantias. none miſſam ut puellā cōcomitaretur. hęc eſt poetica figura: uidelicet: quę prius dixiſſe decuiſſet iu poſteriorē partē trātuliſſe: quod ornamēn eſſe poetici his innuit Horatius: Debētia dici pleraq; differat et pręſens in tp̄s omittat. Thaumazo gręce miror: unde Thaumātis filia uocat᷑ iris qđ arcus uarietate multicolori incutit oibus admirationē: de quo in plautinis queſtionibus ex Magno in meteoris: Plinio libro. ii. ethologo cordubēſi in naturalibus qōnibus: ex ſacris literis ſatis multa pſcripſimus. Ala. uolatu celeri.

Inde. Deinde Venus abiit effugiens Medeę manum: qua eam tenebat. Dilapſa. Supple eſt. Euanuit. Obuius. Comparat iaſonem paſtori: Medeã ouiũ gregi meticuloſo: qui nocte deprehenſi timent ac ęſtimãt nocte mõſtrorũ genetrice illis pauorẽ afferẽte. Obuius iungatur cum uoce pauor. Ordo. Et cum pauor obuius impingit ſe magiſtris et pecori ſub nocte ſera. Sub nocte ſera. Cũ aduesperaſcit: et tenebrę fiunt denſiores. Impingit. infertur per impulſum quẽdam uiolẽtum. Chaos. Loca inania ſubterranea.

Suſtulit: inde Venus dextræ dilapſa tenenti.
Obuius ut ſera cum ſe ſub nocte magiſtris
Impingit pecoriq; pauor: quales ue profundum
Per chaos occurrunt cæcæ ſine uocibus umbræ.
Haud ſecus in mediis noctis nemoriſq; tenebris
Inciderant ambo attoniti: iuxtaq; ſubibant
Abietibus tacitis aut immotis cypariſſis
Aſſimiles: rapidus nondum quas miſcuit hauſter.
Ergo ut erat uultu defixus uterq; ſilenti:
Noxq; ſuum peragebat iter: iam iam ora leuare
Aeſonidem: fariq; cupit Medea priorem.
Quam ſimul effuſis pauitantem fletibus heros
Flagranteſq; genas uidit: miſerumq; pudorem.
Has tandem uoces dedit: et ſolatus amantem eſt.
Fers ne aliquam ſpem lucis ait? miſerata laborem
Nempe uenis? an et ipſa mea lætabere morte?
Ne precor infando ſimilem te uirgo parenti
Ceſſeris. haud tales decet inclementia uultus.
Haſcine nunc grates: hæc expectata laborum
Dona dari decuit? ſic te ſub teſte remitti.
Fas mihi uirgo tuum? iuſtas da uocibus aures
Nec pater ille tuus tantis me opponere monſtris
Quid meritum? aut tales uoluit me expendere pœnas?
Iam iacet externa quod nunc mihi cuſpide canthus:
Quodq; meus ueſtris cecidit pro mœnibus Iphis:
Aut ſcythiæ tanta inde manus. iuſſiſſet abire
Prefidus atq; ſuis extemplo cedere regnis.

Occurrũt umbrę. Nocte intempeſta umbrę occurrere: et monſtroſa miracula uidentur: cęcę. i. non uiſę. Inciderãt. Forte occurrerant Iaſon et Medea. Iuxta ſubibant. iuncti lucum intrabãt. Immotis. Rigẽtibus quercubus inquit Apollonius nõ cupreſſis. Quercus enim rigidius ſtat et firmius. Miſcuit. Nõdum flabris uentorũ pulſę. Tunc rami mouẽtur: caule tamẽ et trũco. Defixus. obſtupefactus: attonitus. Cupit. Medea deſiderabat ut Iaſon fari inciperet. illa prę pudore non poterat. Ora leuare. Quę humi habebat iclinata. Priorẽ. Vt prior loqueretur. Fletibus. Sunt qui flatibus ſcribant ut illud Apollonii exprimat. ὡς ἄρα γώγε μέλλεν ἄλλις φθέγξασθαι ὑπὸ πνοιῇσιν ἔρωτος. Futurũ erat ut hi loquerentur ſub flatibus amoris. non tamen perplacet: et qd priſcum exemplar: fletibus habet: et qd non filũ filo nectitur. Virginũ eſt erubeſcentiũ flere. Flagrãtes. Rubẽtes. Fers ne aliquã. Oratio apud Rhodiũ ẽ huic diuerſa. Lucis. Vitę meę. Infando. Nefario: fidefrago. Et ipſa. Vt pater tuus. Tales. Tam formoſi: uirgineit pudibundi: quales tu geris. Decuit. A patre tuo. Non decebat inquit patrem tuum noſtros ſic remunerari labores p eo ſuſceptos contra perſam. Sic remitti. Sic inglorios domũ retrudi: indonatoſq; priuatos promiſſo uellere. Sub te teſte. Cuius rei tu teſtis es. Fas mihi uirgo tuum. Subintellige da: cõcede nobis uirgo ius tuum: quod pater abnegat. Fas ponit pro iure et ęquo. Iuſtas da. ſubintelligatur: et. Nã pater. Recurre ad uerbũ uoluit. Opponere. Tãq̃ par pari obiicere: et uelut in harenã producere. Tãtis monſtris. Qualia ſunt tauri igniuomi. Quod meritum. Eſt a me ut hoc faciat? hoc per Parentheſim ſcribitur. Expendere. Soluere: perpeti: exhaurire.

Externa. Barbara. Pro mœnibus ueſtris. Pro tuendis penatibus ueſtris. redditur ne hęc ęqua mihi remuneratio qd pro tuendis mœnibus ueſtris duos ſocios amiſi fortiſſimos? Iphis. Iphis. Vnus ex argonautis: quem mortuum pro mœnibus Aeetę tradit. Superius libro primo diſputauimus an ſcribendum ſit Iphis an Idas. ad illum locum te relego. Priſci tamen codices habẽt iphis. Nec Idam Aphareium in hoc bello periiſſe prodit Rhodius: ſed nec iphim ullum nominat: ſed neq; Orpheus. Aut Scythię tãta inde manus. Superioribus iungitur. Excuſat mortem ſociorum: qui non obierunt inulti: uerum ſecum magna manus et copia Scytharum: quos argonautę eeciderunt ut Aeetã perfidũ tuerentur. Inde. ex altera parte ceciderũt hoſtes ſi noſtri ceciderũt. Scythię. Scytharũ. Erãt enim Scythę hoſtes Aeetę. Iuſſiſſet abire perfidus. Saltẽ inquit pater tuus O Medea ſi noſtra nobis denegare ferebat aius: ſaltem iuſſiſſet abire regno ſuo: nec ſpe nutriſſet inani. Extẽplo. Nos nõ rebꝫ ſuis iplicãdo. Cedere. excedere: abire.

Spem mihi promiſſam per quæ diſcrimina rurſus
Et reddat qua lege uides. occumbere tandem
Poſſumus: idq; ſedet: quam non quæcunq; ſubire
Patris iuſſa tui. nunquam ſine uellere abibo
Hinc ego. degenerem nec me tu prima uidebis.
Hæc ait illa tremens: ut ſuplicis aſpicit ora
Conticuiſſe uiri iamq; et ſua uerba repoſci:
Nec quibus incipiat demens uidet: ordine nec quo:
Quo ue tenus: prima cupiens effundere uoce
Omnia: ſed nec prima pudor dat uerba timenti.
Hæret. et attollens uix tandem lumina fatur.
Quid precor in noſtras ueniſti theſſale terras?
Vnde mei ſpes ulla tibi? tantoſq; petiſti
Cur non ipſe tua fretus uirtute labores?
Nempe ego ſi patriis timuiſſem excedere tectis:
Occideras: nempe hanc animam pars ſæua manebat
Funeris: o ubi Iuno. ubi nunc tritonia uirgo:
Sola tibi quoniam tantis in caſibus adſum.
Externæ regina domus: miraris et ipſe
Credo nec agnoſcunt hæ nunc Aeætida ſiluæ.
Sed fatis ſum uicta tuis. cape muneta ſupplex
Non mea teq; iterum pelias ſi perdere quæret:
Inq; alios caſus: aliaſq; immittet ad urbes:
Heu formæ ne crede tuæ. titania iamq;
Gramina: perſeaſq; ſinu depromere uires
Cœperat his iterum compellat Iaſona dictis.
Si tamen aut ſuperis aliquam ſpem ponis in ipſis:
Aut tua præſenti uirtus educere leto
Si te forte poteſt: etiam nunc deprecor hoſpes
Me ſine: et inſontem miſero dimitte parenti:
Dixerat extemplo (neq; enim matura ruebant
Sidera: et extremo ſuffixerat axe bootem)
Cum gemitu et multo iuueni medicamina fletu.

Spem. Ordo. Vides per quę diſcrimina ſpem promiſſam reddat: et qua lege reddat. Spem reddere dicitur ille qui quę promiſſit opere ac effectu comprobat. Per quę diſcrimina. Per quę pericula. Qua lege. q̄ dura: difficili impoſſibili. Id ſedet. Placet: in animo eſt mori. Nil enim aliud hęc cōditio ſignificat q̄ mortem ſubire: et ſubintellige potius malo mori: q̄ non omnia ſubire diſcrimina: quę pater tuus iuſſerit. Hinc. Ex colchis. Tu prima. Nemo enim me degenerem uidit; nec tu uidebis. Ait. Iaſon ſic locutus eſt. Repoſci. Expectari ab Iaſone reſponſum Medeę. Videt. Satis ſcit. hoc ē amoris indicium: quare ab Horatio pronunciatum illud. Parū decoro inter uerba cadit lingua ſilentio. Nec pudor dat prima uerba. Illam pudor ulterius loqui non ſinit. Hęret. Dubitat. Tua. Non magica: et quoniam Venus dixerat illum ſupplicare Medeę. Timuiſſem. ut uirginē decuit. Excedere tectis. Exire domo paterna. Hāc aiam tuā. Erat actum de uita tua: et funera tibi inſtabāt. Vbi. Immo tua nunc eſt?

Regina. Regis filia. Ipſe credo. Credo qđ tu ipſe miraris me tibi opem ferre. Nec agnoſcūt. quoniā prorſus immutata: quę ſola ſine uiris uagari ſolebat: nunc uiris redire comitatiorē uident q̄ ſolebant.

Aeetida. Medeam: Aeetę filiam.

Fatis tuis. Quibus auxiliū meū debebatur. Supplex. Nō ut amator: non peregrinus: nō ut hoſtis patris: ſed mihi ſupplicas. Teq; iterum. Monet amice Iaſonē ſi perdere eum uellet Peleus fata non tentaret nō ſubiret tam difficilem aleam formoſitate fretus aut uiribus.

Perdere. Vt ęmulum regni tolleret de medio. Caſus. Pericula.

Immittet. Te ad peregrinas trudet urbes ut pericliteris. Heu. epiphomena miſerātis Iaſonē ſi ſe difficilioribus periculis cōmittet. Crede. Confide. Titania. Florē caucaſeum de quo ſupra. Perſęas uires. Herbas uel carmina magica a Perſa Aeetę: de qua ſupra. unde ouidio Perſeides herbę: miſtaq; cū magicis marſa uenena ſonis. Sinu depromere. Extra ſinum promere.

Compellat. Alloquit. Si tamen. Antequā iaſoni remedia tradat Medea rogat eum ſi habet aliunde auxilium ne ſuum petat: quin potius in penatibus eam relinquat: domoq; familiari. Sunt qui ſcribūt. Aliquam ſpem theſſale ponis. repugnantibus exēplaribꝰ: nulla neceſſitate cogēte. Superis. Iunone et Pallade. Aut tua. uel ſi tua uirtus te letho ſubtrahere poteſt. Si proprię fidis uirtuti. Educere. Subtrahere.

Pręſenti letho. Calamitate pręſenti. Deprecor. Valde precor. Sine. ne me tot piaculis et ęrumnis implices. Neq; .n. matura. r. ſ. et. e. ſ. a. b. huc totū p parētheſin poſitū ē. Ordo. Dixerat: et extemplo cū gemitu et multo iuueni medicamina flatu Obiicit. Neq; .n matura ruebāt ſidera. Nō erat maturū et tēpeſtiuū tp̄s quo ruerēt, ſed ueneno accelerabat magico. Ruebāt. Cadebāt. Suffixerat. Medea ſta

rę fixū fecerat. Booté. Sepiētriones nec cū bubulco bootę: qui plauſtrū ducit. Medicamina. pharmaca. Obiicit. Porrigit. Manu ſubit. Supponit manum medicaminibus et accipit. Corripit. Raptim inuadit et capit. Vim omnem. Medicamina magnarum uirium. Inde. Dein. cum ſe conſcelerare cœpit Medea: conſuetudine peccandi largius peccat: et totum incantat Iaſonem. Nocens. Scelerata. Non reuocabilis. Pudor qui inſtaurari non poteſt cum ſemel amittitur. Ceſſit. Euanuit.

Non ſecus ac patria pariter famamq; decuſq;
Obiicit. ille manu ſubit: et uim corripit omnem.
Inde ibi facta nocens, et non reuocabilis unquam
Ceſſit ab ore pudor, propiorq; impleuit Erinnys:
Carmina nunc totos ſoluit: figitq; per artus
Aeſonidæ: et totum ſepteno murmure fertur
Per clypeum: atq; uiro grauiorem reddidit haſtam.
Iamq; ſui tauris languent abſentibus ignes.
Nunc age et has inquit criſtas: galeamq; reſume:
Quam modo funerea tenuit diſcordia dextra.
Hanc iace per medias (cum uerteris æquora) meſſes.
Protinus in ſeſe conuerſa furoribus ibit
Cuncta phalanx atq; ipſe fremens mirabitur: et me
Reſpiciet fortaſſe pater. ſic deinde locuta
Iam magis atq; magis mentem ſuper alta ferebat
Aequora: pandentes Minyas iam uela uidebat
Se ſine. tum uero extremo percuſſa dolore
Arripit Aeſonidem dextra: ac ſummiſſa profatur.
Sis memor oro mei: contra memor ipſa manebo
Crede tui. quantum hinc aberis dic quæſo? profundi
Quod cœli ſpectabo latus? ſed te quoq; tangat
Cura mei quocunq; loco, quoſcunq; per annos.
Atq; hunc te meminiſſe uelis: et noſtra fateri
Munera: ſeruatum pudeat nec uirginis arte.
Hei mihi cur nullos ſtringunt tua lumina fletus?
An me mox merito morituram patris ab ira
Diſſimulas? te regna tuæ felicia gentis:
Te coniux natæq; manent: ego prodita abibo.
Nec queror: et pro te lucem quoq; læta relinquam.
Protinus hoſpes adeſt. tacitis nam cantibus illum

Propior. Vicinior. intra uiſcera magis bacchata. Erinnys. Furia. Carmina. Incantaméta. Soluit. Diſſipat. Figit. Includit. Totum clypeum. Omnes partes clypei carmine reddit impenetrabiles ac inoffenſas. Septeno carmine. Murmure ſepté comprecationū. ἑπτάς hoc eſt ſeptenarius eſt religioni dicatus. Fertur. Precando diſcurrit: incantando. Grauioré. Solutiorem: et fracturę maxime reſiſtentem. Galeam et criſtas. Galeam criſtatam. nunc reſume hanc galeam criſtatam in ſtyge tinctam: quam taurinus ignis penetrare non poterit. Diſcordia. In ueſtibulo inferorum ſtabulans. Funerea. Sanguinaria: in cędes ac rixas ſemper armata. Verteris. Araueris: et nati erūt armati. Aequora. planiciem campeſtrem. Hanc. Galeam. In ſe ſe ibit. Inuicem concurret. Phalanx. Legio. Fremens. Indignatus qđ inter ſe fratres terrigenę: non in ſe ſęuiāt. Me reſpiciet. Tanq̄ huius remedii opificé ac auctoré. Ferebat ſuper alta. cogitauit Iaſonem tauris confectis et terrigenis nauigaturum. Pandétes uela. Nauigates. Videbat. imaginabatur uirgo. Quantū aberis hinc dic queſo? Rogo dic mihi quantum aberis ac remotus eris ut ſciam in quam partem conuertam oculos cum te reſpecturus ero. Profundi cœli. Vaſti ac infiniti. Quod latus. Dic in qua parte terrę ſis futurus: ut illorſum oculos meos i te abſentem conuertā. iuxta illud ouidianum. Et quo non poſſum corpore mēte feror. Quocūq;. Loco futurus es. Quoſcunque per annos. Quocūq; tempore uitę tuę. Hūc te. Recordare te hunc. i. collocatum in hac fortuna: a Medea ſeruatū fuiſſe. Stringūt. Feriūt ac exprimūt. metaphora a ſpongia deducta: quę ſtricta ac expreſſa liquoré exudat. Merita. Quā merito in me concipiet. Tacite uolebat ab Iaſone inuitari ad diſceſſum. Diſſimulas. Suſq; deq; fers: et curare non uideris. Regna. Manent te tua: non ego animum tuum uro. Tu ſola patriam ac cognationem curas. me repudias et negligis. Coniunx. Eliciebat nunqđ coniugem haberet. Thoro nanq; inhiabat Iaſonis. Natę. Quę maribus dulciores eſſe ſolent: auctore phalaride: ac magis patris mouere mentem ſolent ſolicitareq; ut fragili ſexui ſubueniat. Sunt qui ſcribunt. Te genitor materq;. Priſca lectio non ſuffragatur. Abibo. Seiungar a te prodita hoſpite et pręterita. Sed nō queror: non curo. uerba uirginalia. Lucem relinquam. Pro te libens emori poſſum. Lęta. Volés morti addicta. Cantibus. Philtris et amatoriis tacite animum peruadentibus.

Filię maribus dulciores.

Afflabat. Scribēdū afflarat: afflauerat uidelicet ac inſpirauerat ut paribus facibus ac incēdiis arderēt. Aeſonidē. Me iaſonē. Quicq̄ uelle. Aliq̄d cupere nec patriā nec parētes. Sine te nil mihi dulce ſupereſt. Tyrāno. Patri. ſi me ita putas igratū. q̄ſi dixerit. ita igratus uiuere nec uellē nec poſſem. Recipe cātus. iterū cape pharmaca excātata: quę dediſti: ſi hoc eſſe uerū putas. Exue. abſterge a corpore noſtro diris carminibus armato. Lucis amor. Vitę ſine te deſiderium. Amplectit. Nulla eſſet cauſa patriam inuiſendi ſi te relicta diſcederem. Dicit renauigare in patriam ſine Medea non cupere: et ſi eam primam pater Aeſon nō eſt amplexurus. patrem enim ſibi adhuc uiuere ſperabat. Tuo. Tua ope parto.

Spectet. Gręcia aſpiciat uellus tuum aureum. Procumbit. Scribe procumbat. Tibi tota gręcia ad genua accidat beneficii memor.

Reſpice. Verba mea cōſidera uirgo: et matrimonio annue. Ego te uxorem meam uolo et peto. Superis potentior. Medeam ſuperis potentiorem inquit quoniam lunā ac cętera ſidera detrahebat. Diuis imis. Inferis: ſtygiis: plutoniis.

Nutu. Arbitrio tuo coacta magicis ſuſurris. Diſcriminis. Periculi pręſentis. Horas. Tempus hoc quo ſumus i diſcrimine. Vnq̄. Scribo. nunq̄. Sim. Ero. Meriti. Nunquā ero meritorum tuorū imemor. Noctis huius. Qua mihi ſalutē tribuiſti. Si te ſceptra. Niſi mecū es futura ſemp et inueniſti parentes nouos tuis meliores: tunc nō iuuaret me uiuere in patria: nec euaſiſſe periculū. Sceptra. regna paterna. Domū. Et colchos. Senſeris. Nō tibi uidebitur liquiſſe tuos ita feliciter tibi mecū erit. Videntem. iunge cū. non et te. i. ſi nō uidebis tūc hęc mea promiſſa fuiſſe uera.

Tū. Qnādo tu nō uidebis pōdus meis eē pollicitis: ſed uidebis. Tuę artes. Magicę me turbent. reperio in codicibus emēdatis hoc additū. Flāma. Quot infanda poſſunt in cęde furores Adiicias: arteſq; tuas. ſuccurrere nullus Ingrato queat. Vt ſignificet Medeā nō contentam flamma tauroꝝ adiiciat et omnes furores magicos: qui meutē angunt et cruciant. Sed in priſcis codicibus hoc nō reperio: nec ineſſe debet propter uerba ſequētia. Et ſi quid. Subintellige noſti: tenes: habes. Si quid habes: his ſęuius pœnis. illud adiice: et tormentis magnis maiora ſuperadde. Iſtis. Monſtris: quibus me obiicit Aeetes. In medio terrore. Inter ignes taurorum: prodigioſam hominum ſegetem me rilinquas. Audiit. Furor comprecationes diras iaſonis. Nomina leua non ſiuerunt irrita iaſonis uerba fluere. Deſpondet. Rata facit: confirmat. Meritis pœnis. Afficiendo peierantem. Nam mox cum iuſiurandum non ſeruaſſet Iaſon meritis pœnis eſt affectus. Petunt iuriſconſulti an poſt iuſiurandum cauſa retractari debeat: ſi conſtiterit illum peieraſſe: et cenſent non debere. Satis enim pœnarum dedit: qui deos ac religionem temerauit.

Satis pœnarum dedit q̄ deos temerauit.

Furor ultus. Furor ac Erinnys ulciſcetur iaſonem: qui Medeam prodet. Queſtus. Lachrymas. Amantis. Deſertę ac proditę. Defixus. Hęrens: ſtupidus. Alter ab altero diſcedere non poterat. Ora ſimul. Etiam Medea leuat ora ſua iaſonis oculos rapientia. Deiicit uultus. Pudor. iterum cogit ambos oculos humi defigere. Aeger. Triſtis. Conterret. Pericula futura per uices narrando.

Flexerat: et ſimili iam dudum afflarat amore.
Tunc ait Aeſoniden quicquam te uelle relicta
Credis: et ulla peti ſine te loca. redde tyranno
Me potius. recipe ingratos atq; exue cantus.
Quis mihi lucis amor? patriam cur amplius optem?
Si non et genitor te primam amplectitur Aeſon?
Teq; tuo longe fulgentem uellere gaudens
Spectat? et ad primos procumbit græcia fluctus?
Reſpice ad has uoces et iam precor annue coniux.
Per te quæ ſuperis: diuiſq; potentior imis.
Perq; hæc ergo tuo redeuntia ſidera nutu:
Atq; per has noſtri iuro diſcriminis horas:
Vnquam ego ſim meriti noctiſq; ſi immemor huius:
Si te ſceptra domum ſi te liquiſſe parentes
Senſeris et mea tum non hæc promiſſa uidentem:
Tum me non tauros iuuet euaſiſſe: feroſq;
Terrigenas: tum me tectis tua turbet in ipſis
Flamma: tuæq; artes: nullus ſuccurrere contra
Ingrato queat: et ſiquid tu ſæuius ipſis
Adiicias: meq; in medio terrore relinquas.
Audiit atq; ſimul meritis periuria pœnis
Deſpondet queſtus ſemper furor ultus amantis.
Hæc ubi dicta: tamen perſtant defixus uterq;:
Et nunc ora leuant audaci læta iuuenta:
Ora ſimul totieſq; ducis rapientia uiſus
Deiicit hinc uultus æger pudor: et mora dictis
Redditur: ac rurſus conterret Iaſona uirgo.
Accipe perdomitis quæ deinde pericula tauris:

Aeęo uellere. Pelle colchica: in labore ſubeundo propter uellus colchicum. priſci codices habent ęo/lio: hoc eſt phrixęo: Phrixi progenitor fuit ęolus: ut in principio operis eius geneologiam collegimus.
Mauortis in arbore. in luco Martis in arbore phago uel quercu ubi pellis eſt appenſa ſupereſt ingens labor peruigilem draconem cóficiendi. Quem. in quem draconem ire et conterere utinam tanta ſit ar/tis fiducia ut ei cógredi audeamus. Noſtri. Artis magicę noſtrę. Hecates. ita fidam Dianę. No/ſtri uigoris. Virium noſtrarū. Vi/rum. Iaſoné. Doceat. Experiétia magiſtra eſſe uerum. Superſint. Reſtent profligáda. Anfractibus. ſpiris: orbibus: uoluminibus. Re/cubantem. Stratum: non dormien/tem. Erat enim inſomnis. Tur/bat. Excitat: inſtigat. Ducis. Ia/ſonis. Ille. Serpens torſit ſibila: et ſe arbori complicuit toto corpore.
Quod haud alias ſtetit. congemi/natione corporis: quod non alias ſte/tit: quod ſchema: quod robur nunq̄ alias ſtetit uelut pręſagū imminen/tis fati: et nunc inſtare tempus exu/biarum. Torſit. Cótorſit: uibra/uit. Trepidátia. Timoré pręſefe/rétia. Ná ſubdit. Seq; metu. Spi/ris. giris. Exhorruit. horréda ſer/pente ambita eſt. Inde. giros ſuos continuat: ac euadit in ſummum.
Vacuo. Aperto: inani. Quę ná. Subintellige ſunt: unde ueniunt.
Stricto. Euaginato. Frigidus. Tremés. Illa. Medea. Trahit. caudá ſerpentis tractat. Repreſſo. Domito: demulto: ſibila ponere iuſ/ſo. Poſtremū: circa labores ulti/mos. O utinam. Di faxint uideá te aconiti et ſine puluere conficienté ferum draconem. Te. iúge cum participio calcantem. Orauit cal/canté. Aſcédété quercū in qua uel/lus et pellis eſt auricoma. Squal/lentem. Squammis ſerpentinis ra/diantem coruſcátemq;. Nexibus cęruleis. Nodis colubrinis. Lu/mina. Oculos inſomnes. Deinde. te his perfuncto laboribus. Fata. Locuta. Profugit. Lóge fugit in urbem repedás. Sub extremis umbris. Sub finé noctis. Et iá. Aeetam regem ad laboré ſurrexiſſe reſpondit: et ad ęrumnas Iaſoni parandas. Puniceo ortu. Aurora purpurea. Spes una. Iaſonem conficiendi. Extulerat. Stratis erigi fecerat. Quantis nox una. Senſus eſt arduus ac perdifficilis. Veniebat Aeetes ut uideret an timore ſubeundi diſcriminis fugiſſet Iaſon: et liberum: uacuum: expedi/tumq; mare reliquiſſet. iunge cum illis dictionibus. Spes una erat. Spes erat Aeetę uidere quantis un/dis. i. q̄ magno pelagi ſpatio nox diremerit ac ſuperauerit Iaſonem: hoc é quanta maris ſpatia comite pa/uore metitus fuerit Iaſon. Aeſonidem. Iaſonem. Illuc ſiſte. Tibarine fretis iam uultus aperto. Scri/be. Liber ne fretis iam uultus apertis: hoc é an maria ablata et abducta eſſent claſſe libera: uacua: apertaq;. Sed ſcribas non Tibarine: ſed liber ne: et rex ueniebat ut inſpiceret núquid eſſet liber uultus. i. facies: po/ſitura: ſitus: poſitio: qualitas. nunquid mare haberet liberum uultum. i. faciem ſuam non occupatam a claſſe Argo. Liber eſt uultus maris cum in quancúq; partem uolueris oculos: omnia uidentur aperta ſi/ne offendiculo. Apertis fretis. Mari late patenti: non occupato naui: et denormato margine carinę: quę aperturam et latitudinem liberam maris interſecat. Vtq; prius totum ſileat mare. Et uenit contempla/tum Iaſon an mare totum. i. non occupatum naui ſileat. i. tacitum ſit ſine celeumate ac remigum: nauta/rumq; uocibus ut prius et antequam ueniret Argo ſilebat: ſtratum erat et compoſitum.

Et quis in Aeolio maneat te uellere cuſtos.
Nondum cuncta tibi (fateor) promiſſa peregi
Sæuior ingenti mauortis in arbore reſtat
Crede labor: quem tanta utinam fiducia noſtri
Sit mihi, nocturneq; hecates: noſtriq; uigoris.
Dixerat. utq; uirum doceat: quæ monſtra ſuperſint:
Protinus immenſis recubantē anfractibus anguem:
Turbat: et Aemonii ſubito ducis obiicit umbram.
Ille (quod haud alias ſtetit) et trepidantia torſit
Sibila: ſeq; metu poſtq̄ ſua uellera circum
Suſtulit: atq; omnis ſpiris exhorruit arbor:
Incipit inde ſequi: et uacuo furit ore per auras:
Quis fragor hic? quæ nam tantæ dic uirgo ruinæ
Exclamat: ſtricto Aeſonides ſtans frigidus enſe.
Illa trahit ridens. tandemq; ait angue repreſſo.
Hunc tibi poſtremum: noſtri parat ita parentis.
Heu miſer heu tantis iterum mihi chare periclis.
O utinam ut nullo te ſim uiſura labore
Ipſam cæruleis ſquallentem nexibus omnium
Ipſaq; peruigilis calcantem lumina monſtri.
Contingat uix deinde mori. ſic fata profugit:
Seq; ſub extremis in mœnia retulit umbris.
Et iam puniceo regem ſpes una ſub ortu
Extulerat. quantis nox una diremerit undis
Aeſonidem liber ne fretis iam uultus apertis.
Vtq; prius totum ſileat mare. dumq; ea longe

Spirę.

Aconiti.

Puniceus ortus.

Afflabat. Scribēdū afflarat: afflauerat uidelicet ac inſpirauerat ut paribus facibus ac incēdiis arderēt.

Aeſonidē. Me iaſonē. Quicq̄ uelle. Aliqd cupere nec patriā nec parētes. Sine te nil mihi dulce ſupereſt. Tyrāno. Patri: ſi me ita putas igratū. q̄ſi dixerit. ita igratus uiuere nec uellē nec poſſem. Recipe cātus. iterū cape pharmaca excātata: quę dediſti: ſi hoc eſſe uerū putas. Exue. abſterge a corpore noſtro diris carminibus armato. Lucis amor. Vitę ſine te deſiderium. Amplectit. Nulla eſſet cauſa patriam inuiſendi ſi te relicta diſcederem. Dicit renauigare in patriam ſine Medea non cupere: et ſi eam primam pater Aeſon nō eſt amplexurus. patrem enim ſibi adhuc uiuere ſperabat. Tuo. Tua ope parto.

Flexerat: et ſimili iam dudum afflarat amore.
Tunc ait Aeſoniden quicquam te uelle relicta
Credis: et ulla peti ſine te loca. redde tyranno
Me potius. recipe ingratos atq; exue cantus.
Quis mihi lucis amor? patriam cur amplius optem?
Si non et genitor te primam amplectitur Aeſon?
Teq; tuo longe fulgentem uellere gaudens
Spectat? et ad primos procumbit græcia fluctus?
Reſpice ad has uoces et iam precor annue coniux.
Per te quæ ſuperis: diuiſq; potentior imis.
Perq; hæc ergo tuo redeuntia ſidera nutu:
Atq; per has noſtri iuro diſcriminis horas:
Vnquam ego ſim meriti noctiſq; ſi immemor huius:
Si te ſceptra domum ſi te liquiſſe parentes
Senſeris et mea tum non hæc promiſſa uidentem:
Tum me non tauros iuuet euaſiſſe: feroſq;
Terrigenas: tum me tectis tua turbet in ipſis
Flamma: tuæq; artes: nullus ſuccurrere contra
Ingrato queat: et ſiquid tu ſæuius ipſis
Adiicias: meq; in medio terrore relinquas.
Audit atq; ſimul meritis periuria pœnis
Deſpondet queſtus ſemper furor ultus amantis.
Hæc ubi dicta: tamen perſtant defixus uterq;:
Et nunc ora leuant audaci læta iuuenta:
Ora ſimul totieſq; ducis rapientia uiſus
Deiicit hinc uultus æger pudor: et mora dictis
Redditur: ac ruſus conterret Iaſona uirgo.
Accipe perdomitis quæ deinde pericula tauris:

Spectet. Gręcia aſpiciat uellus tuum aureum. Procumbit. Scribe procumbat. Tibi tota gręcia ad genua accidat beneficii memor.

Reſpice. Verba mea cōſidera uirgo: et matrimonio annue. Ego te uxorem meam uolo et peto. Superis potentior. Medeam ſuperis potentiorem inquit quoniam lunā ac cętera ſidera detrahebat. Diuis imis. Inferis: ſtygiis: plutoniis.

Nutu. Arbitrio tuo coacta magicis ſuſurris. Diſcriminis. Periculi pręſentis. Horas. Tempus hoc quo ſumus ī diſcrimine. Vnq̄. Scribo. nunq̄. Sim. Ero. Meriti. Nunquā ero meritorum tuorū imemor. Noctis huius. Qua mihi ſalutē tribuiſti. Si te ſceptra. Niſi mecū es futura ſemp et inueniſti parentes nouos tuis meliores: tunc nō iuuaret me uiuere in patria: nec euaſiſſe periculū. Sceptra. regna paterna. Domū. Et colchos. Senſeris. Nō tibi uidebitur liquiſſe tuos ita feliciter tibi mecū erit. Videntem. iunge cū. non et te. i. ſi nō uidebis tūc hęc mea promiſſa fuiſſe uera.

Tū. Quādo tu nō uidebis pōdus meis eē pollicitis: ſed uidebis. Tuę artes. Magicę me turbent. reperio in codicibus emēdatis hoc additū. Flāma. Quot infanda poſſunt in cęde furores Adiicias: arteſq; tuas. ſuccurrere nullus Ingrato queat. Vt ſignificet Medeā nō contentam flamma taurorū eadiiciat et omnes furores magicos: qui mentē angunt et cruciant. Sed in priſcis codicibus hoc nō reperio: nec ineſſe debet propter uerba ſequētia. Et ſi quid. Subintellige noſti: tenes: habes. Si quid habes: his ſęuius pœnis. illud adiice: et tormentis magnis maiora ſuperadde. Iſtis. Monſtris: quibus me obūcit Aeetes. In medio terrore. Inter ignes taurorum: prodigioſam hominum ſegetem me rilinquas. Audiit. Furor comprecationes diras iaſonis. Nomina leua non ſiuerunt irrita iaſonis uerba fluere. Deſpondet. Rata facit: confirmat. Meritis pœnis. Afficiendo peierantem. Nam mox cum iuſiurandum non ſeruaſſet Iaſon: meritis pœnis eſt affectus. Petunt iuriſconſulti an poſt iuſiurandum cauſa retractari debeat: ſi conſtiterit illum peieraſſe: et cenſent non debere. Satis enim pœnarum dedit: qui deos ac religionem temerauit.

Satis pœnarum dedit q deos temerauit.

Furor ultus. Furor ac Erinnys ulciſcetur iaſonem: qui Medeam prodet. Queſtus. Lachrymas.

Amantis. Deſertę ac proditę. Defixus. Hęrens: ſtupidus. Alter ab altero diſcedere non poterat.

Ora ſimul. Etiam Medea leuat ora ſua iaſonis oculos rapientia. Deiicit uultus. Pudor. iterum coegit ambos oculos humi defigere. Aeger. Triſtis. Conterret. Pericula futura per uices narrando.

Aetę́o uellere. Pelle colchica: in labore ſubeundo propter uellus colchicum. priſci codices habent ęolio: hoc eſt phrixęo: Phrixi progenitor fuit ęolus: ut in principio operis eius geneologiam collegimus. Mauortis in arbore. in luco Martis in arbore phago uel quercu ubi pellis eſt appenſa ſupereſt ingens labor peruigilem draconem cōficiendi. Quem. in quem draconem ire et conterere utinam tanta ſit artis fiducia ut ei cōgredi audeamus. Noſtri. Artis magicę noſtrę. Hecates. ita fidam Dianę. Noſtri uigoris. Virium noſtrarū. Virum. Iaſonē. Doceat. Experiētia magiſtra eſſe uerum. Superſint. Reſtent profligāda. Anfractibus. ſpiris: orbibus: uoluminibus. Recubantem. Stratum: non dormientem. Erat enim inſomnis. Turbat. Excitat: inſtigat. Ducis. Iaſonis. Ille. Serpens torſit ſibila: et ſe arbori complicuit toto corpore.

Et quis in Aeolio maneat te uellere cuſtos.
Nondum cuncta tibi (fateor) promiſſa peregi
Sæuior ingenti mauortis in arbore reſtat
Crede labor: quem tanta utinam fiducia noſtri
Sit mihi. nocturnæq; hecates: noſtriq; uigoris.
Dixerat. utq; uirum doceat: quæ monſtra ſuperſint:
Protinus immenſis recubantē anfractibus anguem:
Turbat: et Aemonii ſubito ducis obiicit umbram.
Ille (quod haud alias ſtetit) et trepidantia torſit
Sibila: ſeq; metu poſtq̄ ſua uellera circum
Suſtulit: atq; omnis ſpiris exhorruit arbor:
Incipit inde ſequi: et uacuo furit ore per auras:
Quis fragor hic: quæ nam tantæ dic uirgo ruinæ
Exclamat: ſtricto Aeſonides ſtans frigidus enſe.
Illa trahit ridens. tandemq; ait angue repreſſo.
Hunc tibi poſtremum: noſtri parat ira parentis.
Heu miſer heu tantis iterum mihi chare periclis.
O utinam ut nullo te ſim uiſura laborē
Ipſam cæruleis ſquallentem nexibus ornum
Ipſaq; peruigilis calcantem lumina monſtri.
Contingat uix deinde mori. ſic fata profugit:
Seq; ſub extremis in mœnia retulit umbris.
Et iam puniceo regem ſpes una ſub ortu
Extulerat. quantis nox una diremerit undis
Aeſonidem liber ne fretis iam uultus apertis.
Vtq; prius totum ſileat mare. dumq; ea longe

Quod haud alias ſtetit. congeminatione corporis: quod non alias ſtetit: quod ſchema: quod robur nunq̄ alias ſtetit ueluti pręſagū imminentis fati: et nunc inſtare tempus excubiarum. Torſit. Cōtorſit: uibrauit. Trepidātia. Timorē pręſeferētia. Nā ſubdit. Seq; metu. Spiris. giris. Exhorruit. horrēda ſerpente ambita eſt. Inde. giros ſuos continuat: ac euadit in ſummum. Spirę.

Vacuo. Aperto: inani. Quę uā. Subintellige ſunt: unde ueniunt.

Stricto. Euaginato. Frigidus. Tremēs. Illa. Medea. Trahit. caudā ſerpentis tractat. Repreſſo. Domito: demulto: ſibila ponere iuſſo. Poſtremū: circa labores ultimos. O utinam. Di faxint uideā te aconiti et ſine puluere conficientē ferum draconem. Aconiti. Te. iūge cum participio calcantem. Orauit calcantē. Aſcēdētē quercū in qua uellus et pellis eſt auricoma. Squallentem. Squammis ſerpentinis radiantem coruſcātemq;. Nexibus cęruleis. Nodis colubrinis. Lumina. Oculos inſomnes. Deinde. te his perfuncto laboribus. Fata. Locuta. Profugit. Lōge fugit in urbem repedās. Sub extremis umbris. Sub finē noctis. Et iā. Aeetam regem ad laborē ſurrexiſſe reſpondit: et ad ęrumnas Iaſoni parandas. Puniceo ortu. Aurora purpurea. Puniceus ortus. Spes una. Iaſonem conficiendi. Extulerat. Stratis erigi fecerat. Quantis nox una. Senſus eſt arduus ac perdifficilis. Veniebat Aeetes ut uideret an timore ſubeundi diſcriminis fugiſſet Iaſon: et liberum: uacuum: expeditumq; mare reliquiſſet. longe cum illis dictionibus. Spes una erat. Spes erat Aeetę uidere quantis undis. i. q̄ magno pelagi ſpatio nox diremerit ac ſuperauerit Iaſonem: hoc ē quanta maris ſpatia comite pauore metitus fuerit Iaſon. Aeſonidem. Iaſonem. Illuc ſiſte. Tibarine fretis iam uultus aperto. Scribe. Liber ne fretis iam uultus apertis: hoc ē an maria ablata et abducta eſſent claſſe libera: uacua: apertaque. Sed ſcribas non Tibarine: ſed liber ne: et rex ueniebat ut inſpiceret nūquid eſſet liber uultus. i. facies: poſitura: ſitus: poſitio: qualitas. nunquid mare haberet liberum uultum. i. faciem ſuam non occupatam a claſſe Argo. Liber eſt uultus maris cum in quancūq; partem uolueris oculos: omnia uidentur aperta ſine offendiculo. Apertis fretis. Mari late patenti: non occupato naui: et denormato margine carinę: quę aperturam et latitudinem liberam maris interſecat. Vtq; prius totum ſileat mare. Et uenit contemplatum Iaſon an mare totum. i. non occupatum naui ſileat. i. tacitum ſit ſine celeuſmate ac remigum: nautarumq; uocibus ut prius et antequam ueniret Argo ſilebat; ſtratum erat et compoſitum.

Echion. Verbenarius Caduceator. Sagmina. Ceryciã caducei. Iuriſcóſulti emédati.

Explorare. Indagare rex accingitur. Queat. Scribe parat. Cótra. Ex alia parte occurrit Echion et uenientem regem occupat. Arcas. Ex Arcadia. Require in primo. Echion. Mercurii filius numinis arcadis: uerbenarius et caduceator. Legati Romani ut eſſent tuti auctoribus iuriſperitis libro primo digeſt. ferebant ſagmina: erat hęc herba ex arce. Gręci cerycia. i. caduceum. ſic emenda et intellige iuriſperitorũ codicem. Apud Apolloniũ libro tertio duo mittunť ad Aeetá ab Iaſone Ethalides et Telamon.

Explorare queat. contra uenit arcas Echion
Dicta ferens: iam circæis mauortis in agris
Stare uirum: daret æripedes in prælia tauros.
En uocor en ultro dixit. ſpeſq; addidit aura.
Vos mihi nũc primum in flammas: mihi uertite tauri
Aequora: nunc totas aperite et uoluite flammas.
Exeat Aemonio meſſis memoranda colono.
Tuq; tuum partim graium da nata draconem.
Ipſius aſpectu pereant in uellera et ipſa
Terga mihi diros ſeruent infecta cruores.
Fatur. et effuſis pandi iubet æquora tauris.
Pars et Echionii ſubeunt immania dentis
Semina. pars diri portant graue robur aratri.
At ſua magnanimum contra pagaſea iuuentus

Dicta. Mandata Iaſonis ad regé Aeeten. Circęis. Superius locũ hunc circeum uocari ab Apollonio innuimus. Daret. emitteret. Et uocat. Legas. En. Hęc repetitio eſt plena fremitus: et ſtomachi. Ecce qui tardus eſſe debebat: me accerſit ac euocat Iaſon. Vltro. Sponte ducis gręci. Dixit. Aeetes. Spes addidit. Iaſoné ſperare fecit. Aula. Benignitas aulę meę et comitas hoſpitalis. Si liceat audere et coniicere in hoc turbido mari quid ſit legis aura? hoc eſt fulgor metalli et coruſcatio. Cum Iaſon uidit intremere aurũ a ſole percuſſum: cœpit illa aura ſtimulare eũ ad predá. In hoc ſignificatu de auro in arbore poſito utitur hac uoce Maro libro ęn. ſexto bis. Diſcolor unde auri per ramos aura refulſit. Subdit honoratus interpres. Auri aura. Splendor auri. Horatius. Tua ne retardet aura maritos. i. ſplendor. Hinc et aurum dicitur a ſplendore: qui eſt in eo metallo. Hinc et aurarii dicti: quorum fauor ſplendidos reddit. In flammas. Ruite tauri flammas uomentes in Iaſonem. Mihi. Iuſſu meo: uel in mea ſolatia: quę hoſte ſuperato capiam. Vertite. arate. poſtq̃ flámas exercueritis: quibus conficere non poteritis aduerſarium: arate terram: unde magna terrigenarum ſeges prodeat. Aequora. Terram. Aperite. Proſcindite. Voluite. Reſupinate: arate. Glebas. Terram et ſegetem. Exeat. Prodeat. Memoranda. Scribe: metuenda: quam: cótra naturam meſſor colonus Iaſon metuat: ut quę in eum uerſura ſit ſpicula. Colono ęmonio. Iaſoni theſſalo: qui id ſolũ uertet. Gradiue pater. Mars pater da tuum draconem ac ex luco Martis emitte. Damnata. Scribe. Da nata. Filia inquit Medea emitte draconem tuum: quem alere ſoles ac mulcere. Ipſius aſpectu. cum illum draconé aſpicient. Pereant in uellera. Obeant argonautę uidendo pellem illam horricomam ab immani dracone ſeruatam. Ipſa terga. Vellera tergorum arietis Phrixi tincta ſint ſanguine Iaſonis a dracone euiſcerati atq; depaſti. Seruent mihi. Retineant in ſolacium meum. Occiſum hoſtem dixit Vitellius optime olere. Nullum ſpectaculum lętius oculis crudelium q̃ cruoré hoſtis aſpicere. Infecta. Tincta: ſanguine oblita: unde infectores uocati. Effuſis. In harenã miſis. Pádi. Permitti. Aequora. Planiciem campeſtré. Dat libertaté tauris emicandi in ęquor campeſtre. Pars et Echionii. Ex hoc loco proculdubio apparet alterum eſſe draconé: qui cuſtodiebat aureum uellus: Alterius eſſe dentes: quos humi ſparſit Iaſon: quos ait illius fuiſſe draconis. Cuſtos aurei uelleris eſſe nó poteſt: ut cuius dentes ſererentur anteq̃ cuſtos ille eſſet extinctus. Cęterum Apollonius libro tertio illius Cadmęi détes fuiſſe credit his pene uerbis. Telamoni ac ęthalidę miſis ab Iaſone Aeetes regnator ponti moleſtos ad certamen dentes Aonii draconis: quem ogygia in Thebe Cadmus: quando Europen inquirens peruenit: occidit Martio fonti cuſtodem exiſtenté. ubi et habitauit comitatu bouis. Dentes dea Tritonis ex genis accipiés Aeetę dono dedit ſimul: ipſiq; occiſori: quorum partem Aonius ferens in Campis Cadmus Agenorides terrigenam ſtrauit populum Martis metens quotquot relicti ſunt. Hos autem tunc Aeetes porrexit iſtis nuntiis ut ad naué prompte ferrent. Putauit. n. tanto certamini fore ut ſuccumberet Iaſon: et ſi tauros ſubiugaſſet. Apparet ergo ex his Apollonii uerbis q́d hic ſerpens fuit ille Thebanus: et quomodo eſſe potuit. Pars portant. Syntheſis numerorum: pars in fruſta ſecant. Graue robur. Lignum graue.

Aura.

Aurarii.

optime ſole re occiſum hoſtem.

Détes cadmęi draconis ſati ab Iaſone.

Varronis ſcirpus ſolutus.

Triptolemus ſcolponeatus.

Aratri diri. Crudelis et implacidi aratro. Varro colore feſtiniſſimo aratrum et aratorem optime deſcripſit his uerbis. Dum in agro ſtudioſius ruror: aſpicio Triptolemum ſcolponeatum bigas ſequi cornutas. Scimus enim Triptolemum arationem reperiſſe in gręcia ut Oſyris in ęgypto: unde ab Ouidio.

Nunc ego Triptolemi cuperem conſcendere currus:

Sparſit i ignotã qui rude ſemen humũ. Per bigas cornutas poſſumus corriculũ aratrũ trahẽtẽ intellige/re: cornutas ideo dixit q̃d poſt duas ſtiuas habet: uel alluſit ad cornua trionũ boum. Scolponeatũ ruſticũ iam deciduo et in hyemem autũno uergente Scolponeũ indutum intelligere poſſumus. Scolponeç uero: Catone in re ruſtica auctore: inter inſtrumẽta familię numerant̃ quod nomen adhuc ſeruat lingua uer/nacula pręſertim in fœminis. Quãuis auctore Placiade ceſtus plumbo ligati Scolponeç ſubinde uocen/tur: in quam ſignificantiã profertur illud a Plauto in Caſina. Qui que/ſo potius q̃ ſcolponeas: quibus bã/tuatur tibi os ſenex nequiſſime. — *Scolponeç* — *Batuere.*

Proſequitur ſpatioq; ducem tum maxima quiſq;
Dicta dedit. ſcuuſq; procul diſceſſit in agros.
Fixerat ille gradus: totoq; ex agmine ſolus
Stabat: ut extremis deſertus ab orbibus axis:
Quem iam lapſa dies auſtriq; ardentis harenę:
Aut quem Rhiphęas extantem rurſus ad arces
Nix et cęrulei Boreę ferus abſtulit horror.
Cum ſubito attoniti longiſſima phaſidis unda:
Caucaſeęq; trabes: omniſq; Aeętia tellus
Fulſit: et ardentes ſtabula effudere tenebrę.
Ac uelut ex ima ſi quando nube coruſci
Ira iouis torſit geminos mortalibus ignes:
Aut duo cum pariter ſuperunt uincula uenti:
Dantq; fugam: ſic tunc clauſtris euaſit uterq;
Taurus: et immani proflauit turbine flammas
Arduus: atq; atro uoluens incendia fluctu.
Horruit argoa legio ratis: horruit audax
Qui modo uirgineis ſeruari cantibus Idas
Flebat: et inuito proſpexit colchida uultu.

Quiſq;. Ex argonautis. C̃u arv/gonautę prodirent in aciem magna uerba loquebãtur ac animorum ple/na: quibus etiam ducem ſuũ inci/tarent. Diſceſſit. Iuuentus iuſſa ab Iaſone: ne non ſolus pugnã inii/re uideret̃. Sęuis. ubi immaniſſi/mi tauri cum ſolo iuuene pugnaturi erãt. Fixerat. Iaſon geminis plã/tis innixus ſtetit imperterritus. Ex agmine. Ex tanta ſuorũ et barbaro/rũ turba ſtetit aduerſus ignea mon/ſtra. Extremis deſertus ab orbib9 axis. ſtetit Iaſon ut cœlum ſtaret ſi geminis polis arctico et antarctico circa quos uertitur: priuaretur: Tũc cõuolueret̃ et hęreret. Deſertus. Priuatus: excuſſus. Orbibus. Polis orbicularibus: qui poſiti i fine axis uer/tiginẽ adiuuant cœli: ablati cõtra/rium operant̃. Quẽ. Axem an/tarcticũ et meridionalẽ uẽtus excuſ/ſiſſet auſter. Lapſa dies. Motus qui ẽ cauſa temporis: ut ſit hyſteron proteron: ablatus. uertigo cœli ge/nerat motum: motus generat tem/pus. Dies. Motus deficiens po/lum abſtulit ab axe. Harenę. Caſus multitudinis. per harenas intelligit flatũ uẽti cõciẽtis ac excitatis harenas. Harenis cõmotis auſter meridionalem polum perflans: excuſſit. nugę poeticę. pacem. ſummã tenent: et illas oras ſuperas uentus perflare non poteſt. Cum dixit Ouidius. Summa petit liuor. perflant altiſſima uenti: intellexit ſumma infimorum. Quem. Alterum polum arcticum et ſeptentrionalem.

Extantem. Eleuatum. Ad arces rhiphęas. Ad ſummitates et faſtigia ſeptentrionalia. Nix. Imper/tus niuium excuſſit illũ polum. Quin ſunt indiuiſibiles illi poli: et impreſſiones peregrinas nõ recipiũt. Credidit forte poeta noſter: aut potius crediſſe fingit: cœlum eſſe lapideũ: quod monſtrum aliquis phi/loſophorum euomuit. Cęrulei boreę. q̃d cęruleos imbres excitat: ſi non apud nos: in aliqua ſaltem re/gione: ut auſter apud aliquos ſerenitatem. Horror ferus. Rigor immanis: et intolerabile: ſceleratũq; frigus. Cum ſubito. Tauris igniuomis erumpentibus. Attoniti phaſidis. Phaſis et ſi longule ſinat ab his campis: tamen intremuit: et expauit incendium. Tenebrę. Ergaſtula tenebrarũ plena ubi ſtabu/labantur boues: his cum impetu erumpentibus effulſerunt. Stabula. Boues illic ſtabulari ſolitos. me/tonymia: pars pro toto. Ac uelut. Comparatio boum ignẽ ſpirantium fulmini ex cõcauo nubis erum/penti. Ima. Profunda: in abditis nubis uiſceribus. Torſit. Iaculata eſt. Geminos. Vaſtos: biſul/cum et triſulcum fulmen. Duplex et geminum ſimpliciter aliquando magnum dicimus: uel Seruio ſuf/fragante: in illius carminis enarratione. Et duplici aptantur dentalia dorſo. Mortalibus. in mortales.

Vincula. Clauſtra ęolia: Pariter. Simul. Dant fugam. Fugiunt ac celeriter eunt. Euaſit. Erupit: effugit: exiluit. Immani turbine. Procella uaſtiſſima. Proflauit. Flando emiſit. Arduus. Erecta ceruice incedẽs. iuxta illud Maronianum. Arduus ad ſolem: et linguis micat ore triſulcis. Flu/ctu. Flatu criſpato et contorto. Legio. Minyę. Flebat. Indignabatur. Idas. qui ſtomachabat̃ tan/tum heroa quãtus eſt Iaſon ſeruari cantamine magico: tanquã ſibi uires non ſupereſſent ſine Medea hęc monſtra conficiendi. Hęc carmina docent libro primo: et in ſuperioribus: etiam in ſeptimo ſcribẽdum ẽ iphis: non Idas: quę oia ſubtilius a nobis euentilata: in libri primi catalogo reperies. Inuito. Hoſtilis inimico: q̃d indecens ſibi uidebat̃ ſine Medea minyas uincere nõ poſſe. nunc uiſis tauris ſentẽtiã mutat.

Non tulit ipſe moras:ſeſeq; immiſit Iaſon:
Diuerſos poſtq̃ ire uidet:galeamq; minantem
Quaſſat:et errantem dextra ciet obuius ignem.
Vt tandem ſtetit:et toruo ſe lumine flexit:
Qui prior aduerſi reſpexit Iaſonis arma:
Cunctatus paulum ſubito furit.æquora non ſic
In ſcopulos irata ruunt: eademq; recedunt
Facta retro.bis fulmineis ſe flatibus infert:
Obnubitq; uirum.ſed non incendia colchis
Adſpirare ſinit:clypeoq; illiditur ignis
Frigidus:et uiſo palleſcit flamma ueneno:
Iniicit Aeſonides dextram:atq; ardentia mittit
Cornua.dein totis propendens uiribus hæret:
Ille uirum atq; ipſam tunc te Medea recuſans
Concutit:et tota nitentem carminis ira
Portat iners.tandem grauius mugire recedens
Incipit:et feſſo uictus deſcendere cornu.
Reſpicit hinc ſocios immania uincula poſcens
Aeſonides.iamq; ora premit:trahiturq; trahitq;
Obnixuſq; genu ſuperat:cogitq; trementes
Sub iuga ahena toros.alium dehinc turbida colchis
Exarmat:lentumq; offert:timideq; minantem
Iamq; propinquanti noctem implicat ille fatiſcens

Non tulit moras. Nihil moratus eſt Iaſon:uerum ſeſe in Medeam immiſit. Diuerſos. Tauros eū non aggredi:ſed aberrare. Minantem. Tauros ad certamen prouocantem. Errantem ignem. Tauros igniuomos in diuerſum euntes. Ciet. Prouocat. Obuius. Vltro occurrens. Stetit. Taurus
Taurodes aſpectus. igniſluus. Toruo. Obliquo:limo:unde ταυρῶδες hoc eſt taurinus aſpectus apud Platonē. Aduerſi Iaſonis. Arma cōtra illum mouentis. Cunctatus paulum. Modicū moratus:illū mox aggreſſus eſt. Facta retro. Quid ſi. fracta retro. retrocedentia cum franguntur a ſcopulo:et corū mugientium retruditur impetus. Infert. Immittit. et cū impetu Taurus irruit. Obnubit. Tegit:operit. Adſpirare. Spiritū apud ſe immitere: Clypeo. In clypeū. Illiditur. Incutitur:et refringitr. Frigidus. frigefactus et attenuatus. Sidonius Apollinaris.

Vel cum obruit ignem
Taurorū plus ipſa calens. texitq; trementem
Frigida flamma uirum.

Viſo. Tacto. Palleſcit. Extenuatur. Veneno. medicamine circes. Nectit. Illigat capiſtro. Propendens. Pendens cornu:quod alligare contēdit. Ille. Taurus uincula detrectās. Ipſam. Venena:uireſq; tuas. Concutit. Caput cōcutiens agitat. Nitentē. Niſu corporis impreſſionem faciētem. Carminis. Incātationis. Ira tota. Qui iraſcebatur ſibi carmine adeo uires eſſe diminuitas. Recedens. Expatiatus. Grauius mugire. Graui mugitu omnia complere. Feſſo. Fatigato:languido:uictum ſe fatente. Deſcendere. In terrā trahi ac herois uiribus cedere. Socios poſcēs uincula. Iaſon petit a ſociis uincula. Ora premit. Vinculis circūligat. Trahit. A tauro:et taurum ipſe cōtra trahit. Obnixus genu. Contra genibus inhęrens ac obſiſtens. Cogit. Imitatur hos Apollonii libro tertio uerſus.

κὰι ρ᾽ ὅγε δεξιτεροῖο βοὸς κέρας ἄκρον ἐρύσσας
Εἷλκεν ἐπικρατέως παντὶ σθένει. ὄφρα πελάσσῃ
ζεύγλῃ χαλκείῃ. τὸν δ᾽ ἐν χθονὶ κάββαλεν ὀκλὰξ
ῥίμφα ποδὶ κρούσας πόδα χάλκεον. ὣς δὲ καὶ ἄλλον
σφῆλε γνὺξ ἐπιόντα μιῇ βεβολημένον ὁρμῇ.
Εὐρὺ δ᾽ ἀποπροβαλὼν χαμάδις σάκος ἔνθα καὶ ἔνθα
τῇ καὶ τῇ βεβαὼς ἄμφω ἔχε πεπτηῶτας
γούνασιν ἐνπροτέροισι διὰ φλογὸς εἶθαρ ἐλυσθείς. Ille aūt dextri bouis cornu ſummū trahēs contraxit robuſte totis uiribus:donec iugo applicuerit aheneo:quē in terra deiecit geniculatim faciliter pede pulſans pedē ęreū.ut uero aliū nutare fecit genibus irruētē uno percuſum impetu:late aūt abiiciēs ſcutū.inde et inde:huc et illuc gradiens ambos cadere fecit.genibus in prioribus a flamma ſtatim inuolutus eſt. Tremētes. Iam pauidos et cicures factos. Abena. Ferrea.imitatus ē illud Apollonii ζεύγλῃ
Zeugle. χαλκείῃ. Toros. Toroſos et muſculoſos. Huc uergit illud perſianū. Multūq; toroſa iuuentus Inge
Tori. minat tremulos naſo criſpante cachinos. Turbida. Turbata pauore quo pro caro angebatur Iaſone. Exarmat. Manſuem reddit et placidū. Colchis. Medea. Lentum. Minus ferocientē. Timide.
Sūmiſſe. ſine diphthongo pro leniter et ſummiſſe. Summiſſe et minātec ſunt cōtraria. Ouidius. Multaq; ſummiſſe
Minanter. multa minātec agat. Noctem. Scribe nocte.i.fumo. Imitatur illud Apollonii. διὰ φλογὸς εἶθαρ ἐλυσθείς. Ille. Taurus. Fatiſcens. Languidus ac debilitatus. Vi. Prementis iaſonis robore.

Proruit. In caput pręceps cadit. Totus. Tota mole roboris. Suis flatibus. Anhelatione taurina. Suſpirioſus erat taurus ac ſuis reciprocationibus anhelitus laſſitudinem innuebat. Defixum. Obrutum: ac applauſum terrę. Dedit uinclis. Impediuit ac illigauit. Obſtrinxit. Circũligauit. Suſcitat. Surgere facit. Agit. Stimulat. Non ſecus. Comparatio equi primum editi in Theſſalia emergentis nuper ex illa terra tauro incitato ad curſum ab Iaſone. Medio hiatu telluris. In media terrę uoragine et ſciſſura. cum terra rupta chaos ingens apparuit in Theſſalia.

Suſpirioſus.

In caput inq; humeros ipſa ui molis et iræ
Proruit, inuadit, totuſq; incumbit Iaſon
Deſuper, atq; ſuis defixum flatibus urget.
Vtq; dedit uinclis, ualidoq; obſtrinxit aratro
Suſcitat ipſe genu ſæuaq; agit inſuper haſta.
Non ſecus ac medio quam ſi telluris hiatu
Terga recentis equi, primumq; inuaſit habenis
Murmur, et in ſumma lapithes apparuit oſſa.
Ille uelut campos libyes ac pinguia Nili
Fertilis arua ſecet, plena ſic ſemina dextra
Spargere gaudet. alacri honeratq; noualia bello.
Martius hic primum ter uomere fuſus ab ipſo
Clangor, et ex omni ſonuerunt cornua ſulco.
Bellatrix tum gleba quatit, pariterq; creari:
Armaq; phalanx, totiſq; inſurgere campis.
Ceſſit, et ad ſocios paulum ſe retulit heros
Opperiens, ubi prima ſibi daret agmina tellus.
At uero ut ſummis iam rura recedere criſtis
Vidit, et infeſta uibrantes caſſide terras,

Terga. Pro toto corpore. Recentis equi. Recenter editi. Inuaſit. Inſultauit ſolo et erupit in terrã. Habenis. Cum habenis exiluit fremeñs equus. Murmur. Hinnitus ac equus murmurans. Operępretium tamen ẽ legere. Primũq; euaſit harenis Murmur. Equus hinniẽs ac fremẽs primũ hiante terra emerſit: per harenas terram intelligit ut poetę ſolent. Lapithes. Cẽtaurus Theſſalus. Tangit hiſtoriam. Equites abigeos et prędones pecoris inſequentes primũ aſcenderũt equos in Theſſalia ut celeritate curſus illos aſſequerentur: quod uidentes rudes et ad id ſpectaculũ homines inſoliti hippocentauros eſſe putauerũt: pręſertim cum equi caput ut biberent: inclinaſſent. Hoc noſter Flaccus apud Lapithas Theſſalię populos factum eſſe putat. Neptunnus in Theſſalia primus equum procreauit unde Hippii cognomine gaudet. Maro ſi credimus Seruio: in attica terra: primo georgicon his.

Hippius Neptũnus

Tuq; O cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percuſſa tridenti.

Maro apertus. Defenſus Seruius.

Primam terram Athenas intelligite non Theſſaliam Ouidio concinente. Exiliiſſe ferum quo munere uindices urbem. Licet non nulli apud Ouidium fretum non ferum legant: quod eſſe pręposterum Planudes docet: qui Ouidianas transformationes gręce tranſtulit. Is enim eo in loco ἵππον tranſtulit gręce: non τάλαπταν. Cędant tandem Hermogeni: qui a Seruio ſtat: et Lutatio Papiniano interpreti: Hermogenis uerba poſuimus libro ſexto commentariorum noſtrorum in Lucretium. Variatum eſt in hac fabula. Nam quidam in Theſſalia hoc factum dicunt. Athenis autem non equum emerſiſſe: ſed mare. Cęterum conceditur poetis uariare fabulas ut de Philomena et Progne: De Scylla et reliquis. Apparuit. Ex hiatu terrę emergens.

Hermogenes. Lutatius.

In ſumma oſſa. in ſupercilio oſſę montis theſſalię. Ille uelut. Iaſon ſerebat dentes Thebani ſerpentis non ſecus ac fertilem Nili terram ſereret. Arua ſeruat. Quę multiplicatam ſementem addunt.

Acriq; honerat. Acer prima correpta proferri non poteſt eo minus acri; ideo legendum potius erit: alacri honeratq; noualia bello. Quod enim piaculũ cõmittit̃ ſi alacrẽ legam ſecũda producta appoſitione C. et. R. ut apud Horatium funebre ſecũda correpta: et apud Lucretium penetret producta. Alacre bellum uocat armatos terrigenas qui alacriter erumpunt exarata ab Iaſone tellure. Noualia. Terram ſementiuam. Quę ſint noualia et nouales Seruius pręter cęteros docebit libro georgicon et Maro. Alternis idem tonſas ceſſare nouales: Et ſegnẽ patiere ſitu dureſcere campum. De noualibus meminit iuriſcõſultus libro quinto digeſtorum. Honerat. Implet. Martius clangor. Militare claſſicum. Clangór eſt ſtrepitus tubiciũ inuitãtiũ ad arma. Ter fuſus. Emiſſus: ſuſcitatus. Cornua. Claſſica: ſignaq; militaria unde cornicines appellati. Quatit. Quatiebat: commouebatur. Socios. Minyas. Dare germina. Scribe ex uetuſtiſſimo exemplari. Daret agmina. Effunderet agmen et globum militarem cum quo pugnaretur. Rura. Terreſtre agmen. Recedere. A ſe diſcedere. Criſtis. Armata galea. Infeſta. Hoſtili. Vibrantes. Emicantes ac in ſublime ferentes agmina Terrigenarum. Terras. Ex terra homines natas: qui pręlio improuiſo auctorem ſeminis laceſſent: et in martem prouocabũt.

Alacre. Penetro. Noualia. Clangor. Cornicines.

Aduolat. Iaſon celeriter accurrit. Atq imo. Iaſonem naſcentibus et nondum progreſſis toto corpore: et membris omnibus: terrigenis aduolat et prout fuit caput forte natum: enſe metit: brachia cedebat prout pars illa primum eſt egreſſa. Ordo. Prior Iaſon ęquat humo enſe ſequaci eam terrā: quę imo collo proxima fuerat: et ubi nec dum humeri uidere diem: Sed Commodius legetur qua proxima. pro ea parte qua. Imitatur Apollonium in calce ſecundi ita ſcribentem.

τοὺς ἄρ ἀίσσοντας υἱὸς ἐπιὼν
γηγενέεσσι:
γυμνὸν δ᾽ ἐκ κολεοῖο φέρε ξί-
φος. οὖτα δὲ μίγδην
ἀμώων. πολέας μὲν ἔτ᾽ ἐς
νηδὺν λαγόνας τε
ἡμίσεας δ᾽ ἀνέχοντας ἐς ἠέρα.
τοὺς δὲ καὶ ἄχρις
ὤμων στελλομένους. τοὺς δὲ
νέον ἑστηῶτας.
τοὺς δ᾽ ἤδη καὶ ποσσὶν ἐπει-
γομένους ἐς ἄρηα.

Aduolat: atq ima tellus qua proxima collo:
Nec dum humeri uidere diem: prior enſe ſequaci
Aequat humo truncos tutilum thoraca ſequentis.
Aut primas a matre manus premit obuius ante.
Nec magis aut illis: aut illis milibus ultra
Sufficit: ac diræ quam cum Tirynthius hydræ
Agmina Palladios defeſſus reſpicit ignes.
Ergo iterum ad ſocias conuertere colchidos artes:
Et galeæ nexus ac uincula diſſipat imæ.
Cunctaturq tamen: totiq occurrere bello
Ipſe cupit. ſpes nulla datur, ſic undiq condenſant
Terrigenæ iam ſigna duces clamore tubæq.
Iamq omnes uidere uirum: iamq omnia contra
Tela uolant. tum uero amens diſcrimine tanto:
Quam modo tartareo galeam Medea ueneno
In medios torſit: conuerſæ protinus haſtæ.
Qualis ubi extimulat mœſtæ phrygia agmina mōſtris

Talis Aeſonis filius in terrigenas irruebat educens enſem: quem metens una uibrabat. multos adhuc nō trem: iliaq medios eminentes in cœlum: alios aūt neq ad humeros miſſos: alios nuper extantes: aliosq pedibus feſtinantes ad bellum. Humeri uidere diem. Qui uſq ad humeros extabant. Videre diem eſt: ut ait Apollonius: in aera et Ioué prodire: naſci: emergere. Sequaci. Illa monſtra perſequenti. Quidam in hoc ſignificatu parū latinum ſequacem putantes: ſecanti ſcribunt.
Sequax. Sequax materia uocat' lenta: et quę ſequitur trahentem. Aequat humo. Metit dixit Rhodius. Truncos. Corpora. Thoraca ſequentes. Qui thoracati militis pectus ſequebantur qui primus naſcebatur.

Primas. Primo naſcētes. A matre. A terra. Manus. Militis terrigenę. Premit. Inſtādo et perſequendo cedit ac amputat. Obuius. Occurrens: anticipans. Nec magis. Comparat Iaſonem Herculi colla Hydrę ſecanti: quibus pullulantibus immenſum ſatis eſſe non poterat: perinde Iaſon ſolus contra tot armatos non ſufficiebat. Illi. Huic uel illi cohorti. Sufficit. Reſiſtere poteſt. Defeſſus. pu
Excetra. gnando laſſatus. Reſpicit. Pullulare ac excreſcere unde latinis et Plauto uocatur excetra. Agmina. Turbam anguium pullulantē excīſa parte meduſęi monſtri. Ignes palladios. Palladem Herculi fauentem: quę in hydram: quę uulneribus confici non poterat: attulit ignem: quo combureretur. Re enim ue
Hydra qd. ra hydra fuit ſtagnans aqua in lycia: cuius os Vnum cum obſtrueret Hercules: multa erumpebant: tandem palus igne deſiccata eſt. Hydram dixere ab aqua: quę gręcis uocatur hydor. Sunt qui angues non ignes ſcribunt: quia anguis dicatus ſit palladi: hieq anguium eſſe epitheton: quod non probo. Ergo. Cum uiribus corporis domare non poſſet. Conuertere. Lege conuertit. ad artes Medeę ſe conuertit Iaſon cum uiribus pręſtare non poſſet. Galeę nexus diſſipat. Reſoluit galeam: quam in terrigenas iaciat. Diſſipat. Diſſoluit: Abrumpit. Imę. Infimę. Clamore. Sunt qui clangore ſcribunt.

Omnes. Terrigenę. Videre. Et conſequenter nocere parant. Contra. Iaſonem. Tela iuuant. Scribe. Tela uolant. Amens. Quid agat ignarus. Modo. Paulo ante. Medea. Subintellige dedit. et ſi emendati codices habeant. galeam dedit illa. Apollonius non galeam intorſiſſe ſcribit: ſed ſaxū: cuius hęc uerba ſunt.

αὐτὰρ ἰήσων
μνήσατο μηδείης πολυκερδέος ἐννεσιάων.
λάζετο δ᾽ ἐκ πεδίοιο μέγαν περιηγέα πέτρον
δεινὸν ἐνυαλίου στόλον ἄρεος. Veneno. Magicis maleficiis. In medios. In illos terrigenas.

Torſit. Iecit. Conuerſę. Ab Iaſone in propria corpora. Haſtę. Terrigenarum. Cunctatur. Moratur: turbat diſſoluere. Vellet. n. ſolus expungere ac atterere terrigenas. Occurrere. Obuius fieri.

Qualis. Comparatio Terrigenarum ſubito furore correptorum arma in ſe uertentium: ipſis gallis:

ſcerdotibuſque cybeleis:qui auditis deę ſuę lituis in furorem aguntur:et ſubito bacchari incipiunt.
Vbi. Quando. Extimulat. Stimulis in furorem uertit:ut olim irata ſuũ Athim ut ſibi genitalia Pe/ Petrinus
trino gladio ſecuerit:unde a Catullo dictum. Deuoluit lactes acuto ſibi pondere ſilicis:et ipſe ſuam de/ gladius.
teſtationem conquerens. Ego męnas:ego mei pars:ego uir ſterilis ero. Hos euiratos extimulare ſolet cũ
eſt irata:leonibus:cum uero lętior eſt tympanis:crotalis:cymbalis:unde a Catullo dictum. Simul ite ſe/
quimini.

Ira:uel exectos lacerat Bellona comatos:
Haud ſecus accenſas ſubito Medea cohortes
Implicat:et miſeros agit in ſua prælia fratres:
Omnis ubi Aeſoniden ſterni putat omnibus ira
Talis erat:ſtupet Aeætes:ultroq; furentes
Ipſe uiros reuocare cupit.ſed cuncta iacebant
Agmina.nec quiſquam primus ruit.haud ſuper ullus
Linquitur:atq; hauſit ſubito ſua funera tellus:
Protinus in fluuium fumantibus euolat armis
Aeſonides.qualis getico de puluere mauors
Intrat equis:uritq; grauem ſudoribus hebrum.
Aut niger ex antris rutiliq; a fulminis æſtu
Cum furit:et ſiculo reſpirat in æquore cyclops.
Redditus hic tandem:ſocioſq; amplexus ouantes.
Haud tam mendacem promiſſa repoſcere regem
Dignatur.nec ſi ipſe ſibi terga ingerat ultro
Qui pepigit:uelit in pacem dextramq; reuerti
Amplius,ambo truces.ambo abſceſſere minantes.

Phrygiam ad domum cybeles:phrygia ad nemora.
Vbi cymbalum ſonat uox:ubi tympana reboant.
Tibicen ubi canit Phryx curuo graue calamo.
Vbi capita męnades iaciunt hederigerę.
Vbi ſacra ſancta acutis ululatibus agitant.
Vbi ſueuit illa duce uolitare uaga cohors:
Quo nos decet citatis celerare tripudiis. Emendati codices nõ reclamante priſca lectione:licet preciſa: habẽt:attollit hoc ẽ in furorẽ leuat.
Mœſtę. Iratę:furentis. Sunt.n. hęc orgia ſacra ab ira uocata. Phrygia agmina. Lege cum exemplaribus caſtigatiſſimis: phrygas annua matris:ubi phrygas troianos appellat annuam iram ſacra anniuerſaria furoris ac irę plena. Matris. Cybeles:quę mater deorum uocatur.
Bellona lacerat. Bellonarii.i.bellonę ſacerdotes ſibi lacerabant artus Bellonarii
ut Syrię apud Lucium Apuleium: Syria dea.
qui lanceolis brachia cõfigebant:quę ſacrilegia erãt ſi illa erãt ſacra:in quos tẽdũt illa Tibulli carmina.

Nanq; ubi bellonę motu eſt agitata:nec acrem
Flammam:non amens uulnera ſęua timet.
Ipſa bipenne ſuos cędit uiolenta lacertos:
Sanguineq; effuſo ſpargit inulta deam.
Satq; latus pręfixa ueru:ſtat ſaucia pectus:
Et canit euentus quos dea magna mouet:

Et apud Horatium. Gaudẽs bellona cruẽtis. Comatos. Pro plauto
Promittebãt crinẽ huiuſmodi bellonarii ut mũditias ſpernere uiderent:quod cũ Plautus exploraſſet ita feſtiuiter inquit. Promittã crinẽ optimũ eſt:incipiã ariolari. Implicat. Immiſcet. Agit. Vrget ac impellit. In ſua pręlia.in fraterna bella. Omnis. Hoc ſenſu. Cũ quiſq; putaret Aeſonidẽ ſtratũ iri et perditũ a terrigenis nõ ſolũ ſternebat:ſed ipſimet ſe ſternebãt. Omnis putat. Pro omnes putãt:cũ oẽs putarẽt actũ eſſe de Iaſone. Sterni. Proſterni a terrigenis fratribus. Omnis ira Talis erat. Tali ira cõcitati erant in ſe terrigenę. Furẽtes.in ſe ruẽtes. Reuocare. Retrahere in iaſonẽ. Primus ruit. Oẽs uno fato cõcidũt. Sup.inſup:pterea. Haud ullus.nullus fratrũ. Linquit. Supereſt. Hauſit. Abſorpſit:recepit. Sua funera. Mortẽ ſuorũ terrigenarũ. Getico puluere. Cũ pugnauit apud Getas. Vrit. Caleſcere facit. Aut niger. Cõparat iaſonẽ Typheo gigãti cũ ioui fulmine ſemiuſtus ore anhelo reſpirat in Sicilia. Ex antris. Ex atritate cauernarũ terrę: quas inhabitat. Rutili. Coruſci: micantis. Aeſtu. Incẽdio. Cyclops. Typhœus. Siculo. Cui impoſita eſt Arime Sicilię inſula.ue/ Arime in/
tuſta exemplaria habent ſicco: Hoc ẽ feruẽti et calido:ut caleſcat ex nimio fulminis gigãtęi calore:ut hęc ſula.
ſecunda primę comparationi reſpondeat. Redditus. Ex tam magno periculo ſuis reſtitutus Iaſon.
Haud dignat. Non reputat regẽ Aeetẽ eſſe dignũ a quo promiſſa repetat. Repoſcere regẽ. Petere a rege mẽdaci quę promiſit. Ipſe. Rex barbarus et mendax. Terga ingerat. Offerat pellẽ arietinam et inculcet. Qui pepigit. Rex Aeetes qui pmiſit. Nec uelit. Reuiſaret Iaſon uel ſi Aeetes daret uellus aureũ.illi rurſus amicus fieri. Reuerti in dextrã.iterũ amicus fieri:manum dextrã tangere:quod amoris recentis ſignum eſt. Ambo truces. Rex Aeetes et Iaſon abierunt:et in diuerſum ſeceſſerũt alter alteri iratus et maleuolens. Minãtes. Minarum occultarũ pleni. Oia inter eos erant infida:nihil placatum nec amicum.

Finis Cõmẽtarii in Septimũ Flacci Librũ.

## LIBRI OCTAVI ARGONAVTICON COMMENTARIVS PII BONONIENSIS INCIPIT.

EDEAM pharmacis potentiſſimis tauros igniuomos exarmaſſe retulimus: nec non ſatis ſerpentis aonii dentibus emerſiſſe pubem terra genitam: quā delere quidem Marte ſuo ſatagebat Iaſon: ſed ad tantum numerum non erat ſatis ſolus. Remediis Medeę tandem egens: galeam in terrigenas coniecit: quo ueluti pugnę claſſico in ſe omnes incitati infeſtis animis concurrerunt. Deleti ſunt Marte proprio. In hoc octauo narratur quemadmodū poſt querelam iterum pro ſopiendo dracone Medea uenenis aſſumptis cum Iaſone in lucum conuenit: et multis hincinde ſermonibus habitis: tandem illa draconem ſopit. Iaſon uellera rapit. Idem nauem cum ſociis: uellere et Medea conſcendit: fugamqꝫ capeſſit. Aeetes turbatus abſyrtum cum ratibus ut Iaſonem et filiam perſequeretur: mittit. Matris planctus ſuper Medea. Medeę in naui mœror. Apud Peucem nuptię iaſonis et Medeę parantur. Interuentus Abſyrti deſcribit̄: et ipſius uerba ſuperbiora. Pugna conſeritur. Iuno uentos et tempeſtatem immittit. Styrus uiolētior poſt magnifica uerba: conatuſqꝫ uirilis ſoluta rate naufragus obruitur. Deſiſtunt a pugna Colchi. Argonautę reddi Medeam decernunt. Medea cum Iaſone ſeorſus loquitur: et de eo queritur: parantemqꝫ reſpondere refugit. Eam Iaſon incipit conſolari. Tandem recōciliatur iaſoni. Quin communi ſententia apſyrtum trucidare decernūt: et trucidāt apud fanū Dianę fruſtra repugnātē: licet deſiderent̄ aliqua a Valerio omiſſa repētina morte pręuēto.

T trepidam. Senſus eſt. Furię patris: uiolentia tyrannis ſolicitant et agunt Medeam ueritam
a ne male mulctetur a patre dubitante ne hęc omnia Medea patrauerit: quoniam ſupra uires mor/talitatis ſunt. Fata. Mortẽ ne occumberet fato triſti peremptus. Nec ultra. Nõ ulterius ẽ ſibi timor maris. nõ ulterius mare pauet. Sed duros audet tractare rudẽtes ut ait Satyrus. Miſerę. nõ Medeę ulla terra procul uidet. Vmbrã. Noctẽ: quã prius formidabat. Alii codices habent undas: hoc ẽ ma/re. Quãcũqꝫ. Etiã hoſtilem dum/modo patrem fugiat. Complexa. Ex deſiderio rerum domeſticarum. hoc magna comploratione Albani faciunt apud Liuium cũ iuberet rex Romanus tectis auitis excedere. Lucanus de Romanis. Extremo tũc forſitan urbis amatę Plenus abit uiſu. Thoros. imitatur illud Apollonii libro quarto. κῦσε δ᾽ ἑόντα λέχος καὶ δι/κλίδας ἀμφοτέρωθεν σταθμούς. καὶ τοίχων ἐπαφή/σατο. χερσί τε μακρὸν ῥηξαμένη πλόκαμον θαλάμῳ μνημήια μητρὶ κάλλιπε παρθενίης. ἀδινῇ δ᾽ ὀλοφύρατο φωνῇ. Oſculata ſuum lectum et bifores utrinqꝫ ſtationes et parietes tractauit: manibuſqꝫ lon/gam incidens comã monimenta matri uirginitatis reliquit: ſuauiqꝫ uo/ce ingemuit. Genas carpſit. Raſit et lacerauit. Per ueſtigia. uadens per antiqui ſomni ueſtigia: et recor/data ſomni prioris qui ponit̃ ſupra libro. v. cũ Medea ſomno oppreſſa ui/dit ſe nauigare magnum mare: irato patre ſequi uirũ peregrinũ: et reliqua ubi ſupra ſic incipit. Forte deus. Antiqui. iam diu a ſe uiſi. Im/preſſo. pectore calcato. Profugę. quę nunc a patria faceſſere ſatago. Supremos. quod hi faciũt qui ſe nõ amplius uiſuri ſunt. Amplexus. quos ille dare uolebat: ſed nõ dedit. Superius. n. ſcripſerat Valerius. Nãqꝫ ſoporatos tacitis i ſedibꝫ artus Dum premit alta quies: nullęqꝫ in uirgine curę Viſa pauens caſtis Hecates excede/re lucis. Incisa coma pignus uirginitatis

# C. VALERII FLACCI SETINI ARGONAVTICON.

## LIBER OCTAVVS.

T trepidã in thalamis etiã ſua facta pauentem
a Colchida circa omnes pariter furiæqꝫ minæqꝫ
Patris habẽt, nec cærulei timor æquoris ultra:
Nec miſeræ terra ulla procul. quaſcunqꝫ per undas
Ferre fugam, quãcunqꝫ cupit iam ſcandere puppem.
Vltima uirgineis tunc flens dedit oſcula uittis.
Quoſqꝫ fugit complexa thoros: crinemqꝫ genaſqꝫ
Ante per antiqui carpſit ueſtigia ſomni
Atqꝫ hæc impreſſo gemuit miſeranda cubili.
O mihi ſi profugæ genitor nunc ille ſupremos
Amplexus ærata dares, fletuſqꝫ uideres
Ecce meos. ne crede pater. non carior ille eſt:
Quem ſequimur: tumidis utinã ſimul obruar undis:
Tu precor hæc longe placidus mox ſceptra ſenectæ
Tuta geras: meliorqꝫ tibi ſit cætera proles.
Dixit. et Aemonio nunquam ſpernenda marito,
Condita letiferis prodit medicamina ciſtis:
Virgineoſqꝫ ſinus, ipſumqꝫ monile uenenis
Implicat, ac ſæuum ſuper omnibus addidit enſem.
Inde uelut torto furiarum erecta flagello
Proſilit, attonito qualis pede proſilit Ino
In freta, nec parui meminit conterrita nati:
Dumqꝫ pii petit ora patris: ſtetit arduus inter
Pontus: et ingenti circũſtipata profundo
Fratre tamen conante ſequi. mox ſtare pauentes
Viderat inteuta pueros nece: ſeqꝫ trementem

Spargere cęde manus: et lumina rumpere fletu. Nec crede. iaſonẽ eſſe te cariorẽ. Vtinã. Si te gręcos Iaſon eſt mihi carior. Melior. Me patrem profugiente. Simul. Cũ iaſone. Nunq̃ ſpernẽda. quoniã his pro remediis in plurimis neceſſitatibus utet̃. Prodit. Extrahit. Ciſtis. Arculis penitioribus et magis arcanis. Lethiferis. Lethalibus. pharmacis plenis.

Sinus. implet ſuum pharmacis. Monile. Sub gemmis anuli nedum in monili uenena condebantur ut Annibalis exitus docuit. Erecta. Scribendum eiecta. i. excuſſa flagello. Attonito. Pro ipſa attonita et bacchabunda. Parui nati. Learchi. immo aiunt cum Athamãta furentem fugeret Ino Learchus.
non relicto puero. ſed ſecum tracto: perueniſſe ad ſcopulum; illincqꝫ ſe in mare dediſſe pręcipitem. Sed et

Valerius noſter ait illam non ſecum traxiſſe filium: ſed illius oblitam fuiſſe: cum Athamantem fugeret.
Quem tenet. In ſinu habet. Ná auctore Polluce ſępinſcule obliuiſcimur eorum: quę in manibus habemus. Coniunx irritus. Maritus Athamas eluſus ab uxore in mare proſiliente: feriebat extremitatem ſcopuli. Extremum Iſthmon. Continentem et ſcopulum illum: qui eſt inter aquá et litus ab Ouidio deſcriptum in tráſformationibus ex quo Ino ſe in mare deiecit. Legédum eſt enim Iſthmon per accuſatiuum. Iſthmos proprie ſignificat collum: a cuius ſimilitudine terra in longum protenta inter duo maria uocatur iſthmos. Per excellentiam iſthmus continens in Peloponeſſo uocatur inter ionium et ęgeum mare terra quinqȝ milium paſſuum interuallo: quam Demetrius Neroqȝ fodere tentarút infauſto: ut omnium patuit exitu: icepto. De quo ſic Plutarchus in Arato. Iſthmus. n. duo maria diuidés noſtram cum illo terram coniungit et continet. Acrocorinthus uero mons eſt eximię altitudinis: qui ex medis iſthmo naſcit: et cum cuſtodiam nactus fuerit: obſtat. Terráqȝ illá omnem: quę intra iſthmum cótinetur: cómercio: aditu: militia: mercatura: terra: mariqȝ excludit: et dominum unum omnium conſtituit: qui loco potiatur. Quare non per iocum Philippus Iunior: ſed uere ac ſerio corinthiorum urbé compedes ubiqȝ gręcię appellaſſe ni detur: Iſthmos pellicula diuidés nares appellatur. Pariſthmia loca i homine circa fauces: quę latini tóſillas appellát.

Quem tenet extremum coniux ferit irritus iſthmo.
Iam prior in lucos curis urgentibus heros
Venerat: et nemoris ſacra ſe nocte tegebat:
Tum quoqȝ ſiderea clarus procul ora iuuenta:
Qualis ad huc ſparſis comitum per luſtra cateruis
Latmius æſtiua reſidet uenator in umbra:
Dignus amore deæ: uelatis cornibus et iam
Luna uenit. roſeo tali pee nubila ductor
Implet honore nemus: talemqȝ expectat amantem:
Ecce autem pauidæ uirgo de more columbæ:
Quæ ſuper ingenti circundata præpetis umbra
In quęcunqȝ tremens hominem cadit. haud ſecus illa
Acta timore graui mediám ſe miſit. at ille
Excepit: blandoqȝ prior ſic ore locutus.
O decus in noſtros magnum uentura penates:

Curis urgétibus. Curis anxius innumeris: quibꝰ premebatur. Heros. Iaſon. Nocte. Vmbra Marti conſecrata. Tum quoqȝ. Etiam in opaco loco facies herois fulgurabat. Qualis. Comparat Iaſonem Endymioni puero a luna peramato. Per luſtra. per loca uenationibus apta. Latmius. Epitheton Endymionis frequens apud poetas a monte patrio. Vices lunę uarias inquit Plinius in ſecundo deprehendit hominum primus Endymion: et ob id amore eius captus fama traditus. Endymionem ſoporatum luna amplectebatur unde prouerbialiter Endymionis ſomnus dicitur. Velatis. Obtuſis cum nulla habet cornua. Deſcribit lunam in ipſo plenilunio cum ſine cornibus eſt. Roſeo honore. Formoſitate roſas ęquante. Talem. Perinde roſeam. Imitatur illud Apollonii libro quarto.

Οὐκ ἄρ' ἐγὼ μούνη μετὰ λάτμιον ἄντρον ἀλύσκω
Οὐδ' οἴη καλῷ περιδαίομαι ἐνδυμίωνι. Hanc inquit Titanis inſanientem uidens gauiſa eſt luna: et ſtatim animo talia uoluens inquit. Non enim ego ſola ad Latmium antrum uagor: neqȝ ſola formoſum ardeo Endymionem. Latmon: ut inquit Rhodii interpres mons Carię ubi eſt antrum: in quo uerſabatur Endymion. Eſt et ciuitas: Heſiodus Endymionem filium Aethlii Ioue geniti et Calices ait. Piſander Acuſilai et Pherecydes. Nicander in ſecundo Aetolicorum et Theopompus et Sappho pulchra de Endymione: etiam Epimenide Iunonis amatore produnt: quę leges apud Rhodii interpretem.

Amantem. Medeá. Ecce. Res noua: nec credéda Medeam uirginem mutata facie mentis uirginitati dicatę tam ſubito audacter cœtibus uirilibus ſe credere. Prępetis. Accipitris: Aquilę: Falconis.

Ingenti. A ſe formidata ut maior uideatur timor. Vmbra. Irruentis accipitris impetu: qui pręmittit umbram. Tremens. Formidoloſa. Hominem. Concurrit ad hominem ut inimicú mitiorem: ex Ouidio qui ait de alite accipitrem timéte. Audet in humanos feſſa uenire ſinus. Natura dedit etiam brutis ſenſum noſcédi in homine non tantum eſſe pręſidia: ſed medicas manus. Cadit. Deiicit ſe deſperatione percita. Haud ſecus. Non aliter q̄ columba. Illa. Medea. Acta. impulſa. Ille. Iaſon.

Excipit. Proprium uerbum aduenienti ac profugę. Ouidius in faſtis. Excipe pacato Cęſar germanice uultu Hoc opus. O decus. Laudat illam uenientem Flaccus. Cum Medea falierant in nauim Argo Phrontis et Argus Phrixi nati ut inquit Apollonius: In eodem tertio ſubdit Rhodius iaſonem amplexum Medeam uenientem hęc uerba dixiſſe.

δαιμονίη ζεὺς αὐτὸς ὀλύμπιος ὅρκιος ἔστω

Obliuiſcimur eorú quę in manibus habemus.
Iſthmos.
Acrocorinthus.
Corinthus compedes gręcię.
Pariſthmia.
Tonſillę.
Latmius.
Endymion

ἤρη τέ ζυγίη διὸς εὐνέτις ἦ μὲν ἐμᾶσιν
κουριδίην σε δόμοισιν ἐνιστήσεσθαι ἄκοιτιν
εὖτ' ἂν ἐς ἑλλάδα γαῖαν ἱκώμεθα νοστήσαντες
Diua. Iouem ipſum olympiũ orcium iuro: Iunonemq̧ iugam iouis coniugem: ut cum in Græciam peruenerimus te uxorem in propria domo conſtituam. Penates. ut coniunx domum meam gubernatura.

Orcius. Iuno iuga.

Solaq̧ tantarum uirgo haud indigna uiarum
Cauſa reperta mihi. iam iam non nulla requiro
Vellera: teq̧ meæ ſatis eſt uexiſſe carinæ.
Verum age et hoc et iam quando potes adiice tantis
Muneribus meritiſq̧ tuis: nanq̧ aurea iuſſi
Terga referre ſumus: ſocios ea gloria tangit.
Sic ait. et primis ſupplex dedit oſcula palmis.
Contra uirgo iterum notis ſingultibus orſa eſt.
Linquo domos patrias te propter opeſq̧ meorũ.
Nec iam nunc regina loquor: ſceptriſq̧ relictis
Vota ſequor: ſerua hanc profugæ: prior ipſe dediſti
Quam ſis nempe fidem. di noſtris uocibus adſunt.
Sideraq̧ hæc te meq̧ uident. tecum æquora: tecum
Experiar quaſcunq̧ uias modo nequis abactam
Huc referant me forte dies, oculiſq̧ parentis
Ingerat: hoc ſuperos: hoc te quoq̧ deprecor hoſpes.
Hæc ait: atq̧ furens rapido per deuia paſſu
Tollitur: ille hæret comes: et miſeratur euntem,
Cum ſubito ingentem media inter nubila flammam
Conſpicit: et ſæua uibrantes luce tenebras.
Quis rubor iſte poli? quod tam lugubre refulſit
Sidus ait? reddit trepido cui talia uirgo:
Ipſius en oculos: et lumina torua draconis
Aſpicis: ille ſuis hæc uibrat fulgura criſtis.
Meq̧ pauens contra ſolam uidet. aduocat ultro:
Ceu ſolet, et blanda poſcit me pabula lingua.
Dic age nunc utrum uigilanti hoſtemq̧ uidenti
Exuuias auferre uelis? an lumina ſomno
Mergimus: et domitum potius tibi tradimus anguẽ?
Ille ſilet tantus ſubiit ut uirginis horror.
Iamq̧ manus colchis crinemq̧ intenderat aſtris
Carmina barbarico fundens pede: teq̧ ciebat
Somne pater: ſomne omnipotens te colchis ab omni
Orbe uoco: inq̧ unum iubeo nunc ire draconem.

Haud indigna. Propter quã fuit operæpretium tot maria et terræ ſpatia nauigaſſe. Satis eſt. uideor ſatis eſſe lucratus ſi te in oras patrias deduco. Ea gloria. Referendi pellem auream. Tangit ſocios. Pertinet ad Minyas. Gloria ſit mea regiam puellam aucxiſſe. Primis. Summis digitulis. Interior pars manus erat ut uirginem decet uellata. Apollonius Iaſonem dextræ dextrã iunxiſſe refert in hęc uerba.
ὣς ηὔδα. καὶ χεῖρα παρασχεδὸν ἥρπασε χειρὶ δεξιτερῇ.
Sic locutus eſt: et dextram iunxit dextræ. Loquor. Non loquor illo regio ſupercilio quo ſolebam. Sed humili ac obnoxio: ut captiua ut ſerua. Sunt qui uocor legunt. Sed priſci codices diſſentiunt. Adſunt. Iupiter orcius adeſt fidei communis arbiter. Sidera uident. Nox erat. Propertius. Sidera ſunt teſtes. Nequis dies. ne aliquod tempus. Ego ſemper tecum ueniam: dũmodo nullum tempus ad patrium me litus impellat. Abactam. Longe ductã. Ingerat. Abiiciat. Ipſius draconis. Cuſtodis aurei uelleris. Vibrat. Excutit et iaculat. Aduocat. Blanditur mihi: ex cuius manu pabula capit ut ille Lanuinus apud Propertiũ. Hoſtem. Me. an uelis ſpoliare draconem uigilantem an dormientem. Lumina. Oculos. Dic age. Sunt Medeę uerba. Viſne inquit illa deprehẽdamus anguẽ dormientem an uigilantem. Nam utrunque facere eſt arbitrii noſtri. Mergimus. Vis ut mergam. præſenti tempore utitur ut celeritatem ſignificet. Ille. Iaſon. Horror. Admiratio pro rebus horrendis: quas audiebat. Colchis. Medea. Crinem. Paſſis et ſolutis crinibus hoc factitabat. nullum eſſe nodum in ſacris optabant: unde Maro in ſexto de ſibylla. Non comptę manſere comę. Pede. Rhythmo: modulo numero. Ire. Te totum deſcendere. Plato inquit ſomnum eſſe θάνατον ὀλιγοχρόνιον idest mortem breuem: mortem uero πολυχρόνιον ὕπνον hoc eſt ſomnum longum.

Somnus mors breuis.

Quę. Ego Medea: Cornu tuo. Somnus geſtat cornu liquore plenũ: quod mortalibus dormiẽtibus irrigat. Lege quę ſuper hac re in plautinam Epidicũ ſcripſimus. hinc a poetis ſomnus uocatur irriguus.
Annibal ſomni parciſſimi. Qui modicus ſemper fuit in uiris egregiis pręſertim in Annibale: de quo hęc libro. xii. Silius. Vigil ille nec ullam ad requiem facilis: credenſq́ abſcedere uitę. Quod ſopor eripiat tempus. Philoſtratus in libris qui inſcribuntur Icones cum agit de Amphiarao. Ipſe ſomnus diſſoluto habitu pingitur: cui alba ueſtis

Quæ freta ſæpe tuo domui: quæ nubila cornu.
Fulmina quæ et toto quicquid micat æthere: ſed nunc
Nunc age maior ades: fratriq́ ſimillime leto.
Te quoq́ phrixææ pecudis fidiſſime cuſtos
Tempus ab hac oculos tandem deflectere cura.
Quem metuis me inſtante dolum? ſeruabo parumper
Ipſa nemus. longum interea tu pone laborem.
Ille haud Aeolio diſcedere feſſus ab auro,
Nec dare permiſſæ (quamuis iubet) ora quieti
Suſtinet. ac primi percuſſus nube ſoporis
Horruit: et dulces excuſſit ab arbore ſomnos.
Contra tartareis colchis ſpumare uenenis:
Contraq́ lethæi quaſſare ſilentia rami
Perſtat: et aduerſo luctantia lumina cantu
Obruit. atq́ omnem linguaq́ manuq́ fatigat
Vim ſtygiam. ardentes donec ſopor occupat iras.
Iamq́ altæ cecidere iubæ: nutatq́ coactum
Iam caput: atq́ ingens extra ſua uellera ceruix.
Ceu refluens Padus: aut ſeptem proiectus in amnes

eſt ſupra nigrá: die noctuq́ ſanguinem: et in manibus cornu habet ut ſomnia uera reducat. Ades. Adſis.

Fratri letho. Ouidio alludit ita canenti. Stulte quid ẽ ſomnus gelidę niſi mortis imago? Longa quieſcẽti tempora fata dabunt. Te quoq́. Deinde uertit ſe ad draconẽ Medea.

Pecudis. Aurei uelleris. Tandem. Poſt longam cuſtodiã. Me inſtate. Me ſolicitãte te ad diſceſſum ego pro te uigiles ſubibo: perẽneſq́ cuſtodias. Sũt qui ſcribunt. Me hic ſtante. Ille. Serpẽs. Aeolio. phrixęo. ab auo ęolo. Quãuis iubet. medea. q̃uis Medea iubeat. Nube. Obſcuritate ſomni tum primũ genas grauantis. Horruit. in ſomnũ ſęuior inſurgit. Excuſſit. eiecit: expulit. Ab arbore. Decidẽs ab arbore: cui inconniuenti hęrebat obtutu et uigilia. Spumare. Spumas uenenatas: et glutinamẽta magica depromere: inter quę erant et
Venena. ſpumę lunę. Venenis. Maleficiis magicis. Si cognoſcere uis quo pacto Medea draconem incantat lege libro quarto Rhodii carmina: quorum princi pium hoc eſt.
ὥς τότ᾽ ἐκεῖνο πέλωρον ἀπειρεσίασ ἐκελίξε et quę ſequuntur. ut tunc illud monſtrum: inquit Rhodius: immenſas inuoluerat ſpiras aridis coopertas ſquammis: cuius ante oculos obuoluti apparuit uirgo ſomnum adiutorẽ deorum ſupremũ inuocans: ſuaui uoce monſtrũ demulcens. Clamore inuocans reginam noctiuagam aduerſum ut daret impetum. Sequebatur Medeam Iaſon timens: ſed draco carmine delenitus longam reſoluebat ſpiram: orbe terrigena producens mille circulos. Silentia. Herbas ſoporiferas ſilentem ſomnum afferentes.
Iuniperus. Lethęi rami. Obliuium ferentis arboris: et infernę obliuioni dicatę. hanc fuiſſe iuniperum teſtis eſt Apollonius his libro quarto.
ἡ δέ μιν ἀρκεύθοιο νέον τετμηότι θαλλῷ
βάπτουσ᾽ ἐκ κυκεῶνος ἀκήρατα φάρμακ᾽ ἀοιδαῖς
Cyceon potio. ῥαῖνε κατ᾽ ὀφθαλμῶν. Medea ſerpentem iuniperi nuper ſciſſo ramo tingens ex quadam potione Cyceone incorruptibilia pharmaca cantibus irrorabat circa oculos. Nec incõgrue iuniperum inquit: quoniam ei grauis eſt umbra: et ſomnifica: in quam ſentẽtiam a Marone dictum eſt. Iuniperi grauis umbra.

Luctantia. Somno repugnantia. Aduerſo cantu. Carmine cõtrario uigiliis. Horruit. Scribe. obruit hoc eſt peſſundat: opprimit: per uim cadere facit eo uel inuitiſſimo. Fatigat. Frequẽter inuocat noctem et monſtra tartarea: etiã ſomnũ donec uigiles ſopor obruat artus. Ardentes. Appetentes igne et morſu iaſonem conficere. Natura ſerpentis ardet ſemper quempiam appetere ac morſu ueneno q́ corripere. Iras. iratum anguem. Coactum. Veneno coactũ ſomno cędere ingruenti. Extra ſua uellera. Extra cuſtodiam uellerum. Iam ſerpens capite propter ſomnum deciduo nutat: et dependulo capite non amplius uellera ſua cuſtodit. Ceu refluẽs. Duplex afferri poteſt interpretatio: una eſt hęc. Quẽadmodum padus relinquit alueum ſuum: nec ſolito curſu fluit: perinde ſerpẽs proprium cuſtodię ſuę curſum reliquit capite deciduo in diuerſum labens. Vel comparat corpus ſerpentis ſpiris multinodis uoluminoſum: et in giros tortum fluminibus flexuoſis pręſertim cum ſtagnant et alueũ ſuum linquunt. Nec refluens tantũ eſt retrofluens: quãtũ in aliam partem fluens. Proiectus. Qui priori parte ſe diuidit. Eſt enim ſeptenfluus nilus: ſeptemq́ ramis ſeſe exonerat in mare.

Heſperium. Siculum. non in Italiam: ſed uerſus Italiam qua Sicilia patet. Sicilia enim in occidenté uergit: nec hinc probare potes Siciliam eſſe parté italię. Nam et Hiſpania uocat Heſperia. Alpheus. Peloponeſi fluuius: qui cuniculis ſubterraneis euagatus erumpit in Siciliam: ſecutus ut poetę fabulátur Arethuſę amores uel innuente Marone. Alpheus.

Sic tibi cum fluctus ſubterlabere ſicanos

Nilus: et heſperium ueniens alpheus in orbem.
Ipſa caput chari poſtq̄ Medea draconis
Vidit humi, fuſis circum proiecta lacertis,
Seq; ſuumq; ſimul fleuit crudelis alumnum.
Non ego te fera talem ſub nocte uidebam
Sacra ferens: epulaſq; tibi, nec talis hianti
Mella dabam: ac noſtris nutribam fida uenenis.
Quam grauida nunc mole iaces: quam ſegnis inertem
Natus habet. nec te ſaltem miſerande peremi.
Næ ſæuum paſſure diem. iam nulla uidebis
Vellera: nulla tua fulgentia dona ſub umbra.
Cede deo: inq; aliis ſenium nunc digere lucis
Immemor oro mei. nec me tua ſibila toto
Exagitent infeſta mari: ſed tu quoq; cunctas
Aeſonide dimitte moras: atq; effuge raptis
Velleribus. patrios extinxi noxia tauros.
Terrigenas infeſta dedi. fuſum ecce draconis
Corpus habes. iamq; omne nefas iam ſpero peregi.
Quærenti tunc deinde uiam: qua ſe arduus heros
Ferret ad aurigeræ caput arboris. eia per ipſum
Scande age: et aduerſo greſſus ait imprime dorſo.
Nec mora fit dictis. fidens cretheia proles
Calcat: et aeream quamuis perfertur ad ornum:
Cuius adhuc rutilam ſeruabant brachia pellem.

Doris amara ſuam nō intermiſceat undam. Fuſis circū. Pro circū fuſis lacertis amplexa eſt ipſum draconé. Seq; ſuumq;. Scribédū. Seq; ſuūq; ſimul. Fleuit ſe qđ draconem: qué in deliciis habebat amiſſet. Alumnū. draconé a ſe nutritū. Sacra. magica. Mella. Offam mellitá: et medicatis frugib⁹ imiſtá. Supra. Et dabat heſterno liuentia mella ueneno. Fida. Cuſtos et nutritia. Grauida. Magna. Flatus. Spirabat neſcio quid debile ac ſemimortuum ſerpens. Peremi. Leuius tibi mitiuſq; conſuluiſſem ſi te peremiſſem: nunc tibi uita erit ingloria ac inboneſta ſine tuo uellere.

Paſſurę diem ſęuum. Qui omne uitę tuę tempus i mœrore tráſiges: et quę tibi uita dabitur: erit crudelis et in ſęuam pœnam data. Dona. Aurea uellera: quibus te Mars et pater tuus condonauerát. Sub umbra. Arbore tua: fago aurifera.

Cede. Abi igitur in rem boná. Digere. Ordina: trauſige. Infeſta. Scribédum: in fata. Terrigenas ſociali et fraterno bello diſpúxi.

Habes. O Iaſon. Eſt Apoſtropha ad ducé. Iam ſpero. Vt ſpero omne facinus peregi: quo me tibi inſinuaré. Per ipſum. per te ipſum.

Aduerſo dorſo. Serpente calcato arborem aſcende. Vel dorſo meo: tanquá illa dorſo proclinato aſcendentem iuuerit: uel per dorſum ſtrati ſerpentis. Lego in hanc ſententiá. Valeriano imperatori Romano capto a Parthis inuſtá hác fuiſſe notam: ut cum rex uellet equum aſcendere: iuberetur quadrupedis in morem corpus inclinare Valerianus: quo calcato rex equú aſcendebat. Greſſus. Pedes. Cretheia proles. Iaſon Crethei nepos. Cretheus pater fuit Aeſonis. Aeream q̄uis. q̄uis editam et altam pro quáuis aeream quātúlibet aereá. Itidem pro quátúlibet ponitur hęc dictio quamuis apud Catullum. Plautus in pſeudulo. Quáuis pernix hic eſt homo: ſuram ubi aſpicias: ſcias eum poſſe gerere craſſas compedes: poteſt et hic pro licet poni: quáuis arbor illa fuerit aerea: tamen illam aſcendit. Ornum. Arboré glandiferam phagum Orpheus appellauit his. δὴ τότ᾽ ἄρα κατὰ θυμὸν ἐμήδετο· ὄφρα μολόντες Ἔμφ᾽ ἱερᾶς φηγοῖο δέρας χρύσειον ἕλωμεν. Ornum ſiue quercum fuiſſe prodit Apollonius. Carmina Rhodii ſunt hęc.

Valeriano calcato rex aſcédebat.

Quanuis.

Ἔνθα δ᾽ ὁ μὲν χρύσειον ἀπὸ δρυὸς αἴνυτο κῶας
κούρης κεκλομένης. inde Iaſon aureum a quercu abſtulit uellus hortáte uirgine. Superius tamé appellat phagum idem Rhodius. Brachia. Rami. Accenſis. Phœbo uel aurora primum punicante: uel fulgetris primum coruſcantibus. Nubibus accenſis ſimilem. Ex Apollonio qui ait.

Aurum in phago.

φηγὸν ἀπειρεσίην διζημένω· ᾗ ἔπι κῶας
βέβλητο νεφέλῃ ἐναλίγκιον, ἥ τ᾽ ἀνιόντος
ἠελίου φλογεροῖσιν ἐρεύθεται ἀκτίνεσσιν. phagum inquit immenſam inquirentes: in qua uellus poſitum erat nubi ſimile: quę ſurgente ſole flammeis rubeſcit radiis.

Veſte recincta. Subducta ueſte. poeticus lepor. Comminiſcitur enim Irim tunc recingere ueſtem cū arcus apparet. Recincta pro ſubducta ponitur. Ouidius. Ecce corinna uenit tunica uelata recincta. Labitur. Per cœlum diſcurrit Mille trahens uarios aduerſo ſole colores. Thaumantias. Thaumātis filia iris: quę pro arcu cœleſti capitur. Obuia Phœbo. Occurrens ſoli. nunquā enim fit arcus niſi aduerſo ſole: de quo ſi plura deſideras: repete quę nos in Lucretium prodidimus. Extremum laborū. Vltimus labor erat uellus aureum.

Nubibus accenſis ſimilem: aut cum ueſte recincta
Labitur ardenti thaumantias obuia Phœbo.
Corripit optatum decus: extremumq; laborem
Aeſonides. longoſq; ſibi geſtata per annos
Phrixeæ monimenta fugæ uix reddidit arbor
Com gemitu: triſteſq; ſuper coiere tenebræ:
Egreſſi relegunt campos: et fluminis ora
Summa petunt. micat omnis ager. uilliſq; comantem
Sidereis totos pellem nunc fundit in artus:
Nunc in colla refert: nunc implicat ille ſiniſtræ.
Talis ab inachiis Nemeæ Tirynthius antris
Ibat adhuc aptans humeris capitiq; leonem.
Vt uero ſociis: qui tunc prædicta tenebant
Hoſtia: per longas apparuit aureus umbras.
Clamor ab Aemonio ſurgit grege. ſe quoq; gaudens
Promouet ad primas iuueni ratis obuia ripas.
Præcipites agit ille gradus. atq; aurea miſit
Terga prius. mox attonita cum uirgine puppem
Inſilit. ac rapta uictor conſiſtit in haſta.

Geſtata. Quę uellera geſtauerat per multos annos arbor uix reddere uoluit: adeo ſuo decore ſpoliari ęgre tulit. Triſteſq; ſuper coiere tenebrę. Ex Apollonio qui inquit. λεῖπεν δὲ πολύσκιον ἄλσος ἰήσων. reliquit autē umbroſum nemus Martis. Egreſſi. Iaſon et Medea. Relegunt campos. Per eandē uiam reuertantur. Villis. Lanis. Comantē. Multo lanitio ueſtitiſſimam. Totos pellem nunc fundit in artus. Nunc iſtam pellem fundebat ex gaudio Iaſon p omnia membra: nunc aptabat collo: et ea ſatiari non poterat. ex Rhodio.
ἄις, τό τ' ἰήσων
γηθόσυνος μέγα κῶας ἑαῖς ἐναείρατο χερσί.
καὶ οἱ ἐπὶ ξανθῇσι παρηίσιν ἠδὲ μετώπῳ
μαρμαρυγὴ λήνεων φλογὶ ἴκελον ἷζεν ἔρευθος. gauiſus multum Iaſon magnū uellus ſuis extulit manibus quod apprime ſplendicans modo fronti: modo genis imponebat igni concolorum. In colla refert. Illa tegit collum. Implicat.
Clypeare brachium. Inuoluit et brachium clypeat. Vt uero. Acclamaſſe ſocios inquit Iaſoni uenīēti cū illa pelle aurea uiderūt ut lautis opimis: redire triumphātē. Aureus. Aurea pelle redimitus. Promouet. Prorſum et ultra mouet. occurrit: obuiā it. Iuueni. Iaſoni occurrēs. Ad primas ripas. Ad phaſidis oras. Ille. Iaſon pcipiti curſu nauē petit. Miſit. pręmiſit uix ſibi fidens ne ſurriperetᵉ. Attonita. Nouitate nauis ſtupēte: uix ſciēte quo ſe uerteret: omnia noua uidens: et ſolitę uitę ordinē cernēs in uerſum. Inſilit. Ex humilitate ripę depreſſitateq; in extantē nauim ſe cōiiciens. Victor. Voto potitus Iaſon. Haſta rapta. i. Ramo quē ab arbore una cū uellere abſtulit. Fidem. Lege. fugamq;: hoc eſt filię. poſt hunc uerſum in nonnullis codicibus reperiuntur hęc carmina: non tamen in antiquiſſimis: quos ſequor.

Occidit Aeetes caſu perculſus acerbo
Stratus humi: carę relegens ueſtigia natę
Dat gemitus: lachrymaſq; ſimul: uoceſq; reſorbet.
Heu miſer attollens fœdatam puluere tandem
Caniciem. poteras ne tuo nocuiſſe parenti
Filia ſola meę ſpes non indigna ſenectęᵉ
Duceris a minyis furtim: dulciq; carebis
Coniugio: lęta et nunq̄ prędone marito.
Hic labor eſt Abſyrte tuus: reuocare ſororem
Vndiq; ſelectam pubem: iam claſſe parata
Et noſtro da uela mari. Tum ille impiger omen
Accipit: et magni ſubiit mandata parentis.
Interea uelo: remiſq; feruntur in altum
Certatim minyę. Solers neptunnia proles
Conſulit: ut dubio caueant contendere curſu.

Et ſecurus ait nobis et tutior iſter. Sed cum Aetes infra cōqueraturᵉ: poteſt pręſens comploratio eſſe prępoſtera; ſuppoſitiaq;: niſi credere libet in tanto dolore percuſſum regem una oratione nō fuiſſe contentum.

Iam claſſe parata. Alii codices habent iamq; arbore ceſa. Omen accipit. Reuocandi uidelicet ſororem. Neptunnia proles. Erginus Neptunni filius. Contendere curſu. ne per cyaneas nauigēt: ſed ut prędixi: ſuperuacanei uidentur ii uerſus. Inflexit. Scribendū effluxit hoc eſt torrenti ſimilis ſpumeo: et ab obice concitatiore: ſe dedit armatus in medium. Hinc. Ab hac parte. Subitis. Subito raptis. Coit. Conueniunt omnes ex Aea urbe. Volat. Promicat in medium pernix. Bello. Bellicoſis militibus. Nequicq̃. Iungatur ſuperioribus. Fruſtra coit ciuitas.

Interea patrias ſæuus uenit horror ad aures
Fata domus luctumq; ferens fraudemq; fidemq;
Virginis. hinc ſubitis inflexit frater in armis.
Vrbs etiam mox tota coit. uolat ipſe ſenectæ
Immemor Aeætes. complentur littora bello
Nequicquam: fugit immiſſis nam puppis habenis:
Mater adhuc ambas tendebat in æquora palmas:
Et ſoror: atq; omnes aliæ matreſq; nuruſq;
Colchides: æqualeſq; tibi Medea puellæ.
Extat ſola parens impletq; ululatibus auras.
Siſte fugam: medio refer huc ex æquore puppem.
Nata potés. quo clamat abis. hic turba tuorum
Omnis, et iratus nondum pater. hæc tua tellus
Sceptraq;. quid terris ſolam te credis acheis?
Quis locus inachias inter tibi barbara natas?
Iſta ne nota domus? expectatiq; hymenæi?
Hunc petii grandæua diem? uellem unguibus uncis
Vt uolucris poſſem prædonis in ipſius ora
Ire: ratemq; ſupra: claroq; repoſcere cantu
Quam genui. albano fuit hæc promiſſa tyranno:
Non tibi: nil tecum miſeri pepigere parentes
Aeſonide. non hoc Pelias euadere furto
Te iubet: aut ullas colchis abducere natas.
Vellus habe: et noſtris ſiquid ſuper accipe templis.
Sed quid ego quenquam immeritis icuſo querellis?
Ipſa fugit: tantoq; (nefas) ipſa ardet amore.

Fugit. Velociter currit: nec illam poſſunt aſſeq colchi. Immiſſis habenis. uel retinaculis: quibus hęrebat litori miſis in naui. nam retinacula erāt ex corio: unde lora Liuius appellauit. uel habenis immiſis permiſa naui facultate nauigandi: ut ſit ab equis metaphora deducta. Imitatio uirgiliana. Sic fatur lachrymās claſſiq; immittit habenas. Aequales. Aequęuę. Parens. Medeę mater. Barbara. Cum ſis nata barbara nullum habebis locū inter nurus argolicas. Iſta. Iaſonia: et gręca quam petis. nata inquit cur petis gręciam ignotam? Vota. Deſiderata: quam uotis tibi deſtinauimus Albaniam deſeris et Gręciam petis? Expectati. Votis noſtris ſed irritis deſiderati. Hymenęi: nuptię. Grandęua. Longęua: uetula. Cum iam ſim annoſa et capularis non debui hoc dolore confici: de quo nunquam dubitaui tam triſtem exitum. Hunc petii diem. Voto ne ullo unquā flagitaui hoc tempus quo uetula dulci filia ſpoliarer. Vellem. Verba matris deſperatę. Ordo. Vellem unguibus uncis: ſupple uti ut ora Iaſonis predonis inuaderem. Vncis. Subintellige uti: uel eſſe. Prędonis. Iaſonis. Iuriſperiti prędonem uocant nō bonę fidei poſſeſſorem: ſed qui rapto potitur: et uiolenter occupato. In ora ire. Alis me tollere: mare tranſuolare: nauem minyarum inſiſtere. Ora et oculos Iaſonis unguibus aduncis impetere. Aues adūcis unguibus Ariſtoteles γναμψόνυχασ appellat. Gnampſonyches Ratē ſupra. ſiſtere me ſupra nauē. Repoſcere. Filiā meā repetere. Claro cantu. Aperto ac manifeſte repoſcēte clangore. Quā genui. Filiā meā Medeā. Albano. Styro. Nō tibi. Pepigerunt illam miſeri parentes non tibi ſed Styro. Apoſiopeſis eſt familiaris indignantibus. Conturbatis enim non datur iugis oratio. Pelias. Rex Pelias te miſit ad uellus aureum referendum: non ad Medeā auehendam. Euadere. Aufugere. Hoc furto. Pręſenti rapina uirginis. Colchis. Populis nō colchorum. Si quid ſuper. Si quid reliquum ſupereſt in templis noſtris: I. rape: congere: aufer dum uirginem Medeam auferas: rape quodlibet. Ego. Contra illos qui ultimam uocalem in hac dictione producere nō audent propter exempla diuerſa. Iure tuo ſemper intendere potes: immo ſi ab regula nō uis decidere. ἐγώ enim gręce ſcribitur. In libello qui inſcribitur Ciris: Et Maroni ſolet adſcribi uerſus ii ſunt. Viuētē cupiā uiuit genus: ut qd ego mens Te erepto britomāte ē ſpes uana ſepulchri. Immeritis. Nō merent accuſari. illa meretur accuſari. Incuſo. Accuſo. Ipſa fugit. Medea uolēs arripit fugam: non coacta: nec preces meas audit. Nefas. Epiphomena. O rem nefariam. immanem. ſacram. filia parentem fugit: et aure ſurda conſtanter auertitur? Amore ardens hominis exulis et peregrini.

Infelix. Apoſtropha ad Medeam. Infelicem uocat amantem: Nam auctore Plauto: miſer eſt homo qui amat. Redeunt nam ſingula menti. Nūc recordor ſignorum: ſingultuum: perturbationum: quas illi dirus amor inflixerat. Ex quo. Ab illo tempore quo. Subierūt. intrarūt littora noſtra argonautę. Nata. O medea non ſapiebat: putebat Bacchus. Non ulla. Etiam ſerena tibi nubila uidebantur. Tum. Tunc poſtquam uenerunt argonautę. Color. Palleat omnis amans. Horatius. Et tinctus uiola pallor amantium.

Hoc erat infelix (redeunt nam ſingula menti,)
Ex quo theſſalici ſubierunt æquora remi,
Quod nullæ te nata dapes, non ulla iuuabant
Tempora, non ullus tibi tum color ægraq; uerba,
Errantesq; genæ: atq; alieno gaudia uultu
Semper erant. cur tanta mihi non prodita peſtis?
Vt gener Aeſonides noſtra conſideret aula?
Nec talem paterere fugam? commune fuiſſet:
Aut certe nunc omne nefas. iremus et ambæ
In quaſcunq; uias. pariter periiſſe iuuaret
Theſſaliam, et ſæui quæcunq; eſt hoſpitis urbem.
Sic genetrix ſimiliq; implet ſoror omnia queſtu
Exululans. famulæ pariter clamore ſupremo
In uacuos dant uerba notos, dominamq; reclamant
Nomine, te uenti procul et tua fata ferebant.
Inde diem, noctemq; uolant. redeuntibus aura
Gratior, et notæ Minyis tranſcurrere terræ,
Cum ſubito Erginus puppi ſic fatur ab alta.
Vos at Aeſonides contenti uellere capto;
Nec uia quæ ſuperet, nec quæ fortuna uideris.
Craſtina nanq; dies trucis ad confinia ponti
Cyaneaſq; uocat. meminiq; O Typhi tuorum
Saxa per illa pater, memini uenerande laborum.
Mutandum O ſocii nobis iter. altera ponti
Eluctanda uia et curſu, quem fabor: eundum eſt.
Haud procul hinc ingens ſcythici ruit exitus Iſtri.
Fundere non uno tantum quem flumina cornu
Accipimus. ſeptem exit aquis. ſeptem hoſtia pandit.
Illius aduerſi nunc ora petamus et undam:
Quæ latus in leuum ponti cadit. inde ſequemur

Tertiata uerba.

Aegra uerba. Lapſitantia: indignationis plena: Tertiata. Errantes genę. Vacillans: ambiguus: incertus genarum color. Gaudia. Erant tibi. Si uidebas Iaſonem lętum: lętabaris. Si triſtem: turbido eras ore. Papinius graphice colluſit. Nunquam ille ſuus: uultumq; meo ſumebat ab ore. Tanta peſtis. Tantus amor: Tam peſtilens ac ueſanus. Non prodita. Nō aperta. non indicata fuit. Cur filia amorem tuum mihi non detexiſti.

Talem. Tam turpem. Commune. Communi conſilio ambę fugeremus. Omne. Communi cōſilio peccaſſemus. Pariter. iūctim.

Sęui hoſpitis. iaſonis hoſpitii uiolatoris. hic paſſiue ponitur hoſpes.

Quęcunq; eſt. Cum ſtomacho prolata uerba: tanquam dicat: ſi urbem habet: quod uix audet credere. Soror. Chalciope. Exululans. Nimio queſtu implens omnia: unde Germanorum ululatus: de quo ſupra diximus. Supino. Vaſto et immani. In notos. in uentos. incaſſum loquuntur: uentis linguam cient uerba rapientibus.

Dominam. Medeam nuncupatim reuocant. Exclamant. Repetito clamore uocant. Te. Medeā.

Redeūtibus. reuertētibus i patriā Minyis oia faciliora uidebant̄ deſiderio difficultates omneis molliente.

Notę terrę. Quas cognoſcebant ac emenſi fuerant. Quęrit Ariſtoteles in problematis encyclicis cur uia nota: et cuius finem ſcimus ac metā leuior ac breuior uideatur incerta.

Trāſcurrere. cito pręterlabi. nauigantibus nauis moueri nō uidet̄: ſed litora fugere i diuerſum apparēt.

Puppi. in qua ſedet gubernator.

Vos. Ducem alloquit̄ plurali numero quoniā multorū ē inſtar imitatus forte Virgiliū dicētē. Vos mihi Calliope precor aſpirate canēti: quē Silius imitat̄. Superet. reſtet.

Fortuna. Alea: periculū. Pater Tiphy. Cū primo cyaneas uel ſymplegadas et ſaxa collidētia pręterierūt Tiphys uiuebat argus nauis gubernator. Eluctāda. Cū difficultate: lucta: ſudore eremiganda atq; prętereunda. Quo fabor. Quo curſu dicam eundum eſſe. Haud procul hinc. Eundum eſt per iſtrum ſiue danubium ſepteno mare gurgite irrumpentem: de quo meminit Auienus: et nos ſupra multa. Fundere flumina. Septem alueos efficere. Non uno cornu. Non uno alueo ſed ſepteno.

Illius aduerſi. Iſtri e regione uenientis: cuius oſtia ſubeamus et Ionium mare ex ęgęo ſubiutremus.

Ora. Oſtia. Quę. Vnda. Latus in leuū ponti. in partem ſiniſtrā maris. Inde. a parte ſiniſtra.

Fluminue

Flumine certo. Alueo ſecuro et nauigabili. Perferat. Ad optatum finem ac portum ferat. Sũt qui proferat ſcribere mallunt pro ultra ferat et promoueat. Reddat. Remittat: importet: inferat. Aliud mare. Ionium. Sequitur Valerius opinionem illorum: qui per iſtrum poſſe ferri in adriaticum mare putant: ſed falſo: de qua re ſic Plinius in tertio. Nunc uero Iſtriç: quam cognominatam tradunt a flumine iſtro in Hadriam effluente et Danubio amne: eodemq; iſtro ex aduerſo padi fauces: cõtrario eorum perculſu: mari interiecto dulceſcẽte pleriq; dixere falſo: et Nepos Cornelius etiam padi accola. Nullus. n. ex Danubio amni in mare adriaticum effunditur. Deceptos credo quoniã Argo nauis flumine in mare adriaticum deſcendit: nec procul tergeſte. Nec iam conſtat quo flumine. humeris tranectam alpes diligentiores tradunt. Subiiſſe autem iſtro: dein Sao: dein Nauaporto: cui nomen ex ea cauſa eſt inter ęmonam alpeſq; exorienti.

An ex iſtro in adriaticum ferat.

Iſtria.

Tergeſte.

Nauaportum.

Ipſius amnis iter: donec nos flumine certo
Perferat: inque aliud reddat mare. ſint age tanti
Aeſonide quæcunq; moræ: quam ſæua ſubire
Saxa iterum: quam Cyaneos perrumpere montes.
Sat mihi non totis Argo reddit ecce corymbis.
Hæc ait ignarus fixas iam numine rupes
Stare: neq; aduerſis ultra concurrere ſaxis.
Reddidit Aeſonides: et te fidiſſime rector
Haud uani tetigere metus. nec me ire recuſo
Longius: et cunctis redeuntem oſtendere terris.
Protinus inde alios flectunt regeſq; locoſq;
Adſuetumq; petunt plauſtris migrantibus æquor.
Puppe procul ſumma uigilis poſt terga magiſtri
Hæſerat: auratæ genibus Medea Mineruæ.
Atq; ibi deiecta reſidens in lumina palla
Flebat adhuc: quanquam æmoniis cum regibus iret,
Sola tamen: nec coniugii ſecura futuri
Illam ſarmatici miſerantur littora ponti.
Illa Thoanteæ tranſit deflexa Dianæ.
Nulla palus. nullus. ſcythiæ non mœret euntem
Amnis. Hyperboreas mouit conſpecta pruinas.
Tot modo regna tenens. ipſi quoq; murmura ponti
Iam Minyæ iam ferre uolunt. uix alleuat ora.

Sint tanti quęcũq; morę. Satius eſt quaſlibet pati moras q̄ iterum pericula cyanearum ſubire.

Sint tanti. Subintellige pretii. Tanti eſtimes quaſcunq; ſubire moras q̄ hoc efficere ut iterum renauigemus tanta pericula. Saxa. Saxoſas ſymplegadas: de quibus inquit Plinius: Verius ſcopuli q̄ inſulę.

Sat mihi. Satis fuit temere perrupiſſe ſemel: fortunamq; tentaſſe: fracta ac lacera uix fugit nauis: et iam corymba ſunt ꝓſtricta. Redit mihi. Recidit ad me. Ego illam ſum ſortitus. Ecce. Oſtẽdit fracturam nauis. Non totis. Nõ integris: perfractis. Corymbis. Roſtris poſterioribus de quibus infra. Hęc ait. Erginus. Fixas. hęrẽtes: firmas. Iam ſtare. Iampridem conquieſcere. Numine. Fato. Rupes. Scopulos. fato decretum erat immotas fore cyaneas poſt argonautarum tranſitum: ſed hoc a Minyis ignorabatur. Vltra. Poſt Argonautarum tranſitum. Cõcurrere. Confligere. Reddidit. Reſpondit. Haud uani. Timor qui cadit in fortem et conſtantẽ uirum te terret. Longius. Per itinera longiora dum hos ſcopulos declinem. Redeuntem. Reuertentem me cum adorea et triumpho. Cunctis. Vtriq; mari. Flectunt. Diuertunt ad alios principes et diuerſa regna. Adſuetum. Quos prius iterum nauigauerũt. Aequor. Mare ponticum. Plauſtris migrãtibus. Quod congelari ſolet et tranſiri a plauſtris ultro citroq; diſcurrentibus per congelatum dorſum.

Corymba:

Vigilis. Ergini. Decet enim uigilantia nauis moderatorem. Hęſerat genibus. Amplectebatur genua Mineruę dicata miſericordię: quę Minerua in naui erat picta ut tutela nauigii. Deiecta palla. Velata facie ueſte decidua ne uideretur. In lumina. Ad tegendos oculos lachrymis unidos atq; pręgnantes. Sola tamen. Sibi uidebatur aſſueta cum ęquęuis uerſari uirginibus. Nec ſecura. Quę non fidebat futuro coniugio: cui cum multa pollicitus eſſet Iaſon: fidem tamen promiſſis non adhibebat.

Illam. Medeam profugam. Defleta. quam multis lachrymis Diana ut diſcipulam proſequitur: et ſui templi cuſtodem. Thoas enim in regione taurica expulſus lemno ut ſupra affatim diſſeruimus: Dianę ſacerdos fuit apud quam hoſpites immolabantur: unde Diana Thoantęa dicta. Mouit. Pruinę rigorem ſuum exuerunt et deliquerunt cernentes Medeam abeuntem. Modo. Paulo ante regina: nunc captiua. Ipſi quoq; murmura ponti. Iam minyę iam ferre uolunt. Sunt qui interpretantur Argonautę illam ponti murmura pauentem increpant: hortanturq; ut ſine formidine ferat: et nequeuntem in

Diana thoantęa.

ceſſunt. monet pathos ut quę modo regina tot im perabat: nunc increpetur a minyis. Antiqui codices ha/bent. Ipſi quoq; murmura ponunt Iam minyię. Iam ferre uolunt. Ipſi argonautę non libenter tulerunt uirginem hanc rapi et abduci: murmurabant in iaſonem et Medeam: et uix ſuppreſſerunt ora conuicia/toria. Tamen perſuaſi ab iaſone: mutata ſententia iam illam fere uolunt in gręciam. Vide cui fortunę uir go ſe credidit: ut mumura exciperet argonautarum: et a conſenſu illorum penderet. Alleuat. Tollit

At feras ſi quando dapes: quas carus Iaſon
Ipſe dabat iam nubiferam tranſire carambim
Significans: iam regna lyci: toteſq; gementem
Fallit: ad Aemonios hortatur ſurgere montes.
Inſula ſarmaticæ peuce ſtat nomine nymphæ:
Toruus ubi et ripa ſemper metuendus utraq;
In freta per ſæuos iſter deſcendit alumnos.
Soluere in hoc tandem reſides dux littore curas:
Ac primum ſocios auſus ſua pacta docere.
Promiſſamq; fidem thalami: fœduſq; iugale.
Vltro omnes læti inſtigant: meritamq; fatentur.
Ipſa autem inuitæ iam pallados erigit aras:
Incipit idaliæ numen nec ſpernere diuæ.
Præcipueq; ſui ſi quando in tempore pulcher
Coniugii Minyas nunquam magis eminet inter.
Qualis ſanguineo uictor gradiuus ab hebro

quod uirgineum eſt. Seras. quas uel nunquam uel tarde ſumebat. Iũgitur ſuperiori hoc ordine. Vix alle nat ora Ad feras ſi quando dapes: ſubintellige ueniebat. Nubiferã

Carambis

carambim. Promontorium Thra/cię in nubes prouectum: de quo idẽ Flaccus in quarto. Quid tibi nubi/fera ſurgentem rupe Carambim.

Regna lyci. Mariandinorum re/gis: de quo libro quarto Valerius.

Gementem. Medeã. Fallit. ſpe inani: falſa quãdoq; ueris immiſcẽs.

Hortatur. Medeam. Surgere. Erigere ſe: ſpem cõcipere: fortẽ ani/mum ſumere: commaſculare animũ Lucius Apuleius inquit. Ad mon tes ęmonios. Ad Theſſalię ſpem po/tiundę: quę terra tot laboribus eſt digna.

Cõmaſcu/lare animũ

Peuce.

Peuce. Deſcribit inſulam Peucen: in qua Iaſon Medeę ſe con iunxit et uxorem duxit: in qua qui/dem re diſſentit Apollonio: qui ut uidebimus inferius ipſum Alcinoũ in macridis antro iuſſu Aretes uxo ris regię Medeã duxit uxorem. niſi reſpondere libet hoc eos uoluiſſe: ſed non perfeciſſe turbatos ſubito Abſyrti aduentu et inſperato ut infra licebit animaduertere. Peuce: ut inquit Stephanus: ciuitas i iſtro. Habitatores Peuceni dicti. Inter iſulas ponti Plinius libro. iiii. Peu cen ponit. Adde Alaricum fuiſſe Peucenum. Claudianus in conſulatum Honorii. Alaricum barbara peuce Nutrierat. Arrianus libro primo de geſtis Alexandri. Pueros ad iſtrum amnem premiſerat et in quandam eius fluminis inſulam: peuce nomen eſt: traiicere iuſſerat. Nymphę. Quã a Danubio ama/tam rumiferant: et uim inferre molientem iſtrum cum fugeret: in hanc inſulam eſſe cõuerſam. Toruus. A toruitate incolarum toruum uocat iſtrum. Metuendus utraque ripa. Propter diritatem et animos immites accolarum: quibus nihil horridius atq; barbarius. In freta deſcendit. illabitur mare. Per ſęuos alumnos. Diſcurrens et interfluens ſęuos accolas. In hoc littore. in hac peuce decreuit Iaſon fi/nem curis ſuis imponere: et Medeę curam illam ac ſuſpicionem ſoluere uxorem ducendo quemadmodũ promiſerat. Reſides curas. Reſidentes: ocioſas: quę nõ animo eius elabantur. uel pigras. ex ocio enim naſcitur amor: piger ut inquit Plato cum patrem afluentię Poron Metidis filium referat. Cum uero Pe nian matrem: celerem ac animi pręſentiſſimi. Sua pacta. quod pepigerat cum Medea ſociis aperire.

Peuceni. Alaricus.

Pater amo ris Porus. Penia ma/ter.

Fœdus iugale. Fidem coniugalem. Omnes. Argonautę gauiſi qđ ut uxor ducebatur: non ut me/retrix. Inſtigant. Hortantˀ iaſonem. Meritam fatẽtur. Medeam ut ducatur ab iaſone: quę ei tulit au/xilium contra tauros terrigenas et draconem. Innuptę. Priſci codices habent inuitę: Tanquã Pallas futurę crudelitatis gnara: id coniugium ęgreferret. Erigit aras. Medea ſtruit aram Palladi ut auſpice dea nuberet: uel inuitę dicere potuit quoniam Pallas innuba uirginibus potiuſq̃ nuptis gaudet. malletq; illam uirginitatẽ ſeruaſſe q̃ uiro alicui eſſe copulatam. Simile enim ut inquit Plato natura ſimili eſt ami/cum. Idalię. Veneris: quę habet in monte idalio ſedem. Pręcipue. Venerem non ſpernit pręſertim ſuo coniugio fauſtiſſimam et ſecundam. Debet enim plurimum Veneri: quę eam donauit pulcherrimo inter Minyas Heroe: Ordo. Pręcipue in tempore ſui coniugii ſi quando pulcher inter Minyas nun/quam magis eminet. Si quando pulcher. Subintellige fuit Iaſon: hoc tempore eſt. In tędis iugali/bus formoſitas ſe nitidius ſolet exerere. Magis eminet inter Minyas. inter argonautas Iaſon for/moſior eſt: et eius forma cęteris pręſtãtior apparet. Qualis. Comparat iaſonem Marti eunti ad Vene/rem in idalio orto amœniſſimo commorantem. Victor. ideo lętior et formoſior. Ab hebro ſan/guineo. Quem multo ſanguine conſperſit uictis efferis ac barbaris gentibus. Hebrus Thracię fluuius.

Idalium. Sedem illam Veneris amœniſſimam Claudianus in Epitalamio:et Maro libro primo ę̄ deſcripſerunt. Furto. Latebram peccati quęrens. Vulcano marito imponens. Vulcani Martiſq́ dolos et dulcia furta. Quem amorem ſuauiorem dicebat Domitianus. eſſę uerum probat Hieron apud Xenophontem in amica ſua Dailocha. Seu cum. Comparat Iaſonem Herculi iam in numerum deorū̃ aſſumpto:et hebes iuuētutis deę ſponſo. Iam uacat Alcidę. Iam licet Herculi mortalibus ęrumnis exhauſtis operam dare:et Heben iuuētam uxorem ducere. Cœleſtes menſas. Cōuiuiis deorum aſſiſtere: Feſſum. ęrumnoſum: honeratū̃ laboribus terreſtribus. Suſtinet. Refouet:mulcet:ac laſſitudinem digerit. Nam Venus:ut inquit Ouidius: Feſſa membra nouat:et uires reddit ſi tempeſtiua fuerit. Sufficit. Scribe ex lectione uetuſta. Suſcitat hoc eſt recreat ac erigit Medeā̃ quę animum deſponderat: et defixa ſtabat. Affixam. Defixam et attonitam. Aeetida. Medeam Aeetę filiam. Croceo. Meretrices huius coloris ueſtes induebāt auctore Donato ſi croceus color ē luteus ut cōiicio. Nam fœminam illam Antiodemin qđ populum Romanum uirilem effœminauit ac emolliuit fingit κροκώτα .i. crocotam indutam poeta gręcus Antipater. Arſuras gemmas. Ex Naphtha coronā̃ illā̃ qua Creuſam ſiue Glaucen ſuperductam ſibi ab Iaſone Medea comburet:ſuper qua hiſtoria affatim ſupra. Alia cū̃ uirgine. Cum filia Creontis regis Corinthii Glauce. Nouus honor. Noua formoſitas. Cura. Curatior color uel cultus curioſior. Iā̃ Medea Curioſius incipit comā̃ comere ut Iaſoni placeat:quę prius erat ex deſpatiōe neglecto ac incompoſito crine. Sic ubi. Comparatio a Medea paulo ante triſti:mox mutata facie fortunę lęta:ſacerdotibus cybeleiis:qui nunc furore perciti lacertos inuadunt:lancinā̃t artus:repente repoſito ſimulacro deę lęti ſunt ac compoſiti cū̃ in Almone fluuiolo cultros cybeleios eluere ſolent. Mygdonios. Lydios. Nam Lydi Cybelem colebant. Planctus. Percuſſiones et ſuggillata:quę ſibi ſacerdotes Phrygii intulerunt:ſanguine fuſo deam placantes. Plangere. Percutere. Planctus percuſſio. Silius. Liuentia brachia planctu. Eſt enim Almo fluuiolus Romę:de quo contra Symmachum Ambroſius. Vnde igitur exemplū̃ qđ currus ſuos ſimulato Almonis in flumine lauat Cybele. De quo ritu Ouidius libro faſtorum quarto.

Amor quis ſuauis: un Dail ocha.

Idalium furto ſubit:aut dilecta cythera.
Seu cum cœleſtes alcidæ inuiſere menſas.
Iam uacat:et feſſum Iunonia ſuſtinet hebe.
Adſunt unanimes Venus hortatorq́ cupido.
Suſcitat affixam mœſtis Aeætida curis.
Ipſa ſuas illi croceo ſubtegmine ueſtes.
Induit:ipſa ſuam duplicem cytherea coronam
Donat:et arſuras alia cum uirgine gemmas.
Tum nouus impleuit uultus honor:ac ſua flauis
Reddita cura comis:graditurq́ oblita malorum.
Sic ubi Mygdonios planctus ſacer abluit almo:
Lætaq́ iam cybele:feſtæq́ per oppida tedæ.
Quis modo iam ſæuos adytis fluxiſſe cruores
Cogitet:aut ipſi qui iam meminere miniſtri?
Inde ubi ſacrificas cum coniuge uenit ad aras
Aeſonides:unaq́ adeunt:pariterq́ precari
Incipiunt:ignem Pollux undamq́ iugalem

Aeetis.

Antiodemis.
Crocii.
Crocota.

Mygdonii.
Plangere.
Almo.

Eſt locus in Tyberi quo lubricus influit Almo:
Et nomen magno perdit in amne minor.
Illic purpurea canus cum ueſte ſacerdos

Almonis dominam:ſacraq́ lauit aquis. Italicus libro octauo punicorum. Trepidoq́ fouent Almone Cybelen. De Almone et eius filia Lara meminit Ouidius.ii.faſtorū̃. Lucanus libro primo. Et lotā̃ paruo reuocant Almone Cybelen. Claudianus in Gildonem. Prelatoq́ lauas phrygios Almone leones. Vibius ſequeſter ad Virgilianū̃ filiū̃. Almon ubi mater deum.vi.cal.apriles lauatur. Quis modo. cū̃ utenſilia Cybeles lauant a ſacerdotibus paulo ante furore ſanguinolētis quis illorū̃ eſt qui reputet inſaniā̃ pręteritā̃ cū̃ deā̃ retulerūt in adyta? Adytis. Cū̃ in adyta illā̃ retulerūt:et arcana loca. Modo tā̃ ſęuos. Qui pauloante tam ſęui erā̃t ac etiā̃ in ꝓpria membra uiolēti? Quis cogitet. Nemo illorū̃ ſacerdotū̃ cogitat cruores pręteritos:ſed lętitię pręſentis offertiſſimi ſunt ut Chriſtophoris accidit die reſurgētis Soteris. Ignem undamq́. in ſacris coniugalibus ignem et aquam adhibebant:de qua re apud Ouidiū̃ dictū̃. Quos faciet iuſtos ignis et unda uiros:et apud Papinium in Epithalamio Violantillę.

Demigrant Helicone deę:quatiuntq́ nouena
Lampade ſolennem thalamis coeuntibus ignem:
Et de pieriis uocalem funtibus undam. Cauſam huius rei lege apud Pluctarchum in problematis.

Pollux. Pręulit ignem ut Daduchus et Lampaduſtes pręluxit ſponſis. Faces ingenui pręferebant ex alba ſpina auctore Plinio:unde a Catullo. Spineam quate tędam.

Ignis et aqua i cōiugalibus ſacris.
Daduchus
Lāpaduſtes

Sacrificātiū uertigo.

Dextrum uertantur in orbem. Nonnulli ad tripudium id quod in orbis latitudinem circūagitur: reſerunt: de quo libro undecimo de Aſino aureo meminit Apuleius. Ego ad ritū ſacrificādi ut innuat Medeam cum Iaſone deos adoraſſe quadam uertigine: quę in dextram partem circūacto corpore fiebat: qua ſignificabatur mundi uolubilitas. Galli putabant circūagendū in ſiniſtram partem. Romani in dextrā. Plutarchus ille multiſcius inanſpicatum Camillo fuiſſe refert: qui cum inter ſalutandum deos ſe uerteret in dextram: cecidit. de qua meminit Suetonius his. Cęſarem adorari ut deum inſtituit: cum reuerſus ex Syria non aliter adire auſus eēt q̃ capite uelato: circūuertenſq; ſe ac deinde procumbens. Apud Plautū in Curculione cū dixiſſet Phędromus adoleſcens. Nūc hinc paraſitū in Cariam miſi meum petitū argētum a meo ſodali mutuum: quod ſi non affert: quo me uertam neſcio. Reſpondet Palinurus in hanc uertiginem iocatus. Si deos ſalutas dextrouorſum cenſeo. Sed neq; uidit Mopſus augur hoc inauſpicatū eſſe cōiugium: quoniam flamma diuiſa eſt nec coiuit: ut in concordibus matrimoniis ſolet. Candida. nō fuit candida: ſed nubila et caliginoſa flamma. Thura. Thuris thymiama et nebulas. Stare. Staturam eſſe: ſed uacillaturam fidē coniugalem. Breue tempus amorum. Futurū pręſagit ac pręduiinat Mopſus per pyromantiā. Odit. quoniam dis aduerſis: et coelo reclamāte iunguntur. Tibi iam. Ab uſq; illo principio. Optauit. Mopſus qd deos coniugio nō adiicere uidet. Barbara. Apoſtropha ad Medeā. Silueſtria pmia. Venatio. Quęſita. Comparata. Venatu facili. Facili labore uenationis. nam loca erant ferina plena. Superſunt. Abundant. Verubus. Subiutelli ge carnem infigunt: carnem uoluunt. Vndāti. Pleno et bulliendo fluctuāte. Aheno. Vaſe ad coquēdū idoneo. Coculum Plautus appellat. Thoris. Proprie: a tortis herbis. Sic uocant menſę ceſpititię.

Praetulit: ut dextrum pariter uertantur in orbem.
Sed neq; ſe pingues tum candida flamma per auras
Explicuit, nec thura uidet concordia Mopſus:
Promiſſam nec ſtare fidem: breue tempus amorum.
Odit utrunq; ſimul, ſimul et miſeratur utrunq;.
Et tibi iam nullos optauit barbara natos.
Mox epulas et ſacra parant ſylueſtria laeti
Premia uenatu facili quaeſita ſuperſunt.
Pars uetubus: pars undanti deſpumat aheno.
Gramineis aſt inde thoris diſcumbitur: olim
Iſter anhelantem peucen quo preſſerat antro,
Ipſi inter medios roſea radiante iuuenta
Altius: inque ſui ſternuntur uelleris auro.
Quis nouus incoeptos timor impediit hymenaeos.
Turbauitq; thoros: et ſacra calentia rupit?
Abſyrtus ſubita praeceps cum claſſe parentis
Aduehitur: profugis infeſtam lampada graiis
Concutiens: diramq; premens clemore ſororem.
Atq; hanc O ſiquis uobis dolor iraq; colchi
Adcelerate uiam: neq; enim fugit aequore raptor
Iupiter aut falſi ſequimur ueſtigia tauri.
Puppe (nefas) una praedo phrixaea reportat

Diſcumbit. Epulantur in eo antro: in quo olim Iſter Peucen corripuit ut omine feliciori in loco foecundo liberis operam darent. Preſſerat. Oppreſſerat inferēs pudori uiolentiam. Anhelantē. Ex curſu trahebat anhelitum Peuce deum fugiens. Inter medios. Ipſa iuuenta errans media. Iuuenta dea inter eos roſas ac uiolas hoc eſt amorum illecebras et affluentiam ſpargebat. Sternunt. Dormiunt. Velleris auro. Idem Apollonius refert ut creſceret honor thoris lodice ſuperba pro ſtragulis uſos eſſe pelle aurei uelleris. Quis nouus. Quaſi dixerit muſa refer. Sed aduerte hoc nō repugnare Apollonio: qui tradidit in antro Macridis Iaſonem celebraſſe matrimonium cum Medea. Nam hic in Peuce incęperūt: deſtinarunt: illic conſumarunt: hic uoluerunt: illic poſt mortem Abſyrti perfecerunt. Impediit. Sequens afflatus fulcit labantem ſyllabę ſtructuram. Vt apud Virgilium libro ęn. xii. hic haſta ęneę ſtabat. Huc impetus illam detulerat. Horatius. Nube candenti humeros amictus. Martianus in geometria de terra loquens. Puncti inſtar medio hęſerat una loco. Hymeneos. Matrimonium. Sacra calentia. Thoros iam feruentes et amore coniugali tepefactos. Lampada. Nocte nauigabat pręlatis luminibus: uel concutiebat ignes iratus nauem argonautarum minitans incēſurum. Premens. Inclamans: increpitās. Atq; hanc. Et ita ſocios hortabatur. Accelerate ſocii ſi aliqua ira mouimini. hęc eſt ea: quę debet uobis effundere omnes irarum quadrigas. Accelerate fugam. Lege uiam. Falſi. Non eſt decepta Medea ut Europa: ſed ſciens prudenſque delinquis. Puppe una. Scribendum: una. non ita mirabile ſi multis nauibus et numeroſa claſſe hanc nobis iniuriam intuliſſet Iaſon: ſed una naui dedecoroſum eſt et infame. Tanquā uni ceſſerimus dedecus noſtrum negligentiſſime ferentes.

Nobis. Iunge hanc dictionem ſequentibus hoc ſenſu. O pudor nobis: O ignominia inelluibilis.
Stantia. Habemus mœnia. i. incolumia tecta: quę ille conniuẽtibus nobis pertrãſiuit. Quid mihi ſatis? Quid ad me pacandum et tantam notam eluendam poteſt Iaſon offerre? quaſi dixerit: nihil. nullã conditionem pacis accipiam: nec ſi te mihi Medea reddat. Irę modus. Laxabo habenas irę: et omni conatu ferar in gręculum hoſpitem. Inde. Supple ut crudeliſſima internetione delebo gręculos ut iram paternam ſatiem. Paruo tempore. Vt omni crudelitatis tragœdia trãſacta ouans ad patrem perueniã: illud cęſarianum canẽs: ueni: uidi: uici: ultus ſum domeſticũ dedecus.

Vellera. qua libuit remeant cum uirgine. nobis
(O pudor) et muros et ſtantia tecta reliquit.
Quid mihi deinde ſatis? nec quæ tu uellera: nec te
Accipio germana datam: nec fœderis ulla
Spes erit: aut iræ quiſquam modus. inde reuerti
Patris ad ora mei tam paruo in tempore fas ſit?
Quinquaginta animæ me ſcilicet unaq; merſa
Sufficiet placare ratis? te græcia fallax
Perſequor atq; tuis hunc quaſſo mœnibus ignem:
Nec tibi digna ſoror deſum ad connubia frater.
Primus et ecce fero quatioq; hanc lampada ueſtro
Coniugio primus celebro dotalia ſacra:
Qui potuit patriæ ueniam da quæſo ſenectæ.
Quin omnes alti pariter populiq; patreſq;
Mecum adſunt. magni uirgo ne regia ſolis
Aemonii thalamos adeas deſpecta mariti.
Tot decuit coiiſſe rates: tot fulgere tedas.
Dixerat itq; orans iterum uentoſq; uiroſq;
Petq; ratis ſupplex uox remigis illa magiſtros.
Illi autem intorquent truncis frondentibus undam.
Quæq; die fuerat raptim formata ſub uno:
Et tantum deiecta ſuis a montibus arbor:
(Quid dolor et ueterum potuit non ira uirorum?)
Haud longis iam diſtat aquis: ſequiturq; uolantem
Barbara palladium puppem ratis: hoſtia donec
Danubii: uiridemq; uident ante hoſtia peucen:
Vltimaq; agnoſcunt argoi cornua mali.

Quinquaginta animę. Heroes: Minyę quinquaginta perempti non ſunt ſatis ad iram meam leniendam progrediamur ulterius. Scilicet cum ſtomacho. Maro. Scilicet id ſuperis curę eſt. Merſa. Quam ſum merſurus. Hunc ignem. Hanc lampada quaſi ſymbolum ſit incendii: quod perfidis ac fallacibus gręculis minitor. Sufficiet. Per interrogationem non ſufficiet: ſed gręciam funditus perdere ac delere paro. Quaſſo. Cõcutio. Digna. iunge cum uerbo cõnubia: O ſoror inquit uenio ad connubia tua libens ac uolens: nec ſine me celebrari permitto: ut te reddam honeſtiorem. Decet enim fratrem ſorori nõ deeſſe prętertim in nuptiis. Et hęc per ſarcaſmon dicuntur ab Abſyrto ſtomãchabundo. Lampada. Supra recenſuimus in ſacris coniugalibus igne et lampadibus peculiaré uſum fuiſſe. Dotalia ſacra. Cõnubiales tędas. Qui potui. Prępotens uiridi iuuenta te conſequi. pater tuus non poteſt ſenio prępeditus. Veniam da. Si non poteſt accurrere. pręmittit iſta Valerius ut poſteritaté pręmuniat: ferant ęquius Abſyrti cladem: et uti iure cęſus putetur. Quinquaginta minyę.

Regia. Regalis proles magnum ſolem agnoſcẽs auum. Deſpecta. Ingloria. Tot decuit. Ad te honorandã. Coiiſſe. Coactas fuiſſe ut magni prolem ſolis committerẽt: et in thorum theſſalum deducerent.

Fulgere. Ardeſcere: accẽdi. Ventos. ſecũdos. Viros. Colchos milites ſuos. Supplex uox. Abſyrti uidelicet erat: q remigis fungebat officio: tãto animi ardore in pdoné ferebat. Remigis. Abſyrti remigio manũ admoliti. Magiſtros. Scribendũ magiſtris ex priſco codice. hac uoce magiſtris ut accelerarent utitur Abſyrtus. Sunt qui legunt. Perq; ratis ſupplex repſit uox illa magiſtris. Nõ tamen placet priſcis codicibus diſſentientibus. Illi. Magiſtri. Intorquent undam. Verrunt ęquora. Quęq;. Et illa arbor quę fuerat raptim formata ſub uno die: et tantum deiecta ſuis a montibus: haud longis iam diſtat aquis. Die ſub uno. Vnius diecule ſpatio: quod mirũ fuit. Haud longis diſtat aquis. maturriſſime celerrimeq; procurrit. Quid dolor non potuit. Per interpoſitionem. tantum poteſt dolor et ira: ut efficiat quod impoſſibile uidetur. Celeritatem deducendi claſſem in mare a cęſa materie laudant Liuius et Plinius in Scipione. Tantum cęſurę tempeſtiuitas potuit et obſeruatio cœli. Veterum. παλαιγενέων κλέα φωτῶν. i. geſta ueterũ uirorum dixit Apollonius in primo: ubi ueteres pro heroicis et pręſtantibus poſuit. Illud Ennianum ſuccinit. Moribus antiquis res ſtat romana uiriſq;. Volantem. Argo celerrime diſcurrentem. Barbara. Abſyrti barbari. Palladiam. Argo. Vltima cornua. Cerucum et ſuperficiem mali nauis Argus longe ſuperſtantem ac editam.

Inimica gaudia. Barbaras exultationes quas ſperando delere poſſe Minyas tollebant. Tum. Illis in argiuam claſſem irruentibus. Fragor. Strepitus fit ac tumultus. Vt procul. Cum illi procul uiderunt Argo. Viris. Minyis. Vnam. Solam Argo. Roſtra omnia. Naues omnes roſtratę.

Monoxylon.

Naualem uncum. Pulchra deſcriptio nauis incompoſitę: et cuiuſdam Monoxyli: Eſt enim Monoxylon: qua uoce utitur Liuius: arbor in medio excauata: his utebantur ad tranſitum fluuiorum: ſed rudes ac in huiuſmodi fabrica imperiti.

Tum uero clamorem omnes: inimicaqꝫ tollunt
Gaudia: tum grauior remis fragor: ut procul Argo
Viſa uiris: unamqꝫ petunt roſtra omnia puppem.
Princeps naualem nodoſi roboris uncum
Adripit: et longa Styrus proſpectat ab unda:
Coniugio atqꝫ iterum ſponſæ flammatus amore.
Iam alii clypeos et tela trabalia dextris
Expediunt. armant alii picis unguine flammas
Impatiens tremit haſta mora. nec longius inter
Quam quod tela uetet: ſupereſt mare. uocibus urgēt
Interea: et pedibus pulſant tabulata frementes.
Cum ſubitas uidere rates: uibrataqꝫ flammis
Aequora: non una Minyæ formidine ſurgunt.
Primus et in puppem deſerta uirgine ductor
Proſilit: et ſumma galeam rapit altus ab haſta:
Enſe ſimul clypeoqꝫ micat. nec cætera pubes
Segnius adreptis in littore conſtitit armis.
At tibi quæ ſcelerum facies Medea tuorum?
Quis ue pudor colchos iterum fratremqꝫ uidenti?
Quicquid et abſciſſum uaſto iam tuta profundo
Crediderasꝫ ergo infauſto ſeſe occulit antro
Non aliud quam certa mori: ſeu carus Iaſon:
Seu frater graia uictus cecidiſſet ab haſta.
Haud ita ſed ſummo ſegnis ſedet æthere Iuno
Haud ſinit extrema Minyas decernere pugna:

Albani et Scythę informes procudebant naues: ideo dixit nodoſi roboris: ut quę ex arbore nodoſa confecta fuiſſent. Vncus p re adunca accipitur. Arripit. Raptim inſilit Medeę cupidine percitus. Quidam per uncum naualem malum: alii prorā incompoſitā intelligunt. Selige opinionem quę maxime placuerit.

Princeps.

Princeps. Primus. Lucreti⁹. Quę patrio princeps donauit noīe regēs ut nonnullis placet. Proſpectat. Longe proſpicit. Coniugio. Accenſus qđ Medeę coniugium amiſit.

Trabalia.

Flammatus. Iterum efferueſcēs.

Trabalia. Enormia: ad magnitudinem trabis. Armant flammas. Inſtruūt ignea alimenta: quę in argo coniiciant: et illam cum Minyis urant. Sunt qui ad phalaricam referunt: quę oblita pice tela: ſequētibus mox flammis iaciebat. quod nō placet. Vnguine. Pinguedine et alimento. Haſta. Haſtati. Cōtentū pro cōtinēti. metonymia poetica.

Impatiēs morę. Nō ualens morā ſuſtinere: nec morari diutius. Tremit. Prurit: geſtit. Nec lōgius ſupereſt mare. non maius ē interuallū inter claſſem et claſſem q̄ ſit cōiectus telorū. Quod tela uetet. Poterat ſe alloqui: ſed nō tela cōiicere. Inter. Minyas et Colchos. Vocibus urgent. inuicem inclamant et inclamātur. Pedibus. Mos irati terram pede complodere. Propertius. Et ſonitum dubio ſuſcitet ira pede. Tabulata. Nauium pauimenta ac ſola.

Frementes. Stomachabundi: indignabundi. Videre. Minyę. Rates. Colchicas. Vibrata. Cōtorta: cōmota. Flammis. Alimentis ignium: quibus inſtructi Colchi ueniebant. Non una. Sed cōmuni. Surgunt. Excutiunt ſe ſomno. Erat enim nox alta. Ductor. Iaſon. Deſerta uirgine. Relicta Medea adhuc intacta. Altus. Saltu proſiliēs in ſublime. Ab haſta. Quam proprię affixerat haſtę: ut cū expediret ea uteretur. Pubes. Gręca iuuentus. Facies. Syntereſis: recordatio O quantū Medea tunc es recordata errorum atqꝫ delictorum tuorū. Quis pudor. Inceſſit te cum uidiſti fratrem? recordata tui ſceleris et domus ignominia turpi pollutę. Quicquid. Sēſus eſt. O Medea infelix quis pudor eſt tibi uidenti fratrem: et quicquid credideras abſciſſum et ſeparatum uaſto profundo et quęcūqꝫ tuta crideras propter diſtantiam et obicem maris: nunc propinqua cernis: et ſpem euanuiſſe uides. Ordo. Quis pudor O Medea tibi uidenti quicquid iā tuta credideras abſciſſum uaſto ꝓfundo. Abſciſſum. ſeparatū. Iā tuta. Tu Medea quę ſperaſti tutā fore. Occulit. Occultat Medea: et in tenebras ſe condit.

Infauſto antro. Vbi Medea infauſte ſe coiungere uoluerat Iaſoni. Iaſon. Victus fuiſſet ab Abſyrto uel Abſyrtus ab Iaſone. Haud ita. nō ita cōtigit ut frater uinceret aut Iaſon. Immo fata trahent eam in fraternā perniciē. Ordo. Sed Iuno nō ita ſegnis in ſūmo ęthere ſedet ut ultimo prętio decernere ſinat Iaſonē et Abſyrtū: quoniā pares nō erant. Haud ſinit. Scribe. Aut ſinit. Vel nō ſinit Minyas ſumma pugna decernere Iuno. Obſtat Iuno ne ſupremo prelio pugnet. Aut ſinit diſiungit quidem: ſed repent inficiatoriam precedentem. Extrema pugna. Supremo conflictu: in quo de ſumma rerum agitur.

Nec numero quoniam colchis nec puppibus æquos.
Ergo ubi diua rates hostemq; accedere cernit
Ipſa ſubit terras:tempeſtatumq; refringit
Ventorumq; domos.uolucrū gens turbida fratrum
Erumpit:claſſem dextra ſaturnia monſtrat.
Videre:inq; imum pariter mare protinus omnes
Infeſto clamore ruunt:inimicaq; colchis
Aequora:et aduerſos ſtatuunt a littore fluctus.
Tollitur:atq; intra Minyas argoaq; uela
Styrus abit.uaſto rurſus deſedit hiatu
Abrupta reuolutus aqua.iamq; omnis in aſtra
Itq; reditq; ratis.lapſoq; reciproca fluctu
Deſcendit:trahit hos uertex:hos agmine toto
Gurges agit.ſimul in uultus micat undiq; terror.
Crebra ruina poli cœleſtia lumina laxat.
Non tamen ardentis Styri uiolentia cedit.
Hortatur ſocios media inter prælia diuum.
Transferet ergo meas in quæ uolet oppida dotes
Colchis?et Aemonius nobis ſuccedet adulter?
Nec mihi tot magnos inter regeſq; procoſq;
Profuerit prona haud dubii ſententia patris?
An uirtus prælata uiri eſt?et fortior ille:
Quem ſequitur?iūgam igniferos ſine carmine tauros:
Sæuaq; Echionii ferro ſata perſequar hydri.
Hoc adeo interea ſpectans de littore pugnas

Nec numero. Subitellige.quoniam uidet Minyas non eſſe pares colchis militia numero:nec claſſe. Aequos.Minyas. Diua.Iuno. Hoſtem.Colchum. Ipſa.Iuno:quę pro aere ponitur uentorū ſeminario. Domos Tempeſtatum.Aeoliam:uentorum antrum. Fratrum.Vētorum. Erumpit. Egreditur ex Aeolio carcere.perinde apud Maronē uenti erumpūt poſcente Iunone. Claſſem. Styri nauigia. Dextra monſtrat.indice digito demonſtrat claſſem Abſyrti:ut i eā ſęuius ferociāt. Videre. claſſem colchicā uenti. Inq; imū. Scribēdum unū.i.unā partē maris.

Omnes. Venti. Infeſto clamore. Flatu cōcordi ac hoſtili. Statuunt a littore. Acerrimis ac procelloſis flatibus impetunt in litora fluctus:qui a medio mari incipiūt:et litora percutiunt. Tollitur. Erigit in ſublime Styrus:undis modo depreſſus:eiſdē modo elatus. Intra minyas. Infert a mari inter tranſtra gręcę nauis. Argoa.gręca. Deſidit. Depreſſus eſt. Vaſto hyatu. Magno maris facto chaſmate et hyatu. Reuolutus. A ſummo deuolutus i hyatum et uorticem maris imū.

Abrupta. Ab unda fracta a maioribus fluctib⁹ ſuperuenientibus pręruptus aquę mons inquit Maro.

In aſtra.i ſublime tollitur uento concitante mare. Deſcendit. In profundum chaſma ſe dat. Reciproca. Reuertens:retroacta. Vortex. Aqua ſe girans in anfractum.

Agmine toto. Impetu undarum immani ac terribili. Sunt qui torto ſcribūt:ſed priſci codices repugnāt. Nam Valerius ſignificare uult facto impetu aquarum et uētorū agminatim incumbere mare:quod inſidioſum nautis eſſet:unde ingurgitare deuorare. Ponitur et pro mari. Quis illud Virgilianum ignorat? Apparent rari nautes in gurgite uaſto. Micat terror. Fulgura et fulgetrę oculos impetunt. Imitat illud maronianū. Et crebris micat ignibus ęther. Ruina. Tempeſtas immodica. Cęleſtia lumina. Sidera.

Laxat. Aperit ac oſtendit. Cœlum lucere totis ignibus uidebatur et clareſcere luminibus fulminum cuncta irradiantibus. Ardētis. Impetuoſi ac ęſtuātis. Inter prę lia diuum. Dum Iuno:Neptunnus ac Aeolus coniurati eum molirentur opprimere. Contra homines deoſq; certabat. Transferet. Dicebat Styrus ergo transferet dotem meam in aliena regna?et ego uiuam inultus? Dotes. Se ipſam:quę a patre eius mihi donata fuerat. Colchis. Medea. Aemonius. Theſſalus Iaſon:qui non hanc nuptiis:ſed adulteriis implicuit. Nec mihi. Senſus eſt.nec mihi profuerit ſententia Aeetę patris:qui inter tot reges Medeam petentes:me unicū elegit:repudiatis cęteris?

Procos. Qui Medeā petebant. Prona. In me inclinata. Haud dubii. Qui pater ſine dubio mihi annuebat et aſpirabat:ut ſibi generum aſciſceret. An uirtus. Poſſet fortaſſe quis dicere. Iaſon pręlatus eſt tibi O Styre propter fortitudinem qua te excellit. Viri. Iaſonis. Et fortior ille. Eſt Iaſon Styro. Igniferos. Ferentes et ſpargentes ignem naribus. Quin ego fortior Iaſone ſum inquit Styrus:et ſine carminibus et incantationibus iungerem tauros illos feroces ac ſęuos:quod ſine Medeę carmine Iaſon efficere non potuit. Ferro. Non carmine. Et ego ferro non uerbis anguem conficiam.

Hoc adeo.in hoc litore Medea ſiſtatur hac conditione ut uictorem ſequatur:erit ut ſpero mea.

Interea. Dum ego ac Iaſon pugnamus. Quid non cogit amor? heroicos committit animos:et uiros inſignes:in Martem mortemq; rotat.

Amborũ. Me et Iaſonem pugnantem. Hęc dictio amborom ſuperioribus iungitur. Victoris eris. O Medea. Sequeris eum qui uicerit. Caput ſemiuiri. imbellis iaſonis. Murrha. Tanquã Iaſon corpus ungeret myrrha odore ſuauiſſimo: unde a Propertio dictum. Nares myrrheus ungat onyx. Pice. Lampadibus his piceatis. Olentis. Olentes capillos ſulphure cum lampadibus noſtris comburetur.
Sulphure. Pro ſulphur. Oleo hac re: et hanc rem dicitur. Fluctus. Cõuertit ſe ad mare Styrus inquiens. Sol et Aeetes me dignum affinitate ſua putabunt ſi iaſoni cõpugnare licebit. quod erit ſi modo fluctus me ex hoc expuent naufragio. Si uiuus quacunq; tempeſtate egerar ad litus. Vel ſolum. etiam ſine sociis confido claſſem Styri ſuperaturũ. Generi. Styri. Sol pudebit. Generi. qđ proles tua Medea in manus meas conuenerit.

Amborum: uictoris eris. iam digna uidebis
Prælia: iamq; illud carum caput ire cruenta
Sub freta ſemiuiri. nec murrha corpus achiuis:
Sed pice ſed flammis et olentis ſulphure crines.
Vos modo uel ſolum hoc fluctus expellite corpus.
Non te Aeeta pater generi: aut ſol magne pudebit.
Fallor? an hos nobis magico nunc carmine uentos
Ipſa mouet? diraq; leuat maria ardua lingua?
Atq; iterum Aeſonides: iterum defenditur arte
Qua ſolet. haud illi cantus: et futile murmur
Proderit. ite rates: et frangite uirginis undam.
Dixit: et intortis ſocio cum milite remis
Proſilit. ac fluctu puppis labefacta reuerſo
Soluitur: effunditq; uiros: ipſumq; minantem
Tunc quoq; et elata quærentem littora dextra.
Ibat et arma ferens: et ſtrictum naufragus enſem.
Incipit et remos et quærere tranſtra ſolutæ
Sparſa ratis: mœſtas altis intendere uoces
Puppibus. aſt inter tantos ſuccurrere fluctus
Nulla poteſt: aut illa uelit? quotieſq; propinquat
Tunc aliud rurſus dirimit mare. iam tamen errat,
Iamq; abiit fundoq; iterum uiolentus ab imo
Erigitur. ſed fluctus adeſt: magnoq; ſub altis
Turbine figit equis: et tandem uirgine ceſſit.
Abſyrtus uiſu mœret defixus acerbo.
Nec quid agat: qua ui portus: et prima capeſſat
Hoſtia: qua poſſit Minyas inuadere: clauſos
Quos uidet agnoſcitq; tremens. maria obuia contra;
Sæuaq; pugnat hyems: totuſq; in uertice pontus

Carmine. Incantatione. Leuat. Extollit et tumere facit. Arte. Magica. Qua ſolet. Qua ſemper arte tutatur eũ Medea. Cantus. Cantamina: carmina: deuotiones magicę. Futile. Vanum: inane: mendax: pręſtigioſum. Murmur. incantatio quę fiebat Suppreſſa lingua. Virginis. Medeę. Intortis. Conatu impulſis ut nauis impacta uelocius iret. Socio. Cum Colchis claſſiariis. Proſilit. Procurrit. Labefacta. repercuſſa et ui nõtorum retroacta. Reuerſo. Retro nauim compellente. Soluit̃. diſſipatur: effunditur. Effundit. Expouit et naufragat. Minantẽ. Styrũ minis cuncta complentem. Tũc quoq;. Cum natabat in mari Styrus. Quęrentem. Littora apprehendere ſtudentem. Iunge ſuperioribus cum uerbo effundit. Elata dextra. Manu eleuata. Arma ferens. Etiã naufragus arma nõ omiſit. Strictum. apprehenſum ad feriendum iaſonem paratum. Remos. Vt illis apprehenſis a naufragio ſe tueret̃. Intendere. emittere uoces altiores aliis nauibus: et inclamare ut eũ exciperent. Haud ulla uelit. Nec uellet ſuccurrere: pręſenti ſuo periculo potius conſulens q̃ de alieno incommodo ſollicita.

Propinquat. Styrus nauibꝰ ſuorum. Dirimit. Reflat: reuerberat eum ab illis nauibus. Dirimit. Separat. Abiit. Obrutus nauibus abreptus eſt. Erigitur. Surgit et eleuatur a fundo maris ad ſuperos. Adeſt. Pręſenti periculo deprimit. Fugit. Obruit. Tandem. Poſt concertationem illorum periculorum. Virg neceſſit. Obruitur et toto aquarum elemento ſepelitur: et uirgine Medea cedit Iaſoni: morte diſcrimina ac ęmulationẽ dirimente. Dicimus cedo tibi hac re: et hãc rẽ. Defixus. Stupefactus: et ęgreferẽs tũ Styri mortẽ: tũ mare tumultuãs. Quid agat. Subintellige tenet. Portus. capeſſat. Vires nõ ſuppetunt nec mẽs iactatã nauẽ ad litus appellẽdi. Prima oſtia. Primos Iſtri introitus ad inſulã Peucen. Qua. repete dictionẽ ui. Clauſos. Incluſos portui peuceno: quo euadere nõ poterat pp exercitũ et claſſẽ ſuã.

Cedo hac re.

Quos. Minyas. Argonautas uidebat Abſyrtus: agnoſcebat: inuadere uolebat: ſed non dabatur.
Tremens. Metuens et Minyas et infeſtum pelagus: qui prius aſtris et cœlo minabatur. Contra. Abſyrtum. Hyems. Tempeſtas. In uertice. imminet capiti eleuatum mare cum eius nauis ſit ad inferos preſſa. Si ſcribis uortice; intellige mare totum fuiſſe uorticoſum; abſorbere naues paratiſſimum.

Abſceſſit. Scribendum: Abſcedit. Relinquit fruſtra tentatam et deſperatam prouinciam Abſyrtus. Recepit. Retraxit ac in tutum locauit. In ſtatione. In portu ubi ſtant naues. Maro. Statio fidiſſima nautis. Eſt et locus ſtatio quo plurimi cõueniunt mortales: de qua alibi multa. Illinc. ab hoſtio Danubii. Aeetius. Abſyrtus Aeetę filius. Tentoria. Caſtra gręcorum: quę metati erant in peuce. Aduerſa. Hoſtili: barbara: ſua. Impatiens. Deſpondens patientiam: plenus deſperationis: uel impatiens qđ nulla datur pugnandi cum iaſone poteſtas: quod maxime affectabat. Statio.

Abſceſſit tandem: uanaqꝫ recedit ab ira:
Et tanta de clade ratis (latus) inde ſiniſtrum
Aduerſamqꝫ procul peuces defertur in oram.
Cum ſocii (gemino nam ſcinditur inſula flexu
Danubii) hac dudum Minyæ pagaſæaqꝫ puppis
In ſtatione manent. illinc Aeætius heros
Obſidet aduerſa tentoria theſſala claſſe
Impatiens: pugnæqꝫ datur nonulla poteſtas.
Noctes atqꝫ dies uaſtis mare fluctibus inter
Perfurit: expediant donec Iunonia ſeſe
Conſilia: at ꝑ aliquem bello ferat anxia finem.
At minyæ tanti reputantes ultima belli
Vrgent, et precibus cuncti: fremituqꝫ fatigant
Aeſoniden. Quid ſe externa pro uirgine clauſa
Obiiciat? quid ue illa pati diſcrimina cogat?
Reſpiceret pluresqꝫ animas; maioraqꝫ fata
Tot comitum: qui non furiis: nec amore nefando
Per freta: ſed ſola ſeſe uirtute ſequantur.
An uero ut thalamis raptiſqꝫ indulget unus
Coniugiis? id tempus enim ſat uellera grais:
Et poſſe oblata componere uirgine bellum.
Quenqꝫ ſuas ſinat ire domos. nec Marte cruento
Europam atqꝫ aſiam prima hæc committat Erinnys.

Noctes. affert rationẽ quare poteſtas pugnę non dabatur. Expediant. ad optatum finem ſe redigant. Anxia. Pro caro iaſone ſolicita. Vltima. Perueniſſe ad ultimum: ut dici ſolet: abruptũ: uel uincendum uel moriendum eſſe. Vrgent. Inſtant: ſolicitant. Fatigãt. Exercent: angunt: cruciant: quoniã non lubens reddebat. Obiiciat? Exponat ac offerat morti. Se. pro eos poſitum eſt etiam priſcorũ exemplo licet catachriſis habeat. Clauſos. Circumuallatos et hoſtili claſſe incluſos. Quid. Cui bono? qua ductus neceſſitate? Pati. Socios. Diſcrimina. Tam magnum ſubire periculum. Ex Orpheo qui ait.
Vis animi Minyis obtorpuit: horrida fata
Aeſonidę nimios paſſurus propter amores:
Multaqꝫ per ſenſus uoluũt in pectore amaros
An ſęuam ferro perimant: et piſcibus eſcam
Medeam iaciant: retro et uertatur Erinnys:
Ni cito ſenſiſſet ſuper inclytus ęſone natus:
Flexiſſetqꝫ irã: atqꝫ animos cuiuſqꝫ precando.

Plures animas. Argonautas quinquaginta: quę animę maiores: et pluris una Medea. Maiora. Pluriſfaciẽda. Seſe. Iaſonẽ ſuũ: qui nõ furioſo cũ ferũt amore: ſed uirtute duce: comite fortuna. An uero. Per interrogationem cum reticentia: quę familiaris eſt figura indignãtibus. Decet ne tot comites ſatis pręſentibus obiicere: ut in thalamis: raptiſqꝫ indulgeat unus coniugiis Iaſon? quaſi dicat: non debet: maiora cõſideranda ſunt q̃ quę ſenſus dictet: et appetitus perforato uaſi ſimilis: cui nihil unq̃ ſatis ẽ. Indulgeat raptis. Fruat̃ puella quã rapuit. Id tempus enim? Per interrogationẽ proferẽdũ cum ſtomacho et ironia. Profecto id tempus ẽ accommodũ thoris: et dandum Veneri: et contrariũ intelligit. Immo nõ ẽ tempus Veneri dandum ſed Marti. non thori: nõ ueneres: ſed bella: ſed exitus conſideranda: et menti non mentulę tempora ſunt apta. Sat uellera grais. Dicebant Minyę ſibi ſatis eſſe tropheorum ſi referebant aurea uellera ex ponto. Ad uirgines rapiendas non ueniſſe. Appetitus uas perforatum.

Et poſſe. Dicebant Iaſonẽ hoc tempore: hac occaſione captata poſſe bellũ componere. Componere. Sedare: extinguere. Quenqꝫ. Ex ſuis argonautis. Committat. in bellum rapiat. Cõmittere ẽ ad concertationẽ exhibere: et pugnandi cauſam dare: quod urbaniſſimus poeta non diſſimulauit ita canens. Cum Iuuenale meo quę me committere tentas Quid non audebis perfida lingua loqui? Iuriſperitus in hac ſignificatione ad legem Aquiliam. Niſi domino committente hoc factũ ſit: unde cõmiſſiones poetarum: cũ ad oſtentationem ingeniorũ bini quaſi cõcurrebãt. Tranquillus in Auguſto. Admonebat prętores ne paterent̃ nomẽ ſuũ cõmiſſionibus obſoleſcere. Nũc Romę excõmiſſas ſemibarbare uocãt. Satyrus. Cõmittit uates: et cõparat inde Maronẽ. συγκρούειν gręce cõmittere dicũt: unde qdã croniſcare lucreti anũ uerbũ deducũt. Liuius cõmiſſum bellũ uocat: denũciatũ ut uulgus appellat. Aſiã. Propter Ponticos et Scythas; tanq̃ nota hac irritatus rex bellũ gręcię ſit indicturus. Erinnys. Furor bellicus. Cõmittere Cõmiſſiones. Cõmiſſum bellum.

Nancp. Mopſus ut uates preſagibat et canebat futurū ut paulopoſt Europa atq Aſia bello flagrarent: uerum non ob Medeę raptū: ſed Helenę. Datū fatis. Erat fatale duas orbis partes debere confligere. Supplex. Ne hoc committeret Iaſon qđ Aſiam et Europam in excidium irritaret: quod breui tempore fore ex uaticinio nouerat. Canebat. Vaticinabatur: ut apud Maronem Caſſandra canebat. Irēt. Tranſirēt in poſteros ſed ſerius. Iſta. Bella aſiatica et Europenſia. Fore canebat Mopſus ut Europa et Aſia confligerent: Sed tardius.

Nepotes. Poſteros. Alius raptor. Paris: qui ob Helenam raptā uidit patriam dirutam. Dira incēdia. Troiam crudeliter incenſam.

Ille trahens. Iaſon gemebundus ac ſuſpiria trahens qđ inuitus Medeam deſiderabat. Tātis. Minyarum increpationibus innumeris.

Impar. Reſiſtere non ſufficiens.

Eſt acris ubi conſcia. Scribendū ex priſco exemplari. Et ſacri ſibi cōſcia. quāquā iuſiurandū mouet Iaſonem: quod Medeę conceperat fore ut eam uxorem duceret. Iura deum. iuſiurandum mouet illum.

Relligio. Relligioſum fœdus et obligatio: qua ſe Medeę obſtrinxerat. Sacri pacti. iuſiurandi periphraſis: quo pepigerat ſe Medeam ducturum. Sibi cōſcia. qđ intra ſe pepigarat etiam nemine teſte. At conſcientia mille teſtes. Sed mens ſibi conſcia facti: et: Occultum quatiente animo tortore flagellum.

Dulcis tędę. Connubii: quod in principio dulce eſſe ſolet: amœnum et nectareū: mox inamareſcit habēdo. Cūctatur. Hęret: hęſitat: neſcius qđ agat: reddat ne an retineat.

Mortem cupit. Potius q̄ reddere et fidem fallere.

Nancp datum hoc fatis trepidus ſupplexcp canebat
Mopſus: ut inferos irent magis ipſa nepotes.
Atcp alius lueret tam dira incendia raptor.
Ille trahens gemitum: tantis ac uocibus impar:
(Quanq̄ iura deum: ſacri ſibi conſcia pacti
Relligio: dulciſcp mouent primordia tedæ)
Cunctatur mortemcp cupit: ſociamcp pericli
Cogitat: haud ultra ſocus obſiſtere pergit.
Hæc ubi fixa uiris: tempus fluctuſcp quietos
Expectant: ipſam interea quid reſtet amantem
Ignorare ſinunt: decretacp triſtia ſeruant.
Sed miſer ut uanos: ueros ita ſæpe timores
Verſat amor: fallicp ſinit nec uirginis annos.
Ac prior ipſa dolos: et quamlibet intima ſenſit
Non fidi iam ſigna uiri: nimiumcp ſilentes
Vna omnes. haud illa ſui tamen immemor unquam
Nec ſubitis turbata minis: prior occupat unum
Aeſoniden: longecp trahit: mox talibus infit.

Dulcis tęda.

Sociam pericli. Medeā quę pro caro Iaſone tot ſe periclis obiecit. Pergit. Perſeuerat. Sociis. Volūtati Minyarū in reddēda Medea perſtātiū. Haud ultra obſiſtere. Nō ulterius reſiſtere: rationi manus dare: animum et amorē ſuperare: pręponere uni amicę tot amicos. Fixa. Decreta. Viris. Argonautis: ut reddita Medea difficultates obſidionis euaderēt. Expectant. Vt pacato ſedatocp mari Medeam trāſmitterēt. Quid reſtat amantē. Quid futurū ſit: et Medeę contingere debeat. Supprimunt omnia: nec uirgini detegunt. Seruāt. Occulūt. Decreta. Sententiā. Triſtia. Sęuera: crudelia: perfida. Sed miſer. Cęterum amor pręſcius et uani uericp timoris pariter obſeruator Medeę minyarum et ducis arcana reuelauit: qua illa percita beneficiū exprobrans ſic alloquitur Iaſonē.

Miſer. Amor qui miſeram Medeam agebat. Vt uanos. Vt ſolet amor uanis timoribus exercere puellam. Veros ita. Similiter ueros timores uerſat: et ueris agit Medeā timoribus. Verſat. agit: uolutat: mouet. Falli ſinit nec. Nec ſinit amor uirginem ſimplicem capi. Illam cautam ac prouidam reddit.

Annos. Teneros: uirgineos: iuueniles: decipi faciles: iniurię obnoxios. Ipſa. Medea. Quamlibet intima. quātūuis interiora: occulta ſigna quāuis conſilia Iaſon imo pectore condidiſſet. Amor coniectura puellam duxit ad inueſtiganda Minyarum ſecreta. Silentes. Cum ſilerent: et ſilentio prope Areopagitico tegerent omnes Minyę: quod decreuerat illa nihilominus pręſenſit dolos. Signa. Licet occulta: tamen a Medea ſedulo deprehenſa. Viri. Iaſonis infidi. Haud illa immemor. Medea ſuę memor incolumitatis: pro ſalute ſua excubabat. Nec turba minis. Minacibus inſultibus fortunę non exterrita uirgo. Occupat. loqui anticipat. Longe trahit. ſeorſum alloquit̄. Ex Apollonio qui inquit in quarto.

δὴ ῥά μιν ὀξεῖαι κραδίην ἐδέλιξαν ἀνῖαι
νωλεμές. αἶψα δέ σφιν ἰν' σονα μοῦνον ἑταίρων
Ἐκπρεκαλεσσαμένη ἄγεν ἄλλυδις ὄφρ' ἐλίασθεν
πολλὸν ἑκάς. στονόεντα δὲ ἐνωπαδὶς ἔκφατο μῦθον.

Vt ſubito graues cor uirginis implicuerunt dolores: illico ipſum Iaſonē ſolum a ſociis euocans ſeduxit haud parum longe donec ſeparati ſunt et luctuoſum coram protulit ſermonem.

Me quoq;. Oratio Medeę ad iaſonem perſuadens ne fratri tradatur. ſitq; beneficiorū: iuris: et ſacri memor fœderis: uereatur numina: per quę ei perſuaſit ut a patre diſcederet: qua oratione animum ducis labantem confirmat. Me quoq; inquit Iaſon: mouent Minyę: quos in me decernere conſulereq; ſentio: qui ſi recte pręſago: etiam te mouent. Fortiſſima pubes. iuuentus theſſala me tecum ſollicitat: quę ut uideo in me conſulit. Liceat cognoſcere. Conſulta ueſtra pateant mihi tandem. Cur ſeorſum me reiecta cōſulit. Hoc me ualde monet. Tandem. Poſt longa conſilia. Si nō ſum captiua. Si me non trahitis ut captiuam: quam a dominini ſermonibus et colloquiis reiici par eſt: ſed ducite me ſi non ut reginam: ſaltem ut ſociam. Peliacę. Theſſalę Argus fabricatę ex arboribus in monte pelio cęſis. Dominos. Vos. niſi uos decepiſtis ꝑ domina inrātes duci tractantes ut ſeruam. Promiſſa connubia. Promiſerat enim Medeā uxorē ducturū. Portus. quonſq; in regnum tuū ueniemus. Sperne. Obſerua morem diuortii: quod fiebat poſteaq̄ domum noſtram duxeramus uxorem: non ante. Nō ſocios. iuraſti te mihi futurum uirū: non iurarunt ſocii tui. Fidē tu mihi ſerua incolumem: ſine ſocios ęſtuare: ut uolunt tumultuari: inconſtantes eſſe. Tu mihi conſtantiam: tu fidē debes. His. Sociis tuis. Reddere fas. Subintellige ſit. Fortaſſis ſociis tuis ſit fas reddere me. nō tibi eſt eadem ratio. Abeant. Eant in rem bonam: te mecū ut meū trahā. concedatur illis ut reddāt. Priſci codices habent. hi reddere forſan Fas habeāt. cum aſpiratione: hi ſocii tui forſan habeant fas reddere. tibi non idem conceditur. Prior lectio ſequētibus concinit. Tibi. Qui iuraſti: mihiq; te legitimo fœdere coniunxiſti. Te mecum traham. ut meū: abeant illi quo uelint. Repoſcor. Ab Abſyrto fratre. Tu etiam repoſceris ad pœnas ut prędo.

Me quoq; uir tecum Minyæ (fortiſſima pubes)
Nocte dieq; mouent. liceat cognoſcere tandem:
Si modo Peliacæ non ſum captiua carinæ:
Nec dominos decæpta ſequor: conſultaq; ueſtra
Fas audire mihi. ueteor fidiſſime coniux
Nil equidem: miſerere tamen: promiſſaq; ſerua
Vſq; ad theſſalicos ſaltem connubia portus.
Inque tua me ſperne domo. ſcis te mihi certe
Non ſocios iuraſſe tuos. his reddere forſan
Fas abeant: tibi non eadem permiſſa poteſtas.
Teq; ſimul mecum ipſa traham: non ſola repoſcor
Virgo nocens: atq; hac pariter rate fugimus omnes.
An fratris te bella mei patriæq; biremes
Terrificant? magnoq; impar urgeris ab hoſte?
Finge rates alias: et adhuc maiora coire.
Agmina: nulla fides? nullis ego digna periclis?
Non merui mortemq; tuam comitumq; tuorum?
Vellem equidem noſtri tetigiſſent littora patris
Te ſine: duxq; illis alius quicunq; fuiſſet.
Nunc remeant: meq; ecce nefas et reddere poſſunt.
Nec ſpes ulla ſuper. quin tu mea reſpice ſaltem
Conſilia: et nimio comitum ne cede timori.

Huc rate. Scribe: hac rate. non ne omnes eodem peccato tenemur. Fugitiui uos eſtis omnes: ego tantum fugitiua. Fugitiuarios Iuriſperiti libro. xix. digeſtorum: Si uir uxori: uocant: qui fugitiuos ſeruos inueſtigantes operoſe reprehēdūt. Varro libro tertio de re ruſtica metaphorice: aqua fundenda ne fugitiuarius ſit parandus. An fratris. Tollere contendit id: quod pręcipuum erat in minyis ut Medeam redditam uellent. Biremes. Nauicularum irriſio: quę binum tantum ordinem remorum haberent.

Fugitiuarii

Pro Varrone.

Impar. Non uiribus paribus compugnaturus. Magno. Fraterno: qui plurimi ſunt contra pauciſſimos. Rates alias. Superuenturas. Debes mihi etiam uitam quam tibi dono dedi. Nulla fides? ergo in te eſt? Nullis periclis. Non debes mihi omne periculum? debetur tanquam ei: quę uos omnes ſeruauit. Mortem tuam. Vt illam pro me exponeres ſi contingeret. idem comites tui facere tenentur ſi cōtingeret. Tetigiſſent. Minyę. Nemo illorum euaſiſſet incolumis: qui ſuam incolumitatem tibi debent. quod enim in eorum ſalutem feci: amore tuo feci. Dux. Qui me forte amore non deuinxiſſet ut tu feciſti. Ecce. Immenſam minyarum ingratitudinem ſignificat hoc uerbum. Nunc remeant. Per me incolumes. Nefas. O rem nefariam: immanem: crudelem: impiam ſalutis auctorem uelle ſalute priuare. Poſſunt. Suſtinent: in animum inducere poſſunt: quod nec pecudes quidem facerent. Super. Supereſt. non mihi reſtat ulla ſpes ſi a te potiſſimum: tuiſq; deſeror: qui tueri: propugnareq; debebant.

Quin. Ab utili perſuadet iaſoni ut ſibi fidat: quem cum uenenis carminibuſq; ſuis potuit ab igne: draconis impetu: media ſegete terrigenarum: eundemq; ab armato fratre redimere poterit. Ne cede. Noli timentibus ſociis tu pariter timere: Vince eos animo magnanimo ac imperterrito.

Credidit. Exemplo utitur approbante rationem propoſitam. Quis unquam credere potuit te iungere tauros? nemo. Quis ad draconem uenturum? nemo. Veniſti tamen et uictor per me rediſti. eundem ego dracone liberabo. O utinam. Vtinam amor meus pro te aliqua facere dubitaſſet: et nunc quoq; dubitaret: ſed nec dubitauit: nec dubitabit. Si dubitaſſet: in has ęrumnas non incidiſſem. Quin núc quoq; quero. Nunc etiam machinor pro te aliquod magnum facinus aggredi: et fratrem ut te ſeruem trucidare.

Alii legunt quare et iungunt inferioribus: ut petat quid Iaſon erubuerit. Priſci codices habent quere: et ſuperioribus annectunt: hoc ſenſu. Nihil dubitauit amor meus pro te facere: etiam núc quere ſi quid a me uis. A fraterna morte pro te nó abſtinebo. Id enim tacite ſignificare uoluit et innuere. Neſcio quid tuus iſte pudor. Erubuit Iaſon cum audiuit beneficiorum et datę fidei exprobrationem: ideo uidens colorem illum conſcientię ſignum Medea interrogat. bone amicule quid erubuiſti? Hic quidem color uirtutis eſt ſignú: ſed et cogitati ſceleris. Ideo ſenes non decet erubeſcere qđ Aetas illa adeo uirtutis habitibus munitiſſima eſſe debet: nihil ut pateret quo erubeſcere ſit neceſſe. Me ne. Senſus eſt. Debuiſti ne tolerare O Iaſon ut ego qui te in patriam remiſi incolumem: pro ſalute mea tibi ſupplicarem? Si bonus eſſes ut pręteferebas: hoc nunquam pati debuiſti. Optime quondá. qui olim eras optimus: nunc es peſſimus.

Rubor bonum et malú ſignú.

Credidit ardentes quis ſe tunc iungere tauros
Poſſe? quis ad ſæui uenturum templa draconis?
O utinam ergo meus pro te non omnia poſſet:
Atq; aliquid dubitaret amor: quin nunc quoq; quare.
Neſcio quid tuus iſte pudor. me ne optime quondam
Aeſonide: me ferre preces? et ſupplicis ora
Fas erat? haud hoc núc genitor putat: haud dare pœnas
Iam ſceleris: dominumq; pati. ſic fata parantem
Reddere dicta uirum furiata mente refugit
Vociferans. qualem ogygias cum tollit in arces
Bacchus et Aoniis illidit tympana truncis:
Talis erat, talemq; iugis ſe uirgo ferebat:
Cuncta pauens. fugit infeſtos uibrantibus haſtis
Terrigenas. fugit ardentes exterrita tauros.
Si pagaſas uel Peliacas hinc deniq; nubes
Cerneret: et tempe uiridi lucentia fumo:
Hoc uiſu contenta mori: tunc tota querellis
Egeritur queſtuq; dies: eademq; ſub aſtris

Optime quondam Aeſonide. Olim cum nolebas a me exigere quod impetraſti. Me ferre preces. Supplicare nobis Fas erat? minime. Supplicis ora. Summiſſa: obnoxia: lachrymabunda. Haud hoc nunc genitor putat. Pater meus me non putat Iaſoni factam ſupplicem et captiuę ſimilem: quod ſi ſciret lętaretur: et meis pœnis opido gauderet: mecum deſiderium irritum ceſſiſſe. Haud dare pœnas: Non putat genitor meus: qui geſtiret damnis ac ęrumnis meis: qui ſi dolores ſciret meos: fortunę miſereretur meę. Dominum pati. Me non habere Iaſonem ſponſum: ſed durum ac immitem dominum. Parantem reddere dicta. reſpondere. Refugit. Illum declinauit. Qualem. Similem furenti: et furore bacchico exagitatam. Tollit Bacchus furore concutiens aſcendere facit in montes. In arces ogygias. in montes thebanos. Ogyges ſunt Thebani a rege. Illidit tympana. Percutit tympana: ac retonare facit. Aoniis truncis. Thebanis ramis: in thebarum montibus decerptis. Talis erat. Medea. Talem. ita bacchantem.

Iugis. Ex mentis elatione ac tumenti furore: ut ſit metaphora ab ea ad baccham. uel collibus peucenis: quo contraxerat iaſonem longe a ſociis: et ab Argo ſemotum. Ferebat. Auferebat ſe ab iaſone: quem refugiebat. Cuncta pauens. ut aonio baccha rotata deo: cui dira occurrunt ſimulacra: quę uel cernere ſe putat quę nec quidem extát. Fugit terrigenas. Externata mente Medea credebat omnes terrigenas quorum internecionis cauſa fuerat in eam armari: in eam haſtas rotare: et communi conſenſu eá uelle configere. Vibrantibus. Coruſcantibus: magno lacertorum niſu contortis. Ardentes. Ardorem naribus euomentes. Si pagaſas. Hic eſt ſenſus. Dummodo Medea poſſet aſpicere ſolum Theſſalicum: et ignem Iolchiacis caminis erumpentem: hoc uiſo mortem non recuſaret etiam duriſſimam. Pagaſę ciuitas Theſſalię ubi Argo nauis ędificata: de qua ſuperius affatim. Peliacas. incubantes monti Pelio. Nubes. Nubiferi ſunt móntes. Tempe. Amœniſſimum locum Theſſalię: per quę tempe Peneus labitur uirore gratiſſimo: et uolucrum concentu ſuauiſſimo. Viridi fumo. Exhalatione Penei fluminis amœni. Tanquam propter uiriditatem immodicam illius loci etiam exhalationes ſint uirides.

Lucétia. Amœnitatem lucis gratę reſultantia. Lux enim nitor herbarum uocatur: unde ab Horatio dictum. Irriguo nihil eſt elucius horto. Fumo. Exhalatione terrę et auris fluminis Penei.

Hoc uiſu. Hoc ſpectaculo. Si fata concederent ut hoc uidere poſſet. Egeritur. Conſumitur: tranſigitur. Queſtu. Lachrymis. Eadem. Eaſdem querelas et gemitus iterat Medea teſtibus aſtris: et ipſum

cœlum

cœlum lachrymis implorat. Mœſtis. Vlulatus Medeę percipiebantur: uelut lupis peuce tota completa fuiſſet. Sonaret lupis. Vlulatibus lupinis compleretur. Quaterent ora. Oribus truculentis freme/rent. Ieiuna. Fame ſtimulati leones acrius fremunt ac intonant. Orbatę. Amiſſis filiis. Tunc orbę dicuntur. Traherent ſuſpiria. Tauriſonis mugitibus fœtum querentes: quem amiſerunt. Procedit. Prodit tandem in conſpectum Iaſonis Medea paſſis crinibus: oculis diffletis: ore turbato.

Sola mouet: mœſtis ueluti nox illa ſonaret
Plena lupis: quaterentq; truces ieiuna leones
Ora: uel orbatæ traherent ſuſpiria Bacchæ.
Procedit non gentis honos: non gloria magni
Solis aui: non barbaricæ decor ille iuuentæ.
Quid dubitas? heu dure ſiles? magnumq; minatur.
Qualis erat: cum chaonio radiantia trunco
Vellera uexit ouans: interq; ingentia graium
Nomina: paladia uirgo ſtetit altera prora.
Mœſtus at ille minis, et nota colchidos ira
Hæret: et hinc præſens pudor: hinc decreta ſuorum
Dura premunt. ut cunq; tamen mulcere gementem
Temptat et ipſe gemens: et tempora currere dictis:

FINIS.

Non gentis honos. Nō honorata ut decuit ſtēma ac nobilitatem ſuam. Non more paterni. Scribe. Non gloria magni Solis aui. Non ſplendēti coruſcaq; facie qualem ſol auus ſemper purpu/cantem ac rutilam iure hęreditario poſcere uidetur. Alii legunt. Nō lu/mine digna Solis aui. non ei facies illuſtrabatur radiis acutis. Non barbaricę decor ille iuuētę. Nec hīs radiis coruſcabat quibus olim inflā/mauit Iaſonem. Quid dubitas. Vel prępoſterus ordo carminis: uel ſubdititius eſt uerſus. Sunt tamen qui paulo ſupius inſerūt: hoc pacto.

Aeſonide me ferre preces: et ſuppli/cis ora
Fas erat? haud hoc genitor putat: haud dare pœnas
Iam ſceleris: dominumq; pati: ma/gnumq; minatur:
Quid dubitas heu dura ſiles? ſic fa/ta parantem: et reliqua. quod ſupe/perius omiſi: quoniā in priſcis exem/plaribus non reperitur. et mea qui/dem ſententia ex hoc loco prorſus eradenda ſunt: nec ferri poſſunt. Qualis erat. Non erat talis Medea non ita pręſtans: qualis enituit cum uellus aureum referens ouanti triumphantiq; ſimilis uelut pompati/ce ſe in nauem Argo contulit. Trunco Chaonio. In ramo querno uelut ferculum et tropęum. Qui/dam referunt ad illam quercum: cui pręfixum erat uellus: ut ex eadem quercu ramum euulſerit Iaſon: quo uellus aureum ferret. In Chaonia ſilua Epirotica uaſtę ſunt quercus unde κατὰ ἐξοχὴν ar/bor Chaonia quercus dicitur. Maro. Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta. Inter ingentia nomina graium. Inter gręcorum heroū magnificos titulos et famam illuſtrem. Palladia. Argo fabre/facta a Pallade. metonymicos. Altera, ſecūda ab iaſone: uel claris ac lęta longe diuerſa ab hac nubila et triſti. Quid ſi aurea ſcribis? ut formoſam ſignificet et alludat aureo uelleri: quod tulit. Nimis. Scriba/tur minis. Nam multa ſummiſſe: multa minanter egit Medea cum duce. Nota ira. Propter iram Mē/deę: quam nouerat immanem: terribilem: acerrimam. Colchidos. Medeę. Hęret. Moratur. Neſcit quo ſe uertat: Inde hęſitator et linguę hęſitantia pro balbutie tarda et impedimento. Pudor. Pudebat iaſonem fallere: Medeamq; deſerere. Decreta. Sententię: quas tulerant ut fratri redderetur: quod de/cretū durū erat et crudele. Premūt. inſtant: impellunt ut agat quod agere nollet. Mulcere. illā iratā delenire. Gemēs. Sympathes Mēdeę uideat et eadē affici ſolicitudine. Currere. Decurrere: pterire: obliterare. Tēpora. Vt lenius horę currerēt uirgini. Sūt q fallere ſcribūt. Aliq ducere p trāſmittere. Dictis. Verbis demulcentibus et curarum morſus ac ſolicitudines detergentibus ac exonerantibus.

Chaonia ſilua.

Hęſitator.

Hęſitātia.

Finis Commentarii in. viii. Flacci Pio Bononienſi interprete.

EE

## AD R. DOMINVM IOANNEM LVCINVM ARNVTIVM DECANVM ALEXANDRINVM IVLIVS CAESAR PIVS BONONIENSIS.

Pus plenum pietatis aggreſſus eſt Pius Pater. nam qui uidebat opus aureum Flacci intempeſta morte mutilatum: ſummopereq́ et a latinis deſiderari etiã neceſſario: cum ex hoc uno fonte: et preterea nullo: latinitas id hauriat: hanc argonautarum hiſtoriam: non ulterius differendã ratus: publice latinarum muſarum utilitati conſuluit: ex Apollonio Rhodio longe grecorum poetarum doctiſſimo: preſens poema interpretatus: in quo circa tria laborauit: labore primum communi: quem ſubeũt omnes munus interpretãdi capeſſentes ob uerba plurima: ut Gellius ait: intrallatitia. Secundo loco ob imitationem latini ſcriptoris: qui rarenter ſedate: concitatius uero frequentiſſime fluit: quod non ſemper eſt artis. Accedit qđ Apollonium interpretatur: cuius phraſis ac rhythmus longe Valerio noſtro diſparia: a calore latini uatis imitando ſepius auocabant: et tacitus ueluti funibus etiã nolẽtẽ ſeducebãt. Nec. n. ita diſpar et auerſus ẽ greci latiniq́ poematis ordo ut oĩa mutent. Metrum: Rhythmus: ſententie: pes: ac alia multa ſubſiſtunt: que uel ex cuniculis nos oppugnãt et in ordinem redigunt. Tertium quod longe operoſiſſimum eſt: qđ uerbum uerbo reddere non poſſumus. Eſſet enim ἐ ακυρότερον et abſurdum: et ut proprie loquar: diligentia negligens: uafri uenuſiniq́ poete precepto cõtraria: nec decet auctore Hieronymo interpretẽ eſſe metaphraſten. Sic. n. nocat ille: qui uerbũ uerbo reddit: qua inſulſitate nihil illiberalius. Vagatur ſepe Pius et auctorem relinquit: ut floridis diuerticulis poeticũ opus uelut ueſtiat: ac exornet: ne tanq̃ puerulus: qui tũ primũ ambulare et redambulare cõdiſcit: ſemp ex ſerperaſtis icedat: ut obiter dictione Varronis utar. Quod opus: qualecũq́: Pius noſter ſibi muſiſq́ cecinerat: niſi tu Lucine qui pro iure amicitie ac dignitatis tue impare potes: Rogare malluiſſes ut ederetur. Accipe ergo ac opus tuum protege: et ſaltem ſi non potes enthuſiaſmo: ac poetici uirtutem caloris: laborem certe: ac in iuuanda quacũq́ poteſt poſteritate Pii tui induſtriam lauda: qui te ſuſpicit et obſeruat. ad id multa conſuadent ac cogunt: θεοειδὴς ut ab Homero dicit: ac priamicia ſpecies: facieſq́ multo ſanguine: ac aurore perſimili colore perfuſa: que ut auguſtiſſima: auctore Mamertino: plurimũ de coelo trahere credit: quo cenſebat animam fieri nobiliorem: et abdita quadam maieſtate omnia cum ſerena fronte: tum diuina ilaritate uincientem. Accedit eruditio legum ſingularis: neſtoreum conſilium: ſobrietas: modeſtia: precanaq́ prudentia: que Pium tibi reddiderũt addictum: qui dicere crebro ſolet: nihil magnum in rebus humanis eſſe: niſi animum humana deſpicientem: diuina ſuſpicientem: unde grecis ἄνθρωπος. i. homo: qđ que ſupra nos ſũt meditari debet. Reuerẽdiſſimo Iulio Archiflamini ex phoebea Medicũ familia oriundo cariſſimũ iſta te reddidere pectoris effertiſſimi bona: quo ſol nec iuſtiorẽ nec ſanctiorẽ uidet: qui hoc euo ẽ exemplar ac norma bene apoſtoliceq́ uiuẽdi: quo patrono Pius ſe digito coelũ credit attingere. Vale terfelix Lucine lux moralis uirtutis altera: ac labori tibi dicato q̃tulocũq́ pſens applaude.

Metaphraſtes. Serperaſtę. Enthuſiaſmos. Theoidea Priamus. Antropos unde. Iulius Medices.

¶ Cõmẽtarius in. viii. libri reliquũ.

## Octaui Libri Argonauticon Reliquum ex Apollonio Rhodio: Interprete Pio Bononienſi, cũ duobus Aliis Libris Subſequẽtibus Ex Eodẽ Rhodio, unde habet pfecta hiſtoria argonautica.

E ne aliquid meruiſſe putas? Me talia uelle?
Diua uiro nimium coniunx infenſa fideli.
Horrore ſi qua mouẽt aĩos: ingrataq́ nobis
Quae te cũq́ premũt. ſed mollia tempora primum

E ne aliquid. Hoc carmen Valerii Flacci eſt: non Pii. Etenim miſellus poeta nedũ opus abſoluere pmatura morte raptus: ſed uix hãc orationẽ incipere potuit. eedẽ orationes Iaſonis ad Medeã et econtra ſunt apud Rhodiũ libro. iiii. etiã duplicate repetiteq́ ut in Flacco. Hec ita Apollonio icipit. ἴσχεο δαιμονίη. τὰ μὲν ἀνδάνει οὐδ᾽ ἐμοὶ αὐτῷ. et que ſequunt. in qua quidẽ oratione Pio ualde laborãdũ fuit: quippe cũ precedẽs Valerii ſermo: ut liquet his qui grecũ poetã: latinũq́ plegerũt: nõ omnino cõcinat. quare inter metas caute flectẽdum fuit: ne ut axis: ordo labaret. Inquit enim Rhodius Medeã habita oratione indoluiſſe: cogitaſſeq́ de comburẽda naui: et armamẽtis frangẽdis. Iaſonẽ timẽtẽ eius irã: blandis ſic eã uerbis allocutũ. ἴσχεο δαιμονίη. Abſtine infelix uel diua. propoſito nãq́ Pii magis quadrat diuã uocare: uel qđ blãdis uerbis inquit Apollonius egiſſe: uel qđ demulcere cupiẽti maxime cõgruit. Aliquid. in te machinari mali. Cõſulebãt argonautę de Medea reddenda. Meruiſſe. Cõmeruiſſe in te aliquid mali ac inſidiarũ. Talia uelle. Te reddere patri tuo. Viro. Verbũ ab ira maxime reuocans uocãdo ſe uirũ et eã uxorẽ: quod et ipſe promiſerat: et ſibiipſi ſtari Medea cõcupiſcebat. Fideli. Hoc uerbo oĩa dilluit obiecta. Eũ enim de pfidia ſuſpectum habebat. Animos. Tuos. que tibi nõ placẽt horreo. Mollia. Tempeſtiua: idonea: ad rẽ gerẽdã: matura.

mollia tpa fandi Maro uocat in.iiii.ęn. Mora. Dilationē belli q̄rimus. Apol. Α᾽λλά τιν᾽ ἀμβολίην δ᾽ιζήμεθα δηιοτῆτος .i. ſed quādā dilationē q̄rimus belli. Impete. Impetu. Incubuere. Maronianū uerbū. inſtāt et urgent negociū tot armati. Sic et Apol. Cauſa fuga. Apol. ὅσσον δυσμενέων ἀν/δρῶν νέφος ἀμφιδέδηεν εἵνεκα σεῦ. Tātorū inimicorū nubes explicat̃ cauſa tui. Noſter amor. Pius hoc miſcet: ac errorē cōfundit: quod gręcus omittit: ut ęquius audiat Medea in ſe eam perorātē: qui ſibi non parcit.

Captamus: ſæuiq; placet mora commoda belli.
Tot coiere duces: hoſtiliq; impete turmæ
Certatim incubuere odiis, mortemq; minantur.
Cauſa fuga eſt et noſter amor: quoſcunq; ſuperbis
Cernis equis equites fremere: aſpera iuſſa parentis
Aeetæ: Abſyrtiq; immania ſigna ſequuntur:
Et claſſe: et ferro: atq; animis certatur iniquis.
Quare ne pereat tecum tua Theſſala pubes:
Et uenias turpi fratris ducenda triumpho
Irati ſubitura patris: matriſq;: ſororiſq;
Aſpectus ſæuos: horrendaq; murmura uulgi:
Quærimus huic finem damno: certæq; ruinæ
Soſpite te: ſociiſq; tuis: et pube pelaſga.
Q d ſi barbaricam ueſana ſuperbia mentem
Erigit Abſyrti: atq; odio tumefactus inani
Effetus aeetes: certare ultricibus armis
In tua fata uelit: et euntia uela morari:
Non animis cedam, non cedam milite graio:
Iuſtaq; in aduerſos committam prælia colchos.
Sic ait. Illa graui ductorem affata dolore eſt.
Num uenti mea uota: ſimul tua uerba tulerunt
Aeſonide? ac pariter curas pepulere priores?
Tempora cauſaris? ſubitiq; pericula belli?
Poſtquam in deterius lapſa eſt fortuna Citeæ
Coniugis? et noſter non eſt reparabilis error?
Nunc martem differe libet: nunc colchica bella
Poſt connubia pacta: expectatoſq; hymenæos:
Tu tantum confide mihi, placabo furentem
Germanum: et blandis componam prælia dictis
Legatos donis mulcens: atq; effera corda.
Phaſias his mœſtum uerbis ſolatur amantem:
Ancipitemq; iterum uinclis propioribus arctat.
Cogit inire dolos: et pernicioſa parare

Immania ſigna. Opus arduum: quod Abſyrtus ag/greſſus ē inuictos uidelicet uelle uin/cere argonautas. Dixit Apollonius. Oēs quicūq; terrā illā colunt: auxi/liari cupiunt Abſyrto. Iniquis. Deliberatis uincere uel mori obſti/natis. Aſpectus ſęuos. uel q̄d bar/barę ideo truces. uel ſęuos ultionem petentes: deſiderātes. Horrenda. Virgini pudibundę. et q̄d de morte eius cogitarent ac loquerent̃. In his uerſiculis paululū diſcedit Pius ab Apollonio perſpicuitatis gratia.

Certę ruinę. Periculo manifeſta/rio. Quod pauci numero aduerſus tot: pares eſſe nō poſſumus. Eri/gil. Superbiet pp numerū militū: qui: ut inqt Ariſtoteles: ſępe uicto/rem reddit imperatorē. Inani. Va/no: quod nihil pficiet imbellis cōtra duces bellicoſiſſimos. Perſtabit. pſeuerabit ī pposito nocēdi ac ulci/ſcēdi. Ductorē. Iaſonē. Graui affata dolore. Dixit Apol. ἠδ᾽ οὔ/λον ἔκφατο μῦθον. Simul. cū uotis. hoc eſt. Incaſſum ego torum tuū cōiugalē optaui: fruſtra ſpopon diſti me futurā tuā. Verba. Pro/miſſas nuptias. Curas priores. Priſtinum aſpectū. Priores ergo cu/rę: quibus mihi afficiebaris rapue/re uenti? hoc eſt in irritum ceſſerūt. Numeri ẽ uictoria.

Tempora cauſaris. huic bello mi/nime conuenientia. Fingebat Iaſon ſe procraſtinari non ut puellā falle/ret. Sed Abſyrtum ad commodiorē oportunitatē diſtineret. Subiti. Repēte ac pręter ſpem enati. In deterius. Poſtq ego damnū et dede/cus paſſa ſum: nunc uis conſulere: ac apta tēpora captare. Apollonius. ἐπεὶ τὸ πρῶτον ἀάσθην. Citeę cōiugis. Medeę ponticę. Se coniugē uocat Medea per ſarcaſmon hoc eſt irriſionē hoſtilē. O bellam cōiugē: O pulchrū: O ſperatū coniugium. Citęos dici ponticos a loco: ſupradi/ctum eſt. Error. amor. Adoleſcē/tibus cōcedunt̃ amores ut errores.

gręce dixit ἀμπλακίῃ. Reparabilis. Nullū remediū patit̃: et q̄d aufugi: et q̄d pdicitię periculo uerſor inter armatos. Colchica bella. Bellū inire cū colchis. Hymenęos. Nuptias. Imitatio maroniana libro ęn.iiii. Componā. Sedabo pacificatorē agens. Legatos. Qui ultro citroq; ibunt: et ueritatem per/ſuadebūt Abſyrto. Phaſias. Medea a fluuio phaſi. Ancipitē. Dū animus fluctuat facile huc et illuc impellit̃. Vinclis propioribus. Nodatiore catena et nexu magis intimo. Arctat. infringit: innodat. Inire dolos. Ordiri ſecū dolum. Apol. μέγαν δόλον ἀρτύνοντο. hoc ē magnū dolum pręparārūt

Exitia Abſyrto: nec non præmittere dona
Hoſpitii: æſonius quæ nuper contulit heros.
In primis peplum hipſipyles: quod tinxerat ardens
Purpura: et Ogygio pulcherrima gratia baccho
Arte laborauit madidæ prope littora Diæ.
Hæc Bromius nato tribuit monimenta Thoanti
Hipſipylæq; Thoas. dein lemnia ſaucia amore
Regina argolico dat regia dona tyranno.
Hinc odor ambroſius gratis afflatibus hæſit:
Incubuit poſtquam rapiens minoida natam
Bacchus: et aduerſo coniunxit pectore pectus.
Poſtquam gnoſiacis comitatam carbaſa ab oris
Attica: crudelis Theſeus in littore Diæ
Liquit anhelantem ſomnos: curaſq; leuantem.
Interea fallax legatos dulcibus ambit
Alloquiis Medea: dolum meditata necemq;
Fratris: iolchiacum ſic promeritura maritum:
Vltoremq; ultura ſuum. Diſcedite raptim:
Ite citi: hiſq; aris actutum ſiſtite fratrem:
Sidera dum mea cœpta iuuant: et fraudibus apta
Nox tegit inſidias tollens cum luce pudorem.
Vt reuehat pecudis felicia uellera colchos
Auricomæ: cupidiq; ferat ſub iura parentis.
Sparſit ab his liquidas medicatum nectar in auras:
Ætheraq; igniuomum: quo toruus frater adactus:
Viribus et cœli impulſus traheretur ad aras
Victima theſſalicis iam pridem debita cultris.

Improbe amor quantis mortalia pectora curis
Inuoluis: miſcens odium. Funebria bella:
Et gemitus fletuſq; graueis. Diſcordia demens
Et manibus rabies pectus laniata cruentis

Xineia. Abſyrto. Dona hoſpitii. ξεινήια δῶρα uocat Apol. Aeſonius heros. Iaſon. hęc inquit dona primũ Medeę dederat Iaſon. eadẽ nũc Medea his legatos ſibi deuincit. Hoſpita hęc et hoſpitalia dona uocãtur. In primis. inter hoſpitalia dona fuit peplũ quod gratię elaborarunt. δίῃ ἐν ἀμφιάλῳ. hoc eſt in dia maritima ut Apollonius cecinit. Ogygio. Thebano. Madidę. Maritimę: quam Rhodius uocat

Amphialos amphialon. Lemnia regina. Hipſipyle: quę uolẽtibus iubẽtibuſq; fœminis poſt uirorũ ſtragẽ lemno imperauit. Amore. Iaſonis cum ut ſupra Valeri⁹ cecinit appulit lemno. Argolico tyrano. Iaſoni grę co. Hinc odor. Ex illo peplo: inquit Apol. odorẽ imortalẽ et diuinũ ſpiraſſe ut Dionyſus Ariadnã pręflorauit: ex Bacchi cũ Ariadna complexu ueſti ſemp odor inhęſit ambroſius. gręce ſic. τοῦ δὲ καὶ ἀμβροσίη ὀδμὴ πέλεν ἐξέτι κείνου ἐξ οὗ ἄναξ αὐτὸς Νυσήιος ἐγκατέλεκτο. et quę pulcherrima ſequũtur: quorũ uim imitatus ẽ Pius ſentẽtia tenus: uerbis pcul. Si quidem laſciuire bonũ interpretẽ: pręſertim poeticum decet ac expatiari.

Grauis afflatibus. Cũ Bacchus grata amoris uiciſſitudine cõplexus eſt ariadnã: inhalauit ueſti afflatũ diuinũ: qui nares adſtãtiũ delectabat. Vel gratis qd grato nareſ odore mulcebat quẽ Bacchus puellã cõplexus inſpirauit. Hęſit. odor peplo fuit impreſſus. Incubuit. inhęſit peplo. Papinius. Et feſtinantia ſiſtens Fata ſalutifero mitis deus incubat angui. ἐγκατέλεκτο dixit Apol.

Rapiens. in currũ tollens ac euehens. mox quid ſolus cũ ſola fecerit tu uideris. Minoida. Minois filiã ariadnã. Pectore. Periphraſis coitus. Apol. ἀκροχάλιξ οἴνῳ καὶ νέκταρι καλὰ μεμαρπὼς στήθεα παρθενικῆς Μινωίδος. hoc ẽ grauis uino et nectare pulchra rapiens pectora uirginis Minoidos.

Attica carbaſa. cũ ariadna ſecuta ẽ Theſeũ ſtrato opera ſua minotauro

Dia inſula profugiẽtẽ i cretã. Dię. inſula ut inquit interpres Apollonii: Naxos auctore Callimacho dicta. Sic. n. fuit illi nomẽ antiquũ: ubi Theſeus dormiẽtẽ reliqt ariadnã. Dia ut ait Stephanus ciuitas theſſalię ab ęaco poſſeſſa. ſecũda thracię. tertia euboię Quarta inſula et ciuitas Peloponeſi apud Scylęũ. Quinta Luſitanię ap Oceanũ. Sexta Italię apud alpes. Septima Scythię apud phaſim uel Carię. Octaua Bithinię. Intelligit de inſula maris tyrrheni quę alio noĩe naxos uocat̃ et ſtrongylos. Ouidius. Qua breuis ęquoreis dia feritur aquis: unde a Pio madida dicta. Vltorẽ. Abſyrtũ qui ultũ patrẽ ab iaſone et medea lęſum ueniebat.

Thelcteria pharmaca. Pudorem. Ex illo Ouidiano. Nox et amor: uinũq; nihil moderabile ſuadent. Illa pudore uacat: liber amorq; metu. Hic Pius paulũ diſcedit a Rhodio: forte nõ infeliciter. Parẽtis. Aeetę. Medicatũ nectar. Liquamen magnarũ ad alliciẽdũ uirũ. θελκτήρια φάρμακα uocat Apollonius. Viribus cœli. Et magia et fato. Traheret̃. Iuxta illud Biantis. Fata uolentẽ ducũt: nolentem trahunt. Victima debita. Futurus ab Iaſone theſſalo occidi. Improbe amor. Amoris periphraſis non ſine ſtomacho: in quo mirifice cupidinem deſcribit et cupidinis naturam improbam atq; damnificam. Ex Apollonio.

σχέτλιε ἔρως μέγα πῆμα. μέγα ςύγος ἀνθρώποισιν
Ἐκσέθεν οὐλόμεναί τ' ἔριδες στοναχαί τε γόοι τε
Ἄλγεά τ' ἄλλ' ἐπὶ τοῖσιν ἀπείρονα τετρήχασι. Theocritus in Idyllio cui titulus Amaryllis. Νῦν ἔγνων τὸν ἔρωτα. βαρὺς θεὸς ἦ ῥα λεαίνας μασδὸν ἐθήλαξε δρυμῷ τέ μιν ἔτρεφε μάτηρ. et quę ſequunt᷑. latine. Nūc cognoui amorē. grauis eſt deus. Certe leęnę mammā ſuxit: in quercето ipſum educauit mater: qui me abſumens uſq; ad oſſa penetras: quę Maro imitatus ita cecinit. Nūc ſcio quid ſit amor: et reliqua.

Funerea uadunt fraterna per agmina dextra.
Innumeris agitas diſcordem cædibus orbem
Aſpera cuncta uiris fœcundo pectore promens.
Elatus deus, attitenens, facibuſq; timendus
Quali medeæ compleſti corda ueneno
Oblitæ fratris: patriæ: oblitæq; parentum.
Approperat pariter Colchis: comitatur Iaſon
Fraudibus intendens animos. Aeetius heros
Parte alia accelerat phrixæo illectus ab auro:
Pollicitis captus ſæuæ: inſidiiſq; ſororis.
Nuſquam tuta fides. Verbis perſuaſus amicis
Traiicit obſcura uectus ſuper æquora nocte
Abſyrtus: paruo quem ſuſcipit inſula portu.
Tantum effatus: abit ne heros per ſtagna profundi
Chimerii ſoror æſonides? relegit ne priora
Littora? uel portus alios ſubiturus et urbes?
Fallax. ut iuuenes graios pubemq; pelaſgam
Excipiat ferro, atq; inimico remige claudat.
Cum ſubito æſonides denſis ſubit actus ab umbris,
Attollitq; manu nudatum feruidus enſem.
At uirgo uelata oculos, et fronte reducta

Vadunt. Nūc cū Medea propter amorē improbum peregrino fauet: et fratri diſſidet. Fœcūdo. Malo multiplicante. Elatus deus. Apol. δαῖμον ἀτερπές. Veneno. Damno ſatifero. Ap. Οἷος μηδείῃ ςυγερὴν φρεσὶν ἔμβαλες ἄτην. i. qualis Medeę graue pręcordiis iniciſti damnū. Oblitę. Hoc totum Pii eſt. ſed maxime exaggerat et ſeriem decorat. Colchis. Medea iuxta cū Iaſone. Aeetius. Abſyrtus Aeetę filius. Illectus. Pellectus ſpe: cupiditateq; potiundę pellis arietis phrixęi: quā auctore Apollonio Rhodio: nouerat Aeetę patri eſſe cariſſimā. Pollicitis captus. Illectus promiſſis ſororis: quę pellē auream pollicita fuerat: et ad patrē renauigandi ſtudiū. Ex Apollonio qui ait. Αὐτὰρ ὅγε αἰνοτάτῃσιν ὑποσχεσίῃσι δολωθείς. Sęuę. Ab euentu crudelis: quę amorē rem leuiſſimā charitati paternę: fraternoq; amori prępoſuit. Nuſq̄ nec quidem apud ſorores i fratres fides reperit᷑.

Tuta. Sincera: quam ſecuram ab inſidiis credere poſſumus. Amicis. Blandis et ſororiis. Traiicit. in inſulā quādā maris illius trāſfretans ubi Medea conſtiterat Apol. καρπαλίμως δ' ἐνὶ νηΐ διὲξ ἁλὸς οἶδμα περήσας. et reliqua. Celeriter naui mare traiiciens nocte ſubobſcura ſacrā ingreſſus inſulā. Inſula. Abſyrtus nocte clāculum trāſiuit in inſulā quādā ubi Medeā inuenit in inſidiis latente Iaſone. Hęc ē inſula Dianę ſacra: in qua ſubſedit Iaſon: cum alteram teneret Abſyrtus: de quibus meminit Apollonius: et inſulas Brytiidas appellat: quę dirimebant᷑ anguſto tranſitu ab aliis ubi turbam reliquerat Abſyrtus ad fluuios Neſtin et Salagona. Paruo portu. Ita inſulę Dianę conſecratę locū anguſtū teſtat᷑ Apollonius. Tantū effatus. Hęc ſola uerba locutus eſt Abſyrtus ſtomachi plenus in adulterā et prędonē. Heros. Iaſon: quem honeſto nomine uocat nō ob amorē aut reuerentiā: ſed ut tegeret inſidias. Stagna. χαρσέδρης χειμερίης uocat Rhodius. iſti cimmeriū ſcribunt. Relegit. Renauigat: eadē pene ſunt in Rhodio. Subiturus. Iaſon ingreſſurus et referens mihi an Iaſon ſubiturus ſit hunc uel illum: uel alia loca. Fallax. Erat Abſyrtus. O fallacem puerum. Hęc ſumma mala malitia faciebat Abſyrtus ſcire cupidus ubi nam eſſet Iaſon uel intercipere uel excipere: uel intercludere poſſet. Excipiat. Dolo incautos opprimat. Apol. Εἴκε δολοῤῥαφίῃσιν ἐπ' ἀνδράσι τεχνήσαιτο. Inimico remige. Claſſe ſua hoſtili minyas odio proſequente. Aeſonides. Iaſon ſedens in inſidiis. Subit. Subintrat ad ſororem ac Abſyrtum. Actus. Emotus: egreſſus. Vmbris. Erat enim multa nox: et Iaſon ex abdito loco in medium proripuit. Feruidus. Martis ac ſanguinis amore caleſcens. Verbum Virgilianum. Virgo. Medea: quę ſanguinem horrebat: pręſertim fraternum natura ad id eam reuocante. Velata oculos. habens oculos uelatos ac tectos. Reducta. Retroducta: reuocata: reflexa. Auertit oculos Medea: ne ſanguinem fraternum uideret. Apollonius ἄψ δὲ κούρη ἔμπαλιν ὄμματ' ἔνεικε καλυψαμένη ὀθόνῃσι. Statim aūt uirgo retro tulit oculos operta uelaminibus: ne mortem percuſſi fratris intueretur. Iuxta illud Cęſaris. nemo non ſuos non habet caros. Tunica pallio propior.

Brytiides inſulę.
Neſtis
Salagon.
Chimeriū.

Feruidus.

Cernere non potuit morientis uulnera fratris:
Impietate pia eſt. Qualis ceruice iuuencus
Saucius a libyco reboans immane leone
Se rotat: et giris red:untibus implicat orbes:
Talis ab Aemonio percuſſus ponticus enſe
Abſyrtus: licet attonitus: et corde gelato
Saxeus: arma tamen iuuenilibus apta lacertis
Corripit: et ſæuo fert comminus ora tyranno.
Veſtibulo in primo poſtquam manantia fruſtra
Vulnera tentauit geminis compeſcere palmis
Luctatus multum: calida procumbit arena:
Dianæq; Tholum moribundo lumine cernit:
Quem Brygos ſacraſſe uiros fert certa uetuſtas:
Auertit Diana oculos: ſceleriſq; nefandi
Horruit orſa: atrox et quæ domat omnia erinnys:
Quin faciles medio gemuerunt flebile ponto
Nereides: Tritonq; tuba ceciniſſe querenti
Fertur: et exequias iuueni duxiſſe perempto.
Membrorum extremas: et ueſtis: Anaurius heros
Concidens parteis, ter hiantibus oſcula iungit
Vulneribus: cædem ter reſpuit, impiaq; auſa

Non potuit. Non ſubſtinuit pietate: charitate: uinculo ſanguinis cogētibus. Impietate pia eſt. Senſus eſt. quāuis eſſet impia Medea qđ fratri mortis cauſam dabat: tamē in hoc uno qđ miſeratur fratrē morientem: eſt pia ſimul et impia. pia qđ miſeratur. impia qđ dat cauſam impietati tragicę mortis fraternę.

Orbes. Giros reciprocos. Aemonio enſe. Aemonii et Theſſali Iaſonis gladio. Attonitus. In ultima eſt iambus: uel eſt indifferens ut probauit Pius in Lucretianis cōmentariis ex priſcorū grammaticorū auctoritate: et ſexcentis poetarum exemplis. Virgilianū pro tempore ſufficiet. Inualidus: etiāq; tremens: etiā inſcius ęui. Corde gelato. Stupentis ex re improuiſa et timentis ſignum. ex Lucano. Maro. Gelidusq; per ima cucurrit Oſſa tremor. Saxeus. Stupore defixus: ac timore immobilis ut ſtatua. Vocamus. n. duros ac ad diſcendū perdifficiles: unde in ſcholaſticos pani et penit luxurię: libidini: et cuppedię deditos: qui ad gymnaſia latina indocti ueniūt: et indocti in patriam repedant: Architrenius cecinit. Hi ſunt qui ſtatuę ueniunt: ſtatuęq; recedūt. Iuuenilibus. Nec te admiratio teneat qđ παῖδα uocat Apollonius. Erat adoleſcens quod p puerum exprimit: et per adoleſcentem iuuenis. Pueros Ledę uocauit Horatius. Fert ora cōminus. Prope et in conſpectū congreditur. Veſtibula. Templi ędis Dianę dicatę. Ap. Τοῦ δ' ἐνὶ προδόμῳ γνὺξ ἤριπε. i. in templi ueſtibulo genu cecidit. Compeſcere. Ne ſanguis effluerct: friuolū ac iuuenile uiuendi remediū. Sic Apol. Vltimo heros animā agens manu utraq; ſanguinē nigrum per uulnus manantem retinebat. Luctatus. Conatus ſanguinem profluentem retinere. Tholūm. Templum. metonymia. Addit Apollonius: deę peplū cruore cōſperſiſſe. Brygos. Interpres Rhodii. βρυγοὶ ἔθνος ἰλλυρίας. hoc eſt brygi gens illyrica. Auertit Diana oculos. Faciem cōuertit Diana ne tātum facinus aſpiceret. Dianā prima longa poni teſtis ē Maro illo Hemiſtichio. Exercet Diana choros. hoc feciſſe dianam Pius addit ne erinnys pientior dea uideretur. Si non ſuſtinuit uidere furia: eo minus dea Diana.

Tholus.
Brygi.

Orſa. Cœpta tragica: immania: crudelia. Atrox. Nō in hoc opere erinnys: ſed cęteris atrox: in hoc pia. O immane: O barbarū facinus: quod recto crudelis Erinnys oculo reſpicere non ſuſtinuit. Miratur Apollonius: a quo νηλειὴς appellat̃. Domat omnia erinnys. Cuncta facinora tragica: et facinoroſos: perditoſq; tyrannos: quorū animus ſemper in carnificina uerſatur: dii memores fandi atq; nefandi ſeris quidem: nunq̃ tamen irritis pœnis afficiunt. πανδαμάτωρ ἐριννὺς uocatur ab Apollonio. hoc eſt cuncta domans Erinnys: quam limo et obliquo prodit oculo conſpexiſſe facinus atrociſſimum.

Pandamator erinnys

Ὀξὺ δὲ πανδαμάτωρ λοξῷ ἴδεν οἷον ἔρεξαν
Ὄμματι νηλειὴς ὀλοφώιον ἔργον ἐριννύς. Faciles Nereides. Ad pietatē procliues. dixit Nereides quoniā ſcelus in mari patratū ē ubi nymphę dictę Nereides habitāt. Flebile. Flebiliter. nomen pro aduerbio. Vt. Triſte canit. Et pede terrā Crebra ferit. Triton. Deus maris. ea forma qua pingit̃ ſcribit Plinius uiſum fuiſſe Tritonē et Nereidas. Forma Tritonis eſt aduſq; umbilicū humana. in piſcē deſinit aluus. Tuba. Illa tortili: quā ſonacē Lucius Madaurēſis appellat: de qua Ouidius. Querēti. ſonū lętū tubę Triton uertit in lugubrē atq; feralē. Siquidem tuba mortuis adhibebat̃: quę funeſta uocabat̃: de qua ſic Vmber olor: et meuanię ciuis. Tibia funeſta triſtior illa tuba. Anaurius. Iaſon Theſſalus ab Anauro Theſſalię fluuio ſic appellato qđ nullas mittit auras. Cōcidēs. Mos expiādi et uindicādi ſe ab occiſo. Apol. Heros Aeſonides oras incidebat mortui. Ter linxit ter ſcelus reſpuit dētibus ſicut doloſa expiari ſolēt homicidia. Ortę relictis corporibus ut a feris deuorent̃: raptas ueſtes cōcidūt: ac loci eius genio ſacrificant. auctor Diodorus in Alexandro. Hiātibus. Patulis. Reſpuit. Deprecat̃ cō/

Tuba ſonax.
Tibia mortuorum.
Anaurius.

miſſum ſcelus. Ἔρινυς inquit Apol. Deuouet. Execrat̃ ſanguinariã cędẽ. Ouidius. Viuite deuoto fœmina: uirꝙ thoro. Ter. Numerus expiatorius. Tib. Ter cane: ter dictis deſpue carminibus. Luſtrat. Purgat ſe. Imagine. Fingens pœnas luere pro delictis: ut occiſa ſorore fecit Horatius. Canes. furias. Credunt enimuero: auctore Cyro apud Xenephonte libro octauo Pędię: animos eorum qui iniuriam paſſi ſunt: metus uaſtos ſceleratis parricidis inijcere: et ultriceis afflictioues in nefarios immittere.

Deuouet: ac ſæuæ ter luſtrat imagine cædis,
Extincto terramꝙ leuem placidamꝙ quietem:
Tartareaſꝙ canes: mitem et minoa precatus:
Elyſias ſedes: et amœna uirera piorum.

# LIBER ARGONAVTICON NONVS EX APOLLONIO INTERPRETE PIO.

n
VNC mihi Calliope primæ ratis auſa canẽti:
Erroreſꝙ ducis uarios: iterumꝙ remenſum
Aequor: et adriaco luſtratas marmore terras
Adſpira. Tu ſola deum pataræa tenentem
Noſcere regna uales: ſacroſꝙ haurire liquores.
Tu potes aonios mecum luſtrare receſſus.
At uigil igne graui: ſceleriſꝙ agitata furore
Colchis adeſt; lacerumꝙ ſui caput impia fratris
Proicit in patriam claſſem. Defixerat hoſtes
Et res et nouitas; tantiꝙ piacula monſtri
Naufragiumꝙ recens: et uiſæ mortis imago.
Non ſinit attonitos regina quieſcere: et acrem
Eductum medijs acherontis uallibus ignem:
Accenſumꝙ ſuper magicis per tranſtra uenenis
Hoſtica conijcit. Flagranti turbine pinus
Deleta in cineres: picealꝙ abit uſta fauillas.
Nec contentus eo: ſtygius rapit æquoris ignis
Viſcera, et undantem populant incendia pontum,
Tantum herbæ, mens: lingua ualet: hecatæaꝙ uerba.

In Nonum Apollonii Argonauticon Librum Cõmentarius.

p
IVS in principio Noni Argonauticon inuocat muſas pręſentia poetarũ numina: ut ei ad portũ properãti faueant ne in medio curſu deſerat̃. Imitatus Apolloniũ: qui in quarti ultimo operis ſui libro ſic incipit. Αὐτὴ νῦν κάματόν γε θεὰ, καὶ δήνεα κούρης Κολχίδος ἔννεπε μοῦσα Διὸς τέκος. hoc eſt. Tu nunc laborẽ dea et conſilia uirginis Colchidis dic muſa Iouis filia.

Primę ratis. Argus quę pͥma mare ſulcauit. Ducis. Iaſonis. Iterum. A ponto deſcendẽtes argonautę ſecũdã in gręciam profectionem parãt. Remenſum. Renauigatũ.

Hadriaco. Per ęgeũ in pontum de gręcia ſoluerũt: nũc ut Cyaneas effugiant: renauigant per Ionium: mox intrant hadriaticũ apud nauaportum nõ procul Tergeſte qua humeris non flumine Argo tranſuecta eſt: unde loco nomen. Nauaportum. Marmore. Mari a uarietate undarũ: quales in lapidibus marmoreis apparẽt. Maro. Lento luctãtur marmore tonſę. Marmor.

Adſpira. Fauendo rememora et memoriã renoua. Deũ. Apollinẽ.

Patarę a regna. Patara ciuitas lycię ubi Apollo dat reſponſa: a qua pataręus appellat̃. Apud Ouidium ſic loquitur Apollo. Pataręaꝙ regia ſeruit. Sacros liquores. Mentem ac numen apollineum: quod p aquã ſignificat̃. Receſſus. Auia ac inacceſſa loca. Igne. Amore. Sceleris. Patratę fraternę cędis. Colchis. Medea. Lacerũ. Trũcũ ab humeris auulſum. Patriã. Quã pater Aeetes cũ Abſyrto miſerat. hoc totũ eſt cõmentũ et luxuriãtis Pii floridũ diuerticulũ: ut princ piũ libri huius exornet: et terribiliorẽ Medeã reddat. Imitatur facinus Neronis caput Aſdrubalis in exercitum Annibalis coiicientis. Defixerat. Obſtupefecerat. Piacula. Fœdera tragica: ut eſt fraterna cędes. Piaculũ eſt ſcelus ingens tam nefarium ut expiari neceſſe ſit. Maro libro ſexto. diſtulit in ſerã commiſſa piacula mortẽ. Hieronymus. Tantũ nefas: et tam grande piaculũ. Plinius libro ſeptimo na. hiſt. Quo te piaculo Marce Tulli linquãt. Monſtri. Sceleris tetri ac enormis. Naufragiũ recens. Styri naufragi: quod in octauo Flaccus exequitur: cũ de moriẽte Styro ſponſo Medeę ſic ait. et tãdem uirgine ceſſit. Viſę mortis imago. Colchi naufragiũ paſſi fœdiſſimũ: fuerunt prope fauces mortis. Regina. Regis filia Medea. Quieſcere. Pauſam trahere. Sed ut inqͥt Liuius: inſtãdũ perterritis ratus. Sup. ultra qđ haberet ignis nocumentum naturale: murmure magico nocẽtius reddidit. Hoſtica. Hoſtilia. Ouidius. Hoſtica tyrrheno placuit uindemia regi. Plautus in captiuis. Quod ui cõtigit hoſtica. Pinus. Claſſis. Vſta. Igne a Medea iniecto. Eo. Illa claſſis exuſtione. Aequoris uiſcera. Interiora maris latibula: antra magis recõdita ubi dii maritimi deliteſcũt. Populãt. pro populantur. Virgiliana mimiſis. Dixit ille i georgicis. Populatꝙ ingeutẽ farris aceruũ Curculio. Mens. Phãtaſia ad nocẽdũ efficax: quam putat Auicenna in corpus operari poſſe interiori ac recondita uirtute. Hecatęa. Magica.

Defigere. Piacula. Hoſtica. Populare. Hecatęa.

Adiuuat. Medeam Iaſon inſtans operi. Vrget. Propoſitū. Fortunę inſtare. Non fauenti deeſſe fortunę. Furore. Igne temere bacchante atq; furēte. Minyis. Et uiſis minyis aduerſo bello. i. aduerſus eos bello conſurgere. Perculſi. Colchi geminam plagā hoc eſt cladē acceperūt. Gemino. Clade pręſenti a minyis illata: et a mari contrarios fluctus conciēte: nec nō Styri obitu. Ducis. Abſyrti. Iactura. Amiſſio. Iuxta illud maronianum. Rege incolumi mens omnibus una eſt: Amiſſo rupere fidē. Concutit. Percellit: exagitat.

Aeſtu. Solicitudine: incerto mētis ſalo fluctuabant. Emicat. proſilit in hoſtes. Corymba. Puppis extrema. Sic appellat Valerius Flaccus et Rhodius: quos Pius imitatus eſt. de ui huius uocis complura in commētariis Flacci cōſcripta ſunt. Dixit Valerius. Et auratis argo reditura corymbis. Argois ęmula roſtris. Quę facta fabricataq; fuerāt ad imitationē nauis argiuę: quę prima fuit: ſed ea uiſa ut conſequerent eum Colchi fabrefecerant claſſem.

Laterū. Quę tabulę latera muniunt: de quibus Ouidius. Nec leuius laterum tabulę feriuntur ab undis Quam graue baliſtę mœnia pulſat bonus. Inertes. Nullo artificio factas: temere ac intēpeſtiue deducta i mare materie: et ilico fabrefacta multum magiſtris ab archetypo decedētibus. Molles. pauidas: imbelles: Veneri dicatas. Pernix. Velox. Hęc. Vna ex his columbis. Illa. alia. Ruēs reſupino pectore. Reſupinata cadens ac euerſa. Alarū fragore. Percuſſu et uerbere accipitris illam frāgētis. Alis enim: roſtro: et unguibus impetit aquila: quā a curuis unguibꝰ falconem auctore Seruio dicitant.

Aut plumis. ſpoliata plumis alia. uix euadit ſeminuda: ungues acerbos experta. Exagitata. Subintellige uel. uarietatē congreſſus exprimit. Diſpēnere Plautus inquit pro pennis denudare. Subſiſtit. Reſiſtit Iaſon leoni pſimilis: qui in fugiētes nō experit impetū. Feros. Barbaros. Olli. illi Colchi. maronianū id quis ignorat? Igneus eſt ollis uigor: et cœleſtis origo ſeminibus. Regis. Aeetę. recurre ad id uerbū. uoluētes animo. Pręduta. Saxeū: ferū: ac barbarū animū. Super nato. De nato. Multa ſuper priamo. Mala tanta. Tot infortunia: quę nūtiare neceſſe foret: quod nō ęquis auribus acciperet.

Adiuuat: et ſociis cinctus dux Theſſalus urget
Fortunæq; inſtare parat: diuumq; fauori.
At colchi quamuis armis: et milite præſtent
Innumero: armatam pubem tamen uſq; reducunt
In loca tuta maris: uiſo per tranſtra furore
Ignis: et aduerſo minyis conſurgere bello:
Vulnere perculſi gemino. Iactura ducīſq;
Terrificat mentes: et acerbo concutit æſtu.
Emicat æſonides inimica corymba reuellens:
Roſtraq; perfringens argois æmula roſtris:
Nec minus et laterum tabulas perrumpit inertes.
Non ſecus in molles pernix ſi forte columbas
Incidit accipiter. Cadit hæc laniata cruentis
Vnguibus. Illa ruens reſupino pectore roſtrum
Experta, alarum cadit exagitata fragore:
Aut plumis nudata ſinis: Sic fluctuat agmen
Et turpi dat terga fugæ. Subſiſtit Iaſon
Contentus uiciſſe feros ſine ſanguine colchos.
Olli fortunam aduerſam: regiſq; ſuperbi
Inuictam precibus mentem: præduraq; corda
Aeetæ: natoq; ſuper mala tanta perempto
Voluentes animo: ſtatuunt concordibus urnis
In mare mox Cronium feſtino flectere remo.
Fulmina ſed uibrans prohibet ſaturnia Iuno.
Poſtremo mores rabiemq; cytæidis oræ:
Barbaricīq; iras regis: furiaſq; peroſi,
In uarios abiere locos: cunabula gentis

Volētes. Cogitātes. Cōcordibus urnis. Cōſiliis paribus: cōſonis: ut alter alteri aſſentiat. Cronium. Saturniū. Ex Apollonio uerbo ad uerbū: ut accipitris et columbarū comparatio ſuperior. Croniū mare inquit Rhodii cōmētator: eſſe Adriā. Croniū mare uolūt appellatū nō qđ antiquū: ſed cōgelatum auctore Plinio ex argumēto frigoris: quod Saturnus inducit. Alii apud Apolloniū. Chroniū per χ. ſcribūt ab inſula chronia. de quo nec Euſtathius tacuit. Alii mare germanicum croniū uocant: qđ ibi Saturnus ob frigiditatē regnet. quapropter in id eius genitalia abſciſſa cōiecta tradūt. Apollonius tamē poeta hic cronicū mare appellat etiam receſſum maris ionici a quadā inſula cronia nocitata. Fulmina uibrans. Fulmina iaculata grauiſſima illos ab acceſſu prohibuit. Apollonius. ἀλλ᾽ ἀπέρυκεν ἥρη σμερδαλέῃσι κατ᾽ αἰθέρος ἀστεροπῇσιν. Cytęidis orę. Regionis colchicę: quę litoralis ē: unde dixit orę. Ex Apollonio qui ait. αὐτοὶ δ᾽ αὖτε κυταιίδος ἤθεα γαίης. Furias. Aetę bilem. Apollonius dixit χόλον ἄγριον αἰήταο. hoc eſt choleram agreſtem Aeetę. Cunabula. appoſitio. qui loci ſunt futura cunabula: et Colonię: primordiaq; nouę ſedis genti ſuę.

Cronium mare adriaticum.

Cytęis terra.

Cunabula

Hoſpita. Terra hoſpita iuxta Maroné quę illos excepit hoſpitio. Abſyrti cognomine. Quę ab abſyrto nomen habet. Imitatur Apolloniú ita ſcribété. ναίουσιδ᾽ ἐπώνυμοι ἀψύρτοιο. Habitát cognominati ab abſyrto ęetę filio. Adde quod aliqui uolunt poetá intelligere de abſyrto ciuitate Thracię: alii de inſulis abſyrtidibus in Adria: de quibus lege Stephanum. Variat more gręcorum hiſtoriam Stephanus. Latus. Plagam. Maro. Illyricumq́ latus. Cadmęa culmina. Vbi turrim ędificarunt Cadmi uocatam. Apollonius.

Prima futura ſuæ. hi qua ſeſe hoſpita fundit
Inſula, ubi abſyrti cognomine terra uocatur:
Terra ducis grati monimenta perennia ſeruans.
Aſt alii latus illyricum: cadmæaq́ iuxta
Culmina, ſubſtructæ quæ ſurgit in æthera turris,
Enchelíiſq́ uitis iuncti uixere coloni
Montibus in celſis ubi uaſta ceraunia in aſtra
Erumpunt flamma iouis exagitata frequenti:
Vnde datum uaſtæ rupi per ſecula nomen.
Cum primum peregrina nouæ manus appulit oræ,
Certatim nectit gaudens retinacula terræ
Hylleæ: qua pube frequens ſupereminet æquor
Inſula. at hyllees uenientibus obuia colchis
Signa ferunt, paciſq́ notas, ab Apolline dona
Cum leget has oras, atq́ alta ſecabit Iaſon,
Fatales tripodes terra quacunq́ locentur
Sic clario dictante deo, poſſeſſor ab hoſte
Vincetur nunquam. Quin phœbi munere felix
Nunc etiam diuerſa latet, fruiturq́ ſerena
Pace ferax regio mortalibus inuia cunctis.
Non hyllum regem inueniunt, quem ægeis amanti
Alcidæ peperit Melite phæacide terra.
Cui uixdum pubente gena culta inſula ſordet,
Quippe feri regitur ſub nutu preſſa tyranni
Nauſithoi, mare ſed Cronion penetrauit, agens huc
Indigenam populum, et phæacis robora terræ.
Succedit mox Nauſithoo, quem agreſtibus armis
Mentores occidunt pro captis arma ferentem,
Et propugnantem regni ſua iura iuuencis.

Οἱ δ᾽ ἄρ᾽ ἐπ᾽ ἰλλυρικοῖο μελαμβαθέος ποταμοῖο
τύμβος ἵν᾽ ἁρμονίης. κάδμοιό τε πύργον ἔδειμαν. Scribit illos in illyrico ubi eſt tumba armonię cóſe diſſe: et Cadmi turrim ędificaſſe. Tumba armonię.

Encheliis. Enchelii in illyrico ſũt populi ita dicti qđ Cadmus illic uerſus é in anguem cũ uxore. Enchelis gręce anguis et anguilla dicitur. Lucanus. Enchelię uerſi referentes funera Cadmi. Enchelii. Coloni. ἐφέστιοι dixit Apollonius. Ephestii. Flãma iouis. fulmine. cur ioui fulmina adſcribantur cum Mars ea: et Saturnus generét: quę non ſunt bruta: cauſa require a Plinio libro. ii. nat. hiſt. Exagitata. Cócuſſa. Nomen. ceraunia dicunt a frequentia fulminũ: quę gręce ceraunę uocantur. Caraunia unde. hanc quidam Polam fuiſſe uolunt auctore Plinio et Mela. Pola. quoniá Pola lingua colchorum ſignificat exiliũ: quá ęgidis inſulam uocat Iuſtinus imperator: et Palladis ſacrariũ eſſe uoluit. Aegidis inſula. Peregrina manus. Colchi. Orę. Portui. Retinacula. Funes nauticos ad puppim litori colligandam: quos primneſia gręci uocát. Retinacula. Primneſia. Propertius. Nam melius duo defendunt retinacula nauim. Hyllee. illyrici populi Hyllęi dicti ab Hyllo Herculis et Melitę filio. Hyllęi. Hyllus. Gaudens. Naturalis affectus horrere mare: ac terrá affectare. Pube frequens. populoſa: iuuentute plena. Pacis notas. Signa pacis. Donantem ſumimus eſſe amicum. Ab Apolline dona. Tripodes Apollinis: quos hyllęis dono dat Iaſon. Tripodes apollinei. Si quidé Apollonius ſic. φοιβὸς γὰρ τρίποδας τηλοῦ πόρε φοῖβος ἄγεσθαι Αἰσονίδῃ περόωντι κατὰ χρέος. Vides qđ Apollo dedit hos Iaſoni tripodas ut ſecum ferret. Cętera tradit Apol. quę Pius noſter. Dona. Iaſon facta ab Apolline. Alta. Maria. Cũ iaſon hoc mare pertrãſibit ſecũ ferat hos tripodas. Secabit. nauigabit. Maro. Secat ęquora tigri. Leget. appellet. hyſteron proteron. cũ nauigabit. et poſtq̃ nauigans his oris appellet. ut illud uirgilianũ. Dat claſſibus auſtros. Cicero. Incipiá igitᷓ hyſteron pteron ὁμηρικῶς. Hyſteron proteron. Clario. Apolline. Dictáte. Pręcipiéte: iubéte. Poſſeſſor. apud quos erũt ii tripodes. Diuerſa. Remota a cultu noſtro. Apol. ὥς κεν ἄφαντες ἀεὶ μερόπεσσι πέλωτο. Ferax. Fœcũda.

Inuia. a uia militari remota: inacceſſa. Aegeis. Aegei filia. Alcide. Ex concubitu Herculis. mos loquẽdi gręcanicus. Apol. τέκεν ἡρακλῆϊ. Vix dũ pubéte. cũ genas ueſtiret flore iuuéta. Culta. Alioqui colonis freqnẽs et ornatu. Penetrauit. Hyllus imperiũ tyránicũ pfugiés: quod Pii ſoléttet liberaliter educati: ſine libertate uitá uitalé nó ducétes. Multa de Macride Dionyſii nutrice referebat Apol. quę Pius ut ſuperuacanea pteriit. Agés huc. Ducés in hác terrá populũ idigená. i. municipes phęacũ: quibus Nauſithous uiolenter imperabat. Robora. Fortiſſimos uiros. Succedit. Nauſithoo. Mentores.

Mentores. Gens liburnorũ ut ex hecatęo ſcribit Stephanus. Propugnãté. defendété decreta: iura.

Dicite pierides qua nam ratione per oram
Auſoniam :terramq; liguſtida:ſtoechades et quæ
Dicuntur:ſigna argolicæ ſint certa carinæ.
Vtile quod duxit minyas.quid abire coegit
Tam longe in latios fines:terraſq; repoſtas.
An iouis ira tulit fædatis turpiter aris
Cæde ducis colchi:atq; Aeex uirginis auſu?
An lauet ut nymphe commiſſa piacula:quæ tunt
Italiam ſedeſq; deæ circeia regna?
Hæc latuere ducem argolicum minyaſq; feroces
Eminus hyllæum ſulcantes puppe profundum
Inſula militibus ſic ceſſit tota comatis.
Quos iuuat innumeros implere liburnida terram,
Inſula quæq; truci circũdatur obuia ponto:
Iſſaq; Dyſceladoſq; et pinu diues Imerte.
Dein corcyræos Argo ſubit acta receſſus
Huc ubi Neptunnus remorari Aſopida iuſſit
Inſignem capitis cultu corcyran honeſto
Ictus amore graui longe a Phlœuntide terra.
Hanc nautæ pelagus ſulcantes undiq; apertum
Dum cernunt nigram prædenſis arboris umbris
Corcyran ueteres referunt dixiſſe Melænan.
Hanc ultra et pulchram Meliten altamq; Ceroſſon
Dum gaudet uentis pubes argiua ſecundis

Dicite pierides. Inuocat auxiliũ muſarũ in re cognitu pdifficili. Sic Apollonius. ἀλλά μοι. et quę
Stœchades ſequunt̃. Orã. Regionẽ italię litoralẽ qua penetrauit argo. Terrã liguſtida. Liguſtides tres inſulę
circa italiã uocatę ſtœchades qđ p ordinẽ poſitę ſunt. Apol. ἀμφί τε γαῖαν αὐσονίην νήσους τε λιγυστίδας. αἵ καλέονται στοιχάδες. prope Maſſylięſes ſunt Stœchades in hoſtio Rhodani:quarum
noia ſunt. Prote: Hype: Meſſe. Lucanus ſingulariter ita protulit. Venerat in fluctus rhodani cũ gurgite
claſſis Stœchados arua tenẽs. Trã/
quillus i Claudio. uehemẽti Circio
bis pene demerſus ẽ prope Lyguriã
iuxtaq; ſtœchadas inſulas. Signa
certa. Monimẽta nõ fallacia:euidẽ/
tia. Apol. inqt. περιώσια σήματα
Repoſtum. τα hoc ẽ immenſa ſigna. Repo/
ſtas. Remotas. Hieronymus. Da
partẽ quã dedi ut reponeres apud te.
Maro. Manet alta mente repoſtum:
hoc ẽ: penitus adactum et infixum.
An iouis. in latiũ forte minyas iu
piter expulit qđ ędẽ Dianę Abſyrti
cęde temerarũt. Aeetę. Colchicę
Medeę. Auſu. qđ temerariũ faci/
nus ẽ auſa. An lauet. Vel italiam
petũt ut luſtrent̃ a Circe patratę im
Nymphe. pietatis cã. Nymphe. Nympha
Circe. Ouidianũ ẽ. Territa cõſur/
git nymphe. Piacula. Immania
et pditiſſima facinora. Sedes deę.
circeios in ora auſonia. Circeios.
Circei. appoſitiue. Circei inſula olim italię
ut Plinius ſcribit in ora campana.
Hęc. qđ colchi uicti et repulſi hyl
lęis oris applicuerit:quas occupaue
rũt:qđ ſi reſciuiſſet Iaſon forte bel/
lo eos uexaſſet ut hoſtes. Ducem
argolicũ. Iaſonẽ. Eminus. Lon/
ge. Profundũ hyllęũ. Orã hyl/
lęorũ. Comatis militibus. Col/
chis capillatis. Ora illa pontica hu/
mida ẽ et pluriũ capillorũ gignit.
Quos. Colchos. Implere. Fœ/
cundare prole ac ſobole frequenti.
Liburnida. Liburni accolę illyri
ci:qui ut ait interpres Apollonii in/
colunt has inſulas: Iſſam: Dyſcela/
Iſſa. don: et Imerten. Inſula. Antiptoſis figura illi ſimilis. Sermonẽ quẽ auditis non eſt meus. Et. Vrbem
Dyſceladoſ quam ſtatuo: ueſtra eſt. Ita reſoluatur. Quos iuuat implere inſulam Iſſam: quę Iſſa obuia ac occurrens
Imerte. mari ab eodem allatratur. Iſſa. inſula liburnica: et ciuitas auctore Ptolemęo in ora Dalmanę: et Pli/
nio libro tertio. Quidã apud Propertiũ libro primo. Et licet Heleis: illa futura mea eſt: ſcribũt. Iſſeis ab
hac Iſſa contra fidem omnium codicum: cum iſſa non ſit proprie in illyrico. Legamus igitur apud Pro/
Pityuſa. pertium. et licet hylleis. Sunt aũt: ut ſupra uidimus: Hylees ſiue hylei populi illyricitani. Pinu diues
Cercyra. Imerte. πιτύεια uocatur ab Apollonio pro Pityuſſa. Quidam proprium cognomentum uolũt. Lege
Phlius. interpretem Apollonii. Acta. Impulſa huc ubi Neptunnus et reliqua. Remorari. Habitare fecit.
Arethyrea νάσσατο inqt Apol. Ait Neptũnũ hic poſuiſſe corcirã Aſopi filiã. Capitis uultu honeſto. Expreſſit
Arantia. illud Apollonii. ἠύκομον κέρκυραν. i. corcirã bene comatã. honeſtũ ẽ pulchrum: decorũ. Maro. honeſti
Chthono/ ſpadices. Lõge a phloeuntide. Apol. ἑκὰς φλειουντίδος αἴης. Phlius: auctore Stephano: ciuitas pelo
phyle. poneſſi: quę prius arethyrea et arãtia. A Phloeunte Bacchi filio: et Chthonophyles. gentile phliũnus uel
Phliaſius. Phliuſius. Lacedęmonii unũ ex mẽſibus phliaſiũ uocãt. Eſt φλιοῦς et phlyis. i. φλυεῖς locus in Attica.
Phlyis. Incola φλυεύς dictus et inde φλυῆθεν ex Phlyente: Topica: Phliathen: Phliaze: Phlyeſi: de quo poeta
Melęna. intelligat ambigit̃: adhęreo ut de prima intelligat. ſed diuerſa ẽ ſcriptura i Apol. et Stephano. Melęnan.
Melite. nigrã. Meliten. Melite: ut inqt Stephanus: inſula ẽ i medio Epiri et Italię: unde κυνίδια μελιταῖα. i.
Catuli me catulos melitęos dicũt. habitator melitęus dicit̃. De hac itelligit Apol. eſt alia Melite colonia carthaginẽ
litęi. ſium: et uicus oeneidis cuſtodię. Ceroſſon. Apol. et ipſe altam uocat. Eſt in eodem tractu quo Melita

Radere. Preterire. παραμείβεν dixit Apollonius. Nymphęam. Altera inſula de qua Plinius in tertio. Eſt inſula maris adriaci auctore Stephano. Nymphęū uero Tauricę regionis ciuitas. Atlantis. Fœmininū patronymicum. Atlantis filia. Sic Apollonius. ἵνα κρείουσα καλυψὼ ἀτλαντὶς ναίεσκε. Porrecta. in cœlū eleuata ac extenſa. ἠερόεντα οὔρεα uocat Apollonius. Mœſtis. Ob maris infiniti faciem longā. Auſis. argonautis auſis mare uaſtum et incognitū ſulcare. Aſpera. Apollonius ait. ἐπὶ κεραυνῆς ἠλεκτρίδος. Helectridę ut inqt Stephanus ſunt inſulę padi fluminis: in quibus ſunt ſtatuę Dędali et icari. Eſt et palus magna fluuii Helectris grauem exhalās odorē ob interfectū Phaetontē fulmine: qui in paduſam decidit: unde grauis ac fulmineus emanat odor. Increpuit. ἴαχεν. Orpheus et ipſe cum Medeam reddere uoluerūt autumat locutam Argo. Attonitis. Et qđ ἄφνω hoc ē ex improuiſo affuit: et qđ humana uoce locuta eſt: unde tabulas loquaces dixit Claudianus. Silua. Phago inquit Apollonius Dodonide: unde preſaga ex natura ſoli genitalis. Ambages. Circuitus: lōgas uias Apollonius inqt πείρους δολιχῆς ἁλὸς. Manibus. Ope humana. Dari. Conceſſum eſſe. Diſſoluier. Diſſolui: ammouere a ſe ſe. Piaret. Expiaret. Immortalia. Numina ac pelagi deos. Oebalios. Laconas Caſtorē et Pollucē. Mart. Et placidum nautis ſidus fulgere Laconū. Infenſa. Quę adulteros oderant. Quo. Vi. Certus. illęſus. Curſus. Nauigatio inoffenſa. Maro. Huc curſus fuit. Prouehat. Promoueat: inferat: inducat. Incidat in Circen. Ad circcios appellat. Pagaſęa. Theſſala. Hyperione. Sole. Orpheus Circen matrem Aeetę putat. Tabulę. Argo nauim. Tyndaridę. Caſtor et Pollux. Cōcipiūt uerba. Cor enim nō lingua operari debet in ſacris. Phaethon. Eandem hiſtoriam ſcribit Stephanus. Semicremus. ſemicrematus: ſem... uerbum ouidianū ex metam... ſeos libris. Semicremoq uocat repotatū ſtipite uulnus. ἡμιδαὴς φαέθων uocat ab Apollonio. Phœbęo axe. Quem temere regendum aſſumpſerat. Apol. ἡμιδαὴς φαέθων πέσεν ἅρματος ἠελίοιο λίμνης ἐς προχοὰς πολυβενθέος. i. ſemiuſtus Phaethon cecidit a

Radere Nymphæam properant. hic pulchra Calypſo
Atlantis: populos placida ditione regebat.
Cum ſubito montes: et porrecta ceraunia mœſtis
Occurrunt minyis. præſens non defuit auſis
Iuno procelloſi conſternens dorſa profundi:
Aſpera quos portu electris ſuſcepit amico.
Ecce autem attonitis humana uoce carina
Remigibus propere increpuit: quam bellica pallas
Aptauit pridem ſtructam e dodonide ſilua.
Venturos canit errores: canit et iouis iras
Vocibus humanis ſtellati conſcia cœli.
Quin pelagi ambages memorat: ſæuaſq; procellas
Non manibus: nullaq; dari diſſoluier arte
Ni mortem Abſyrti Circe: cædemq; piaret.
Mox iubet oebalios pelagi immortalia fratres
Numina: ſupplicibus placare infenſa querelis:
Certus in Auſonias quo curſus proueheat oras:
Incidat in Circen donec pagaſæa carina
Barbarica Circen perſa: atq; hyperione natam.
Sic uiſæ minyis tabulæ reſonare loquaces.
Tyndaridæ actutum ſurgunt: et ſupplice dextra.
Concipiunt pia uerba deis: pia thura miniſtrant.
Aſt alii heroes ſuſpiria pectore ducunt.
Vlterius propere uelis protruditur Argo
Donec interdani tandem tranſuecta fluenta eſt.
Huc phaethon rutilo percuſſus fulmine pectus
Semicremus cecidit phœbæo lapſus ab axe:
Quem uaſti cepere lacus: ſtagnanſq; paduſa:
Vulneris ardentis pueri correpta uapore
Nunc etiam grauibus miſcetur odoribus unda.
Vnda frequens nimium. Non hanc pernicibus alis
Tranſeat: in liquido uolitans uaga gurgite præpes.
Virgineus chorus heliadum ſuper alta ſedentes

carru ſolis lacus in fluēta pfundi. Paduſa. Sic uocat locus ille profundus: quē faciunt aquę Padi ſtagnātes noſtra tēpeſtate induſtria ducū Eſtēſiū ſiccatę fere: magno emolumēto Cornelii Lābertini Senatoris ac Comitis Bononiēſis q doctorū uirorū ac literarū unicū ppe pſidiū ē: et muſarū deſertarū fautor lōge nobiliſſimus. Vapore. Apol. ἡδ᾽ ἔτι νῦν περ τραύματος αἰθομένοιο βαρὺν ἀνακηκίει ἀτμόν. Noſter atmon uaporē dixit. Freqnēs. Multa. Prępes. Auis: pp latitudinē auis trāſcēdere nō poſſet. Cœlū undiq; et undiq; aqua. Heliadū, Sororū Phaethontis: quas Maro dixit phaethōtiadas.

Nymphęa
Nymphęū
Atlantis.
Calypſo.
Electridę
Curſus.
Semicremus.
Paduſa.
Cornelius Lambertini.
Atmos.

Padus. Extenſis foliis. Cum iam delicuerint iugibus lachrymis in populos. Padū Plinius dictum putat a fre
Padę.i quentibus arboribus iuxta ripas eius enaſcentibus: quę Padę uocant. Ducunt. Funereū uerbum. Sic
Ducere. Maro in georgicon quarto. Exportant tectis: et triſtia funera ducit. Perſianum id diaſyrticon eſt. Nerio iam tertia ducitur uxor. Stillantibus. Guttatim uelut lachrymantibus. Superciliis. Summitatibus
Supercilia populorum. Superciliū ponitur idētidē ut hic: pro ſummitate: et loco prę alto. Maro. Ecce ſupercilio cliuoſi tramitis undam Elicit. Significat ſuperbiā. Plautus. Quo ſupercilio ſpicit. Poeta ī obſceno carmine. Conueniens latio pone ſuperciliū.
Supcilioſus. Superciliosus ſuperbus. Electrum: Euripides auctore Plinio ſcribit electridas aues p lachrymas ſtillare.
Gleſſarię. Plinius ex barbaris iſulis gleſſariis
Gleſſum. uenire a pineis arboribus. gleſſum Barbari uocant. Concreta. Cōglobata ſentiens uim aquę contrariam electrinę naturę. Niteſcit. Splendeſcit ut eluta: cum prius concidiſſet informis ex arboribꝰ pineis. Pius fabulę miſcet hiſtoriā: ut Maro de Dędalo. Remigio alarū. Paludis. Lacus padani: qui paduſa uocatur. Pluuiis. Ordo. Et fruſtra uoluuntur ab aqua Padi coacta notis. i. a uentis cōcreta: et a fluento. i. pado undāte pluuiis propter pluuias exundante: fluctuante: ſequente.

Extenſis foliis riparium brachia: fratris
Triſtia fata gemunt, cognataq; funera ducunt.
Gutta ſuperciliis crebro ſtillantibus exit
Electri in gemmas: phœboq; exuſta calenti
Fluminеis tandem concreta niteſcit harenis.
Horriſonis boreas cū littora flatibus illa
Verberat: et nigræ cum fluctuat unda paludis:
Eridani ſubeunt latices: uoluuntur et amni
Fruſta coacta notis: pluuiisq; undante fluento.
Fama tamen priſca eſt celtis actoribus: illas
Eſſe dei lachrymas clarii: dum plorat ademptum
Lampade fulminea natū: radioſq; reſumens
In lachrymas totus cedit deus. Imputat ipſis
Mœſtus equis nati caſus: et uerbere ſæuit.
Quando ultra boream uenit, monteſq; niuales,
Et cœlum liquit: patriſq; minantia uerba
Perpeſſus nati cauſa: quem Dia Coronis
Concepit ripis Amyri pingui in Laceria.
Non minyis fœda pollutis cæde, labantem
Gaudia pertentant animum. cerealia dona,
Ingrati latices bacchi: Quin naribus hærens
Teter odor, miſeros crudeli tabe peredit
Semiuſto phaethonte padi prope dorſa profundi.
Accipiunt etiam gemitū lugentis acerbe
Heliadum turbæ: harum oculis it triſtibus humor

Imputat. Equis obiicit et improperat mortem filii Phaethontis: quē rapidiori curſu filium pręcipitem dederunt: cū ſolita grauitate carere currum ſenſerūt. Sic ait Ouidius. ii. metamorph. Colligit amētes: et adhuc terrore pauētes Phœbꝰ equos: ſtimuloque dolens et uerbere ſęuit. Sęuit enim: natūq; obiectat: et imputat illis. Cedit in lachrymas. Abit in gemitus. Quādo. Et tunc plorauit Apollo multūq; fudit electrum quādo Iupiter Aeſculapium interemit Apollinis et Coronidis filiū qd homines reuocabat ad uitā.
Apollo ad Hyperboreos. Vltra boreā. Fingit Apollinem ad Hyperboreos ueniſſe Aeſculapium plorantem: inq; abdita loca refugiſſe et auia commercium hominum ac deorum uitantem ut fit in magno luctu: uel qd a ioue eiectus eſt coelo ob cyclopas occiſos. Patris. Iouis. hinc ſumit Ouidius libro metamorph. ii. Apollinem indignatum ob mortem Phaethontis mundo lucem denegaſſe: et a ioue fuiſſe increpitum: cum precibus minas regulariter addit inquit Ouidius. Nati cauſa. Qd propter filium Aeſculapium a ioue eſt increpitus propter mortem cyclopum. Dia. Generoſa: diuina: Hinc a Marone dia Camilla uocata.
Amyros. Apollonius δῖα κορωνὶς ἔτικτεν ἐπὶ προχοῇς ἀμύροιο. hoc eſt. Dia coronis peperit apud Amyrum. Amyros auctore Stephano ciuitas Theſſalię ab uno argonautarum. et fluuius. Incertum eſt illud Heſiodicum. δωτίῳ ἐν πεδίῳ πολυβότρυος ἄντ᾽ ἀμύροιο. Gentile ἀμυρεύς. Poſſeſſiuum Amyreus. i. ἀμυρήιος et amyreis fœmininum. Eupolis Amyros ponit in Molottia: unde Amyręi dicuntur. Suidas in genealogiis uocatos ait Eordos: poſtea Leleges: et Centauros et Hippocentauros: et multiplicem eſſe amyren. Pingui Laceria. λιπαρῇ λακερείῃ dixit Apol. Laceria ut ait idē Stephanus ciuitas
Laceria. Magneſię. Hellanicus auctor. Eſt altera Laceria. i. λακέρεια in Italia. Cerealia dona. Panis non placebat propter conſcientiam: quę eſt mille teſtium inſtar. Peredit. Senſim cruciauit. maxime naturā proſternunt dolor et fetor. Apollonius ait βαρύθοντες ὀδμῇ λευγαλέῃ. Semiuſto. Semicombuſto. Heliadum. Sororū Phaethontis. filię fuere Solis; qui a gręcis ἥλιος dicit. It. Fluit. poeticū.

Palladio.

Palladio. Oliuę Palladi dicatę. Apol. Οἷον ἐλαιηρὰι στάγες ὕδασιν ἐμφορέοντο. Hoc eſt. quales oleaginę guttę aquis ferebant. Maro deſcribẽs oliuam inquit. Nec quę palladia ſeſe magis arbore ueſtit. Eridani. Rhodanũ ingredi padũ nõ putant eſſe uerũ. Extrema tellure. Flumina cuncta prodeunt uenire a centro terrę: ut omnes aquas: unde infit Maro. Omnia ſub magna uoluentia flumina terra ſpectabat diuerſa locis. pręter Pyriphlegethontẽ: quem aiunt Mythici ſub ſolio Iouis naſci: quę in trinũmo plautina Pius excuſſit.

Pyriphlegethon.

Palladio quales manant de cortice guttæ.
Mox abeunt: Rhodaniq; ſecant immenſa fluenta.
Hic autem Eridani præceps illabitur amnem:
Et iunctus ſtrepitu ripas præradit acuto
Extrema ueniens tellure: ubi cardine operto
Sunt caligantis portæ et cæca atria noctis:
Vnde cadens præceps hac littora fertur ad ima
Turbidus: Ionioq; fremens bacchatur in alto:
Illac ſardoum rapido petit impete pontum
Flumineos latices ſeptena per hoſtia mittens.
Per quem graia lacu ratis eſt pro uiribus acta
Hyberno: linquit dum celtica rura iuuentus
Theſſala: fertur enim ſinuoſas plurimus undas
Intrare Oceani: quæ ſi pagaſæa ſubiſſet
Nauis: in ignotis periiſſent fluctibus omnes:
Viſere nec noti potuiſſent æquoris oras.
At Iuno cœlo effulgens: cœloq; relabens
In terras: dedit hercynio de uertice ſignum
Vnde omnis concuſſa cohors formidine uaſti
Clamoris: grauiterq; deæ ſumma arce Tonantis.
Heroes cœli monitu rediere: uiamq;
Agnoſcunt fidam, et melioris gurgitis undas.
Littora continuo rapido allatrata profundo
Deueniunt gallorum oras: quas præuia Iuno
Monſtrauit iuueni æmonio. Volat acta carina.
Dux ligures ignotus obit q̃d Iaſona carum
Nube dea inuoluit; nigroq; obtexit amictu.
Aſt illi media penetrant iam cærula fauce

Car dine operto. Vmbilico terrę obſcuro: quę terra cardo eſt: cui innituntur omnia: et ipſa omnibus. Caligantis. Obſcurę. prima ſemper et ſecunda productis. uel ex illo Siliano. Caligare alto in ſolio: nec pondera regni poſſe pati: et nimiũ fluxis confidere rebus. Alibi. Interea caligãtis lõgumq; per ęuum: quãuis inibi in tritis exemplaribus legatur: Interea caligante ſitu. Cęca. Obſcura. Cadens. Rhodanus. Vnde. a quo cardine terrę. Rhodanus dictus eſt a Rhoda rhodiorũ oppido: adeo magni curſus eſt: ut auctor eſt Hieronymus: ut uix aduerſa nauigari poſſit aqua. In alpibus oriri noſtris. Fertur per Lemanũ lacum: et uerſus occidẽtem per galliam fluẽs Ararim ſuſcipit. Inde ad meridiem conuerſus et Iſaram Druentiamq; ſuſcipiẽs apud Heracleã uno oſtio: et paulo ulterius duobus aliis in mare tyrrhenũ irrumpit. Sed quę Ambroſius in Hexaemero prodit ad hanc rem mire faciunt. Rhodanus inquit rapido curſu concitus tyrrheni ęquoris dorſa finditur: in quo non mediocre fertur nauigantiũ periculum: dum inter ſe maris fluctus: et amnis fluenta decernũt. Celtica. Gallica per Rhodani fluenta tráſierũt in Galliam. Sinuoſas. Cõcauas: multiplices: implicatas. Periiſſent. Iuxta illud Ambroſii. in quo non mediocre fertur nauigantium periculũ. Relabens. Reſer tens diuinitus ac ſine ſtrepitu ſonitu ue ullo. Vertice. Scopulo. Apol. Ἀλλ᾽ . . . σκοπέλοιο καθ᾽ ἑρκυνίου τάχ᾽ ἀυτεῖ. Sed Iuno ex ſcopulo Hercynio increpuit: ita tamen ut ſcopulum pro ſpecula intelligamus. Hercynium ut inquit interpres Apollonii: mons celtarum uel ſilua. Cœli. Cœleſtis Iunonis. Rediere. Non per fluenta Rhodani ulterius in mare uaſtiſſimum rediere. Melioris. Nauigabilis. Allatrata. Percuſſa. Gallorum oras. Regiones Gallorum litorales. Appoſitio eſt. Pręuia. Pręcurrens: pręminiſtrans iter. pręuium ſiue pręcurſorem prodromon appellant. Dux ligures. Ligyos ſcribit Apollonius: quos conſtat eſſe Ligures: quãuis Ligyros Stephanus gentem appellat in mari tyrrhenò. Ligyſtinam idem urbem Ligyorum inquit: ubi Ligyros non uidetur ſentire Ligures eſſe. Si non placet Ligures hic ſcribere: ſcribe Ligyos. Ligures Cicero duros et agreſtes uocat: ex natura ſoli: quod nihil fert niſi magno labore quęſitum. Ignotus. Obuoluto capite: et nube tecto propter perfidiã populorum quod fecit Annibal per gallorũ ingenia temporaria: uenaliaq; iter faciens. Nube inuoluit. Aliqui hoc deam feciſſe produnt propter Ligures infidos ac uanos: ut eos Maro pręſtrinxit. Vane ligur: fruſtraq; animis elate ſuperbis: Nequicquam patrias tentaſti lubricus artes.

Caligare.
Silius emẽdatus.
Rhodanus
Hercyniũ.
Pręuius.
Prodromos.
Pręcurſor.
Ligyi Ligures.
Ligyſtina.
Ligures duri et agreſtes.

Stœcades. Aethalia.

Stœchadas. Stœchades tres inſulę in Maſſylia: quę et uocantur Liguſtides. De Stœchadibus tribus inſulis meminit Strabo in quarto. has ait exercere Maſſylięſes opere ruſtico. Aethalia. Hanc Aethalen uocat Stephanus tyrrhenorum inſulam: et quę multa apud Stephanum legunt. Cognomina trahit. Locus ille uocatur cognomento portus argous. Aeetę. Ponticę Circes. Circei locus appellatur. Ἴξον δ' αἰαίης λιμένα κλυτόν. Vocalis. Quoniam ut ſuperius uidimus Nauis argonautas eſt

Stœchadas et reduces linquunt fratrum arte laconum
Adiuti: unde illis ſtatuere altaria graii:
Sacraq; perpetuo nautis celebranda futuris.
Mox curſu Aethalia tranſmittitur inſula certo
Qua placitum feſſos releuare laboribus artus,
Figere et arma loco. græci cognomina portus
Nominis unde trahit: finxit niſi uana uetuſtas:
Hinc celeri fluctus medios aquilone ſecabant:
Littora cum primum Auſoniæ: tyrrhenaq; cernunt
Aequora: et Aeeæ portum ſubiere ſororis.
Anchora tum fundat uocalis robora puppis.
Hic Circe liquido purgabat in æquore membra
Terrorem noctis lymphis et ſomnia luſtrans.
Sanguine nam Thalami domus: et penetralia cuncta
Flere uidebantur. rapido nam turbine uidit
Inuolui: ac totis uolitare penatibus ignem:
Et ſimul omne nefas flamma crepitante cremari.
Quare diua potens primi ſub lumina ſolis
Aequoris intrabat latices: fuſumq; per herbam
Omne genus pecudum florentes demetit agros.
Olim quæ magico perſeis carmine Circe.
Iunxit adoptatis informia corpora membris,
Taurisonoſq; lupos: et ſemihomines centauros:
Et rabidæ rugit ſerpens connexa leenæ:
Semicaperq; lepus: uariarumq; ora ferarum.
Heroes ingens cœpit ſtupor. Omnis achiuum
Effigiem Circes: et lumina torua iuuentus
Aſpiciens: genus agnoſcit: diramq; tyranni
Barbariem, Aeetæ ſcires de ſanguine natam.
Illa procuratis ſomni terroribus: ædes
Ad proprias flectit: uultu blandita: manuq;
Innuit accelerent paſſus: atq; atria uiſant.

allocuta. Terrorem noctis. Vana ſomniorũ terricula. Flere. μύρεσθαι inquit Apollonius. i. lugere: dolere. Tota domus dolere et ingemiſcere uiſa. Inuolui. reſupinari: commiſceri: uidebãtur omnia igne correpta flagrare. Volitare. Aſcẽdere conflagrando. Omne nefas. Somnii ſcelus et tragœdia p ſomnium ſignificata: igne luſtrari: purgariq; uidebatur. Paulum diſcedit ab Apollonio Pius ex induſtria. inquit ille q̃d flamma collecta pharmaca conſumebat: quibus aduenientes demulcebat hoſpites. Ipſa uero Circe flammam fatifero extinxit ſanguine purpurea manu palpans. Sub lumina. Appetente ſole. Aequoris. Mos erat ſomnium dirũ aut pollutum purgare mergendo caput in aquam: unde a Papinio dicũ. Purgatura malum fluuiuo uiuente ſoporem. Et illud Satyri. Vorticibus timidum caput abluet. Apollonius. Τῷ καὶ ἐπιπλομένης ἠοῦς νοτίδεσσι θαλάσσης Ἐγρομένη πλοκάμους τε καὶ εἵματα φαιδρύνεσκε. Illuceſcente aurora marino humore ſurgens capillos et ueſtes purgabat.

Perſeides herbę.

Perſeis. Filia Aeetę Perſę filii: unde perſeides herbę p magicis uocantur ab Ouidio: q̃uis alibi diuerſa Pius tradiderit. diuerſos: et fortaſſe melius: ſecutus auctores. Adoptatis. Applicando membra informia membris informibus. Dixit Apollonius. ἄλλος ἀπ' ἄλλων συμμιγέες μελέων. Subditq; iuiſſe tanq̃ oues paſtorem ſequentes. Adoptatum eſt miſtum: quod ex duobus diuerſis corporibus miſcetur: et in unum coaleſcit: alterum enim metaphoricos adoptat et accipit membra alterius. Taurisonos qui corpus lupinum habebant: ſed ſonum tauri. Imitatur hic Pius Maronem potiuſquam Rhodium. Varię. Quę in Pardalim degenerat. Ex coitu leenę et pardi panthera naſcitur pilo diſcolori. Rugit. Quod eſt leonum: quoniam bimembris eſt et duorum corporum: ideo Pathos naturale confunditur. Cõnexa. Commiſta: coniuncta. Semicaper. Miſto corpore et caprę connexo. Genus agnoſcit. Barbarorum et toruitate frontis horrendum. Scires. Iurares: credere poſſes. Ouidianum ex primo metamorphoſeos. Scires e ſanguine natam. Procuratis.

Procurare

Expiatis: prima breui imitatione Tibulli. Ipſe procuraui ne poſſent ſęua nocere Somnia ter ſancta deue perãda mola. Ouidius. iii. faſtorũ. Riſit et hic inq̃t facito mea tela pcurea. Blãdita. Signo liberali dato.

Dolos. Circen uelle illos allicere: et ad ſcopulum allectos allidere. Reſiſtere. Retroſiſtere: firmari. Pubem. Iuuentutem. Colchide. Medea. Iuſtitia. Conſcientia illos occulto flagello uerberabat. Pręcordia pulſat. Tacito uerbere cruciat: ac animum interiorem uexat. Caput. frontem inquit Rhodius fortaſſis ſceleris patrati conſcientia punicantem atq; purpuream. Apollonii uerba ſunt hęc. ἡ μὲν ἐπ' ἀμφοτέροισ ἑτμένη χείρεσσι μέτωπα. Aliqui credunt Circen frontem amborum tetigiſſe exploraturam an titubarent: palpitarent: motu diſſono fluctuarent: unde peccatū pręſagire ualeret. Enſem. Vt ita abiicere p imaginariam reiectionem uellet: quod in huiuſmodi luſtralibus effici ſolet.

Sentit ineſſe dolos: iuſſitq; reſiſtere pubem
Aeſonides: ſocia tamen intrat colchide Circes
Limina: ubi aurato iuſſi ſedere curuli
Elingues: ſine uoce ambo. crudelibus alma
Iuſtitia exagitans ſtimulis pręcordia pulſat:
Pręſertim caput ambobus cum tangeret illa.
Ipſe autem terrę infigens dux Theſſalus enſem
Quo iuuenem incautū excepit: terram aſpicit: aſtra
Suſpicere haud potuit demiſſo in tartara uultu.
Actutum Circe patratam pectore cędem.
Pręſago uoluit: quamuis irata nefando
Sanguine conſperſis primum. Mox ſupplice dextra
Carmina turbatos fundit placantia manes,
Et ſontes a cęde nouat: culpamq; remittens
Sollicitos crebro luſtralibus abluit undis.
Deſuper extendens porcum dea prouida ſacrem
Enſe ferit ſacro: retroq; piantia uerba
Murmurat: hoſpitibus iouis auertentia cędem
Inuocat atq; mola placat pia numina fuſa.
Quinetiam famulę totas ramenta per ędes
Lecta ferunt. Vrit ſtygios placantia manes
Liba: uaporatis luſtrantia funus in aris:
Triſtis ut immani ceſſaret erinnys ab ira:

Terram aſpicit. Demiſſo: ut cōſcius: uultu. In tartara. In inferos: in terrę profundum. hoc ē ualde demiſſo uultu. Pectore pręſago. uaticina: diuinaq; mēte. Statim Circe cognouit hos ſcelus id imane patraſſe. Voluit. Meditatur: cogitat. Quāuis. Licet prima facie reis amantibus ſuccēſeret: nihilominus parat tanti ſceleris expiatorias luſtrationes. Nefando. Propter cędem fraternā. Mox. Tādē ſe ad luſtralia parat. Carmina. uerſus ſūt Flacci in expiatione Mopſi. Imitatio Rhodii cum nullā latinā Venerē haberet a Pio omiſſa eſt. Manes. Abſyrti. Sontes. Medeam et Iaſonem qui deliquerūt. Sollicitos. Anxios: qui nec mentem nec mentū tollere poterant. Luſtralibus. Purgatoriis. Dixit Apollonius πρῶτα μὲν ἀτρέπτοιο λυτήριον ἥγε φόνοιο. Liberatorium ut ita dicam: cędis. Porcū ſacrem. Lustralia. Literia.
Apollonius ſcripſit.
τεινα μένη κατύπερθε συὸς τέκος. ἧς ἔτι μαζοὶ
πλήμυρον. λοχίης ἐκ νηδύος αἵματι χεῖρας
τέγγεν ἐπιτμήγουσα δέρην.

hoc ē. Extendens ſuis foetū adimplebant̄ foecūdo ſanguinis uentre: madefaciebatq; manus collum incidens. Illa duo uerba. συὸς τέκος. i. foetum ſuis. porcum ſacrem Pius interpretatur: propter hęc Varronis ex rei ruſticę libro ſecundo. Cum porci depulſi ſunt a mamma: a quibuſdam Delici appellant̄: neq; iam lactentes dicuntur: qui a partu decimo die habentur puri: et ab eo appellant̄ ab antiquis ſacres: quoniam ad ſacrificium idonei primum dicuntur. Itaq; apud Plautum in menechmis eum inſanum: qui putat ut pietur in opido epidanno interrogat. Quāti hic porci ueniūt ſacres ſinceri ē nummum a me accipe: iube te piari de mea pecunia. Sacres porci. En ſe ſacro. Secēſpita uocatur: quo immolabant uictimas. Retro. quod in expiationibus ſolebant tanq̄ manes faceſſere iuberent: ne ulterius argonautas proſequerent̄. Piantia. Expiatoria. Hoſpitibus. Ordo. Inuocat pia numina Iouis auerſantia cędem hoſpitibus. i. quę numina a cęde expiarent hoſpites. Apollonius inquit. μείλισσεν χύτλοισι καλέσκεν ἐγκαλέουσα Ζῆνα παλαμναῖον τιμήορον ἱκεσιάων. placabat molis luſtrantem inuocās iouem amoliētium cędem: cuſtodem ſupplicationū. Ramenta. Strigmenta quędam et particulas: quas Plinius reciſamēta uocat. ἐκλύματα uocat Apollonius Lecta. Vndiq; collecta. Funus. Abſyrti cędem Triſtis. ut placatiores redderet forias: deoſq; ſuos et inferos: qui obnoxios piaculis et noxis nō deſerunt: ut Horeſti polluto ſemper ultrices infenſę canes herebi: et egredientem in limine pręſtolatę templorum diris agebant modis. Quod Hecate Chthonia a Theocrito in pharmaceutria uocata: procurat Medea: Circe: Perimeda: Orpheus auxilio deorum ſuorum ſępe a poetis expiare: luſtrareq; ſolet. Eſt enim Perimeda nobilis maga: quod cum docti uiri non legiſſent: eſt enim latinis inauditum: propertianum uerſiculum ſic Ramenta. Recisamēta. Edymata.

Locus Propertii

depravarunt. Non per Medeę pocula cocta manus: cum ſic legendum fuerit ex priſcis exemplaribus. Non Perimedęa pocula cocta manu. Theocritus in ſecundo Idyllio. μήτι τι μήδε τι ἁς: μήτε ξανθᾶς περιμήδας. Vrebant ramalia luſtralia: de quibus idem paſtor Siculus. ἐγὼ δ' ἐπὶ δέλφιδι δάφναν αἴθω. quod mantous Parthenias reſpexit: ita canens. Ego hác in daphnide laurú. Sponda. ξεστοῖσιν θρόνοισι hoc eſt raſis thronis inquit Apollonius. Maro. Aurea compoſuit ſponda. Filia Solis. Circe. Nigri ſomni. Quę ſomniauerat in quiete. Ipſa. Circe. Loquentis. Medeę ut exactiſſime cognoſceret. Nam auctore Plinio uox magnam uultus partem habet. Alternos. Mutuos. Alloqui et alloquétem audire. Ignea. Pudore ſuffuſa. Virgineas. Qui nunquá uirgines deſerit pręſertim cum deprehenduntur: unde a Terentio. Erubuit: ſalua res eſt. Errorem fatet. Dum genę pudore puniciant. Iuxta illud. Et in uultu ſigna fatentis erát. Viſa eſt. Medea eſſe genus a phœbo. Eſſe ſatam ſemine Solis: tanta in oculis et uultu uiſebatur ingenuitas. uel qd iuxta ſolis fulgorem erubuit. Apol. πᾶσα γὰρ Ἠελίου γενεὴ ἀρίδηλος ἰδέσθαι: i. undiq͂ ſolis proles pręclara uiſa eſt. Metita. Recenſens. Meatus. Vias maris. Voce. Graui: et uiragini q̃ uirgini propiori. Dolos. Abſyrti. Hiatus terrę. Prę pudore ubi delitescat: ut a cognata i tăto facinore deprehéſa nó uideret. Modus loquédi Ouidianus. Nymphe. Nympha Circe. Turpis amor. inconceſſa: ferinaq͂ libido: iuxta illud propertianum. Turpis amor ſurdis auribus eſſe ſolet. Triſtis Erinnys. uolebat Medea uideri ab impulſore malo genio uioléter Iaſoné amaſſe. Nam Platone: Plotino: Apuleioq͂ teſtibus ad malum agimur ac impellimur a ſiniſtro dęmone. a bono reuocamur: quod Socrates oſtendit: qui impulſore genio etiá per ſe bona aggrediebatur opera. eodé diſſuaſore a malis in bonú reciprocabat: reſiliebatq͂. Credula. ná Ouidio auctore Credulitas damno ſolet eſſe puellis. bene credula quę deos ſperabat fandi atq͂ nefandi futuros immemores. Quin fallebatur: ſiqdé Ouidio auctore: Aſpiciút oculis ſuperi mortalia iuſtis. Irati. Iuſta ira tibi ſuccéſentis. Inulti. Inulti dicuntur qui ſuſq͂ deq͂ facientes inimicitias: etiá illatá iniuriam non ulciſcuntur. Vnde ait Maro. Nunq̃ moriemur inulti. Aderit. Tempeſtiue ueniet. Nec longa mora eſt. Ex quo affuturus eſt. Sceptra pelaſga. Regna gręcanica: quę municipatim ducibus electis Aeetę tá inſigné intulerút iniuriá. Calcabit. Vt uictor uicti colla ſuppeditat. Adultera. Colla adulteri Iaſonis: qué ante pedes ſupplicis habitu ſtratú uidebit. Nati. Abſyrti. Sęuę. In fratris mortem dirú ac tragicú molitę ſunt. Sororis. Filię ſuę: ſed ſororis Abſyrti. Phrixi aurum. Pellé aureá. Turpiter. nó p uirtuté Iaſonis: ſed tuis ſutellis ac magia. Sublatú. Subductú: ereptú.

Afforet et placidus libatis Iuppiter extis.
Siue peregrino polluti ſanguine dextras
Vir mulierq͂ forent: cognata ue turba nocentum.
Mox iubet aſſideant ſponda dux Theſſalus aurea
Et triſtis Medea ſimul. Sermonibus horæ
Ducuntur uariis. his proxima filia ſolis
Nomen: et inſano tolerata pericula ponto
Quærit: et haud uarium putat eueniſſe ſopotem:
Et nigri ſimulacra dei. Cupit ipſa loquentis
Excipere alternos ſonitus. micat ignea uerſans
Lumina uirgineus pudor: errorem q͂ fatetur.
Tum genus a phœbo uiſa eſt: manifeſta q͂ proles.
Virgo maris narrauit iter: metita labores
Aequoreos ſacræ puppis: uarioſq͂ meatus:
Voce patrem referens formoſo corpore matrem.
Barbaricum ueluti pauido terrore parentem:
Inſidias: tacitoſq͂ dolos uitauerit aſtu
Iuncta uiro: quem ſtirps extollit regia: graio.
Abſyrti non auſa tamen crudelia fari
Vulnera: et ad ſacras ſtratum crudeliter aras.
Ipſa tamen tacitis præſenſerat omnia Circe
Dum titubat Medea notis: et fluctuat ore
Virgo uerecundo: dum terræ quærit hiatus.
Sed tamen his Nymphe flentis miſerata dolores
Alloquitur: ſic cogit amor: ſic incitat ira.
Proh miſeram qui turpis amor? quæ triſtis erinnys
Impulit in facinus tantum? Quid credula Virgo
Speraſti patris irati fore numen inultum?
Certe aderit: nec longa mora eſt: cum ſceptra pelaſga
Diruet: ac pedibus calcabit adultera colla:
Vlturus nati q͂ necem: ſæuæ q͂ ſororis
Dedecus: et Phrixi ſublatum turpiter aurum.

Cede age. Circe Medeam tecto expellit ſuo. Sic Apollonius. Ἔρχεο δ' ἐκ μεγάρων ξείνῳ συνοπηδὸς ἰοῦσα ὅντινα τοῦτον ἄιστον ἀνεὶ ἐρ πατρὸς ἄγινες. Abi domo hoſpitē ſecuta hunc quē ſpōte incognitū accepiſti ſine patre. Faceſſe. Abi. Fœdere. Affinitate: amicitia. Eſt enim uelut priuatum fœdus inter generum: ſocerumq́ matrimonium. Iunxti. Iunxiſti. Lęui. Polito. λεῖον grę ci dicunt. Apollonius. ἀμφὶ δὲ πέπλον ὀφθαλμοῖσι βαλοῦσα γόον χέεν. Iolchiacus. Iaſon.

Cede age: et infelix noſtro procul orbe faceſſe
Argolicis famulata uiris. eat iſte proteruus
Quem tibi coniugio patris ſine fœdere iunxti.
Sic ait. Illa graui iamdudum oppreſſa dolore
Deſiccat lęui rorantia lumina peplo
Donec Iolchiacus flentem ſuſtulit heros:
Et iuuenem comitatus amor: ſuadere ſalutem
Incipiunt: blandoq́ leuant ſermone gementem.
Non Iouis Vxorem latuerunt iſta. ſed Iris
Omnia prædixit. Iuno Thaumantida uerbis
Talibus alloquitur pro caris anxia grais.
Labere nympha polo pernicibus incita pennis:
Et canam properare Thetin ſub noſtra marinis
Tecta iube latebris redeuntem et gurgite ab imo.
Sola meis prodeſſe poteſt Nereia nautis.
Rurſus in æquorei deflectas littora ponti.
Hæreat ignipotens facito: qui incude ſonora
Nudatos humeros: exertaq́ brachia tollit
Dum cadit alterno uibratus malleus ictu.
Ventoſi ceſſent folles dum tranſuolat Argo.
Præterea hoppotaden uentis qui iura ſuperbis
Et leges præbere ſolet: celer Iris adito:
Cui noſtræ retegas arcana ſilentia mentis.
Flabra mone ceſſent: quibus aere ſæpe quieto
Flantibus alterne: tumidis freta concita ſurgunt
Fluctibus: ut mollis ſpiret leuis aura fauoni
Donec ad Alcinoum ueniant: phæacidaq́ oram:
Poſtquam effata dea eſt ſummo uolat Iris olympo
Præradens tenerum uelocibus aera pennis.
Quam læto adſtantem gremio uagus excipit ægon
Nereidum in thalamis: ubi blando compulit Iris
Ad dominā ſermone Thetin properare uerendam.

Suſtulit. Velut ſucciduo pauore genu ſuccumbentem. Apollonius inquit. τὴν δὲ ἀμέγαρτον ἄχος λάβεν. Subdit. ἥρως χειρὸς ἐπισχόμενος μεγάρων ἐξῆγε θύραζε δείματι παλλομένην. Heros manu tenens deducit foras pauore trementem. Et iuuenem. Hoc totum Pii eſt. Nam quę fecit Iaſon: fecit amore Medeę: ideo fingit Pius amorem .i. Cupidinem comitatum fuiſſe iuuenem in puella deducenda.

Incipiūt. Amor et Iaſon. Leuant. Mulcent: conſolant. Labere polo. Deſcende cœlo et pete mare. Incita. Incitato: celeriq́ uolatu. Latebris. Latibulis et cubilibus ubi ſūt thalami nymphę. Nereis. Thetis. Hereat. Moretur ab incude pulſanda. Exerta. Eleuata dum malleum tollit. Vibratus. in ſublime contortus: quod fabri cedentes alternis factitare ſolēt. Alterno. Modo unus: modo alter percutit. Hippotaden. Aeolum Hippotę filiū. Sic a Rhodio uocat inferius. Iura. Apollon. ἐς αἴολον ἐλθεῖν. Αἴολον ὅστ' ἀνέμοις αἰθρηγενέεσσιν ἀνάσσει. ad ęolū uenire: ęolum qui uentis ęthere genitis imperat. Vocatur et Hippotades ęolus ab Ouidio ſic. Impet hippotades ſic tibi triſte nihil. Superbis. Immanes uenti finguntur: elati: terribiles. Superbum Plautus mortuum uocat qd ſupra nos it cum ueſpillonum humeris geſtat. Retegas. Aperias. Arcana. Fata ac diuina opera in occulto latent.

Hippotades. Superbi mrotui.

Silētia. Quę uolo ſileri ne diſpaleſcant. Flabra. Venti a flatu.

Aere quieto. Cum ſit ſępe quies in cœlo: illā exaſperant et concitant uenti follium Vulcani. Alterne. Modo hoc: modo illo flante. Ouidius. Nam modo purpureo uires capit eurus ab ortu. Nunc Zephyrus ſero ueſpere miſſus adeſt. Cōcita. Commota. Vt mollis. Moneat ſpiret aura fauoni leuis. Oram. Regionem Phęacum: cui imperabat Alcinous. Dea. Iuno.

Volat. Ex cœlo deuolat. Prę radens. Findens: et pręſtringens. Maro. Raſit iter leuum. Tenerū. Molle: agitabile. Adſtantem: Appropinquantem: immo iam pręſentem. Vagus. Lubricum ac mobile mare. Aegon. Aegeum mare ſic a Valerio Flacco ſubinde uocatū. Apollonius. δῦ δ' ἐνὶ πόντῳ Αἰγαίῳ. ingreſſa eſt pontum ęgeum. Verendā. Canā: nutricē rerum omnium fœcūdiſſimam.

Arma. Folles et inſtrumenta cętera ęrariis officinis accommoda: ut mallei: folles. Fingitur enim Vulcanus in quibuſdā maris Siculi ſcopulis fulmina Ioui fabricare: unde mare ſiculum bullit ac exęſtuat: quo aqua tumultuat̃ et feruet. Vtrūq; nauim Argo lędere potuiſſet. Vulcania. Malleos: quos alternāt cyclopes. Auras. Folliū Vulcani maximorum quo tanq̃ uenti turbine mare uaſtiſſime impellitur.

Vis. Violentia. Auferat. Pręcipitem rapiat: ac diuerſam conuellat. Euri. Venti a follibus Vulcaniis expirātis. Sorores. Nymphas maris. Aetheriis. Thetis relicto mari Iunonem conuenit in cœlo.

Deam. Iunonem. Dea. Thetis: ut illud maronianū. Pueri puer indue uultus. Cōminus Thetidi. Apud Thetim. Apollo. ἡ δέ μιν ἄσσον ἰοῦσα παρειὰς τιφαῖνε τε μῦθον. Oſtro. Oſtrina ueſte contecta ſede. Oſtrum eſt purpura.

Nereida. Thetidem. Nunc cape. Quę tegere ac nemini hucuſque patefacere uolui. κέκλυθι νῦν. i. audi nunc inquit Apol. Vota. deſideria: mentis meę conceptus.

Suſpexit. Veneratus eſt. Pio cultu. Pia prouiſione. prouidēs Iaſoni uiciſſim ne pręceps eat: ut qui me ſemper coluit ac ſuſpexit: ego ei reddam gratas uices: ac animi ſigna

Penſare. memoris. Penſare. Rependere: retribuere. Hieronymus. De eo aūt qđ niteris approbare conuicium et homicidium Racha: et adulteriū et ociosum ſermonem et impietatem non ſupplicio repēſari: iam reſponſum eſt. Debita. qđ debeo memor eſſe iaſonię uenerationis. Vt prius. quēadmodum prius anxia pro iaſonis ſalute fui: et ſeruaui nauim: nūc ſimiliter uolo in eo iuuando perſiſtere. Decet a carceribus ad metas eſſe bonum. Regna. mare. Cœco. caliginoſo impetu collidentium cyanearū. Arma poſtrema. Roſtra puppis Acrocorymba uocata.

Ignis. Ex colliſione ſymplegadum uaſtus ignis excitabat̃. Pręſtrinxerit. Leuiter columbam uulnerauerit et caudam inciderit: quę columba pręmiſſa eſt ad celeritatem collidentium ſcopulorū explorandā.

Vulcanum mox ſtare iubet: uulcaniaq; arma:
Aeoliam dein uerſa ſpecum penetrauit: et auras
Compreſſit: ne aduerſa ratem uis auferat euri.
Interea Nereum Thetis: æquoreaſq; ſorores
Deſerit: ætheriiſq; deam dea conuenit aſtris.
Ipſa autem Thetidi regali comminus oſtro
Iuno ſedens: tali affata eſt Nereida uoce.
Nūc mentis cape uota meæ Thetis. Impiger Heros
Perpetuo noſtrum ſuſpexit numen Iaſon.
Dona pio penſare libet nunc debita cultu.
Vt prius inſanis errantem fluctibus Argo
Seruaui: ſupplex meq; in tua regna recepi:
Eripuiq; maris cæco colliſa furore
Arma ratis poſtrema ſacræ: licet ignis: et igni
Iuncta procella leuem præſtrinxerit ante columbam.
Nunc quoq; ſcylla rapax canibus ſuccincta marinis:
Eructanſq; imos fluctus ſulcanda charibdys:
Protege diua uiros. Quid non abs te impetret una
Iuno tua: infantem dilexi protinus: Et tu
Sola recuſaſti lectum temerare iugalem:
Cum tamen immodico captaret Iuppiter aſtu:
Iuppiter inſano ſemper correptus amore:
Alternoq; initu genialia fœdera turbans.
Qui quamuis ſtygias toties iurauerit undas
Miſceri ſe nolle tibi: ſtygis antra ſeuera
Spernebat: tantum ſtimulabat cæca libido.

Ante. Priuſquam nauem pręſtrinxęrit: columbam pręſtrinxit. Scylla. Apollonius. Νῦν δὲ παρὰ σκύλλης σκόπελον μέγαν· ἠ δὲ χάρυβδιν.

Scylla. Canibus. Dicitur Scylla circa femur habere canes: quoniam fluctus abſorbet ac euomit cum immodico latratu. Ouidius. Pube premit rabidos: inguinibuſq; canes. Eructans. Dixerat Apollonius. δεινὸν ἐρευγομένην. i. uehementer eructantem. Infantem. Te. beneuolentiam captat ex ueterum beneficiorum commemoratione. poſt modo ſe callide inſinuat. Eſt enim hęc oratio artificii plena. Te‑

Temerare. merare. Iouis adulterio polluere. Alterno initu. Promiſcuo coitu. Ouidius. Perq; ſuos initus conti‑

Initus. net omne genus. Hoc uerbo Lucretius utitur libro de rerum natura primo. Amores Iupiter alternat: modo hanc: modo illam aggreditur. Genialia fœdera. Thoros coniugales. In nuptiis lectus ſternebatur genio generationis ac uoluptatis auctori: unde dictum a Satyro. Sacri genium contemnere fulcri.

Torus genialis. Turbans. Inquinans ac polluens: quod poetę finxerunt quoniam Iupiter eſt generationis auctor.

Seuera. Seuere in deos periuros animaduertentia uel crudeli: ut illud Maronianum. Amnemq; ſeuerum Cocyti metuet. Cęca. Quę cęcos mortales reddit: et in omne facinus dementiſſime ruentes.

Ore faticano. Fata canente: diuino. Verbum Ouidianum. hoc nõ Themidi prouidentię deę: ſed Prometheo Lucianus in deorum dialogis: et Hyginus adſcribũt. Lactantius libro di. inſtit. primo Themin pręcinuiſſe ſcribit: et reliqua ut Apollonius. Thetis cubili iunxerit. quęcunqꝫ in concubitum Thetis admiſerit. Ille. Filius quicũqꝫ dea Thetide naſcet᷑. Soluit amoré. Iupiter Cupidinẽ ac uotũ cũ dea cõcumbẽdi depoſuit. Poſt. Deinceps. poſt patratũ coitũ. Pręſum tędis maritis. Pręſum matrimonio. Iuno cognomento iuga colebatur qđ matrimonium fœderabat. pręlucebant enim pueri ſponſis ſpineam: ut inquit Catullus: Tędam quatientes. Apollonius. Αὐτὴ δὲ σέλας χείρεσιν ἀνίσχον Νυμφίδιον κείνης ἀγανόφρονος εἵνεκα τιμῆς. Ipſa lumẽ manibus extollebam nuptiale in honorem tuũ. Fatícanus. Iuno fuga.

Donec eum ueneranda themis conſpecuit ore
Faticano: quæcunqꝫ: inquit: Thetis alma cubili
Iunxerit: ille ſuo maior genitore futurus
Naſcetur quicunqꝫ dea. Tunc ſoluit amorem
Ne foret in cœlo poſt ulla potentia maior.
Aſt ego quæ Tædis præſum dea ſola maritis
Sponte tibi regem delecta ex pube dicaui
Argolicum: thalamis cuius gaudebis: et orta
Progenies: rutilum cœli eſt uentura ſub axem.
Ante tuos thalamos cunctis de more uocatis
Cœlicolis: iuuir pariter tibi lumina ferre
Pronuba: et ardentes ad mutua fœdera tædas.
Verum age Diua meis adhibe narrantibus aures.
Eliſyos tuus in campos penetrabit Achilles:
Qui nunc Chironis dociles dat cantibus aures:
Naiadeſqꝫ fouent diuini lactis alumnum:
Hunc Medea uirum melioribus aurea fatis:
Te ſortita nurum: præſtanti prole tenebit.
Quare tu ſocrus nurui auxiliare futuræ.
Quid tua tam noſtros minyas rogo concutit ira?
Hos Neptuni ignes. hos æolus aere ſeptus
Nuauifrago haud reditu prohibẽt: rabieſqꝫ charibdys:
Ira tua offendit. Tu lenia flamina laxa,
Et compeſce animos, donec phæacia regna
Attigerint: Tu ſola potes maria alta repente
Sternere: et auxilio uirides concire ſorores:
Ne ſine præcipites rabidam penetrare charibdym
Ne uoret ingreſſos: auidis nec trude latebris

Maritis. Martialibus: coniugalibus. Horatianum et Plautinũ. Pecunia bona quę non marita ẽ. Regem Peleum patrẽ Achillis. Ante tuos thalamos. Antequã nupſeris et iũcta Peleo fueris ultima nuptiarum linea. Vocatis. Inuitatis: unde uocator: et uocationes. Lumina pronuba. Faces cõiugales quę in nuptiis adhibebant᷑: σέλας νυμφίδιον uocat Apollon. Fœdera. Matrimonii leges. Narrantibus. Sermonibus. uox Ouidiana i libris metamorph. ueniet narrantibus hora Tempeſtiua meis: quãdo curaqꝫ leuata Et uultus melioris eris. Diuini lactis alumnum. Diuino lacte a Thetide nutritum. Aurea. Formoſa. Melioribus fatis. q̃ Iaſonẽ: cui ſiniſtro fato iuncta fuit. Medea. poſtq̃ expulſa fuit ab Iaſone nupſiſſe Achilli Apollonius in hęc uerba memorat. Χρειὼ μιν κουρῆς πόσιν ἔμμεναι Αἰήταο μηδείης. neceſſitas urget fore maritum uirginis Aeetę Achillem. Scribit Anaxagoras qđ Achilles in elyſiũ campum tranſlatus Medeam duxit uxorẽ: quod primus Ibycus dixit: poſtea Simonides. Nurui. Medeę: quę Achillis uxor futura eſt. Quid tua. Quare Thetis tam odiſti Minyas acerbe? cur nulla cũ illis iraſceris ẽ pręſertim futuris affinibus? Narratus. Achilles Medeam duxit.

Concutit. Vexat: agitat: male habet. Septus. Circundatus. Aere. Vento: ex aeris motu uentus generatur. Naufrago. Naufragia concitante. Ira tua. Quę pluſq̃ uenti: q̃ monſtra maris pollet. Lenia. Mites uentos: et ſudificos hoc eſt ſerenos: quod in tui gratiam ſemper eſt facturus ęolus. Laxa. Aperi: hoc eſt aperire facias ęolum. Animos. Iram: ſtomachum: indignationem. Maria ſternere. Componere pelagi procellas.

Concire. Conuocare: implorare opem nereidum. Auxilio. Ad opem Argo naui ferendam.

Sorores uirides. Cęteras maris nymphas aquę cõcolores. Sorores quoqꝫ Thetidis. eas ſic uocat Apollonius. ἅλιαι τρεῖς ... κασιγνήτῃσι σὺν ἄλλαις. Rabidam. Naues appetentem et cum quadam rabie glutientem. Ab Rohdio ἀναβρόξασα uocatur. Latebris. Voraginibus. κευθμῶνα dicit Apollonius. Latebrę a latendo et latibula. Poetarũ gemma Farſinas comicus latebricolã inde dicit.

Auſoniæ Scyllæ:genuit quam Phorcyn: et atra
Nocte uagans Hecate:quam dicunt eſſe Cratæin.
Tu noſtros defende duces. Tu comminus Argo·
Protege Diua maris. Curſus uia parua futura eſt.
Sic ait.his autem Thetis eſt ſermonibus uſa.
Si rapidi uehemens ignis cadet impetus:audet
Mens mea iam reditus facilem ſpondere ſalutem:
Flatibus occiduis Zephyri:qui uaſta mouere
Aequora molle ſolet,uelisq̨ inſpirat apertis.
Nunc tamen æquoreas præſtat uiſiſſe ſorores:
Longa uia eſt,tu Iuno uiros,tu Iuno magiſtrum
Mane iube findant ſacra uada cærula puppi.
Dixit,et ætheris nymphe delabitur oris
Cæruleas ingreſſa uias,pontiq̨ lacunas.
Auxilio poſcit Nereidas alma ſorores
Iunonis mandata ferens. Neptunia turba
Occurrit uotis inſanum aggreſſa laborem.
Has mare in auſonium mittit.pernicior ipſa
In latium mouet:et Diuinæ littora Circes,
Occiduasq̨ maris tyrrheni contigit oras.
Repperit heroas ueniens Thetis ad mare iuxta
Argolicam puppem.Diſcum iaculatur Iaſon,
Ille pilam. Validis incuruat uiribus arcum
Aeacides,promens læuato ſpicula ferro.
Magnanimo dextram iungit dea læta marito
Nota uiro ſoli:reliquis incognita grais.
Et quid,ait:generoſa manus prope littora fluctus
Tyrrheni,reſides neglecta laude ſedetis?

Phorcyn. Phorcyn. Apollonius. ἥν τέκε φόρκυν νυκτιπόλοσ ἑκάτη τήν τε κλείουσι κράταιιν. Scribit Rhodii interpres Scyllam ſpeluncā eſſe circa Italiam in ipſo freto. Acuſilaus Phorcynis et Hecates filiam dicit. Homerus Scillę matrem Cratęin uocat. Vtrosq̨ ſecutus Apollonius. Alii Phorbantis ac Hecates. Steſichorus lamię filiā putat.

Cratęis. Curſus uia parua futura eſt. Cito tranſibūt Argonautę: nec diuturno tpe te impeditā habebunt. Apollonius. Ἀλλ᾽ ὥρη δολιχῆντι καὶ ἄσπετον οἶμον ἰδέειν. Cadet. Ceſſabit Vulcanus a uibrādis malleis:et a mari flatibus cōcitando. Reditus. Qđ Argonautę redibunt in loca tuta:quoniam temere ingreſſi ſunt iniquas anguſtias. Occiduis.quoniam ab occidente flat. Molle. Molliter: ſine tempeſtate. Apertis. Explicitis:uento datis. Sorores. Nymphas maris:quas et Apollonius κασιγνήτας νηρηΐδας appellat.

Mane. Matutino tempore nauigent. Apollonius. ὥς κεν ὑπηῷοι μνησαίατο νόστον ἑλέσθαι:ut matutini recordentur reditum capeſſere. Vada cęrula. Maria coloris cęrulei. Nymphe. Vt Penelope et penelopa. Ouidius i faſtis. Territa conſurgit nymphe. Delabit. Deuolat:deſcendit. Cęruleas uias. Mare. maris iter deſcribens Plautus inquit. Pedibus ligneis per uias cęruleas uectę ſumus. Cum nauigaſſe nos ſignificare ſubobſcuř uolumus: dicere poſſumus:equo pherecleo uectos:quoniam Pherecles nauim fabrefecit: qua uectus eſt in gręciam Paris.

Pherecles. Dubias a litiore feci Longa Pherecļa per freta puppe uias: inquit Ouidius. Apollonius ait. ἔμπεσε δίναις κυανέου πόντοιο Incidit uorticibus Cyanei ponti.

Lacunas. Sinus maris et concauitates. Alma. Thetis. Sequitur opinionem illorum:qui ex aqua omnia procreari putant. Iuxta illud maronianum. Oceanūq̨ patrem rerū.

Neptūnia turba. Nereides nymphę maris. Occurrit uotis. Studet occurrere deſiderio deę:et eius uoluntaté obuiis manibus excipere.

Inſanum. Inſanum. Vaſtum: immenſum: inanem ſolis dis exhauriēdum. Inſanum uocamus immodicum. Maro. Et inſani ueniant ad littora fluctus.

Domitius inſanus. Domitio grammatico:auctore Gelio:nomen inſani inditum qđ in emendandis diſcipulis erat immodicus:quo deducitur illud perſianum. Inſano multum laudanda magiſtro. Clamoſum:et leui ambitione laborantem uocat inſanum. Maro. Inſano iuuat indulgere labori.

Has. Nymphas. mittebat in diuerſa loca ut mare paſſim ſternerent. Ipſa. Thetis. Mouet. Vadit: tendit. Occiduas. Occidentales qđ Italia in occidentem uergit. Aeacides. Peleus. Promens.

Pharetra. Educens ex pharetra:quam Corytum uocat et indifferenter Thecatum. Lęuato. Polito:deterſo.

Corytum. Nota uiro ſoli. Peleus tantum nouerat deam:cęteri minime:quod eſt a Pallade homerica detortum.

Thecatum. Reſides. Ocioſi:pigri. Iuxta id maronianum: Ruſidesq̨ mouebat Tullus in arma uiros. Neglecta laude. Ociabantur ſupini diem die trudentes. Iuxta Auguſtinum. Modo: Iam in longum ibat.

Titonida roſeis ulnis. Auroram Titoni uxorem ulnas roſeas habentem: unde ab Homero rhododactylos et crocopeplos a digitis roſeo candori ſimilibus: et ueſte crocina. qualiter latino uerbo decentiſſimo pudoricolor appellaṫ. quod exprimere uolens Maro ſic cecinit. Titoni croceum linquens aurora cubile. Aurora. Rhododactylos. Crocopeplos. Pudoricolor.

Aeternum opus. Peripatheticorum opinio: qui motum perpetuum et conſequenter mundum dicunt. Hemiſtychion Flacci noſtri operoſiſſimum. Amicę. Fauentis argonautis. Planctaſq;. q; coniunctio ſequẽte uocali excludit᷑ i uerſu ſuccedenti: quod gręcorum: latinorumq; exemplo fieri ſolet. Maro in georgicis. Arbutus horrida: Et steriles platani malos geſſere ualentes. Plancte ſunt ſcopuli in mari a colliſione dicti. Apollonius. Planctę.

Cum primum roſeis Titonida fuderit ulnis
Iuppiter æternum uoluens opus: impiger Argo
Propellat remex monitu Iunonis amicæ.
Aequoreæ accurrent Nymphæ: quæ uela ſecundis
Flatibus implebunt ſcopuloſa per æquora planctaſq;:
Afflantes facileſq; uias: atq; æquor amicum.
Neſciat argolicus moneo mea corpora miles
Ne factum id nobis grauiores excitet iras.
Dixit: et immenſum ſubiit non cognita pontum.
Aeacides uiſu ſubito perterritus hæret:
Attonituſq; abiiſſe dolet. non uiderat olim
Iratam profugamq; Thetim. cauſa acris Achillis
Deſeruit thalamos: et Theſſala tecta reliquit.
Terrenos artus Nymphe: moribundaq; membra
Nocte ſuper media urebat. mox luce reuerſa
Ambroſia ungebat teneri dea corpora nati,
Redderet æternum ut ſacro medicamine Achillem.
Hic amens Peleus uiſo in diſcrimine nato.
Oreq; anhelantem: et nimio ſuffecta rubore
Lumina, coniugii penitus. tunc immemor, altis
Deturbat Thetidem thalamis uelut igne nocentem.
Illa dolore graui correpta, ſimillima uento:
In mare ſe liquidum, et neptunia regna recepit
Irata Aeacidæ, atq; humana cubilia uitans.
Coniugis ille tamen monitus heroibus ardens
Detegit, et ſtimulos cupientibus addit amicis.

Νῆα δ᾽ ἐκπέτρας. ἅιτε πλαγκταὶ καλέονται ξυνσόμεναι. hic ex compoſito Pius parum ab Apollonio diſcedit: uagus ſine omiſſione ſcopi ac Helices: diligẽter negligens. Et quia non omnino: quoniam interpres eſt: poteſt eſſe liber: ſaltem ſemiliber ė. Miles argolicus. Gręci argonautę commilitones tui. Factũ id. Si id fiat quod Thetis uideatur. Nõ cognita. Inuiſa: a nemine cognita. Viſu ſubito. Propter uiſam repente deã: ac pręter ſpem. Hęret. Dubitat: pẽdet: unde hęſitantia linguę: et hęſitator. Abiiſſe. Euanuiſſe deã. Olim. Iampridem. Acris. Terribilis: impetuoſi: prompti: alacris: δείνου. Horat. Scriptor honoratũ ſi forte reponis Achillem. Et ſubdit. Inexorabilis: acer: Iura neget ſibi nata: nihil non arrogetarmis. Eſt epitheton nõ pręſentis ſed futurę uirtutis. Theſſala tecta. Domum Pelei: a quo de lecto deiecta grauiſſime ė dũ filio conſulit infanti. Moribũda. Humana: mortalia. Imitatio maronis ex ſexto ęneid. Super media. Super in hoc loco ſignificat in: ut. Fronde ſuper uiridi. pro in uiridi. Significat ultra aliquando: ut ſuper Garamantas et Indos. ut ſtudui ſuper mediam noctem. i. ultra mediã. Significat de: ut: multa ſuper Priamo rogitans: Super eſt contrarium dictioni ſubter. Achilles acer.

Ambroſia. Apol. Rhodius. Ἀμβροσίῃ χρίεσκε τέρεν δέμας ὄφρα πέλοιτο Ἀθάνατος. Ambroſia ſpargebat tenerum corpus ut fieret immortalis. Aeternum. Immortalem. dixit Apollonius. ſτυγερὸν χροῒ γῆρας ἀλάλκοι. ut triſte corpori ſenium arceret. Anhelantem. Propter nouitatem medicaminis: et ignem diuinum: quo heros afflabatur. Coniugii. Coniugalis amoris ac fidei. Nocẽtem. Achilli igne. Apollonius ait. παῖδα φίλον σπαίροντα διὰ φλογός. Super mediã noctẽ.

Suffecta. Suffuſa: ſparſa. Deturbat. Deiicit. τὸν μὲν ἄρ᾽ ἀσπαίροντα χαμᾶζις βάλε κεκληγῶτα. Raptim deiecit humi clamantem. Simillima uento. Gręcus poeta inquit πνοιῇ ἰκέλη. Spiritui ſimilis. Recepit ſe. Reuerſa eſt in mare ut in domicilium ſuum. Humana cubilia. Toros Pelei ut ingratos et odibiles. Coniugis. Thetidis uxoris. Tamen. Quãuis ingratum diſceſſum uxoris ac repentinum ingratiſſime tulerit. Monitus. Verba Thetidis. Ardens. Cupidus ſociis auxiliari et re et uerbo. Stimulos addit cupientibus. Addit ſponte currenti calcaria: incitat et hortatur eos cupientes proficiſci. Addit. Pro ſubiicit: ſuſcipit. Amicis. Princeps bonus conſilio paret.

Illi. Socii. Parentes monitis. Minyis obtemperantes. Certamina. Iaculãdi peritiam. Diſponunt toros. Menſas ceſpititias ſternunt: et epulis uires acuunt: mox laborem ſubituri perǫrumnoſum.

Curatiores boues. Curant. Nutriũt: alunt: unde boues curatiores pro bene habitis et pinguibus. Horatius. bene curata cute uiſes. Permulcent. Spargunt diuino liquore ſomni: quem per cornu mortalibus infundere creditur: et irrigare membra: unde a poetis uocatur irriguus. Flauius Philoſtratus libro primo Iconon.

Cornu ſomni. Ipſe ſomnus diſſoluto habitu pingitur: cui alba ueſtis eſt ſupra nigrã.

Illi parentes monitis certamina linquunt:
Diſponuntq; toros: defeſſaq; corpora curant.
Irriguo demum permulcent corpora ſomno.
Lucifer idæo cumprimum uertice fulſit
Afflatu nautis Zephyri redeunte ſecundo
Tranſtra ſubit generoſa manus: uindiq; profundo
Anchora contrahitur: quæ nauticus expetit uſus
Cuncta parant: dein uela trahunt: extendere loris
Connisi: et uelant antennis cornua ſummis.
Aequa ferunt iam flabra ratem: uentiq; ſecundi.
Cernitur Anthoemeſſa procul. Sirenia dulci
Hic uirgo accerſit ueniente Lintea uoce.
Has Acheloe olim peperit tibi Dædala cantu
Terpſichore: uindem cereris tum forte puellam
Mulcebant: querulis concordi uoce camœnis.
Alitibus ſimiles partim: membriſq; pudicæ
Virginis: organico quæ uiſcera faſcinet ore.
Aeria ſub rupe ſedens Acheloia proles
Vocales nautæ inſidias: et cæca tetendit
Retia: et innumeras reditu impediere carinas.
Sirenes prædulce malum: tormentaq; blanda:
Mellifluo ſolitæ corrumpere corda ueneno.
Littora radenti plectris uocalibus Argo
Concinuere deæ proinentes florida uocis.
Plectra ſuæ: et grato lenibant pectora cantu.
Carmine iam demulta cohors: et uoce ſonora
Ad ſcopulos properaſſet iter: niſi prouidus Orpheus

Cur irriguus. Die noctuq; ſanguineus: et in manibus cornu habet ut ſomnia uera reducat. hoc a Philoſtrato excogitatũ reor: qđ porta ſomni cornea ẽ: per quam ſomnia uera ueniunt: quo ſignificantur oculi: Siquidẽ certior aurẽ arbiter eſt oculus. Extendere. Connisi extendere uela loris. i. reſtibus coriaceis in antẽnas: unde ſoluere lora eſt enauigare: et litus linquere. Qui ſoluere oram pro funes ac retinacula accipiunt: ut Sipontinus: errant: fruſtraq; teſtimonium codicis Liuiani mẽdoſi adducunt. Eſt enim non oras incidere apud Liuium ſcribendum: ſed lora: ἐν ἱμάντεσσι inquit Rhodius.

Retinacula. Sipontini error.

Cornua. Cornua. κεραίης dixit Apollonius. partem antẽnẽ utrinq; habentem uela: cornua uocamus: uel illo maroniano admoniti. Cornua uelatarum obuertimus antennarum.

Velant. Velis obumbrant: unde a Marone uelatẽ dicuntur Antẽnẽ.

Summis. Quoniam in ſuperficie antennarum uela figuntur.

Aequa. Moderata. Flabra. uẽti εὐκραὴς ἄνεμος φέρει. hoc eſt: temperatus uentus ferebat inquit Apollonius. Anthemoeſſan. Sequitur Heſiodum qui Anthemoeſſan ſirenum inſulam dicit. Ipſarum ſirenum nomina ſunt hẽc. Thelxiopeſquẽ et Thelxinoe: Molpe: Aglaophonos: In ſiculo mari collocant Anthemoeſſan. Mulcebãt. μελπέμεναι inquit Apollonius. Per Cereris puellam Proſerpinam intelligimus. Querulis. Dulce reſonantibus et acutum: unde aues queri dicuntur: Ouidius. Frondibus et tectẽ dulce queruntur aues.

Anthemeſſa. Sirenum nomina.

Alitibus. Pars ſuperior erat uirgini ſimilis. poſterior: et a zona ad pedes: auibus. Vel ut inquit Fulgentius: gallinis. Lepore. Dulcedine ac amœnitate uocis. Aeria. In alta ſpecula ſirenuſẽ canebant. Sedens. Manens: reſidens. Maro. Qualis populea reſidens Philomena ſub umbra. Acheloia proles. Sirenes Acheloi filiẽ. Vocales inſidias. Canendo inſidiabantur nautis appellentibus. Cẽca retia. Quẽ implicabant incautos: et nihil tale cogitantes. Reditu. Ne redire poſſent in patriam. Tormenta blanda. Quoniam ſuaui modulamine uocis nautas alliciebant: et allectos torquebant. Verba ſunt Epigrammatici poetẽ ſuper ſirenibus. Corrumpere. Apollonius ait. τηκεδόνι φθινύθουσαι. Radenti. Prẽtereunti. Plectris uocalibus. Organo ſuaui oris. Florida plectra. Mellifluos modulos. ὄπα λείριον inquit Apollonius. Demulta. Illecta. Cohors. Argonautẽ. Prouidus. Illectamento ſirenio turbam perituram. Orpheus canit tranſeunte Iaſone ſe impediſſe lyrẽ ſono ſirenas: illas in mare deſilientes: in ſcopulos mutatas.

Sirenes Acheloia proles.

Maieſtate manus. Manu plena grauitatis inhibens cupidos. Perſianum eſt. Inutile. Periculoſum. Biſtonia. Thracia. Cheli. Lyra. Obloquitur. Loquendo occurrit modulum ſirenũ modulo ſuo percutiens. Iuxta illud maronianum. Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina uocum. Fides. Cantũ et ſonum fidicinio ſimilem. Fides ſunt chordę lyricę: unde lyriſtes fidicen. Horat. Romanę fidicen lyrę. Decipiens. Cantu paſcens. Differentia eſt inter capere et decipere. Capere eſt fraudis. Decipere eſt animum captare ſed utiliter. Quare in pueri ora abſynthium melle litum comedētia Lucretius cecinit. Interea perpotet amarum Abſinthi laticem: deceptaque non capiatur.

Obloqui. Lyriſtes. Fidicen. Capere. Decipere.

Maieſtate manus tenuiſſet inutile uotum:
Biſtoniaq; cheli mellitis pectine nymphis
Obloquitur, modulis modulos: et carmine carmen,
Atq; fides fidibus ſuperans, ita paſcit amicas
Decipiens aures ne quo capiantur ab ore.
Sirenum ſolus cantu Teleontius heros
Demulcus, ſurgit magico male concitus oeſtro,
Et ſalit in pelagus præceps, nymphaſq; requirit
Perditus. At Buten cypris miſerata reuulſit
Faucibus e mortis miſerum, et uada ſalſa uomentem.
Sirenes argoa manus iam fugerat, ecce
Infames ſcyllæ ſcopuli, immaniſq; charibdys
Frangere docta rates, fluctus ad ſidera tollit,
Hos uorat, hos reuomit, fundoq; exæſtuat imo.
Flamma tepens ferueſcit aquis, ſcopuliq; fragore
Aſtra petit uortex. Caligine lucidus æther
Fuſcus erat, nigra compleuerat omnia nocte.
Cumq; deus lemni ſolita ceſſaret ab arte,
Fundebat calidum pelagi tamen unda uaporem.
Nereides, atq; alma Thetis modo tranſtra gubernãt;
Temonis modo dorſa regunt, dum tranſeat altum
Puppis, et inſidias diuino remige uitet.
Non ſecus ac blandi delphines in æquore uaſto
Turmatim comitare ſolent uaga lintea puppis,
Aſſultans hic fronte tenus. ſalit alter ab unca
Puppe celer, latus ille tenet, lateriq; propinquat
Blandus. at e naui conſurgunt gaudia tota.
Nereidum ſic denſa cohors concurrit ad Argo.
Ipſa uiam moderata thetis procurat, et inſtat.

Teleontius. Butes Teleontis filius. Nymphas. Sirenas. Perditus. Amens: impos animi. unde epigrammaticus libro tertio perditum uino dicit ebrium. Cypris. Venus. Reuulſit. Extraxit. Vada ſalſa. Maronianum. Qui nimis aquam ſalſam biberat. Hos reuomit. fluctus eiectat: modo ſorbẽs modo uomẽs. Exęſtuat. Ebullit: feruet: bacchatur: tumultuatur.

Butes Teleontius.

Scopuli. Charibdys. Fragore. Strepitu diſſono ac tumultuario.

Vortex. Aquarum nodus ac ſpira in ſeſe retorta. Caligine. Fumo. Apollon. καπνῷ δ' ἀχλυόεις αἰθὴρ πέλεν. Fumo caliginoſus ęther erat. Deus lemni. Vulcanus cuius incudes ſunt in Sicilia. Dorſa. Latitudinem. Temonis. Nauis in hoc loco gubernaculũ eſt Temo. In alia ſignificatione ẽ pars aratri. Maro in georgicis. Pedes Temo protentus in octo. Altum. Mare.

Temo.

Tranſeat. Trãſiret. Vitet. Vitare poſſet. Nõ ſecus. Comparatio Nereidum delphinis: quorũ natura eſt naues comitari. Blandi. Homini: ad cuius gratiam captãdã laſciuis circa nauim giris laſciuiũt.

Turmatim. Cateruatim. ἀγεληδὸν inquit Rhodius.

ὡς δ' ὁπόταν δελφῖνες ὕπ' ἐξ ἁλὸς ἀίσσοντες
σπερχομένην ἀγεληδὸν ἑλίσσονται περὶ νῆα.

Sicut quando delphines in trãquillo mari feſtinantẽ gregatim uoluuntur circa nauem. Comitare. Pro comitari. Verbũ Ouidianum: unde comitatior: qui plures comites adducit. dictio pliniana. Aſſultans. Circunſiliens: unde aſſultus aggeſſura. Fronte tenus. Prope frontem uel circa frontem. Horatius. Eſt quiddam prodire tenus ſi non datur ultra. Celer. pro celeriter. nomen pro aduerbio. Latus. Lateri nauis circũſilit. Blandus. Laſciua ambitus adulatione orbes explicans multimodos. Conſurgunt gaudia. Nautarum applaudentium. Ad Argo. Hinc et illinc impellẽdam. Procurat. Accingitur ad ordinem nauigationis. totam rem moderatur. Inſtat numinibus. Impellit: urget: numina manus hortatur: ut portiſculus: et ille Ouidianus Epopeus remorum hortator. Eſt enim portiſculus: ut apud Plautum in Aſinaria docui: qui remiges moderatur: quem aliqui a pertica: aliqui a portu deducunt.

Comitatior. Aſſultus.

Numinibus pelagi. Veſtes pia turba recingit
Nuda pedes et crura ſimul, ne deflua læna
Turpiter æquorea nymphis uueſcat ab unda.
Contendunt uotis æquis. modo ſacra uideres
Corpora in aſtra rapi: modo ſub penetralia ponti
Intima. ſæpe caput refluens ſupereminet unda.
Non ſecus ac florens pubenti Felſinus æuo,
Cui celeres ad cuncta pedes, oculuſq;, manuſq;
Geſtit: et enodes undantis corporis artus,
In rapidam ſtudet ire pilam, teneroſq; ſodales
Prouocat, et grato firmat ſua robora ludo.
In dextrum mox ire latus, mox ire ſiniſtrum,
In faciem, pectuſq; uides modo dorſa ſupinus
Flectit, humi reſidet, ſurgit, retro abripit, ante
Proiicit, ancipiti ne linea fluctuet orbe
Anxius. ille uago ſemper leuis aere currit
Nunc decliuis humi, nunc æthere ſummus aperto.
Quam propere adducto torquentur ſpicula cornu,
Votaq; ſollicitæ diſcurrunt intima mentis,
Tantum pernici fugiunt uaga lintea uelo,

Pia turba. Nereides quę Pio accinguntur operi: ad mortales iuuandos: quo nihil homini magis proprium: ſi quidem auctore Nouocomenſi ſcriptore ingenii togati in eruditione principe: Deus eſt mortali iuuare mortalem: et hęc ad ęternam gloriam uia. *[Deus eſt q iuuat.]* Recingit. Retrocingit ne ante laborãtes impediret et calcata pręcipitaret. uel ſurſum cingit: iuxta quam ſententiam prolatum eſt illud Ouidianũ. Ecce corinna uenit tunica uelata recincta: Candida diuidua colla tegente coma. Lęna. ueſtis. χλαῖναν grę-ci dicunt. Deflua. Deiecta in pedes. Veſtis: ut inquit Apuleius: ſi nimis demiſſa eſt pedes implicat et pręcipitat. Patrimonium ſit ut ueſtis: mediocris uidelicet. Ad uiuendum ut ad natandum: Ille liberior qui houere expeditior. Apollonius inquit has nymphas ueſtẽ ad genua ſuſtuliſſe. Vueſcat. *[Vueſcere.]* Humectetur: madeſcat: uerbũ Lucretianũ. Vueſcunt eędẽ percuſſę ſole ſereſcũt. Sereſcere eſt ſiccari: unde in georgicis ſerenas nubes Maro uocitauit. *[Sereſcere. Vuidus.]* Vuidus ẽ intus plenus humore ab uua. Humidus extra: unde puellę plautinę in rudente querunt ſe uuida eſſe ueſte: et uuidus Menalchas pro babitiore capitur. Votis ęquis. Pari ſtudio. Sacra corpora. Corpora diua nympharum. Caput. Nympharum. Apol. Τὲ δὲ πολλὸν ὑπείρεχεν ἄργιον οἶδμα. Refluens. Motu ultro citroq; currens et intumeſcẽs. Nõ ſecus. Amplificat Apollonii comparationem Pius: et quod puellis Rhodius adſcripſit: ut ſexus forte ſexui reſponderet: Pius Pietate debita patrię: pueris Bononiẽſibus: attribuit. *[Laus adoleſcẽtũ Bononienſiũ.]* et certe uegetiorem: robuſtiorẽ: uiuidiorem: ingenioſiorem pubẽ non habet Italia: et ſi corpus ſpectare aut animum lubeat. Felſinus. Bononiẽſis. *[Felſina unde. Bononia princeps Ethrurię.]* Plinius. Bononia Felſina dicebatur cum princeps eſſet Etrurię. a Bono Thuſcanienſi duce Sempronius dictã autumat. Ego a bonitate ſoli feliciſſimi: cœli sereniſſimi: pręſtantia animorũ: uini: frugum: et bonitate prope peculiari rerum omniũ: ubi liberi cererisq; certamen eſt. Accedit Muſęũ et Athenęum celeberrimum omniũ ingeniorum emporium: quę una ciuitas tropęum ingeniorum erexit: ut in laudem Athenarum Demoſtenes inquit. Ad cuncta. Curſum: militiam. Geſtit. Prurit: uiget: ſemper in motu. Enodes. Exoſſes: flexuoſi. Vndantis. Semper fluctuantis ac in motu poſiti. Robora. *[Sphęromachia.]* Sphęromachia: i. ludus pilę plurimum uires corporis adiuuat.

Abripit. Pilam inuadit manus tantum flectens ac collum reliquo immobili corpore. Linea. *[Linea.]* Temporibus ſuis Pius alludit: quibus fune tranuerſo utuntur: qui tactus pila: iacturam affert colluſori. *[Sphęriſtes]*

Ancipiti orbe. *[Sphęriſtica ſaltatio.]* Folliculo et pila ancipitem reddẽte colluſorem: an linea tacta ſit. Pila uocatur anceps: non qđ ipſa ſit anceps: ſed quę reddit ancipitem: ut a Marone lętę uocantur ſegetes: quę lętos faciũt agricolas. Eſt figura poetica. Anxius. Sphęriſtes hoc eſt pilę luſor: ſuſpenſus et titubãs: inter ſpem ac metum poſitus. Ille. Follis: orbis: pila ſemper per aera uolitat: nunquã terrã uel tantillum attingit. Sunt qui credunt Rhodium genus ſaltationis innuere: quę ſphęriſtica dicatur: et ſphęriſtę ſaltatores: qui ſphęra. i. pila uterentur: de quibus meminit Homerus: et Athenęus pariter. Decliuis humi. Vergẽs in terram ſphęra. Sic enim ab Apollonio uocatur. Summus. Orbis: folliculus: ſphęra in ſummo ęthere poſita. Aethere aperto. In patula ſublimitate. Quãpropere. Apollonius ad altitudinem iaculandi refert: Pius ad celeritatem. q̃ uelociter miſſilia ex arcu currũt: et humana mens: qua nihil uelocius: longiſſima penetrat: manis tam cito impulſa mouetur. Propere. Perniciter. Adducto. Lunato: curuato: ad ſe tracto. Torquentur. Emittuntur. Spicula. Tela: miſſilia. Cornu. Arcu. Sollicitę. Anxię: cogitantis. quoniam celerius currit. Intima. Deſideria: affectus in mentis penetralibus concepti. Iſta comparatio nõ Apollonii: ſed Claudiani eſt de Tigride loquẽtis. Nõ ita ſollicitę mẽtis diſcurrit acumen.

Flamine

Flamine. Vento. Prata. Apol. θρινακίης λειμῶνα βοῶν τροφὸν ἠελίοιο. i. Thrinaciȩ pratū ſolis boues nutriens. Trinacriam uocamus Siciliam qđ tria habet acra. i. promontoria: ut auctor eſt Timęus. Hiſtorici Thrinaciam a Thrinaco Siciliȩ rege. Mylas autem eſſe Cheroneſum. i. cōtinentem Siciliȩ: ubi ſolis boues paſcuntur. Hoc et Plinius. Querceta. Vox latina. Claudianus poeta ſublimis: et grandiloquus. Rorabunt querceta fauis. Apollonius. ἴσονἐγγα δρία. Phaethuſa. A ſplēdore dicta: uñ Phaethon. excogitata a poetis in ſolis dotes nomina. Simillima patri. Splendore: formoſitateq́ coruſcat: ſoli perſimilis. Ramus. Baculus. Apollonius. ἀργύρεον χαῖον παλάμῃ ἔνι πηχύνουσα

Trinacria. Thrinacia. Querceta. Phaethuſa

Flamine: et heroum ualidis impulſa lacertis.
Prætereunt curſu uiridantia prata ſereno
Trinacriæ: quæ pulchra boues armentaq́ ſolis
Paſcit. ubi ſimiles mergis uada inire profunda
Aggreſſi minyæ: iunonis iuſſa faceſſunt.
Hic ouium balatus iners: quæ florida rura
Tondebant: leuibus cythiſis adoperta: Thymoq́:
Mugituſq́ boum informis peruenit ad aures.
Roſcida per Querceta iacens hic filia ſolis
Iunior: armentum phaetuſa ſimillima patri:
Paſcebat: ramus palmas argenteus armat.
Lampetie tauros fuluo ſimiles orichalco
Pulchra: pedū quatiens ſequitur: cui candida mēbra:
Candida formoſæ pariter ſunt membra ſorori.
Nox ruit oceano minyæ cum cœrula dorſa
Prætereunt maris anguſti: dum ruſus ab alto
Illucens aurora polo comitatur euntes.
Eſt ultra Ionium pelagus fœcunda: frequenſq́
Inſula: ubi nimio tumefacta ceraunia fluctu
Alludunt maria: et terrarum in uiſcera latrant.
Hic falcem ſupereſſe ferunt. Vos dicite Muſæ
Non decet humano diuina effarier ore.
Intulit hac patri Saturnus uulnera læſo.
Hanc Cereris culmos: robuſtaq́ farra ſecantis
Eſſe alii memorant. habitauetat hanc quoq́ terram
Alma Ceres ſpicas titania monſtra tumentes
Cædere falce docens dum Macrida diligit ipſam.

Armat. Munit ab iniuria: uel habebat pro ſtimulo: quo reguntur boues. Nec dedecet ſolis filias omnia habere pretioſiora. Lampetie. A ſplēdore perinde dicta: et ipſa ſolis filia: de qua Propertius. Pauerat hos Phœbo filia Lampetie. Pedum. Baculum paſtoralem. Maro. At tu ſume pedū. καλάβροπα uocat βουκόλος. Alludunt maria. Maria ceraunios montes alluunt. Terrarum. Quas aſſiduo fragore pertundunt ac excauāt. Supereſſe. adhuc reſtare. Videri inquit prope hęc litora falcem: qua Iupiter Saturno genitalia amputauit. Diuina. Res et hiſtorias diuinas temere publicare: quod ė dis iniuriam inferre: unde Steſichorus lumen amiſit: et palinodiam recinens recuperauit. Apol. ἵλατε μοῦσαι· οὐκ ἐθέλων ἐνέπω προτέρων ἔπος· ᾧ ἀπὸ πατρὸς μήδεα νηλειῶς ἔταμε κρόνος. Placidę eſtote muſę. non libens maiorum refero ſermonē: qua falce patris pudenda crudeliter Saturnus abſcidit. Celii patris pudenda a Saturno fuiſſe falce ſecta norunt omnes: uel qui nihil norunt. Lęſo. Offenſo: uulnerato: et amputatis teſtibus mutilato. Hanc Cereris. Sunt qui tradant hanc falcem eſſe cereris: qua uſa eſt in primā ſegetē ſecādam: et Titanes meſſem docuiſſe: quę cum primum inſtrumentū meſſorium fuerit: cultum eſt tanquā archetypon et primariȩ meſſis exemplar. Culmos. Stipulas triticeas. Robuſta. Rubida: quę meliora ſunt: unde a Marone dictum putant. Robuſtaq́ farra. forte non tantum quę ſunt eo colore colorata: q̄ ea quę ſunt uiuida: et pertinacia: unde robuſtum ſemen Columella uocat in ſecūdo. Robus: auctore Pompeio: apud ueteres dicebatur rubens. Iccirco bouem robum ruſtici uocabant. unde materia: quę plurimas huius coloris uenas habet: dicta eſt robur. Et homines ualentes ac boni coloris robuſti. Quid ſi robuſta farra tranſfers ad opinionem Columellę: qui Robum genus tritici ponit: pondere et nitore prȩſtātis: qđ Italiam fortunatam Plinius auctore Sophocle dixit. Frumento caneſcere candido. Secantis. Metentis. Titania monſtra. Gigantes Titanes uaſtos ac monſtroſa: prodigioſaq́ corporatura ſtaturoſos. Alma. Quę mortales aluit.

Lampetie. Pedum. Calabrops. Falx Cereris. Titanes. Robuſtum frumentū. Robus. Robus bos Robur unde. Italia fortunata.

Tumentes. Fertiles: prȩgnantes: uuidas. Macrida. Nutrix Bacchi: de qua dicetur inferius. Nunc ciuitatis nomen: quę Macris prius dicebatur: nunc a falce drepane. Diligit. Et dilectionis ſignum ſpicarum meſſem docuit. Iuxta Plautum. Qui beneuolunt: benefaciant.

Sacrę. Cereri dicatę. Phęacū. Aliqui phęacas gigantas putant. Alcęus ait phęacas ex guttis cœli generatos. Apollonius illos Macridē nutricē habuiſſe refert. Cœleſtibus horis. Regionibus cœli. Homerus a deis phęaces originem traxiſſe refert. Apollonius. Αἱματοσ οὐρανίοιο γένος φαίηκες ἔασι. ex quibus uerbis patet ſanguinem: genuſq; a cœlo deduxiſſe phęaces. Auris. Vel laborē paſſa in Sicilia: uel uecta uentis a Sicilia uenientibus. Trinacriis. Siculis ut ſupra retulimus. Euagatus licenter eſt Pius in ſuperioribus teſtatus utiq; non in Italię finibus ſitam eſſe Siciliam. Franciſcus tamen Petrarchę mellifluus gereniuſq; ſenex Siciliam uindicat Auſonię: quibus auctoribus ipſe uiderit. Dicā quod Bartholiſtę ſolent. Doctori nō allegauti legem: minime creditur. Rutilius Claudius Numatianus Poeta perelegans ſic ab Italis Siciliam excludit.

Italiam rerum dominam qui cingere uiſu:

Et totam pariter cernere mente uelit
Inueniet quernę ſimilem procedere frondi
Artatam laterum conueniente ſinu.
Milia per longum decies centena teruntur
A ligurum terris ad freta ſicanię.
In latum uariis damnoſa anfractibus intrat
Tyrrheni rabies: adriaciq; maris.
Qua tamen eſt iuncti maris anguſtiſſima tellus
Triginta et centum milia ſola patet.
Diuerſas medius mons obliquatur in undas
Qua fert atq; refert Phœbus uterq; diem.
Vrget dalmaticos eoo uertice fluctus:
Cęrulaq; occiduis frangit etruſca iugis.

Nomina tam Drepanes fuerunt celeberrima ſacræ.
Phæacum fuit hæc nutrix. proceſſit origo
Phæacum Nymphæ a genere: et cœleſtibus oris.
His uexata malis: pontiq; laboribus Argo
Trinacriis uaſtum in pelagus penetrauerat auris.

Finis libri Noni Argonauticon.

Finis Noni Commentarii in Argonautica.

## DECIMVS COMMENTARIORVM IN ARGONAVTICA LIBER.

### ARGVMENTVM.

ASON relicta Sicilia ad Phęacum populos uſus nauigatione ſecunda peruenit. Quo ſi/militer appulerunt Colchi cum claſſe inſtructiſſima Medeam repetẽtes: etiam certare parati. Alcinous tamen rex illius orę certamina tanta dirimit: et pacem procurat: hortatus ut mallẽt iure q̃ uiribus certare. Mox ſententiam tulit ut ſi Medea nupſerat Iaſoni: qđ ut uxor: a ui/ro reuelli non poterat. Sin autem uirgo eſſet: qđ erat in patria poteſtate: patri reſtitueretur. Reperta eſt Medea Iaſoni nupſiſſe: ideo additur Iaſoni ut uiro: et cum Iaſone marito remanet. Colchi Barbari regis iram ueriti apud phęacas conſederunt Nauigat Iaſon uſq; in Peloponeſum ubi reflatus eſt ab aduerſo uento in Libyam. Heſperides deſcribuntur. Mors Mopſi a ſerpente percuſſi. Tritonis au/xilium: et in argonautas beneficia. Inſula Anaphe. Euphemi ſomnium. Minyarum felix ab ęgina in gręciam reditus.

## LIBER DECIMVS ARGONAVTICON EX APOLLONIO RHODIO INTERPRETE PIO BONONIENSI.

Nterea ſuperum lenita Theſſalus ira:
Emenſoq; mari: luctuſq; ignarus Iaſon
Obuertit proram: et melioribus appulit oris.
Hic molles inter populos libamina diuis
Porricit Alcinous: qui uiſa cõminus Argo:
Et duce ſidereo: medium quem lecta iueuntus
Ducebat regis placidam felicis ad urbem:
Gaudet: et hoſpitio lætus ſuſcepit amico.
Phæacum plebs læta uiro eſt: feſtiq; fauoris
Signa parat: lætos ignes: ramoſq; uirentes
Poſtibus imponit: choreaſq;: et carmina ludit.
Inter lætitias: et feſtæ munera menſæ
Surgit amari alquid. Colchorum claſſis: et ingens
Aeetæ populus: magnis clamoribus actam
Soligenæ natam phæacum in iura repoſcunt.
Vis animi trucis et mores: et barbara corda:
In bellum furiaſq; rotant. Decernere ferro
Fert animus. ſed ſceptra tenens certamina tanta
Alcinous dirimit: ſedatq; immitia cæpta.
His colchis turbata malis: ſtimulata furore
Aretes genua: amplexuq;: et ſupplice dextra
Reginæ tangit paſſis per colla capillis.

πολλὰ δὲ χερσὶν Ἀρήτης γούνων ἀλόχου ἅγεν ἀλκινόοιο

Vperum. Deorum Dianę et Iouis Abſyrti morte lę/ſorum. Theſſalus. Iaſon. Ira. Cõcepta morte pueri.
Lenita. Per expiationem a Circe factam. Emenſo. Sulcato: naui/gato. Luctus. Mox futuri: appel/lentibus ſtatim Colchis ac Mędeam repetentibus. Obuertit. Contra phęacas proram uertit: mox puppis retinaculis ligata litori annectitur: et in litus ſpectat: prora in pelagus ingruit. uel proram uertit cõtra ma/re: puppem in litus. Maro in ſexto. obuertunt pelago proras. Melio/ribus. Mollioribus i delicatioribus i felicioribus. Nihil phęacum ſolo fe/licius: ubi arbores de quibus Papi/nius. Quid bifera Alcinoi referam pomaria? uoſq; Qui nũq̃ uacui ꝓdi/ſtis i ęthera rami? Porricit. Porro iacit. uerbũ ſacrificale auctore Ma/crobio illud Maronianum adducẽ/te. Extaq; ſalſos Porricit in fluctus. Porricere.
Phęacum. inſulę Corcyrę popu/li Phęaces in ora maris ionii poſiti dicti auctore Stephano a Phęace fi/lio Neptũni et Cercyrę Aſopi filię.
Amari aliquid. Lucretius. Me/dio de fonte leporum ſurgit amari aliquid. Actam. Impulſam. So/ligenę. Aeetę Solis filii. Rotant. Pręcipites agunt. Bacchus in Mar/tẽ: mortẽq; rotat: infit ille. Valerius Flaccus hic trũca rotatis bacchia ra/pta uiris. Decernere. Pugnare. Soligena. Rotare.
Colchis. Medea. Malis. qđ re/petebatur a patre. Aretes. Arete uxor Alcinoi: Medeę fauens. Ge/nua. Quę ſunt miſericordię dica/ta. Apollonius Rhodius. Arete.
Paſſis. Sparſis a pandor.

Adſis O regina mihi: plaudoq; fauore
Adſpira, genibuſq; tuis miſerere puellæ
Supplicis: atq; fero ne me rogo Dede parenti.
Scis etenim quantum errori: quantumq; periclo
Obuia ſit mulier. mea tunc præcordia mouit
Dirus amor: uehemens et quæ mouet omnia erinnys.
Non furor. Hoc nouere faces hyperionis Aſtri:
Tectaq; noctiuagæ perſeidos orgia diuæ.
Imprudens Regina ducem: peregrinaq; nauis
Tranſtra ſubi: triſtis ſtupor hæc perſuaſit: erinnyſq;
Impulit in facinus. prudentia defuit orſis.
Non ſecus ac thalamis fueram impollura paternis:
Talem me caſtus ſemper ſeruauit Iaſon.
At ueneranda mei queſo miſerere doloris,
Fortunæ miſerere meæ. Tu diua maritum
Flecte: potes certe. Quid enim non unica poſſis?
Sic tibi Di felix æuum: felicia regna
Dent: decus, et natos: et nullis ſceptra periclis.
Talia cum lachrymis Medea: et ſupplice dextra
Fundebat faciles reginæ mitis ad aureis.
Nil actum tamen ipſa putans licet omnia caute
Curarit: graios uerbis ſic mulcet amicis.
Heroes auguſta cohors: diuumq; propago
Seruate incolumem quæ uos ſeruauit ab hoſte
Incolumes: quæ cuncta dedit: quæ cuncta reliquit:
Parrhaſio genitor diues quæ poſſidet orbe.
His oculis, inquam his oculis, ſopire Draconem
Vidiſtis mea uerba ferum: ſpirantiaq; ora
Taurorum æternos ignes: teſtinguere ſuccis

Adſis. Fauorem pręſtes. Verba Medeę ad Areten. Apollonius. γουνοῦμαι βασίλεια. σὺ δ' ἵλαθι. μηδέ με κόλχοις Ἐκδώῃς ὦ πατρὶ κομιζέμεν. Obuia. Nedum ſuccumbit errori: ſed occurrit. Apollonius. Οἷσιν ἐς ἄτην ὠκύτατος κουφαισι θεινόος ἀμπλακίῃσιν. ad culpam et damnum uelociſſimam eſſe mulierum mentem. Pręcordia. Apollonius. Tunc mihi mens cecidit. Ab ętatis ſimplicitate errori ueniam petit. Hyperionis aſtri. Sideris ſolis. Iurat per ſolem autem. Apollonius. ἴστω δ' ἱερὸν φάος ἠελίοιο. Sciat hoc ſacrum lumen ſolis. Tecta. Arcana. Apollonius. ἴσω νυκτιπόλου περσηίδος ὄργια κούρης. Triſtis ſtupor. Error odioſus: inuiſus. Quidā torpor ac deſidia uirtutem prępeditā continens. Apol. ςυγερὸν δέ μετάρβος ἔπεισε. i. triſtis mihi ſtupor perſuaſit. Orſis. Cœptis amatoriis. a uerbo ordior quod ſignificat incipio: quo uerbo paſſim Bononienſes utuntur: etiam mulierculę: quę telas ordiri dicunt. Nō ſecus. nō aliter uirgo ſum q̃ in domo patris. Occurrit obiectioni tacitę ne credat id feciſſe turpis cupidine feruoris.

Mulier ad damnū uelox.

Impolluta. Sincera: intacta: intaminata. Talem. Tam pudicā: tam ſimplicem. Veneranda. Apol. ait πότνα. Potes certe. Flectere. Maritus enim eſt. Tu formoſa: prudens: regina. Vnica. Singulariter ac unice amata. Poſſis. Poſſes apud aures beneuolentiſſimas. Dixit Apol. τεὸν δὲ πόσιν μειλίσσε. Tuum maritum placa. Decus. Formoſitatem perpetuā. Apollonius Rhodius. σοὶ δ' ἐπάσειαν Ἀθάνατοι βίοτόν τελεσφόρον ἀγλαΐην τε. καὶ παῖδας καὶ κῦδος ἀπορθήτοιο πόληος. Nullis periclis. Sine bello: depopulatione: uaſtationibus: incēdiis. Faciles aures. Faciliter ac beneuole uerba accipientes. Aures ab hauriēda uoce dictas aliqui putant. alii quaſi audes: unde auricularium ſpecillum uocatum ad ocularii differentiā: quo utebantur ad purulentas et affectas aures ſanādas et inungendas. Medicū neſcioquem obiiſſe prodit Plinius dum per oculum ſpecillum trahit.

Aures unde. Auriculariū ſpecillū

Nil actum. Iuxta illud Lucani. Nil actum credēs cum quid ſupereſſet agendum. Graios. Minyas. Mulcet. Erant enim in Medeam male animati qd̄ per eius fugā uidebant ab Aeeta perſecutionem parari. Auguſta. Beneuolentiam muliebriter blandiens captat.

Parrhaſia.

Incolumem. Medeam. Ab hoſte. Abſyrto. Cuncta. Regno paterno ſubdita. Parrhaſio. Pontico: ſeptētrionali: cui ſideri regnum Aeetę ſubiacet. Sic oram illam totam ab urſa parrhaſia irradiari ſępe in ponto teſtatur Ouidius. Sopire. In ſomnum reſoluere: ſoporare medicata fruge. Ferum. Non cicurem: intractabilem: ſoli manui meę aſſuetum. Ora taurorum. De Tauris his igniuomis: et flammam anhelantibus in ſuperioribus affatim diſceptatum. Spirantia ignes. Pro ſpiritu flammā anhelantia. Aeternos. Continuos: indeſinentes. Reſtinguere. Sepelire: delere: iunge cum uidiſtis. Reſtinguere me uidiſtis ora taurorum ęternos ignes ſpirantia.

Adiungere. Tauros annectere: componere. Quę. Ego Medea. Decreui. Delibéraui poſt longã cõſultationem me fidei ueſtrę creditam perire non poſſe. Squallentia. Rutilantia: unde ſquallor aurea coruſcatio a ſquammis. Tegmina. Pellis aurea: quę texit arietem Phrixi. Ducẽda. Inſtar tropheorum: ſpoliorum. Mi. Mibi. Hoſpitii diuos. Ego hoſpita ueſtra fui: uos mei patris. Veremini deos hoſpitales. Apollonius. δείσατε συνθεσίας τε καὶ ὅρκια. δείσατ᾽ ἐρινὺν ἱκεσίην. i. Timete pacta et iuramenta: Timete erinnyn ultricem et nemeſin. Pium. Pietatem et iuſtitiam. Quos animos. q̃ feroces: q̃ egregios atq; pręſtantes.

Squallor.

Timete nemeſin.

Herbarum magicis: curuoq; adiungere aratro.
Quæ mea: quæ me ipſam fidei imperterrita ueſtræ
Credere decreui: et fuluis ſquallentia uillis
Tegmina: quæ graias eſſent ducenda per urbes.
Omnia cum uobis dederim nil mi ipſa reliqui
Hoſpitii præter diuos: et fœdera dextræ
Iuſq; piumq; datæ. Veſtrum defendite corpus.
Veſtra ego ſum: et ueſtro pars non indigna triũpho.
Cur ſanguis: cur corda tepent: quæ robora uidi?
Quos animos? noſtris pro mœnibus agmina quando
Enſe metebatis perſæ: cum uictor Iaſon
Cæſorum innumeros pedibus calcaret aceruos.
Ergo qui magnos potuiſti uincere reges:
Vincere relliquias: fugitiuaq; caſtra timetis?
Non pater hos mittit. fugiunt immane parentis:
Barbaricumq; iugum: uiolentaq; iura Tyranni.
Prociduo ſic fata genu. Quicunq; loquentem
Audiit: illam animo conſtanti: et pectore firmo
Eſſe iubet: quatiunt haſtas: pugnaſq; laceſſunt.
Nox ruit: et terras ſomno demulcet inerti,
Graia tamen uigilat pubes: et pectore uerſat
Omnia: quæ belli fortuna alterna minatur.
Qualis inexhauſtæ pernox operata mineruæ
Defletis mulierq; thoris: uiduoq; cubili:
Pignora quam circum caro flent orba parente.
Deuouet aduerſam ſortem: miſeroſq; hymenæos
Mœret inops, lachrymis et lumina triſtibus hument.
Sic minyis maduere genæ: ſic corda dolore
Anxia facta graui: ſubitoq; immortua caſu.
Alcinous contra: uenerandaq; rege marito

Noſtris pro mœnibus. Quando nos ab exercitu Perſę defendiſtis. Metebatis. Occidebatis. Horat. Et metit Orcus Grãdia cum paruis nõ exorabilis auro. Hieronymus. Acutus gladius ex ore regis procedens quęq; metit. Prę̄metium uocabatur quod pręlibationis cauſa prę̄metitur. Perſę. Fratris Aeetę: qui illi bellum indixerat. Calcaret. Ouidius in ponto. Enſe tuo factos calcabas uictor aceruos. Cęſorum. Occiſorũ. Prociduo. Ad heroas inclinato. cõnixa enim genibus orauerat. Succiduũ genu dicimus quod ſuccidit: et non tenaciter ſtat. Ouidius in heroicis epiſtolis. Succiduo dicor procubuiſſe genu.

Metere.

Prę̄metiũ.

Succiduũ genu.

Laceſſunt. Animo ĩ pugnas prouocant: quãuis abſentes Colchos. Quatiunt. Apollonius. σεῖον δ᾽ ἐγχείας εὐκάλους ἐν παλάμῃσι. Concutiebant lanceas acutas in manibus. Nox. Apol. νὺξ ἔρεβος ἀνδρέσσι κατεῖχεν ἀπασαν γαῖαν ὁμῶς. Alterna. Fauores alternãs et uariãs: modo mihi: modo tibi benigna. Martem ἀλλοπρόσαλλον. i. ab alio ad alium idest deſultorium: uocat Homerus. Inexhauſtę. Indeficiẽti lanificio. ἀλωστῆρα ἑλίσσει. hoc eſt fuſum uoluit: ait Apollonius. Pernox. Totam ac perpetem noctem ũens. ἐννυχίη dixit Apol. Mineruę. Filandi aut texẽdi ſtudio. Defletis. Conclamato lachrymatoq; matrimonio deſperatis. Eſt hęc apud Maronem comparatio: ſed longioribus explicata uerbis. Pignora orba. Apollonius. μύρεται ἔρφανα τεκνά. deflent orbi filii. Hymenęos. Infortunatum coniugium uidua deflet. Humẽt. Apollonius. σταλάει δ᾽ ὑπὸ δάκρυ παρειάς. Stillat lachryma ſub genas. Humeo humui facit. Ouidius quarto faſtorum. Diſcite nunc quare fortunę Tura uirili Detis: eo gelida qui locus humet aqua. unde humectum: et uerbum humeſco. Maro quarto georgicon. Qua niger humectat flauentia culta galeſus. Immortua. Ita reſolue. mortua in ſubito caſu. Imitatio Valerii Flacci qui dixit in quarto. Hic trunca rotatis brachia rapta uiris: Strictoq; immortua cęſtu. Color. Sequit̃ opinionem illorum qui dicunt colorem quidem noſci ex corporis miſtura: ſed abſq; luce non uideri. Iuxta illud Virgilianum. Nox abſtulit atra colorem. Auempacis opinionem alibi confutauimus.

Mars alloproſallos.

Pernox.

Humere.

Humectũ.

Humeſco.

Immortua

Vaneſcit. Non apparet deficiente luce. Ab orbe. Ab humano uſu: non a corporibus: quibus perti/naciter hęret. Stratis. lectis. Virgine rapta. Medea. Oppreſſam. Obrutam. Cognata. Propter Phrixum: qui ſororem Aeetę duxerat uxorem nomine Chalciopen; quam alii filiam dicut. Pius auſis. Cœptus Iaſonis honeſtis: qui hęreditatem auitam repetebat. Proxima. Ab honeſto argumentata prius eſt: nunc argumentatur ab utili: monens Alcinoum ut potius faueat argonautis: qui ſunt gręci: regulisq́ regi barbaro lógiſſime diſſi/to: qui nocere prodeſſeq́ non poteſt. Hecateia. Medea: quę Hecaten in maioribus numerat. Adducier. Adduci. Proparallepſis. Igniuo/mos. Ore reſlantes ignem pro anhe litu: de quibus Ouidius. Quorum terribilis ſpiritus ignis erat. Noſ us. Magnus: et nunq́ amplius audi tus qđ uirgo barbara incognito et pe regrino ſic faueat. Fœdera. Iura matrimonii. Pios foue. Solebat di cere Solon duobus reſp. contineri: pręmio uidelicet et pœna. Decet igi tur fouere hominem pium tanquam diis cordi exiſtentem ex morum con/formitate: iuxta illud Horatianum. Ad ſummam ſapiens uno minor eſt Ioue. Periurus. Si Medea patri per te reddetur: periurum facies Ia/ſonem: aut qui pactis non ſtabit. Nã qui promiſit uxorem ducturum Me/deam: ſi per te ducere nõ poterit: co/getur eſſe perfidus: nec fidem puel/lę ſeruare poterit. unde decipiet ab Iaſone uel nolẽte. Ordo. Iaſon per/iurus erit ſi patri reddatur: ſubin/tellige Medea. Quin. Argumen/tatur ab impoſſibili. Nec eſt poſſibi le Medeã reddere: quin aliquod ma/lum eueniat: et ſanguinarium faci/nus. An perſuadere potes tibi patrẽ lęſum: temeratum; traductum flagi/tio filię: patrem barbarum: abſtine/re poſſe manus a cęde filię: cuius uir ginitat. ac ſtatulę a peregrinis pu/tat illuſum. Percitus. Stimulatus. Pręcipiti. Effreni: temeraria. Amantem: Medeam ut amantem amẽté. In natas. Probat ab exem plo patres ſępiuſcule i filias probro plenas ſolere ſęuire: depoſita p tem/pore pietate. Iniqui. Immodici: uęſani: terribiles: excedentes ęquas animaduerſiones. Interdũ. Cum eorum pietas facinoribus filię perditis lędit. Rhodius. λίην γὰρ δύσζηλοι ἐπὶ παισὶ τοκῆες. Valde iuidi ſuis filiabus patres. Antiopã. Antiopa Nyctei filia: quã Iupiter i ſatyrũ uerſus corrupit. Quę poſtea Nyctei uxo/rem fugiens nouercam: abuit in Sicyona ad Epopea. Pariens autem Amphionem et Zetum: iram pa/tris irritauit: eam in carcere detinuit: et Dirce cuſtodiendam dedit: quę eam peſſime habuit. Filii tandem eam carcere exemerunt; et Dircen interfecerunt. Fuit ęrumnoſa propter coitum cum Ioue: inde a Per/ſio dictum. Antiopa ęrumnis cor luctificabile fulta. Hanc fabulam Propertius elegantiſſime deſcripſit. Danae. Quę ex Ioue in aurum uerſo Perſeum concepit: unde a patre in mare merſa cum filia: nauis tantũ cui fuit impoſita incolumis euaſit in inſulã Seriphũ ad regẽ Dyctim. Echetus. Apol. nuper uõ lõge cõtumelioſus Echetus: in pupillis ſtimulos ferreos adegit filię ſuę: quę nũc pœna piſtrini afficit. Hu ius Echeti: ut ſcribit iterps Apollonii: meminit Homerus. Orbes. oculos. Sidereos. priuſq́ effoderet.

Pręmio et pœna rẽp. contineri.

Antiopa.

Dirce.

Danae.

Dyctis.

Echetus.

Arete dum nocte color uaneſcit ab orbe:
In ſtratis cum multa ſimul de uirgine rapta
Conſuluere ſuis iuuenem regina maritum
Obſecrat: et blandis demulcet pectora uerbis.
O dulcis coniunx oppreſſam Aeetida curis
Exime: quæ minyas fouit: cognataq́ grauí
Arma ducis: facilemq́ pius ſe præbuit auſis.
Proxima regna tenet nobis argiua iuuentus:
Aeetæ multum diſtantia regna tyranni:
Infelix quem non hecateia uirgo moueret?
Certe animum: mentemq́ meam commouit. Iniqui
Ne patris ſub iura ſinas adducier: orat.
Se putat eſſe pater læſum; qđ cantibus anguem
Sopiuit magicis: tauroſq́ ad aratra ſubegit
Igniuomos pia uirgo: trucem fugit anxia patrem.
Ac patris ingentes iras et barbara corda
Munere quo: officiiſq́ nouis perſuaſus Iaſon
Perpetuos ſpondet thalamos et fœdera lecti
Intemerata ſui patrias cum aduenerit oras.
Ergo pios rex iuſte foue. Periurus Iaſon
Si patri reddatur: erit. Quin percitus ira
Præcipiti genitor uita ſpoliarit amantem.
In natas etenim proprias et pignora iniqui
Eſſe ſolent poſita interdum pietate parentes.
Antiopam Nycteus pœnis affecit acerbis.
Et patris irati Danae perpeſſa furorem eſt.
Incenſus nuper furiis miſerabilis orbes
Sidereos Echetus Natæ confodit acutis

iii

Stimulis. χάλκεα κέντρα uocat Apol. i. ferreos ſtimulos. Adigit. Cogit. piſtrini pœnam deſcribit. Saxo. Piſtrino. Mola. Piſtrino. Fœdare. Turpare labore piſtrinario. Tatum effata. Hęc tantum uerba dixit Arete. Amans. Alcinous. Non dubitem. Si tantū quod pium eſt ſpectare uellem. Virgo. Medea. Spernere. Apol. Ἀλλὰ δίος δέδοικα δίκην ἰθεῖαν ἀτίσαι. Sed Iouis timui iuſtitiam rectam ſpernere. Pręſtat. Expedit. utile eſt.

Proh ſtimulis: adigirq; ferus nunc frangere ſaxo
Hordea: candenteſq; mola fœdare lacertos.
Tantam effata: uirum curas diducit in omnes.
Aretem his coniunx ſolatus uocibus infit.
  Barbaricos noſtro Colchos expellere marte.
Non dubitem: ſic uirgo animum: ſic flexit Iaſon.
Spernere ſed timeo recti pia iura tonantis.
Nec præſtat ſæuum Aeeten contemnere longe
Regnantem. Quis enim ditione potentior illo?
Vt qui graiugenas bello uexare feroci
Poſſit: et argolicum legionibus impleat orbem.
Expediet quare triſtem componere litem.
Iudicio nec te coniux dilecta latebo.
Si non iuncta uiro fuerit: uirgoq; manebit
Aeſonidæ a naui patrias reuehetur ad urbes.
Sic ait: et dulci conceſſit lumina ſomno.
Actutum prudens carū regina maritum
Deſerit thalamis. Dominam comitantur euntem
Ad iuſſus famulæ celeres: quæ ponere nigras
In ſtatione comas; redimiculaq; apta ſolebant.
Præconem uocat interea; qui præpete curſu
Conueniat furtim æſonidem; miſcere repente
Fœdera connubii iubet; et genialia fulcra
Sternere: nec regem ulterius prece tundat inani.
Non thalamo abducet pactam. amplexuq; mariti.
Si fuerit Virgo patrias reuehetur ad oras.
Sic ait. appropetat Præco ductoris ad ædes
Aeſonidæ; Aretes dicturus iuſſa fauentis,
Diuiniq; animum Alcinoi. prope palladis Argo
Repperit hos uigiles ſumptis concorditer armis:
Hyllicium ad portum; et præclara non procul urbe.
Nuntiat his dominæ Præco mandata potentis.
Gaudia continuo mentem ductoris Achiui
Pertentant, proceres læti; ſed lætior una
Virgo metu poſito lachrymiſq; ſerena fugatis.

Longe amotum. Vt qui longe poſitus ſit. Orbem argolicum. Totā orām gręcanicam. Expediet. utile erit. Ouidius in amoribus. Expedit eē deos: et ut expedit eē putemus.

Latebo. Nō celabo te animi mei ſecreta. Regis male ſobrii ſignum: qui uxori detegit arcana. Aeſonidę a naui. Educta et extracta ab Argo naui reuehet ad patrem. Redimicula. Satyrus. Accipient te paulatim: qui longa domi redimicula ſumunt. Eſſe ſolēt. Rhodius. αὐτίκα δ' ἐξ εὐνῆς ἀνεχάζετο, σὺν δέ οἱ ἀμφίπολοι ... ſtatim ſurrexit ex lecto: ſimulq; ſurrexerunt mulieres famulę dominam ſuam ornantes. Celeres ad iuſſus. Promptę ad nutus Heriles. Celer Pręco. Recurre ad uerbum iubet. Miſcere. Confundere ea celeritate qua hoc fieri poteſt ſtatim. Medeę iungantur. Regem. Alcinoum: qui non poteſt a iuſtitia diſcedere. Tundat. Obtundat; inſtet: fruſtra petat et urgeat.

Redimicula.

Non thalamo. Alcinous a marito non auellet uxorem: cęterū ſi uirgo fuerit Medea ad patrem iure bono reducetur. gręce ſic.
παρθενικὴν μὲν ἐοῦσαν ἐῷ ἀπὸ πατρὶ κομίσσαι
Ἰθύνω, λέκτρον δὲ σὺν ἀνέρι πορσαίνουσαν
Οὔ μιν ἑοῦ πόσιος νοσφίσσομαι. i. uirginem exiſtentem ad ſuū patrem deducere rectum puto. Lectū uero cū uiro paranté: non a ſuo uiro ſeparabo. Aedes. Caſtra uel nauim. nam apud portum hoſpitiū erat Iaſonis apud Argo nauim.

Vxor a marito non auellatur.

Fauentis. Quę Arete regina fauebat Argonautis. Palladis. extructam a Pallade. Vigiles. In excubiis ſtantes propter timorem claſſis ponticę. Hyllicium. Interpres Rhodii. Hyllicos portus ab hyllo Melites et Herculis filio. Continuo. Statim. Pertentant. Perfundunt. Nam Iaſon lubens Medeam poſcebatur. Ductoris achiui. Iaſonis: quem ducē tanq; cohortis gręcę etiam annuēte Hercule legerunt.

Hyllicios portus.

Proceres. Minyę. Subintellige ſunt. Lachrymis. Quas pridem ad reginę genua ſupplex effuderat. Serena. Fugatis ai et corporis ſollicitudinibus: qd ei iūgebat; quē patris domeſticęq; captatē pfugerat.

**Coronare** Coronant. Implent. Vox Maroniana: et Homerica. Vndiq; enim poculi orificium ambitur a uino: ut corona quadã. Super media. In media. Apollonius. Αὐτονυχὶ κούρῃ θαλάμιον ἔντυνον εὐνήν. Ipſa nocte uirgini ſponſalem parabant lectũ. Lectis. Habentibus omnia ſigna ſacrificiis apta: quę ſunt apud Gelium. Fulcra. Sternunt lectum genialem Iunoni in antro Macridis: ubi uidelicet
**Macris.** Macris Bacchum fouit et unxit a matre Semele fulmine occiſa deſtitutum. Macris filia fuit Ariſtęi ut innuere uidetur Apolonius. his.

Actutum ſuperis minyæ cratera coronant
Nocte ſuper media: lectiſq; bidentibus aras
Conſtituunt: pariterq; thoros: genialiaq; antro
Fulcra parant ſacro: quæ quondam Macris habebat.
Macris Ariſtæi uirgo: qui dulcia mella
Repperit: er pingues ſuccos canentis oliuæ.
Illa deum complexa ſinu Nyſeion: alma
Euboia genitum confouit Abantide nutrix
Infantem miſerata. Nouo madefecerat ora
Arida melle Macris cum ex flamma ferret Iacchum
Mercurius pernix: puerum quem dura ferentem
Iuno uidens: tota indignata faceſſere iuſſit
Inſula: et ut ſacro mandauit degeret antro
Indigenas opibus: fœcundaq; prædia ditans.
Hic minyæ celebrare parant connubia feſta:
Phrixeoq; iuuat lectos ſtrauiſſe metallo:
Vt meliore toro maior quoq; gloria ſurgat.
Florilegæ occurrunt nymphæ: quæ lecta caniſtris
Serta ferunt: ſtratoſq; hymbri lætantur odoro
Irrorare toros: feſtiſq; applaudere menſis.
Ardentes oculi nymphis luce atria fulgent:
Ambroſiæ per dorſa comæ: pluuioq; madentes
Nectare: diuinum fundebant uertice odorem.
Has genuiſſe ferunt ægeum flumen: at illas
Collibus excelſis Meliteion has nemus altum
Protulit: in uiridi ſolitas colludere campo.
Impulit æſonidem magno dignata fauore
Iuno iouis conſors: thalami ad conuiuia: nymphas.

Lectio genialem idſet. θαλάμιον parabant in antro diuino ubi quondam Macris habitabat uirgo ſuauis Ariſtęi: qui opera apum inuenit: et laborioſę pinguem oliuę
**Habere.** ſuccum. Habebat. Habitabat. Plautinum uerbum: ideo non repudiandum: quoniam auctore Gelio omnium latinarum deliciarum parẽs fuit Plautus. Virgo. Filia. κούρη gręce dicitur: quo pacto apes repererit Ariſtęus elegantiſſime Maro libro georgicon quarto deſcribit.
Canentis. Candidi corticis. Alii Palladem oleum inueniſſe produnt.
Illa deum. Fingit Bacchum primum ex uentre Semeles eductum: in hoc antro a Macride fuiſſe cõfotũ.
**Nyſeius Bacchus.** Nyſeion. Bacchum a Nyſa loco dictum. Alma. Nutrice terra.
Euboia. Rhodii uerba. Illa in pri
**Euboia Abantis.** mis Iouis filium Bacchum in Euboia Abantide ſuo ſinu ſuſcepit: et melle ſiccum labrum madefecit.
Abantide. Tanquã Euboiã Abãtis filiam dicat dediſſe terrę nomen Euboię. nec enim dicit Euboiã fuiſſe matrẽ Bacchi. ſed in Euboia terra educatũ Dionyſon. Euboia inſula: inqt Stephanus: quę et Macris dicta eſt. Eſt inſula et Macedonię ciuitas: quã ſic uocarunt Abantes: unde fortaſſis Abantidẽ uocatã prodit Apollonius. Sunt qui non Semeles: ſed Euboię Abantidis filium Bacchum putent: et huc Rhodii uerba trahũt.
Nouo. Nup ab Ariſtęo reperto.
Pernix. Velox. Faceſſere. Abire.
Tota. Apollonius inquit. πᾶσαν ἐξήλασε νήσου. hoc eſt tota expulit inſula. Antro. Vt Macris hanc phęacum ſpeluncã habitaret. Ditans. Iuno. Apolonius. καὶ πόρεν ὄλβον ἀθέσφατον ἐνναέτῃσιν. Et prębuit diuitias maximas incolis. Metallo. Pelle Arietis Phrixi ut lectus eſſet honoratior lodice ſuperba. Surgat. Creſcat honor nuptiarum ex ſtragulis pulchrioribus. Florilegę. Nymphę flores un-
**Florilegę apes.** diq; colligentes. Sic apes uocanť ab Ouidio. Hymbri odoro. Sparſione florũ odorifera: quę ut hymber uarie omnes aſpergit: et odorem gratiſſimum inhalat. Irrorare. Aſpergere. Ouidius de aurora. Et toto rorat in orbe. Applaudere. Lętum occinere. Ardentes. Erant. Luce. Lux corporum diuinorum cuncta colluſtrabat. Aegeum. Non de mari intelligit: ſed ęgeo fluuio Corcyrę: ut tradit inter-
**Melitęum.** pres Rhodii. Meliteion. Mons Corcyrę melitęũ. Campo. In nemore: uocat inde Rhodius ἀλσηίδας. i. nemorenſes. Impulit. Cum uerbo nymphas iungitur. Ordo. Iuno Iouis conſors dignata Aeſonidem magno fauore impulit nymphas ad conuiuia thalami: per conuiuia thalami ępulum intelligit: quod in ſponſalibus celebratur opipare: genialiter lante: copioſe.

Extat adhuc ſacrum celebrati nominis antrum
Medeæ formoſus ubi genialia fulcra
Explicuit ductor: cum terra et pronuba Iuno
Signa dedit: fulſit nymphiſq; ululantibus æther.
Heroes contra ualidis concuſſa lacertis
Arma tenent: ne quo conuiuia feſta tumultu
Pontica turbaret ueſano turbine claſſis.
Thracius interea citharæ grātiſſima Vates
Fila regens: cecinit lætas hymenæon ad aures.
Externis non hos thalamis ſperauit Iaſon
Concelebrare toros: patriis ſed lætior oris
Ducere magnifico ſpectacula feſta triumpho.
Hoc pariter Medea uelit. ſed numina ſortem
Humanam alternant, nec certo uela fauore
Noſtra ferunt Zephyri: præſenſq; aſſibilat aura.
Aeſonides colchiſq; licet dulciſſima libent
Gaudia, iudicium tamen, Alcinoumq; uerentur.
Cum ſubito Ambroſiis rediens ſplendoribus Eos
Aeris abſterſit tenebras, telluris et umbram.
Littora phæacum roſeo ſplendore renident
Adueniente dea croceo Titonide peplo.
Interea ſurgit murmur, creſcitq; tumultus
Per fora, perq; uias urbis, Gens barbara Colchi
Macridii ſurgunt diſtantes finibus agri.
Cum ſubito Alcinous ſolio ſubnixus eburno
Arbiter adſedit iuris reſponſa daturus.
In manibus ſceptrum ex auro rex magnus habebat
Iudicii ſocium: quo ſanctum exercet honeſtum,
Iuraq; recta pio promit de pectore iudex.
Phæacum patres ſerie per caſtra uerenda

Extat adhuc. Audiuiſſe Pius dum Mediolani doceret: profitetur a Demetrio Chalcondyle etiam hodie illic antrū Medeę uocari. Rhodius. νῦν ἱερὸν κληΐζεται ἄντρον μηδείης. Celebrati. percelebris et famigerati. alludit uerbo Rhodii κληΐζεται. Explicuit ductor. Magnū torum ſtrauit: ſed nuptialem. Cū terra. Gręcus feſcenina breuitate et ſubturpi dixit. Ὅθι τοὺς γε σὺν ἀλλήλοισιν ἐμίξαν. Pius pudore latiū ſupercilıū decenti malluit innuere rem pudendā q̄ deſcribere. Quid. n. ſolus cū ſola fecerit: lucerna nouit cubicularia. Imitat̄ Pius in re nō diſſimili parthenicen: qui ſic ſcribit in quarto de ęnea Didoneq;. Spelūncā Dido Dux et Troianus eandē deueniūt. Prima et Tellus et pronuba Iuno Dat ſignū. fulſere ignes: et conſcius ęther Cōnubii: ſummoq; ulularunt uertice nymphę. Pronuba. Nuptiarū domina atq; moderatrix. Iuga. i. ζυγα. Vlulātibus. ut infelicis matrimonii pręſcię. Concuſſa. ut exprimāt animū in pcinctu poſitū. Apol. δούρατα νωμήσαντες ἀρήϊα. Regēs. Ad normā armonicā dirigēs et temperās. Hymenęon. Feſceninū et nuptiale carmē: quale eſt illud Catullianum. Veſper adeſt. Spectacula. Vxorē reginā peregre aduectā cū dote locupletiſſima pellis aureę. Alternāt. uice cōtinua uariant: mō lęta: modo triſtia.

Diſiecta. Diffracta: diuulſa a flabris fortunę triſtioris. Pręſens. Fauſta: propitia. Aſſibilat. afflat. Eandē aureā ſentētiā Rhodius affert his prope uerbis. Cuius carmina cū ſint ſcitu digniſſima ſubſcribere libuit Ἀλλὰ γὰρ οὔποτε φῦλα δυηπαθέων ἀνθρώπων τερπωλῆς ἐπέβημεν ὅλῳ ποδί. σὺν δέ τις αἰεὶ πικρὴ παρμέμβλωκεν ἐυφροσύνῃσιν ἀνίη. hoīes uidelicet toto pede: gaudia: uoluptatemq; nō concipere: ſed dolores ſemper delectationes conſequi. Eos. Aurora. Vox quidē gręca: ſed qua latini poetę nō abſtinēt. Ouidius libro tertio faſtorū. Tres ubi luciferos ueniens pręmiſerit Eos. unde eoū pro matutino. Ouidius. Modo ſurgis eoo Tēporius cœlo: modo ſerius incidis undis. ἠώς eſt aurora et mane. dicit̄ et eous Maroni: Sic. Aut cū ſole nouo terras irrorat eous. Telluris umbram. Noctē eſſe umbrā terrę Plinius lib. nat. hiſt. ii. teſtat̄ cū cęteris. Renidēt. Splēdēt: irradiāt. Horatius. mea nec renidet in domo lacunar. Titonide. Aurora Titoni filia. Croceo peplo. Crocopeplos aurora ab Homero dicitur: qd̄ croceū colorē habet: quare ab Marone dictū. Titoni croceū linquēs aurora cubile. Aurora inquit latinus interpres qd̄ aureſcit. Ergo adueniēte aurora: eſt adueniēte die. Macridii agri. Ab antro Macridis lōge diſtātes. Finibus. Valde diſtātes τηλοῦ ait Rhodius hoc ē lōge. Finibꝰ Pius ait. Rhodius μακρηδίης χέρνησοιο. cōtinētis macridii. Reſpōſa. Sūt uolūtates imperatorū p literas ſignificatę: quę uim habēt legū. Ap. Suā mētē dicturus ſup uirgine. Iudicii ſociū. Quo in iudicādo utebat̄. δικασπόλον uocat Apol. Honeſtū. Honeſtatē. Perſius. et incoctū generoſo pectus honeſto. Pio. Debet iudex nō tātū eſſe iuſtus: ſed ad clementiam inclinare. Summum enim ius: ut prouerbialiter dici ſolet: ſumma crux.

Antrū Medeę.
Alternare.
Lętitia hominū pua.
Eos.
Eous.
Renidere.
Aureſcere.
Reſponſa.
Honeſtū.
Iudex ſit clemens.

Incedunt. extra Minyas uiſura feroces
Mœnia: ſolenni procedit fœmina pompa:
Agreſteſq; uiri occurrunt. Saturnia Iuno
Iudicii famam diffuderat ante: futuri.
Hic agnum attulerat pinguem: uitulamq; nitentem
Ille maronæo ſpumantia cymbia baccho:
Thure uaporabant alii delubra ſabæo:
Cultaq; purpureo mulier procedit amictu
Aurifluo ſpectanda ſinu: facieſq; micantes
Ignibus alternis pepli ſandicis eoæ
Reſpondent: tremuliq; urunt laquearia tecti.
Hærent obtutu primo phæacides: ipſos
Spectantes minyas: et corpora diua uirorum.
In primis natum Oeagri mirantur hyantem
Carmina: quæ ſupos: quæ hoies: quæ tartara mulcēt.
Immiſtæ paſſim nymphæ concordia ſoluunt
Ora: deumq; thori lætanti carmine adorant:
Soliuagæ modo: nunc latū glomerantur in orbem.
Nam bona Iuno tui fuerunt hæc dona fauoris:
Prodete quæ Areten iuſſiſti corda mariti.
Poſtquam ſublimi ſolio ſententia lata eſt
Decreto Alcinoi: tumida excandeſcere mente
Incipiunt Colchi: et fremitu indignantur inani.

Diffuderat. Sparſerat ut uenirent honoratiores. Ante igitur cum diffuderat.. Anteq̃ iudicium eſſet:
Saliua ui/ni. prius Iuno iudicium publicauerat. Vitulam nitentem. Pinguem. Maro. Quę cura nitentes Paſcere
equos. Pinguibus equis pilus elucet. Rhodius πόρτιν ἀζυγα... hoc eſt ocioſam uitulam ait. Spu
mantia. Vinum quo generoſius eſt: eo ſaliuam maiorem habet. Sic enim pingue uini uulgo uocant:
quod ſupernatat: unde a Plinio dictum: ſuam cuiq; uino eſſe ſaliuā: Nec nō a Propertio. Et methymnęi
grata ſaliua cadi. Ex pinguibus eſcu
lentis ſapor iuſſulentus ſaliua dicit̃.
Iuxta illud. Nec tenues ſollers tur/
Cymbia. dorum noſſe ſaliuas. Cymbia. am/
phoras uinarias. Cymbia quaſi cyſi
Hedera ui/num explorat. ſimbia hoc eſt hederacea uocamus.
Antiquitus enim fiebant ex hedera
uaſa pręter ea quę uinum dilutū ex/
plorant. Contra fraudes uindemi/
torum hoc excogitatum. Maro. Infe
rimus madido ſpumātia cymbia la/
cte. ἀμφιφορῆας οἶνου. inquit Rho
Maronęa. dius. Maronęo. generoſo: optimo.
Maronęam inquit Sudas eſſe atticę
locum: unde maronęū ſunt qui uinū
deducūt. eſt et ciuitas Thracię. ma/
roneam Ciconum urbem uino no/
bilem ferūt: cuius apud Homerum
mētio. Diodorus libro nono maro/
neam ciuitatē a Marone ędificatam
prodit: quem Oſyris ęgyptius regem
cōſtituit expulſo Lycurgo. De uino
Maronęo idem Sudas meminit. Sūt
qui maronē nutriciū Bacchi uelint.
Vaporabāt. inhalabant: ſuffibāt.
iuxta illud. Thure uaporaui fanum.
Aurifluo. Auro fluēte et abūdan/
te. Facies. Formoſitas ſplendorq;
puellarum ſe inuicem reuerberabant
unde geminatus decor emergebat.
Alternis. A facie in ueſtē: et a ue
ſte in faciem reuerberatis. Pepli
ſandicis eoę. ueſtis infectę ex colore
Sādix eoa. ſandicis orientalis. De orientali: ſan
dice omiſſis quę a Macrobio ſeruioq;
dicūtur: hęc apud Vopiſcum in uita
Aureliani lego. Meminiſtis inquit
Laneſtre pallium. fuiſſe in templo Iouis optimi maximi Capitolini pallium breue purpureum laneſtre: ad quod cū matro/
nę atq; ipſe Aurelianus iungeret purpuras ſuas cineris ſpecie decolorari uidebant̃ cęterę diuini cōpara/
tione fulgoris. hoc munus rex Perſarū ab Indis interioribꝰ ſumptū Aureliano dediſſe perhibet̃ ſcribēs.
Sume purpurā qualis apud nos ē. Nā poſtea diligētiſſime et Aurelianus et Probus et maxime Diocle/
Locus ma/ronis. tianus miſis diligentiſſimis cōfectoribus requiſiuerūt tale genus purpurę: nec inuenire potuerunt. Dicit̃
enim ſandix indica talem purpuram facere ſi curetur. De qua Maro. Sponte ſua ſandix paſcentes ueſtiet
agnos. De ſandice meminit Plinius libro. xxxv. Reſpondent. Reuerberant. Tremuli. Non qd tectū
tremulū ſit: ſed a ſplēdoris repercuſſu tremere uidetur. Vrūt. Radios flammeos imprimunt: ut tectum
Laquearia. non ſplendeſcere: ſed uri uideatur. Laquearia. Lacunaria: tabulata ſuperiora. Maro. Pendent lychni
laquearibus aureis. Diua. Cœleſtia ac auguſtiora cęteris. Natū Oeagri. Orpheum natū Oeagrio
patre. Hyantem. Exprimentem. Perſius. Fabula ſeu mœſto ponat̃ hyāda tragœdo. Propertius. Pur
pureus querula carmen hyare lyra. Soliuagę. Solę uagantes: et in tripudio ſegreges. Deſcriptio ua/
rię ſaltationis. Rhodius. Οἰόθεν οἰαι ἄειδον ἑλισσέμεναι περὶ κύκλον. Solitarię ſeorſum ca/
nebant in orbem circūuolutę. Quę. Iuno hortata eſt Areten ut animum Alcinoi pateſaceret: quo im/
pulſus eſt ad matrimonium concelebrandum Iaſon. Lata. In throno et ſuggeſtu editiſſimo.
Decreto. Voluntate Alcinoi uerbis in ſententia prolatis pateſacta. Inani. Quę Iaſoni rabies offi/
cere non poterat. Subeunt, in mētem ueniunt. Pectore firmo. Tam cōſtanti propoſito ut triſte nū/

gium ad Aeeten perferre nollet. Nouis. Colchis. in pontum timore tyranni amplius reuertere nolunt: ſed apud Alcinoum ſubſiſtere ac internungere. Felicia. Pinguia. Recepta. Ab Alcinoo hoſpitali uiro recepti ſunt Colchi. Ritus ferinos. Barbaros et Scythicos. Humanis. Cũ humanis. Banchiadę. Bãchius Dionyſi filius fuit: qui Corinthũ habitauit: mox poſt mortẽ Actęonis illinc abiit eiectus cum propinquis a corinthiis: qui banchiadę eiecti corcirã occuparũt. Banchiadum hiſtoriam recẽſet interpres Apollonii diffuſiſſime.

Iura tamen didicere pati: iuſtumq; uereri
Iudicium: atq; animos poſita feritate domare.
Mox ſubeunt irę regis: faſtuſq; ſuperbi
Aeetę: nonnullus erat tam pectore firmo
Tendere qui ad patrias auderet nuntius aures.
Ergo ſollicito uexati corda pauore
Alcinoum rogitant felicia rura colonis
Tradat aranda nouis: patriæq; oblita: latiſq;
Phæacum in populo pariter gens colcha recepta eſt:
Cæpit et humanis ritus mutare ferinos.
Donec Banchiadæ bimari gens orta corintho
Ingreſſi tandem longo poſt tempore terras.
Oppoſita hos cæpit pulſos mox inſula: montes:
Summaq; palantes tenuere ceraunia Abantum:
Neſtæoſq; locos: allutamq; Oricon undis.
Poſtera ſed ſeclis demum uoluentibus ætas
Annua ſolenni celebrauit tempore feſta:
Qua Nomio poſuit Medea altaria phœbo.
Alcinous tandem Minyis cedentibus ultro
Hoſpitii dona ampla dedit: dedit inſuper alma
Arete: biſſena ſequi quæ colchida iuſſit
Mancipia in regis domibus phæacidos oræ
Educta: et ſanctos dominæ referentia mores.
Tempore dein paruo Drepanes lætiſſima linquit
Rura manus Zephyris: auraq; fauente potita
Nauigat: et fatis non tangit achæida terram:
In libycum donec penetrauerit æra profundum.
Ambracios tetigere ſinus: curetiaq; arua:
Et uolucri uelo Stinnas: et Echinadas una
Prætereunt. pelopiſq; uident ſurgentia regna.
Hic Boreæ furor: atq; immenſa procella ruentis
Perq; nouem noctes totidemq; reciproca luces

Bimari corintho. Inter mare Ionium et ęgeũ: unde Bimaris Corinthus: et Iſthmus Corinthiacus terra breuis duo maria diſpeſcens: ionium et ęgeum. Ouidiana imitatio ſimiliter de banchiadis. ἐφύρηθεν dixit Apollonius. i. ab Ephyra. Eſt. n. Ephyra corintho ab Ephyra Epimethei filia. Eumelus dictam putat ab Ephyra Oceani et Thetyos filia. Ceraunia Abantum. Ceraunia montes Epiri: quos tenuerunt Abantes: qui genus ab Euboia ducunt: quę uocata eſt Abantis. Auctor Stephanus. Neſtęos locos. Interpretis Apollonii uerba ſunt hęc. Neſtęos Scyllas gẽtem ait illyricam: Eratoſthenes in tertio geographię inquit poſt illyricos Neſtęi: apud quos inſula Pharos phariorum Colonia. Timęus auctor eſt Colchos tranſeũtes in propinquã inſulam impetum feciſſe in montes ceraunios et populos Abantes et Neſtęos: et Oricon colonias deduxiſſe. Allutam. alla tratam: a mari percutiẽte ac alludẽte madefactam. Eſt enim Oricos. i. ὠρικὸς ciuitas in Ionio ſinu. Hecateus portũ uocat Epiri Oricon in Europa. Apollodorus ciuitatẽ ſentit. Ciuis oricius. Fœmininũ oricias et regio et mulier. Palantes. uagi ab Bacchiadis diſpulſi. Nomio. Legali: ita uocato pp ſententiã quã tulit Alcinous ſecũdũ Medeã. Cedentibus. Abeũtibus ultro q̃uis rex libẽter hoſpitio ſuſciperet. Biſſena. Duodena. Educta. Educata. Mores referẽtia. quẽadmodũ igr Plato cognoſcimus a ueſtibulo domos: ita ab ancillis dñas. Pudica ſerua: pudicę dominę ubĩ aliſ index eẽ ſolet. Achęida terram. Gręciã. gręcus mos loquẽdi: nos Achaicã. Actaq; a uẽtis impulſa. Ambracios. Plinius in ſinu Epiri ponit ambraciã. Curetia. Cures acarnanię ciuitas. Curetes alii in ętolia ponunt. Intelligit tamẽ acarnaniã: quę curetis dicebat. Plinius. Echinadas: dicunt et echinę a Stephano. Sũt inſulę circa ętoliã ut Stinnę de qbus me alibi legiſſe nõ memini. uidet Plutarchus in lib. de oraculis deficiẽtibus echinadas ponere adnauigãtibus circa Italiã: ubi Emylianũ tradit audiuiſſe de morte Panos. Pelopis regna. Peloponeſum platani folio ſimilem inter mare Ionium et Aegeum: de quo multa Plinius in quarto. Reciproca. Alternans ac recurrens.

Bãchiadę.
Bauchius.
Corinthus bimaris.
Ephyra.
Neſtęi.
Ab ancillis dominę noſcuntur.
Ambracia
Cures.
Curetis.
Echinades

Diſpulit. In diuerſas partes expulit. Volitantia. Celeritate uolucri nauem impellentia. Syrtes. Duę ſunt Syrtes in Libya. ſunt Cęnoſę. Fiunt gurgites circa ipſas. Et ſunt loca in oceano ubi diſtrahuntur nauigantes et intereunt. Limus. Quem Rhodius Tenagon appellat. Inane. Concauum: infinitum. Sinuoſo. Implicato. Turbine. Aqua in ſe conuoluta giris aſſiduis atq; perennibus.

Tenagos

Dorſum. Cumulus. Pius paulum diſcedit ab Apollonio qđ minus heroicum uidebatur. Apollon. inquit. κωφὴ δέ σφιν ἐπιβλύει ὕδατος ἄχνη. Surda ebullit aquę ſpuma. Inſidiis. Inſidioſum profecto pelagus eſt ſyrtium. Nam ſtagnum uidetur: et aqua minime inſidioſa: cum ſtatim uoragine ac turbine agitata hominem rotat. Quã. Abreptam ratem. Deſiliere. Nauem egreſſi ſunt. Deſerta. Loca ſyrtium deſolata. Quieto metu. Solitudine i qua nec uox nec ſonus audit. Apollonius εὐκηλωσί καὶ τεύχετο πάντα γαλήνη. i. quieta detinebantur omnia trãquillitate.

Diſpulit in libycas uolitantia carbaſa ſyrtes.
Nauibus hinc pelagi reditum natura negauit:
Limus ubiq; frequens: uortex: et inane profundum:
Spumanteſq; uomit ſinuoſo turbine fluctus.
Et tenetum erumpit dorſum flauentis arenæ.
Non hinc effugere eſt pedibus, pennis ue leuari.
Littora reſtagnant pelagiq; furentis inundant
Inſidiis, fluit ac refluit uaga tempore paruo
Vnda ratem abripiens, quam nuda linquit arena.
Deſiliere uiri, tacito quibus icta pauore
Corda tremũt. Quippe ampla uident deſerta, quieto
Omnia plena metu. Non hic paſtoria balant
Agmina: nec riguos depaſcit uictima ſaltus.
Tunc pauor heroas ſubiit, ſimulacra q; leti,
Inq; uicem tacito luſtrarunt lumine uultus.
Fallacem O terram. Quo nos pepulere procellæ?
O utinam ſcopulis intercurrentibus Argo
Perpetuo nutans agitata timore fuiſſet.
Aduerſis melius fuerat freta cœrula fatis
Tentantes periiſſe mari: periiſſe Draconis
Impete peruigilis: tauriq; flagrantis ab ore.
Saltem ſi uetitum ſcopuloſo uiuere ponto,
Morte licet fugiſſe malum, fugiſſe dolores.
Nunc terræ margo tenet: æternumq; tenebit:
Ipſe gubernator fortuna preſſus iniqua,
Ancæus cunctis hæc uerba dolentibus infit.
O ſocii occidimus, nec ſpes eſt ulla ſalutis,
Sors mala proſequitur miſeros. hinc altus eremus.
Proficit aura nihil quoniam tenet omnia limus,
Paruus et obſcuris nimium furit æſtus arenis.
Fracta corona ratis pridem: et bona uincula ſacræ.

Paſtoria.

Paſtoria. Paſtoralia. uox Ouidiana i libris metamorphoſeos. Balant. Balatum emittunt. ſonus ouiũ peculiaris. Querentes. Iungitur huic dictioni cuncti. Querebantur cuncti uerba quę ſequuntur proferentes. Quo. Ad quẽ locũ fallacẽ et iſidioſũ. Scopulis. cyaneis. Intercurrẽtibus. pro ipſa Argo ſcopulis intercurrẽs: uel itercurrẽtibꝰ ual de currẽtibus.

Inter. Internecio.

Inter ſignificat totũ. ut iterbibere totũ bibere: et internecio occiſio: ex qua pauci uix effugerũt. Nutãs. Fluctuãs diu ac nũq̃ ſymplegadas effugiens. Aduerſis fatis. Siniſtram nauigationẽ experiri. Tentãtes. Nos Minyas. Ordo. Fuerat melius nos tentantes freta cœrula fatis aduerſis periiſſe mari.

Flagrare pma breuis

Impete. impetu. Flagrantis. Flagrare prima correpta a Manlio aſtronomico profertur. Saltem. conceſſo qđ in maris diſcrimine diu uiuere non potuiſſemus: ſaltem licuiſſet cito mori. Tenet. Tanquã carceratos. Margo. πέζα ab Rhodio. Fimbria uel margo a nobis.

Peza.

O ſocii occidimus. Apollonius. ὠλόμεθ᾽ αἰνότατον δῆθεν μόρον οὐδ᾽ ὑπάλυξις ἔστ᾽ ἄτης. periimus peſſimam mortẽ: neq; refugium eſt damni. Eremus. Solitudo. Altus. Profundus et conſequenter ingens ac enormis. Aura. Ventus quãuis proſper nauigationi nihil cõfert cum omnia limo compleantur. Obſcuris. Ideo qđ concauę et profundę. Furit. Temerariis turbinibus ac uertiginibus circunuoluitur et in ambitum rotat. Aeſtus. Ebulliẽs unda et reciprocãs: in girũ cõuoluta. Corona. Diade uocat ab Apollonio ſic. κὰν κεν ἐπισυνεγρῶς διαδὴ πάλαι ἥδε κεάσθη Νηὸς ἱερή. Eſt uinculum quo compages nauis circũligatur in ſimilitudinem coronę. διαδέω eſt coronor circũligo. Corone aliquãdo. i. κορώνη eſt ingi cricos hoc ẽ anulus unde Gelio ſphera Cricote pro anulari et orbiculari: de qua lib. iii. Gelius. De hac corone meminit Apol. i. iii. Bona. Firma: ferrea.

Eremus.

Corona. Diade. Cricus. Cricote.

Terra

Terra occurrit. Modo terram formido: modo mare laciniosum et infidum. Imperuius. innauigabile mare. Conſiliis opus hic. In his incilibus: ęſtu: uoragine: prudentia opus eſt et conſilio. Mari uadoſo. Syrtibus ſtagnantibus: uadum pręſeferentibus quidem: quoniam extant harenę dorſa: ſed lubrica et imperuia. Puppi ſedeat. Nauem adminiſtret: gubernator ſit. nota prudentiam rectoris: qui in periculo peritiori cedere nó erubeſcit. Spondet. Spondere poteſt ſe opem ac auxilium ſociis allaturú.

Terra modo occurrit nobis: imperuius humor
Nos modo terrificat: mortiſq; minatur imago
Obſtructo reditu: clauſaq; uoragine puppi.
Conſiliis opus hic. Prudentia noſtra uadoſo
Succumbit ſuperata mari: ſuperata periclis.
Ergo alius puppi ſedeat: ſi forte deorum
Spondet opem auſpicio: meliori prædıtus arte.
Sic fatur lachrymans tantoq; ex agmine cuncti
Dicta probant: probat et pelagi qui calluit iras:
Defixæ ac gelida cunctis formidine mentes.
Et fuſis pallore genis uox faucibus hæſit:
Quin torpent ſimiles ſtatuis heroes eburnis.
Non ſecus ima pauor crebro præcordia pulſu
Haurit, anhelanti iuuenis cum feruidus ore
Munera martis init coram duce: militibuſq;:
Vulnera et incerti miſerantibus ardua belli.
Qualis et expectans peſtis poſtrema futuræ
Aeger damna, ſtupet defixo in tartara uultu.
Qualis et immodico turbatus ruſticus hymbre,
Qui ruit exundans ſata læta: boumq; labores.
Seu quando in templis delubra fluentia ſudant
Sanguineum rorem, aſtrigero uel clarus olympo
Sol media de luce ſilet, radioſaq; celat
Lumina, et innumeris completur lucidus aer
Sideribus, cum phœbus equos, rutilaſq; quadrigas
Dirigit obliquæ per ſumma cacumina Zonæ.
Sed poſtquam longo ſerpentes tramite ad oram
Venerunt minyæ: nocturnus et aſtra reduxit
Heſperus, amplexu miſero per mutua uincla
Flebilibus pia colla premunt affatibus, atra
Veſte caput tecti, nec nocte die ue leuamen
Agnoſcunt feſſi, atq; inopes atq; omnium egeni
Delituere neci expoſiti, famulæq; uiciſſim

Auſpicio deorum. dis auſpicibus et fauentibus. Dii enim magis uni ꝗ̃ alteri fauent. Auſpicatius pro fortunatius accepit Plinius cum ait in ſeptimo. Auſpicatius enecta paréte gignuntur. Auſpicato et inauſpicato aduerbia ſunt pro feliciter et infeliciter. Calluit iras. quicúq; é qui callet rabiem maris. Fixę. Defixę: ſtupefactę. Vox hęſit. Vix loqui poteſt. prę formidine ac ſtupore uix loqui poterát. Nó ſecus. Repetitio multorum capitum: cui ſimilem: nó ęque prolixam tamen: apud Maronem reperi. Haurit. Ferit: percutit: maronianú eſt. Duce. Hinc ex reuerentia principis maior hęſitatio. Militibus. Iunge cum miſerantibus. Ardua. Difficultates arduas. Poſtrema damna. Morté. Apollonius. ἢ λοιμοῖο τέλος ποτιδέγμενοι. Lęta. Florida: nitentia: pinguia. Seu quá do. Sudaſſe deorum ſimulacra ſępe apud Liuium comperies: et portentoſum habebatur: terroremq; maximum incutiens. Lego apud Iulium Obſequété: Caio Mario: Lucio Valerio conſulibus Quadrigas auratas in foro a pedibus ſudauiſſe. Lanuuii in ęde Iunonis ſoſpitę in cubiculo deę ſanguinis guttas uiſas. Prętera. C. Valerio. M. Herénio Coſs. ſignum ęneum Mercurii ſudauit.

Auſpicatius.

Sudaſſe deorum ſimulacra.

Sanguineum rorem. Guttas ſanguinis: quod pręcipue mortales reddit attonitos. Apol. ait. ξόανα ἔκ ἱδρώοντα αἵματι. Cú Phœbus. ſtellę nocturnę uidentur interdiu: quod olim apparuiſſe Plinius in. ii. teſtatur. Obliquę zonę. Signiferi et horizontis cum meridie eſt quo tempore ſol ſuperiores circulos aſcédit. Oram. Litus. Serpentes. Repentes manibus ac genibus ut fieri ſolet ab his qui harenam eluctantur. Heſperus. Veſper. Vincla. Amplexus. Premunt. Nodant: lacertis honerant. Caput tecti. Mos lugentium. Leuamen. Curarum leuamétú: curarum laxamentum. Delituere. Latebras quęrebant: quo ſe deſperati coniiciunt lętitiam ac humanum conſortium declinantes. Scribit Auicenna Bilioſos hoc eſt melancholicos in locis obſcuris: etiam circa ſepulchra libentiſſime uerſari.

Adgemuere. Congemuere: et gemitui luctuoſę Medeę reſpondere. παρεστενάχοντο hoc ē propgemuerunt. Cyteę. Colchicę Medeę. Implumes. Comparatio iſta dupliciter Medeę ſeruit et minyis et propter lapſum ſyrtium: in quas impegerant: ut uolucres a nido: etiam propter luctum et querimoniā eorum caſum lugubrem deflentium: ut auis lapſis auiculis querendo ſupernatans. Acute. Querule.
Clāgere. λιγέως inquit Rhodius. Sed ad auiculę pullos refert. Clangunt. κλάζουσι ait Apollonius: a quo Pius in re nullius momenti diſcedit ſecutus naturam auiculę matris: quę ſolet iacentibus et nido delapſis pullis ſuperuolitare clangendo. Paſſis. Apertis. Littore. Ripa. Ἐπὶ ὀφρύσι dixit Apol. Aſia. Maro.
Aſia prata Prata Aſia circum Dulcibus l ſtagnis rimantur prata cayſtri. Eridani lacus. In paduſa ſtagno padi multi naſcuntur cycni. hoc Pius de ſuo addidit. Dulcia. Cygnis gratiſſima ut natalis ſedes.
Cayſtrion Cayſtriou inquit Stephanus locus a cayſtro fluuio uicino.
Cayſter. Lydię fluuius Cayſter propinquus ut inqt Stephanus: Catechaumenę: quę pars ē Epheſię torrida.
Catechaumenę. Turpantes crines. Lugentes ſe per puluerem flendo conuoluūt: quod hodie apud Tiburtes amœniſſimum Pii: dū Romę ageret: diuerſorium i fieri uidit.
Tibue Pii diuerſoriū. Catullus. Caniciem terra: atq́ꝫ infuſo puluere fœdans. Apollonius. ait. ἐπὶ ξανθαῖ θέμινοι κονίῃσιν ἐθείρας. ſuperponentes flauas pulueribus comas.
Ilicet. Ilicet. Statim in hoc loco. Virgil. Ilicet ignis edax ſumma ad faſtigia tecti uoluitur. Apricę. Soli expoſitę. Cuſtodes Libyę. cōminiſcitur Apollonius errantibus Argonautis occurriſſe nymphas neſcioquas Africę cuſtodes: quę docuerant eos omne remedium. Quod fictum puto: quippe cū auctore Plinio in Libya occurrāt interdiu imagines hominum et aliorū: quę mox euaneſcunt. Patrio uertice. Ex capite Iouis Pallas orta ē. Obuię. Palladi occurrentes. Adorato. Iuxta illud epigrāmatici. Qui fingit ſacros auro uel marmore uultus Non facit ille deos: Qui rogat ille facit. Nymphę Palladē primę adorātes in cauſa fuerūt ut ab aliis adoraretur. Fecerunt numen. Deam reddiderunt. Lumine leuo. Luce noxia: ſiniſtra: ut immodica.

Turbatæ: uxori ſimul adgemuere Cyteæ.
Implumes ueluti labuntur uertice ſummi
Cum uolucres ſcopuli: miſerabilis adſtat acute
Mater auis clangens: paſſiſq́ꝫ ſuperuolat alis.
Littore ceu pulchro pactoli diuitis olim
Fundit olor prædulce melos: ſtagna aſia circum:
Eridaniq́ꝫ lacus: et dulcia prata Cayſtri.
Sic Minyæ fuluo turpantes puluere crines
Inſomnes: miſeris flebant ſua fata querelis.
Ilicet aſſidua confecti tabe periſſent
Ignoti: terra ignota: ſine honore ſepulchri:
Sollicitos miſerata forent niſi numina: apricæ
Cuſtodes libyæq́ꝫ deæ: quæ uertice quondam
Pallada ſurgentem patrio: Tritonis in undis
Obuiæ: adorato fecerunt numine numen.
Sol media ſuper alta die conuexa tenebat
Igneus: et libyæ contriſtans lumine leuo
Littus arenoſum inſano ſuccenderat igni.
Cum ſubito Aeſonidem circumſtetit agmine facto
Obuia nympharum nubes. Stupet anxius ille,
Atq́ꝫ deas ueritus retro ſua lumina flectit.
Quarum prima ducem uerbis affatur amicis.
Infelix quæ tanta animum: mentemq́ꝫ peredit
Cura tuam ductor? pelagi: terræq́ꝫ labores
Nouimus exhauſtos: et totum bella per orbem
Viribus argolicis: ueſtriſq́ꝫ peracta lacertis.
Vocales terræ nymphæ: pecoriq́ꝫ regendo
Sedula turba ſumus: cuſtoſq́ꝫ libyſtidis oræ.
Verum age rex ne cede malis. Quin fortis et audens
Aduerſis occurre: deum felicior hora
Curret ope. patet in duris prudentia rebus.

Nubes. Inſano. Immodico. Nubes. Multitudo. Retro ſua lumina flectit. Ne deas aſpiceret: quas intuēs lege Saturni: ut auctor eſt Callimachus: oculis capit. Retro flexiſſe oculos Iaſonem ita ſcribit Rhodius: αὐτὰρ ὅγ᾽ εἰς ἑτέρωσε παλιμπετὲς ὄμματα ἔνειχε. Infelix. κάμμορε inquit Ap. Eſt. n. ſpēs infelicitatis timere nō timēda. Peredit. Macerat: conſumit. Vocales. Sunt quidā dęmones uocales. Sūt aliqui muti. αὐδήεσσαι inquit Rhodius. Libyſtidis. Libycę. Maro. Et pelle libyſtidis urſę.
Cęde. Noli nouercāti fortunę ſuccumbere. Apol. ἀλλ᾽ ἄνα μηδ᾽ ἔτι τοῖον ὀιζύων ἀκάχησω. Deū. Deorū. Occurrēdū fortunę monet: et domādū fanū iniquius. Curret. Celeriter ueniet.

Euigilent. Excutiantur a torpore: et ad remedia celeres accingantur. Currum ſoluet. In opem tuã dea maris aſſurget: et laxis habenis Neptunum in auxilium tuum ut ueniat hortabitur. Leuis. Mobilis: perniciter agitabilis. Amphitrite. Dea maris uxor Neptunni: de qua ſic Ouidius libro primo metamorph. Nec brachia longo Margine terrarũ porrexerat Amphitrite. Matri. Intelligit amphibolicos argo nauim: quę illos uẽtre tulit: hoc eſt uexit. Obſcurę. Inuiſę: incognitę. Colluſtrans. Circũſpiciẽs. Ora reſoluit. Alloquitur. Nõ capio. Nõ percipio quid de noſtro rẽditu promittatis: cõſulã ſodales: et uerba ueſtra mihi pplexa diſcutiam. Oracula. Veſtra diuina quidem: uerũ perplexa ut omnia ſunt oracula. Pandam. Aperiam illis et detegam. Multorũ. Parętetica ſentẽtia et protreptica: qua ſignificat multorũ cõſilium eſſe pręſtãtius: unde cœtus i collegia: buleuterię: Geruſię: Amphictyones: ſenatus: inſtituti. Apollon. ait. πολέων δέ τοι μῆτις ἀρείων. Vt leo. Fortiſſimum ducem fortiſſimo animali comparat: ubi et calamitatis imago redditur: et cupiditas iuuenis communicari dearum oracula ſtudentis. Apollonius ſic.

Amphitrite.

Euigilent ſocii. Neptuni iam tibi currum:
Atq; rotas celeres ſoluet leuis Amphitrite.
Mutua ſed matri Aeſonides nunc dona uiciſſim
Debentur uobis: quos ſacra pertulit aluo:
Cuius et auxilio danaas uenietis ad urbes.
Sic fatæ libyes Nymphæ: propiora tenentes
Obſcuræ loca: conſtiterunt: quas lumine Iaſon
Colluſtrans: dictis ſic ora reſoluit amicis.
Saluete O nemorum Nymphæ: cœleſtia noſtrum
Non capio reditum ſpondentia uerba. ſed ipſos
Heroas cogens audita oracula pandam.
Multorum quoniam melior ſententia ſemper.
Dixit et aſſurgens ſocios dux conuocat omnes
Fauce ſiti exuſta: atq; arenti puluere ſiccus.
Vt Leo per nemus amiſſam ſi forte leenam
Veſtigans rugit: fluuii: ualleſq; profundæ
Voce graui: monteſq; tremunt, præduraq; ſaxa.
Agreſtes horrent tauri: duriq; bubulci.
Sic ducis horribili ſtrepuit uox magna fragore
Et rigido commiſta ſono eſt cogentis amicos.
Olli conueniunt mæſti. Sublimis Iaſon
Nympharum monitus pandit: cæleſtiaq; ora.
Accipite O ſocii: et placidas aduertite mentes.
Tres mihi de numero nympharum immane querenti
Occurrere deæ ſuccinctis nebride fulua
Corporibus: niuei ſupremo in uertice colli
His dorſum incuruo nectebant cingula morſu.
Adſtitit attonito propior chorus: inſuper una
Ambroſia oſtendunt deductis ueſtibus ora.
Eiaagedum dux pelle moras: ſocioſq; reuiſens
Euigilare iube: propriæq; reponere matri

Multorum conſilium pręſtans.
Buleuterię Geruſię. Amphictyones.

ἤ. καὶ ἀναΐξας ἑτάρους ἐπὶ μακρὸν ἄϋτει
αὐσταλέος κονίῃσι λέων ὥς.
ὅς ῥά τ᾽ ἀν᾽ ὕλην
σύννομον ἣν μεθέπων ὠρύεται.
οἱ δὲ βαρείῃ
φθογγῇ ὑπορομέουσιν ἀν᾽ οὔρεα τηλόθι βῆσσαι. Hoc eſt. Dixit: et aſſurgens amicos longe inclamat: puluere ſiccus ut Leo: qui per ſiluã conſortem ſuam aſſequens mugit. Valles aũt graui rugitu ſubtremũt.

Duri. Calamitoſi: laborioſi. Ab Apollonio dicũtur βουπελάται. Rigido. Horrendo. γῆρυς ἐριγεδανὴ uocatur a Rhodio. Cogentis. Congregantis ad cõſilium uocãtis: inquit Rhodius. ἐπικεκλομένοιο. Olli. Illi amici. Mœſti. Ob fortunam pręſentem. Sublimis. Ex alto toro concionaturus.

Bupelatę.

Ora. Oracula. Accipite. Audite. Placidas. Compoſitas: pacatas. Immane. Immaniter: immẽſe. Nebride: Pelle ceruina. Dixit tamen Apol. στρέφεσιν αἰγείοις ἐζωσμέναι. i. pellibus caprinis cinctę. Pius ceruina pelle dicere maluit: qđ magis ẽ heroicũ. Nebridem Pius dixit exemplo Claudiani: ut ipſe alibi fuſius retulit. Vertice. Sũmitate. altrinſecus humerorũ ſatyri et agreſtes nymphę huiuſmodi pelles habẽt annexas. quod Romę i antiquis inſpectionib9 licet aduertere. Claudianus de raptu Proſerpinę lib. i. Leniſq; ſimus pcedit Iacchus Crinali florẽs hędera: quem parthica tigris Velat: et auratos in nodũ colligit ungues. Morſu incuruo. Fibulã deſcribit incuruam: quam Bononienſes ab huiuſmodi curuitate uocant ancinellum. Ancona enim in cubiti formam curuum dicimus. Choros. Nympharum. Nymphę propius ſteterunt. Deductis. Demiſſis: detractis ab ore: reuelata uidelicet et detecta facie nymphę ſunt Iaſonem ſecutę. Apollonius. ἀνδ᾽ ἐκάλυψαν πέπλοι ἐρυσσάμεναι κούφῃ χερί. deduxerũt peplum trahentes leui manu. Reponere. Reddere. Plautus.

Nebris.
Fibula.
Ancon.

Cras reponam tibi. Satyrus. Semper ego auditor tantum? nũquam ne reponam? Matri. Argo naui.

Aequa. Paria: ęquiualẽtia ut iſti dicũt. Expediet. expedite ſoluet. Acies ai. nõ potui tũc adamuſſim cognoſcere quę nã eſſent illę deę. Iuuãdi mortales. Quod qui facit pro deo colitẽ. Plinius in. ii. deus eſt mortali iuuare mortalẽ: et hęc ad ęternã gloriã uia. Geſſimus. Nos argonautę. Hoc lumine. Oculo mortali. Penitus. Ex omni parte. Hebetare. Tardare et inficere. Caligo quę mortalibus oculis oberrabat: fuit i cã ne certa deas acie diſcernerẽ. Alludit illi maroniano libro. ii. ęn. Aſpice nanq; omnem: quę nunc obducta tuenti Mortales hebetat uiſus tibi: et humida circum Caligat nubẽ eripiã. Media. Inter me ac deas poſita. Hęc fatus. Hęc locutus ẽ Iaſon. Nutãtibus. Dubiis. Agitante. Suſpicari aliquid incredibilis ac magni cogente.

Caligo oculorũ hominis.

Praemia materno dux integer æqua labori.
Mox celerem currum Neptunnus numine amico
Expediet: celereſq; rotas leuis Amphitrite.
Non ualuere acies animi internoſcere mœſti
Numina fatidicis ſoluentia uocibus ora.
Se nemorum dixere deas: miſeroſq; iuuando
Mortales: libyæ pecudes: et rura tueri.
Præterea quæcunq; mari: quæcunq; per orbem
Geſſimus: eſſe ſibi memorabant ſingula nota.
Nec penitus uidiſſe datum eſt hoc lumine nymphas.
Sed medio tenebræ ſepſerunt aere diuas:
Quæ noſtros hebetare ſolent caligine uiſus.
Hæc fatus. Stupuere animis nutantibus omnes
Præcipue monſtro minyas agitante recenti.
Aequoreis immanis equus nam proſilit undis
Effuſis per colla iubis ceruice ſuperbus
Auricoma: cuius rorant aſpergine membra
Vaſta maris: curſuq; notos: curſuq; procellas
Prouocat hybernis pelagi inconſtantior undis.
Quem uiſum ſubito Peleus miratus amicis
Compoſitis placida lenibat pectora uoce.
Neptunni currus ſocii ſuper æquora cerno
Currere quos manibus ſoluit pia mollibus uxor.
Aerumnoſa parens, niſi nos oracula fallunt:
Sacra ratis fuerit materno nomine digna.
Hæc ualidis humeris hæc firmo robore tolli
Poſtulat in ſicca quod ſurgit littus arena:
Quo pelagi properauit equus ueſtigia ferre.
Aeacidæ prudens placuit ſententia cunctis.
Pierides dixere mihi: uos credite uati;
Credite: uera loquor. Vox noſtras perculit aures
Pieridum. canit ore meo nunc Phœbus et Euan.
Regia progenies: pulchroq; in corpore uirtus:
Heroiq; animi uires: ad littora nauim
Auia ſubducunt. Tabulas uexere loquaces

Amphilaphes.

Recenti. Recẽter enato. Effuſis per colla iubis. ἀμφιλαφὴς hoc eſt utrinq; crinitus dicitẽ a Rhodio. bene de aqua dicitẽ equus oriri: cuius incõſtatię ſimile eſt corpus equinũ. Elatam iubis aureis ceruicem hunc equum geſtare Rhodius eſt auctor. Pius dixit ceruice ſuperbus Auricoma. Rorant. Guttatim conſperſa irrorantẽ ſtillis decidentibus Apol. ῥίμφα δ᾽ ἐ σεισάμενος γυίων ἀπὸ νήχυτον ἅλμην. Facile cõcutiẽs a membris liquidam ſalſuginem.

Prouocat. Laceſſit. tãta erat equina celeritas. Apollon. ὥστε κεῖνι πνοιῇ ἴκελος πόδας Incõſtãtior. Mobilior: agilior. Papinius. Et hyberno par inconſtantia ponto.

Compoſitis. Sedatis a mœſtitia rebus ad fortunã meliorẽ uergentibus: uel congregatis: quoniã Rhodius ἑτάροισιν ὁμηγερέεσσι inquit. Mollibus. Recipit aquę fluorem: et molliciem liquidã. Vxor. Thetis. Aerumnoſa. Quoniam laborem mirificum et prope incredibilem paſſa eſt nauis argo. Fuerit. Erit: eſſe credo. eſt tempus pro tempore. In ſicca. Ordo. Poſtulat tolli ut a nobis feratur in litus: quod ſurgit harena ſicca. i. quod cõſtructum eſt ex cumulis harenę.

Quo. In quam partem. Feratur humeris ueſtris Argo in eam partẽ: quo ſe direxit marinus equus.

Pierides: in re quę mendacii faciem habet adducit teſtimoniũ deorum ut ſibi magis conciliet auditores. Perculit. Percuſſit. uocem muſſarum, audiuimus. Euan. Bacchus. Regia progenies. Argonautę. Subducunt. Trahunt: appellunt. contrarium uerbum deducere: quod eſt in mare impellere.

Subducere. Deducere.

Auia. Remota. Tabulas loquaces. Argo nauim ſubinde Minyas in rebus dubiis alloquentem.

Biſſena luce. Duodecim diebus. Reuecta. Retro a ſyrtibus ad meliorem portum ſublata humeris. Cœlo debita. Cui locus in cœlo debetur ob ęrumnas in mari exhauſtas. Mortale ſonans. Humanam uocem et linguã habens. opus eſſet ore diuino. Sata. Ergo potuit quoniam diuina proles erat: quibus cœli fauor adſpirat. Vis animi. Pręſtãtia uirtutis. Cogit. Impoſſibilia aggreditur: et diſſicillima peruincit. Fortibus. Eſt pars magna fortudinis tolerantia. Flagrans rabies. Ardẽs bibendi ſitis. Coquit. Vexat: exurit.

Tollentes humeris. Biſſena luce reuecta eſt:
Noctibus et totidem mox cœlo debita puppis.
Quis regum ærumnas: curaſq; graueiſq; labores
Enumeret mortale ſonans? ſata ſemine diuum
Nempe fuit proles: humeris quæ ſuſtulit Argo.
Tantum uis animi cogit: tantum urget egeſtas.
Succedens tandem libycæ Tritonidis undæ
Diua cohors: humeris deponunt fortibus Argo.
Interea canibus ſimiles: quibus intima feruens
Exta coquit rabies: quærebant ſicubi uiui
Manarent latices: fontiſq; argenteus humor.
Apparent nullæ per uaſta ſilentia lymphæ.
Peruenere locos ſacros: ubi peruigil anguis
Aurea ſeruabat flagranti lumine mala.
Hic querula heſperides complebant omnia uoce.
Tum primum herculeo ſuperatus concidit ictu
Fraxineo impactus trunco: tantum ultima motu
Palpitat exiguo frigenti corpore cauda.
Suppoſitis uero capiti candentibus ulnis
Heſperides: tepidis fœdabant hymbribus ora.
Improuiſi adſunt Minyæ. Venientibus illis
Signa dedit pulſus nitidam ſublatus in æthram.
Monſtra bonus diuina repente agnouerat Orpheus:
Hortatuſq; deas blandis ita uocibus infit.
Prudentes pulchræq; deæ ſeu numina cœli
Seu terræ reginæ eſtis: nemorumq; ſacrorum:
Adſitis Nymphæ O Nymphæ Oceanitides Almæ.
Dicite ubi ſcatebris per ſumma cacumina labens
Profluat unda: ſacer ue liquor: quo uiſcera torrens

Sicubi. Si in aliquo loco. Maronianũ eſt. Rhodius heroas ſiticuloſos comparat cani rabidę quę prę ſiti habet exertã linguã: et rabie incedit ore hiulco. Viui. Naturales: ſalientes appellati. Maro. Viuoq; ſedilia ſaxo. i. naturali. Alibi i georg. et uina ſua plãtaria terra. Argẽte9. Purus: liquidus: argẽto ſimilis. Illimẽ fontẽ poeta pelignus argẽto cõparat. Apuleiana uerba ſuffragantẽ. Fons argẽteus in colorẽ. Ouidius. Purior argento campũ ſecat amnis. Lymphę. Aquę. Vaſta ſilẽtia. Deſerta. Flagranti. Scintillanti: ardenti: ut ſerpentum ſunt oculi.

Viuum. Salientes. Argenteus Illimis.

Mala. Fingũt draconẽ Heſperidum mala cuſtodiſſe: quę erant aurea: quẽ confecit Hercules. Plinius ex illo laudato nemore nihil ſupeſſe prodit pręter oleaſtros. Agrœtas in tertio libycorũ tradit nõ mala fuiſſe ſed pecudes pulcherrimas uocatas aureas: quę cũ habuiſſent agreſtem paſtorẽ: pp naturã immitẽ draconẽ appellatum. Pherecydes in decimo prodit Iunoni nubenti terram dono dediſſe in oceano mala aurea et malos aureum fructũ ferẽtes. Hęc draconẽ cuſtodiſſe Typhouis et Echidnę filium habentẽ capita centũ et uoces multifarias. nymphas huiuſmodi Iouis et Themidis filias habitantes in ſpelũca circa Eridanũ. Impactus. Percuſſus: in altum ſtipitem et caudicem per uim impulſus cum ſe tentaret erigere. Rhodius ait. μι´λι νον βε´βλητο ποτὶ ςύπος. Fraxineũ percuſſus eſt ad ſtipitẽ. Forte qđ Plinius ſe expertũ dicit ſi fronde fraxinea claudat ignis et ſerpens: in ignẽ potius q̃ in fraxinũ fugere ſerpentẽ. Folia fraxini nõ ſunt iumentis perniciosa: ſed taxi auctore Theophraſto: quã milon dicũt: fraxinum milean: ut deceperit forte nominum ſimilitudo. Frigenti. Mortuo. Suppoſitis. Vt fulciret caput luctu deciduũ. Vlnis. Brachiis contortis in ulnas quod ſoliciti factitare ſolẽt. Apollonius. κεφαλαῖς ἐπὶ χεῖρας ἔχουσαι. Fœdabant. Turpabant. Iuxta illud. Corrupit nitidos extinctus paſſer ocellos. Tepidis hymbribus. Periphraſis lachrymarum. Aethram. Cœlum. Monſtra diuina. Nota monſtrum de nymphis in bonã partẽ: ut Auguſtinus: ni fallor: Ariſtolem uocat. Rhodius θεῖα τέρα. Oceanitides. Oceani filię quas alii Themidis dixerint. Apol. νύμφαι ἰτὼ νύμφαι ἱερὸν γένος ὠκεανοῖο. patronymicum uirgilianum oceanitides. Scatebris. Ebullitionibus aquę ſalientis. Maro. Scatebriſq; arentia temperat arua.

Mala heſperidum. Draco paſtor. Monſtrum Oceanitides. Scatebrę.

Anhela. Reddés anhelantes. Populato. Cóſumpto ſiti confecto. Cedat. Abeat ab aqua pulſa.

Amicius. Amicius. Opportunius. Ouidius. Contingat amicius aruum. Damnabitis uoto Minyas. Soluemus uobis uota. Hoc eſt: obligabitis nos tá q̃ ſententia damnatos ut uota reddamus. Maro. Damnabis tu quoq; uotis. quãuis ſciam in aliam interpretationem cóuelli. Damnas ponitur pro damnatus. Iulianus de iure dotium. Hęres meus damnas eſto dare hanc pecuniam. Vlpianus ad legem Aquiliam libro nono dig. lege aquilia capite primo: caue tur ut qui ſeruum ſeruá ue quadrupedem uel pecudem iniuria occiderit quanti id in eo anno plurimi fuit tantum dare domino damnas eſto.

Damnare uoto. Damnas.

Intima: anhela ſitis populato e pectore cedat.
Q đ ſi forte datum eſt fatis in amicius aruum
Et patrium rediſſe ſolum: tunc munera grati
Innumera: et ueſtris primum libabimus aris:
Ac Minyas uoto reduces damnabitis omneis.
Supplicibus uerbis ſic fatus: numen adorat
Nympharum: faciles illæ miſereſcere mœſtos
Incipiunt: herbaſq; docent uligine multa
Irriguas: quibus unda frequens cum murmure ſerpit
Somnifico: uariis diſtinguens floribus arua:
Arboreiſq; comis. hic heſpera: populus: ægle
Verſa ſubit ſacras ſalices: ulmumq; erytheis.
His ſubito arboribus nymparum pulchrior ægle
Sic blandis Minyas uerbis affatur egentes.
Certe diua cohors rigidum quicunq; draconem
Confecit pridem: qui nobis aurea mala
Seruabat: uobis hic commoda magna parauit:
Sed lachrymas nymphis æternaq; damna reliquit.
Neſcio quis ſæuus peregrino clauiger orbe:
Corpore terribili atq; oculis: cui fronte tremenda
Signa trucis micuere animi: latus hirta tegebat
Pellis: ab immani quondam detracta leone:
Cruda: rigens: inculta: ferox: ramumq; ferebat
Palladiæ: ſignum non illud pacis: oliuæ:
Atq; habiles telis: quis bellua concidit: arcus.
Hic talis: tantuſq; uenit: qui perditus æſtu:
Atq; ſiti conſumptus: adit Tritona: lacumq;
Palladium: cautemq; graui pede uerberat heros

Vligo. Vliginoſũ. Somnificum.

Vligine. Humore natiuo ęterno: unde ſolum uliginoſum. Vligo inquit Varro. Laná corrumpit ouiũ. Repit. Serpit. Sónifico. Somnum faciéte murmure grato ac illici. Tibullus. Arboris ad riuos pręter euntis aquę. Silius de fluuio Ticino. Somnificam ducit lucenti gurgite lympham. Arboris comis. Arua uario flore diſtinguebant et comis arborum. Apollonius. ex terra primum produxerunt herbam. Ex herba longi pullulabant rami. poſt rami florentes multum ſuper terra recte augebantur: heſpere. ęgiros. Vlmus Erytheis facta é. Aegle ſalicis ſacer truncus. Ex illis arboribus quales erant: tales rurſum ſic apparuerunt: rem ſtupore plenam. Apollonius innuere uidetur Heſperidas in arbores fuiſſe mutatas: mox ad naturam humanam rediiſſe: iterũ ad arbores recidiſſe. Aegle. Nympha in ſalicem mutata eſt. Sacras ſalices. Laudat Gregorius ſalicé. Plinius frugiperdam dicit. Apollonius truncum ſacrum ait. Subit ſalices. Mutatur in ſalices.

Aegle. Salix frugiperda.

Erytheis. Erytheis. Nomen unius heſperidum: quę ſe alterauit in ulmum.

Egentes. omnium egenos etiam aquę: quod elementum ſolet eſſe cómune. unde ab Ouidio dictũ. Nec ſolem proprium natura: nec aera fecit: Nec tenues undas. Confecit. Occidit. Clauiger. Hercules clauam geſtãs. Oculis. Rhodius. Ὄσσε δέ οἱ βλοσυρῷ ὑπελαμπε μετώπῳ Νηλής. Signa. Vultus proditor animi ut inquit Ma mertinus. Leone. Rhodius. ἀμφὶ δὲ δέρμα πελωρίου ἔσε λέοντος. Inculta. ἀδέψητον inquit Rhodius hoc eſt imparatam. Ferox. Toruitatem leoninam pręſeferés. Signum pacis. Qui ramus oliuę non erat ſignum pacis. ut pro ſigno pacis a legatis pręfertur oliua. Iuxta illud. Velati ramis oleę. per ramum intelligit baculum. Bellua. Stymphalides: Neſſus: et forte in primis aſſultibus ſagittis in hunc leonem fuerat expertus. Rhodius. Τέτατε τοῖσι πέλωρ τόδ' ἀπέφθισε ἰοβολήσας.

Perditus ęſtu. Calore confectus: Tritona: lacumq; palladium. Hercules Tritoné adit: appoſitiue lacum et paludem palladiam. ita dictam q đ circa illam nata et tibicinium edocta Pallas. quare a gręcis Tritogenia nuncupata. Cautem. Saxum Tritoni propinquum ut uliginem ſperare poſſet.

Tritogenia

Lax. Graui pede. Lapidem calce percuſſit. Apollonius Rhodius. λὰξ ποδὶ τύψιν ἔνερθι.

Ictibus horrendi pedis exiliere latenti
Pumice diuini latices:et perſpicuus fons
Argento ſimiles qui garrulus explicat undas.
Stratus humi bibit ille gigas e marmore aperto
Quantum non uitula immodicos trahit ore liquores
Cum populata thymum eſt:pratiq; uirentis honores.
His dictis Aegle optatas ſimul indicat undas.
Accurrit gauiſa manus uotiſq; potitur.
Anguſtas ueluti circũglomerata latebras:
Exileiſq; fores ſaxi formica recurſat,
Aut properant grati muſcæ ad libamina mellis.
Certatim ruit unda frequens:ſeq; impedit una.
Sic denſi ſcatebras minyæ petiere liquentes.
Atq; aliquis puro ſatiatus pectora rore
Gaudentes madido Minyas ita prouocat ore.
O utinam deſerta illum nunc forte uagantem
Oſtendant ſuperos per clara pericla petentem.
Turba frequens mox optat idem. Veſtigia nempe
Herculei pedis hic commota oſtendit arena.
Alterni accingunt ſeſe. Pinnata propago
Accurrit Boreæ:pedibuſq; Eupheme citatis
Approperas.longeq; oculos qui mittit acutos
Lynceus:et quintus celeri uolat impete Canthus.
Quærere feſtinat ſocium.uerum irritus omnis
Eſt labor:incerti redeunt:Calaiſq; uolucri
Remigio alarum:nihil explorauit amici
Alcidæ:aut celeri Canthus uelocior euro.
Canthe graues parcæ libycis te protinus oris
Abſtulerunt pecudes libyci paſtoris agentem.
Percuſſus ſaxo cadis heu miſerande Caphauri
Paſtoris manibus miſſo:qui patre ſuperbus

Garrulus. Dulce cadens et murmurans:ut illud. Proſilit incurſo garrula lympha pede. Marmore. Petra:quam pede percuſſerat. Votis. Votum bibendi ad ſatietatem deſiderium explet. Anguſtas. Comparatio argonautarum agminatim ad hauriendum fontem conuolantium formicis ad foramen ſaxi peruium:ubi caua et nidamenta conſtruxerunt:agglomerantium:quę comparatio reſpicit tantum turbam non heroicam perſonam. Idem reſpicit comparatio muſcarum altera:quam Pius ut de illiberalibus inſectis factam omiſiſſet: niſi ei nõ diſplicuiſſe debuerit:quod Rhodio tãto poetę placuerat. Recurſant. Frequenter currunt ac recurrũt more formicarum. Maronianum uerbum. Sub noctem cura recurſat. Formicę ab Apollonio γειοτόμοι hoc eſt terram incidentes appellantur. Grati. Quod in grato cibatu habent. Apollonius. Ἀμφ᾽ ὀλίγην μέλιτος γλυκεροῦ λίβα πεπτηῶται. Libamina. Fauos et dapes. Vnda. Multitudo cõferta. Maro. Mane ſalutãtũ totis uomit ędibꝰ undã. Impedit. Dũ una obſtat alteri:et prior accurrere ſtudet. Scatebras. Salientes. Liquentes. Fluentes. Rore. Aqua uiua ac lympida. Gaudentes. Lęti poſt fugatã ſitim. Prouocat. ad pium opus hortatᷣ. Madido. prius erat ſiccum ęſtu ac ſiti. Vagantẽ. Errabundum. Superos. Gloria cœlum ſcandentẽ. Clara. Glorioſa. Petentẽ. Herculẽ. Turba frequens. Ex numero argonautarum multi. Idem. Vt Hercules quęratur:nec ſine ratione uolũt inquirere:quoniam in puluere recentia ſigna pedum uidẽt. Hic. Prope hortos heſperidum. Commota. Sextus caſus. cum eſſet impreſſa harena ueſtigio pedis herculanei.

Alterni. Modo hic:modo ille. Accingunt. Herculis inquiſitioni ſtudẽt. Pinnata. Aligera. Zetus et Calais. Pedibus citatis. Pernicibus. Apollonius. πόσσί τε κούφοις Εὔφημος πίσυνος. Hoc eſt. pedibuſq; uelocibus Euphemus fretus. Mittit. Iaculatur in obiectũ. Apollonius. λυγκεὺς γε μὲν ὀξέα τηλοῦ ὄσσε βαλεῖ. Socium. Herculẽ. Remigio. Ope licet alarum uſus Calais nihil ſuper Hercule explorare potuit. Paſtoris. Caphauri. Antequam ad hunc Caphaurum perueniat Apollonius ponit hiſtoriam Polyphemi:qui poſtquam adiuit Chalybas et urbem ędificatam: Argo nauim querebat:ſed abſumptus eſt fato:cui ſub alta populo monimentum poſitum eſt non longe a mari. Quam hiſtoriam Pius omiſit ne Catalogum Flacci confunderet:cui iſta conciuere oportet. Miſerande. Canthe:qui inglorius ſaxo cadis:non in Martis ſudore expetito. Patre phœbigena. Garamante Amphitemi. Apollonius. ὑωνὸς φοίβοιο λυκωρείοιο κάφαυρος. nepos Phœbi Delphici Caphaurus.

Recurſo.
Giotomi.
Vnda.

*Ventré facere.* *Acacallis.*

Exultabat auo. Superbiebat auo Phœbo. Siéma diuinũ paſtori criſtas tollere faciebat. Dia. Generoſa. Ventré ferenté. Grauidã. Vẽtré ferre in alia ſignificatione dicit̃ ruinã minitãs paries. Alphenus viii. dig. Si ſeruitus uindicet̃. Si quãdo inter ędes binas paries eſſet qui ita uentrem faceret: ut uicini domũ ſemipedé aut amplius procumberet: agi oportet. Acacallida. Acacallis filia Minois: quã cũ reſciniſſet ex Phœbo grauidã ex Creta relegauit in Libyã: ea mox peperit Amphithemin. Ab hac nympha

Phœbigena exultabat auo: Phœbiq; nepotem
Ruſtica turba uocat. peperit nam Dia puella:
Quam iuſſit libycis Minos habitare ſub oris:
Diuina tum prole grauem: uentremq; ferentem:
Et propriam natam: dixere Acacallida nomen.
Hæc natum peperit clarii de ſemine Phœbi,
Amphithemin garamanta uocant cognomine terræ.
Amphithemis demum mixtus Tritonide nympha
Suſcepit Naſamona ferum: fortemq; Caphauron:
Deprehenſum occidit qui tum inter ouilia Canthũ.
Sed non heroum dextras effugit acerbas
Vt ſeuum didicere nefas. lux poſtera fulſit:
Adſunt lugentes: et triſtia funera ducunt,
Defletumq; diu terra poſuere libyſſa.
Luce ibi et Ampyciden gemuerunt Mopſon eadem:
Quem parcæ domuere graues: et triſtia fata.
Nec potuit ſacro præuertere carmine cœlum.
Nulla fuga eſt mortis. parcæ fatalia nentes
Stamina: noſtra ſecant præfixo tempora curſu.
Declinans medium ſolem, linguiſq; triſulcis
Crebra micans ſerpens uiridi prorepſerat, alga.
Aggreditur celer adſtantem, furtiuaq; figit
Spicula, et occulto depaſcitur exta ueneno.
Monſtrũ horrendũ, immane, nocẽs, nec triſtius ullũ
Mater alit tellus, inuitiſq; excipit ulnis.
Nec ſi, fas modo ſit manifeſtis dicere uerbis,
Offenſi cupiat medicari uulnera Pæan,

frutex acacallis dicit̃: quę ab Apolline preſſa Phylaciden et Philandrum edidit in Creta miraculo ab Elyręis inſulę populis confecto: nutritos a capra eos fuiſſe: cuius rei monimẽtum in Apollinis quoq; delphici delubro monſtrat̃. auctor Pauſanias.

Cognomine terrę. A nomine garamantũ populorũ. Sũt codices qui habent amphithoon. Tum. Tunc quando Argonautę uerſabant̃ i Libya. Polyhiſtor uero tradit aliter Mercurium uidelicet ac Apollinem Acacallidi nymphę cõcubuiſſe et ex

*Cydon.* Mercurio Cydoné: unde Cydonia urbs Cretę: et ex Apolline genitum

*Naſamon.* Naſamonem. Acerbas. Hoſtiles ac inimicas Caphauro. Sęuũ nefas. Cũ paſtoré nefarium cognouerunt Canthũ occidiſſe. Poſtera. Sequens dies. Ducũt. Exequias parant: et funebre choragiũ. Eſt uerbũ duco peculiare funeribus. Perſius. Nerio iam tertia ducit̃ uxor.

Libyſſa. Libyca. Greges populata. Qui ſuperfuerũt. Dicimus populor et populo. Iuxta illud uirgilianum primo georg. Populatq; ingẽtem farris aceruum Curculio.

Abigunt. Abducunt: unde prędatores armentorum abigei dicti.

Parcę graues. Libitina letalis.

Pręuertere. Effugere. Cœlũ. Fatum: quod uis ſideralis in mortales implent. Nulla fuga. Nullum mortis eſt remedium. Apollonius. ὀυ γὰρ τισ ἀποτροπίη θανάτοιο. Pręfixo. Statuto curſu: quem pręterire non poſſumus.

*Nulla fuga é mortis.*

Declinans. Subterfugiẽs. ἀλύσκων inquit Apollonius. Triſulcis. Trifidis. Maro. Et linguis micat ore triſulcis: quod fit ex crebritate motus. Micãs. Vibrans: promẽs.

*Triſulcum*

Prorepſerat. Tacite prodierat: unde reptilia dicta. Alga. Herba maris. per uiridem algam ex cauo terrę repſerat animal peſtiferum. Spicula. Dentes ſpiculatos et acutos. Depaſcitur. Conſumit. Monſtrum. Imitatio uirgiliana ſed de fama. Monſtrum horrendum ingens. Triſtius. Nocentius: crudelius: uel minacius: uel ſęuius. Hęc omnia ſignificat uerbum triſte. Inuitis excipit ulnis. Tãquã terra non libenter ſed coacta ſerpentes nutriat: propter hęc pliniana uerba libro ſecundo naturalis hiſtorię poſita. Peſtifera animantia uitali ſpiritu habente culpam neceſſe eſt illi ſeminata excipere et genita ſuſtinere. Sed in malis generantium noxa eſt. Illa ſerpentem homine percuſſo non recipit amplius: pœnaſq; etiam inertium nomine exigit. Fas ſit dicere. Si liceat os in cœlum ponere: pęan uulneri ab huiuſmodi ſerpente illato mederi non poſſet. Manifeſtis. Sine uenię pręfatione. Cupiat. Si cupiat. Pęan. Apollo medicinę deus. Hoc peculiari cognomento medicus dicitur.

Tetra lues. Fœdi morbi tabes. Bacchatur. Furit. Eurymedon. Sic Perſeum mater Danae uocabat: quaſi late regnantem. Apollonius gręce ſic ſcripſit. Eurymedō

Εὖτε γὰρ ἰσόθεος λιβύην ὑπερέπτατο περσεὺς
Εὐρυμέδων· καὶ γὰρ τὸ κάλεσκε μιν οὔνομα μήτηρ.

Gorgoneo. Meduſęo. nota eſt fabula apud Ouidium quēadmodum Perſeus Meduſę caput abſcidit in Libya: cūq; ſuperuolaret guttę decidentes in ſerpētes mutatę: unde ferax ſerpentium eſt Africa. Geminauit fata. Duplicauit mortē. quoniam ueneno mors: nouo inſtrumēto accelerari ſolet. Retulit pedem. Vt ictum ſerpentis: quem ad uulnus paratū uidebat: effugeret. Ouidius. Suſpenſum uiſo rettulit angue pedem. Retulit ergo: retraxit. Conficit. Cruciat: occidit. Riget. Spaſmo contrahit. Tectum. Intercuti furore debacchatus. Rhodius ait. πύθεσκε γὰρ ἐν δ᾽ ἔτι σάρκας ἰὸς ἄφαρ. μυδόωσα δ᾽ ἀπὸ χροὸς ἔρρεε λάχνη. Putrefaciebat carnes interiores uenenum. ſtatim humefactus ſanguine fluebat pilus. Hoc Pio non placuit ut parum heroicū: ideo uolens omiſit. Genas radit. Carpit: lacerat. Lex duodecim tabularum pręſcribens modum luctus dicebat. Fœminę genas ne radunto. Quintilianus lib. iii. Ne ieiuna atq; arida traditio auerteret aios: et aures pſertim delicatas raderet. Satyrus. Aures mordaci radere uero. Parētant. Exequias faciunt et funeralia inſtruunt: unde parētationes pro iuſtis et exequiis ponunt̄. Ouidius. Annua ſolenni cęde parētet auis. Iniiciunt pulueris hauſtus. Erat in tumulādo cadauere ſolenne terrā in mortuum iniicere: unde a Marone libro ęn. vi. dictum. Tu quoq; Terrā iniice. Horatius. Iniecto ter puluere curras. Super qua re multa diſſeruit Pius in plautinis cōmentariis. Hanc pulueris iniectionem ſignauit his Rhodius. χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔχευτο.

Radere genas.

Parētare.

Iniectio pulueris.

In arctis. In tēporis anguſtia uel annonę difficultate: quę in loco ſterili impendebat. Accenſum. Natura paratum ad nocendum: et ſolis ſtimulo. Sic Rhodius. Huc alternus et huc. In hanc modo: modo in alteram partem ſe conuertens: caput uibrans altrinſecus: ne ut ait Hieronymus. cum caput percutietur: pereat. Sibila. Sibilantia. Virgilia mimiſis. Rhodius. σίζωσ᾽ ἔνθα καὶ ἔνθα κάρη στρέφει. cum ſibilo caput huc et illuc conuertit. Micant. Emicant et prodeunt. Flagranti. Ardenti. Lumine. Oculo: qui ſerpentibus ſolet eſſe tum uelox: tum acutus: unde gręcum etymon draconis a pręſtantia uiſus.

Sibila colla.

Sufficiat, ſic tetra lues bacchatur et angit.
Cum mediam Perſeus libyam ſuperextulit alas
Eurymedon, etiam hoc dignata eſt nomine mater:
Cæſa ferens regi Phorcynidos ora Meduſæ,
Quotquot cæruleo ceciderunt ſanguine guttæ
Vertice gorgoneo, tellus fœcunda colubros
Fecit, et inuento geminauit fata ueneno.
Mopſus ut aduertit ſæui diſcrimina dentis
Rettulit angue pedem uiſo. ſed lurida ſerpens
Ore pedis calcem tetigit. Medea: bonæq;
Pertimuere malum famulæ. Non territus ille
Vulnere, ſanguineum tractauit protinus ulcus.
Conficit audentem tamen illum, atq; intima ſomnus
Lethifer inuaſit, oculos texere tenebræ.
Inclinanſq; ſolo immani uexata dolore
Membra, riget. Fidi minyæ funduntur ad ægrum.
Attonitus ſtupet Aeſonides pro uulnere tanto.
Fata gradu celeri properant: reliquumq; ſalutis
Nil ſupereſt. Tetrum populat præcordia uirus.
Actutum monimenta parat dux gratus adempto
Ampycidæ, lacerat crines Medea genaſq;
Radit. at heroes reſpondent flebile carmen.
Ter circum monimenta uiri fulgentibus armis
Solenni ſaliunt chorea: ſocioq; parentant.
Iniiciunt crebros libyci quoq; pulueris hauſtus.
At minyæ ſpirante noto ſuper æquora certi
Ire, ruunt. Tritonis aquas euadere certant:
Conſilioq; carent: atq; ordine rebus in arctis.
Non ſecus obliquo flectit ſe tramite ſerpens
Cum ſol accenſum radiis calefecit acutis
Huc alternus et huc conuertens ſibila colla:
Scintillæq; micant flagranti lumine crebræ.

Pagaſça. Argo Theſſalica. Ora. Oſtia: Exitum. Aequora. Aquarum planiciem et lęquorem.

Tripodem. Sacros tripodes Iaſoni fuiſſe dono datos a populis illyricis ſuperius affatim dictū eſt. Nūc eos exorat Orpheus quoniam ſcit eſſe diuinos. Apollonius. Statim hortabatur Orpheus Apollinis tripoda magnum extra nauem deis incolis reditus piamenta ponere. Deponere. Extra nauim ferre tripodem et eo numina topica. i. eius loci piaret: propitiaretq;. Indigenis. Incolis: qui ea loca incolūt δαί-μοσιν ἐγγινέταις inquit Apollonius. Piaret. Vt eſſent inſtar piamentorum. Rhodius. νόστῳ ἐπι-μείλια θέσθαι. hoc ē reditus piamenta ponere. Pręſiēt. Numina topica. Cū ſubito. pfecto ſacrificio. Incola lōgis terris. Qui externū ſolū incolūt. peregrini multarū rerū ſunt egeni. Leuabo. Sētētia plautina hęc ē. Qui monet quaſi adiuuat. Rector aquarū. Neptūnus me aquarū principē fecit in Libya.

**Topici di.**

**Epimilia.**

Prudētē pelagi. Calleo naturam maris. Libya nutrice ferarū. Vnde prouerbiū natū. Africā ſemp aliquid noui parere: propter inopiam aquarum congregatis ad unū fontē plurimis animātibus: unde mōſtrificę digenerāt effigies. λιβύη θηρο-τρόφῳ ait Rhodius. Eurypylon. Eurypylus: ut inquit interpres Apollonii: Neptunni filius et Celenus Atlantis filię. fuit rex Cyrenes.

**Africa ferarum nutrix.**

**Eurypylus.**

Apida. Apis inſula ante Cretam.

**Apis.**

Pelagus Minois. Quoniam ait interpres Apollonii regnauit in eo loco Minos unde Minoium uocatū.

Terris. Ex litore. Pelopeia ęquora. Pelopeneſum mari alluūt: quod nomē Peninſulam ſignificat.

**Peloponeſus.**

Rurſus adire. Peloponeſum repetere a qua ui Borec reiecti ſumus in Libyā. Paluſtribus oris. Et ab oris paluſtribus Libyę neſcimus ęquora adire Pelopeia. Hoc ait propter Tritonem paludem. Exitus hic ponti. Tritonis uerba minyis mare demonſtrantis. Torpent. Nigricant immobili profunditate. grę ce ſcriptū eſt. ἔνθα μάλιστα βέν-θος ἀκίνητον μελανεῖ. ubi maxime profunditas immobilis nigricat. Subdit. Vtrinq; albi portus. Pius paulum auius ſciens ac prudens aberrat a Rhodio. Incertis uadis. Periphraſis profunditatis: Tollere. Extolluntur: eleuantur. Apollonius dixit φρίσσουσι. Nomine ſplendoris. Vocatur portus ſplendidus. i. ἑυμῶνες (?) ἀιλυγιεσ. Media. Apollonius in medio portuū anguſta fit uia ad extra impellēdum. Triton docet Minyas inter portus ſplendentes appellatos uiam anguſtam qua progreſſi erumpant in mare: ſine qua uia non dabatur enauigare paludem Tritonem.

Anguſtant. Anguſtam ac breuem uiam faciunt. Ire. Exire Tritonem. Dirigit. Curſum ueſtrū dirigi ac moderari poteſt in Peloponeſum quare in ſiniſtram partem eundum eſt: et Creta petenda.

Sic pagaſæa ratis Tritonidos ora paludis
Dum petit: incerto nutans ſecat æquora fluctu.
Continuo tripodem Phœbi: quem nauis agebat
Thracius exorat uates: deponere diuis
Indigenis: libyes ut numina ſacra piaret:
Vt reditum præſtent facilem, uentoſq; ſecundos.
Cum ſubito occurrit iuuenili corpore Triton
Cæruleos madidus crines: minyaſq; ſalutat.
Suſcipite O iuuenes immenſi pignus amoris:
Hoſpitiiq; fidem. Nam longis incola terris
Multa ſolet cupere interdum quibus indiget uſus.
Dicam equidem: et dictis tutas fortaſſe leuabo.
Prudentem pelagi fecit me rector aquarum
Et libycas ſceptrum teneo regina per oras.
Audite heroes libya nutrice ferarum
Eurypylon genitum uobis inuiſere præſtat.
Sic fatus glebæ dextram ſuperiniicit acer
Talibus Euphemus uerbis grauia ora reſoluens.
Apida ſi noſti terram: pelaguſq; uocatum
Minois: certo referas nunc pectore Triton.
Huc curſus fuit inuitus. per inhoſpita cymbam
Littora: certantes euros: tumidaſq; procellas
Traximus: inq; tuas terris enauimus undas.
Nec pelago ſcimus Pelopeia rurſus adire
Aequora ab ignoto: Libyæq; paluſtribus oris.
Talia dicenti diuino numine Triton
Anguſtum oſtentat manibus: uerbiſq; profundum.
Exitus hic ponti eſt ubi ſemper cærula torpent
Incertis utrinq; uadis: ubi tollere portus.
Nomine ſplendoris fama eſt, media æquora fractis
Fluctibus anguſtant ſeſe. Sic ire licebit.
Is portus qui diuinam Pelopeida terram
Dirigit: excelſas ultra Cretæ eminet oras.
Tendere ſi in dextrum libeat latus: unda uagantes

Tumés. Apol. εἰς ἁλὸς οἶδμα βάλητε. in maris tumorem applicueritis. Fata. Iuxta illud poetę. Fata uiam inuenient. Tonſis. Remis a tundendis fluctibus appellatis. Iuxta illud. Medio luctantur marmore tunſę. Addit Rhodius cum tripode euanuiſſe Tritonem: unde Argonautarum animus lętatus eſt ualde qđ aliquis deorum eis fauere uiſus eſt. Quę Pius tanq̃ minuta ac minime neceſſaria latinitate donare contempſit. Porricit. Mittit in mare. uerbum ſolenne ſacrificantibus porricio: quaſi porro iacio auctore Aurelio Macrobio libro ſaturnalium tertio his uerbis. legibus ſacratis Exta porriciunto: et ita apud Maronem legendum putat. Extaq; ſalſos Porricit in fluctus. Rhodius. ἧκε κατὰ πρύμνης. i. miſit per puppim. Quo uerbo ſic utitur Plautus in Pſeudulo. Si ſacruficem ſummo Ioui: atq; in manibus exta teneam ut porriciam. Macrobii uerba. Ex diſciplina aruſpicum: et ex pręcepto pontificum cum uerbum hoc ſolenne ſacrificantibus eſt. Securus. Sperans fortunam melioré. Verrés. Sulcans. Nó ſecus. Argo nauim prora elata et fluctus findente procedentem comparat equo: quem agitator per agoné ad pernicitatem moderatur ac erudit. Apollonii uerba: ut cum homo celerem equum iu latum circulum Agonis mittit tenens denſa obedientem iuba ſtatim currens. Is auté ceruice arroganti leuatus ſequitur. Porricio.

Includet: pelaguſq; tumens innabilis undæ.
Q đ ſi quis modice declinet: limite recto
Puppis inoffenſis ſulcabit cærula uelis.
Verum agite Heroes: agileſq; incumbite remis.
Fata uiam: portuſq; dabunt: ueſtriq; labores:
Hæc ubi dicta dedit: cuncti in ſua tranſtra recedunt.
Pandere uela iuuat: tonſiſq; ferire paludem.
Tritoni pecudum lectiſſima corpora mactat
Et carmen ſolenne canens uittatus Iaſon
Numina cuncta maris precibus rogat: atq; ita fatur.
Diua palus: ſacraq; deus qui degis in unda:
Finibus his qui oſtenta mihi manifeſta dediſti
Siue tenes pelagi loca Triton: Incola Phorcyn
Seu uocat: aut pelagi celebrant te Nerea nymphæ:
Sis placidus finem ſtatuens: metamq; labori.
Dixit et in medias mactatæ porricit undas
Guttur ouis feriens puppi ſecurus ab alta.
Continuo apparet magni per inane profundum
Effigies ueneranda dei longe æquora uerrens.
Non ſecus ac ſi quando orbes per agonis ouantem
Theſſalus egit equum. pedibus ſe tollit: honeſtam
Concutiens ceruice iubam: ſaltuq; uolucri
Emicat intorquens alterna uolumina crurum.
Dictantis domini tamen ardua iuſſa capeſſit.
Vlterius moderator agit ſic Palladis Argo
Helcia corripiens Triton: cui uertice ſummo
Et caput atq; humeros: cinctuſq; aluumq; ſub ipſam
Maieſtas ætena micans dis reddidit æquum.
Alui utrumq; latus tendunt immania Cete:
Spinigero findunt quæ obliquis cærula dorſo
Cornibus: eſſe ſolent creſcenti qualia lunæ.
Se pelagus dedit in medium: uaſtumq; profundum.
Ingreſſus glomerat fluctus. conclamat Iaſon
Ante oculos monſtrum cernens: et Theſſala pubes.
Nunc Argous ibi portus ſimulacraq; nauis:

Orbes. Circulos: uel cyclos: quę dictio gręca quidem eſt: ſed qua Maro non abſtinuit in georg. Cicero libro de natura deorú. ii. dicit cyclos gręcos dicere: nos orbes. Agonis. loci certaminis equorú qui per ſepté circulos diuidebatᷓ auctore Caſſiodoro in epiſtolis: quoniá tot ſunt planetarum circuli eccétrici. Agon romę núc dicitur: qui olim circus Flaminius: a quo deriuatᷓ agoniſticum: quod ad agoné ptinet: unde ab Auguſtino dictum. Agoniſtica iſta uana et ludicra nó debet affectare chriſtianus. Ouantem. Lętum in curſu atq; geſtiété. Theſſalus. Agitator quoniam in Theſſalia equos: uel ſaltem equitádi artificium: repertum dicút. Honeſtam. Pulchrá. Orbis. Cyclos. Agon. Agoniſtica

Alterna uolumina. Voluens ac glomerans crura modo in hác: modo in illam partem. Iuſſa capeſſit. Dominum ſequitur inquit Apollonius: obedit domino. Helcia. ἀλκήιον ait Rhodius: Pius Helcium interpretatur tanq̃ Triton helcianorum uice fungatur. Eſt enim helcium collarium collo hominum et iumentorum innexum ad nauim fune trahendam: quod qui faciunt uocantur helciarii Epigrammatiſtę ſecunda breuit Helcium Sparteum Apuleius appellat. Sidonius libro ſecundo epiſtolarum. Helcium. Alceium. Helciarii.

Stridentum hinc moderator eſſedorum
Curuorum hinc chorus belciariorum. Vrbaniſſimus poeta libro primo epigrammaton.
Quem nec rumpere nauticum celeuma
Nec clamor ualet belciariorum.

Subremigare.
Subremigat. Secũdis nauigationibus fauet. uerbum maronianum cum agitur de nymphis maris ex nauibus Aeneç factis.

Secundare
Secundat. Afflat ei fauet. Propertius. Et timidum nautis aura ſecundat iter.

Tritoniſq; extant aræ: qđ numine dextro
Hic traxit tum cymba moram. mox luce reuerſa
In dextrum extenſis uelis latus: inuia uaſti
Deſeruere maris. Zephyri leuis aura ſecundat
Lintea et Oceanus fauſtis ſubremigat ulnis.
Orta dies pelegiq; ſinus: fluctuſq; profundos
Oſtendit. ſubito genitabilis aura fauoni
Deſtitit: a puppi incurua uenientibus hauſtris:
Tempore quo occiduas phœbus ſe mergit in undas:
Quem canam uiſura thetim ſera aſtra ſequuntur.
Cum feſſos operi tauros iam ſoluit arator.
Nocte ſub obſcura tepido iam Carpathus hauſtro
Deſeritur: duris annixi impellere remis
Inſomnes: noctemq; die: lucemq; tenebris
Continuant: Cretam pagaſæa puppe legentes.
Ferrens arce procul ſcopuli Dicteide terra
Hos prohibet ſæuo ore Talus ſuſpendere funes
Et legere hoſpitium: puppiq; immittere habenas.
Olim abies: Alni: Quercus: Fagiq; ferebant
Cruda puerperia: ac populos umbroſa creauit
Populus: et fœta uiridis puer excidit orno.
Hunc ferri radice ſatum tamen: ordine fati
Cuſtodem Europæ ſtatuit ſaturnius eſſe
Semideos inter robuſtaq; ſecla uirorum.
Concretus Chalybe e duro ter obambulat oras
Dictæas Talus. huic rigido ſtant corpora ferro
Dura: nec humano frangi potuere labore.
Sed pedis in talo lætalis ſanguine uena
Plena micat: ſolum hoc obſcuræ iter eſt breue morti.
At Minyæ tantis oppreſſi caſibus hærent
Incerti quo uela ferant. Clam nocte ſuprema
Cretenſes linquunt portus: altumq; capeſſunt.

Vluis. Dat brachia mari et oceano ut aquarum moderatori. Orta dies. Exoriente die cognouerũt ſe latum ingreſſos oceanum. Genitabilis. Generantis omnia. epitheton Lucretianum libro de rerum natura primo. A puppi. Flantibus hauſtris retro. Canam. Propter aquam albicantem. Sera. Tarda: nocturna. Viſura. Ad occaſum properantia. Cum feſſos. Periphraſis ueſpertini temporis. Legentes. Applicantes Cretç. Liuius. Compoſitis Siciliç rebus oram Italiç legens Ariminum peruenit.

Dicte.
Dictede. Cretẽſi. A Dicte monte Cretç ut ait Stephanus auctore Callimacho.

Carpathus
Carpathus. Inſula ſporadum propinqua Coinſulç: de qua Homerus. κάρπαϑον τε κῶν.

Talus ferreus.
Ferreus. Fingit Apollonius Talum giganta ferreum celerrimi curſus minyas ab acceſſu phibuiſſe: donec occiſus fuit a Medea.

Catulli locus.
Quare Catullus poeta doctiſſimus curſorẽ pernicem laudaturus Talo bis uerbis comparat. Non cuſtos ſi ego fingar ille cretum. Sçuo ore. Conuitiis rabidis: et lapidibus inceſſens.

Legere hoſpitiũ. Adhçrere litori ut hoſpitaretur. Habenas. nauim litori alligare: quod hoſpitantes facere ſolent. Iuxta id Virgilianum. Sic fatur lachrymans: claſſiq; immittit habenas. Olim abies. Olim cũ ſemidei regnarent: homines ex arboribus naſcebantur: nũc ex ferro originem ducunt: ut Talus. Ecuaſis et digreſſio piana: paulũ: ſed feliciter: a Rhodio diſcedens: nec enim ſemper decet alienis ueſtigiis inſiſtere.

Cruda. Dura: et minime mollitatis humanç. Puerperia. Partus. Imitatio Papiniana eiſdẽ pene uerbis.

Populi unde:
Populus. Arbor. unde populos poeticç originem traxiſſe referunt.

Obambulare.
Viridis. Infans ex arbore uiridi editus. Secla uirorum. Genera hominum. çtate illa qua robuſtiores naſcebant ĝ hodie ſolent. Obambulat. Currendo circuit. Frangi. Debilitari. Sed pedis. Cum Talus totus eſſet ferreus: circa Talum tamen habuit uenam plenam ſanguinis et humanam: qua corrupta Talus mori poterat. Micat. Palpitat: ſalit. Iter morti. Via qua Talus confici poterat. Hçrent. Dubitant. Linquunt. Coacti a Talo ſaxis eos impetente. Altum. Mare.

Pio. Miſericordi: et ęrumnas argonautarum leuare cupiente. Mortalem. Talum: quem uos putatis immortalē. Quicūq. Vel ferreus uel ſaxeus. Sit modo. Domabo Talū: uos modo declinate ſaxa: quibus uos cōficeret gigas ferreus. Deficiat. Frangat. Iactus graues. Petras pernicioſas quas Talus iaculatur. Telis. Saxis appellatione telorū ueniunt ſaxa: et quęcūq; miſſilia. Pagaſeia tranſtra. Nauem Argo. Pendent a murmure linguę. Suſpenſi expectant quid actura ſit magicis uenenis nauis Argo. Hecatęo. Magico. Carmine. Incantatione. Parcas fatiferas. Apollonius. θέλγε δὲ κῆρας θυμοβόρους. i. mulcebat parcas animos uorantes: hoc eſt lętales et mortem accelerātes: ut Talū animo priuarent. Canes. Quas parcas dicunt eſſe canes inferorū. Apollonius. κῆρας θυμοβόρους ἀΐδαο θοὰς κύνας. Lurida. Nigras: colore inferorū colorata. Volant. Vel pēnata ſunt: uel celeriter diſcurrunt. Retia. Nos implicātes et in fatū rotantes. Supplicibus. Supplex ad canes huiuſmodi preces fundit ut illi uitam uellent adimere.

Canes parcę.

Interea torquente ſiti: torquente dolore
Gnoſiacis uitam poſuiſſent protinus undis,
Ni miſeros Medea pio ſermone leuaſſet.
Accipite hæc Minyæ: mortalem ſola domabo
Sit quicunq; uelit: uel ſi totum aerea corpus
Maſſa tegat: niteat uiridi quāq; ille iuuenta.
Sit modo tuta ratis ſaxi ne uerbere preſſa
Deficiat. Vitate graues a littore iactus
Donec agam magicis ſub tartara nigra uenenis.
Sic ait. a telis retrahunt Pagaſeia tranſtra
Heroes: magicæ pendentq; a murmure linguæ.
Aeſonidæ Medea uiro comitata recurrit:
In puppim: mulcens Hecatæo carmine parcas
Fatiferas: imi celeres quas numor auerni
Eſſe canes memorat: quæ toto lurida cœlo
Monſtra uolant: uitæ nectentes retia noſtræ,
Supplicibus uerbis: magicis quoq; cantibus illas
Ter uocat: et precibus ter uertit in hoſtica furuas
Arma canes: oculoſq; Tali præſtringit adurens:
Mox rigidas magico diras cantamine torquet.
Summe pater diuum magnus ſtupor intima uerſat
Corda mihi: ſi lingua necem: ſi murmura poſſunt
Interitus afferre homini: celeratque fata.
Ferrea cui moles præcordia ferrea circum
Tota fuit ceſſit magico proſtratus ab ore.
Vtq; ſecurigeris abies percuſſa lacertis
Fluctuat inſtabili nutans ceruice ruinam
Mox trahit. haud aliter pedibus modo fluctuat ægris:
Et modo connixis firmat ueſtigia plantis:
Procumbit tandem: et rigida ſe porrigit aluo.
Exanimiſq; iacet perfracta carmine uena.
Exultant Minyæ: et ſacris operata iuuentus

Ter uocat. Numerus ternio ſollennis in magia. Tibullus. Ter cane: ter dictis deſpue carminibus. Apollonius. τρὶς μὲν παρεκέκλετ᾽ ἀοιδαῖς. Ter uertit. Apol. τρὶς δὲ λιταῖς. Vertit. Precando in hoſtes fatum conuertit. Hoſtica arma. Pertranſit Pius tangēs hiſtoriam. Credimus enim Talum totum ferreū fuiſſe ducemq; qui cuſtodibus armatis inſulam a piratis tuebatur: cui hiſtorię Pius alludens commiuiſcitur Medeam parcas in arma hoſtilia conuertiſſe. Furuas canes. Malū inquit Apollonius: nigras canes Pius: quę ſunt inferorum furię. Pręſtringit. Ferit et faſcinat pauore: conſternatione cōplet: ut ſiniſtraliter omnia uideant. Apollonius. ἐχθοδοποῖσι δ᾽ ἐπ᾽ ὄμμασι χαλκείοιο Τάλω ἐμέγηρεν ὀπωπάς. Oculis Tali ferrei faſcinauit aſpectus. Rigidas diras: imprecationes aſperas et uenenatas: illum maniacum ac furentem reddit. Apollonius. ἐπὶ δὲ πρίεν ἀργαλέον οἱ χόλον. Torquet: immittit in Talum. Dea. Medea. Noxia. Medea in Talum torquebat phantaſmata quę δείκηλα uocat Apollonius quę illi mentem peruerterent. ſed erant noxia giganti. et ut ait Apollonius ἀΐδηλα. Iuppiter. Epiphonema: ſtuporis plenum. ac admirationis.

Tali hiſtoria.

Apollonius ζεῦ πάτερ et quę ſequuntur. Connixis. Fundatis: ſtabilitis. Rigida. quia ferrea. Vena. Quę erat in pede: quo ſolo aditu mors in Talum penetrare poterat. Operata. Sacris uacās. Maro. Lętus operatus in herbis: Vmbre olor. Propertius. Cynthia iam noctes eſt operata decem.

Salmonis
Salmoniũ
Catulax nox.

Palladi. Vltima uocalis gręca imitatione corripitur. Papinius. Palladi littoreę. Salmonidos oras. Cretam. Interpres Apollonii. Salmonis et Salmonion promontorium Cretę. Marmoris. Maris. Maro. Lento luctantur marmore tonſę. Triſtem. Apollonius. νὺξ ἐφόβει. τὴν πέρ τι κατουλάδα κικλήσκουσι. Nox terrebat: quam Catulada uocant. Pius diu ſe torſit quonã uerbo Catulada. i. perniciosam noctem uocaret: tandem triſtem dixit: qđ uidit triſte ſignificare mœſtum: ſęuum: graue: iratũ: minax: amarum: difficile: horridũ: quę malitię notę cunctę huic perniciosiſſimę nocti quadrat. Nigra nox inquit interpres Rhodii catulax uocatur. παρὰ τὸ ὀλοόν a pernicie uidelicet. Sophocles i naupacto. νυκτὶ κατουλάδι.

Donaria.

Donaria. Rogans Phœbum Iaſon ſe ad oraculi Pythii ſedem multa miſurum dona promittit. πολλὰ δὲ πυθοῖ ὑπέσχετο. Gelius. ubi reponi ſolerent quędã religioſe donariis conſecrata. Maro pro templis poſuit ſic. Vris Imparibus ductos alta ad donaria currus. Ponitur et donarium pro dono. Pythia. Delphica in umbilico orbis locus ubi Pythius Apollo reſponſa ferebat. Propertius. Pythius in longa carmina ueſte canit. Poeta in oſceno carmine. Delphos Pythius orbis umbilicum. Suis. Impium eſt aliena donare.

Amyclę.
Ortygias

Amyclas. Laconica ciuitas: de qua Stephanus plura. Ortygiã. Delum: quia in ea primum auctore Solino: coturnices uiſę ſunt: quę dicuntur ortyges. Sacrã. Apollini dicatam. Clariũ. Apollinẽ. Ductore. Iaſone. Inſula. Hęc eſt una ſporadum uel illis propinqua: quę a Rhodio dicitur βαιή: quę et anaphe dicta propinqua Therę.

Hippuris.

Hippurin. eſt inſula Therę adiacens: cuius Timoſthenes et Pythenetus in primo meminerunt. Diffuderat. Sparſerat.

Aegletes.

Aegleti. qđ ſplendore ſignum dedit. αἴγλη ſplendor eſt: unde ęgletes dictus Apollo. In occiduo ortu. Luce indeficiente: quę ſubito orta ẽ.

Anaphe.

Anaphe. Anaphyo ſurgo ac enaſcor. Auctore Stephano Anaphe una ſporadum proxima Therę. Gentile anaphęus. eandem nominis auſam recēſet Stephanus.

Imo. Profundo. Inceſſens. accuſans qđ eos ridere uidebantur.

Deturbat et arcet. A ſacris arcet ac excludit gauiſi ludibrio ac cõtentione ut Rhodius inquit: fruſtratoria. Vſq;. Valde. Viris. Cum uiris. Phœbum placans. Et phœbum in Anaphe placant ſibi inuicem conuiciando et altercando.

Palladi ſacra parat uicto iam lætior hoſte.
Tum primam Cretam linquunt: minoia regna
Heroes: ſubeuntq; uagæ Salmonidos oras,
Sulcantes undas cretæi marmoris, urget
Nox grauis hanc proprio triſtem cognomine dicũt.
Aſtra malam noctem, nec lunæ ſplendor agebat:
Deſuper at nigrum cahos ut conſueuit auernis
Ex tenebris: furua cœlum contexere nube.
An ſtygiis rapiantur aquis, refluis ue ferantur
Aequoribus dubii: certæ ſpes nulla ſalutis.
Tunc geminas ductor tendens ad ſidera palmas
Ingenti Phœbum ore uocat. per lumina triſtes
Labuntur lachrymæ. Donaria pythia largis
Exuuiis cumulare heros promittit, Amyclas:
Muneribuſq; ſacram ortygiam ditare ſuperbis.
Tum clarium ductore deum: numenq; rogante
Supplice Apollineum dextra, leuis aura refulſit
Protinus, aurataq; dedit bona ſigna pharetra
Dexter Apollo duci. Sporadum patet inſula iuxta
Hippurin, nautæ ſubito retinacula nectunt.
Continuo roſeis mundum diffuderat ulnis
Titoni coniunx, Phœbo tum grata iuuentus
Aegleti ſtatuunt aras de nomine dictas
Lucis, in occiduo puppem quæ rexerat ortu.
Turbatis quoniam nautis illuxit Apollo,
Inſula dein Anaphe longũ eſt, memorata per æuum.
Littore deſerto Minyæ cum ſacra pararent
Stipitibus lymphas ardentibus iniecerunt.
Medeæ adſtantis famulæ phæacides alto
Pectore non poterant lætum compeſcere riſum,
Orgia ſacrifici ſolitæ maiora uidere
Alcinoi direſq; foci melioris honores.
Has iuuenum auerſata cohors, conuicia iactat:
Turpibus inceſſens uerbis deturbat et arcet.
Ex illo muliebre genus contendere ſueuit
Vſq; uiris, Phœbum per mutua crimina placans,

Humentes. cum Minyę hinc ſoluerent: tunc meminit Euphemus ſe inieciſſe glebam. Hic. Tunc. Recordatus Euphemus ſomni plurimum perplexi Mercurium deum ingeniorum colit: ut id auferat uel reuelet. Vlnis. Somnium Euphemi glebã ineuntis ut puellam formoſam: quę Calliparia ſit: hoc eſt pulchras mammas habeat: a quarum altera et ipſe lac ſuggere uidebatur. Mamma puellaris. Videbatue Euphemus ſoluere membra pulchram puellam amplexus in lecto. Puellaris mamma uirginea et com/ Calliparia

Humentes quando hinc Minyæ ſoluere rudentes.
Tum memor Euphemus nocturni ſæpe ſoporis
A Maia geniti ueneratur numina diui:
Et memori attonitus uaga ſomnia corde uolutat.
Nanq; uidebatur glebæ candentibus ulnis
Coniungi: et ueluti materno lacte foueri.
Mamma puellaris uiſa eſt: in uirgine qualis
Eſſe ſolet tenera: mœſto ſed captus amore
Euphemus dulci uerborum murmure geſtit:
Non ſecus ac dominam complexibus ambiat arctis.
Quam tamen Euphemus grata uice lacte fouebat
Ipſe ſuo. Dein uirgo loqui ſic uiſa repente.
Tritonis genus: et natorum grata tuorum
Sum nutrix: non quam fortiſſime rere puellam.
Sed me iuxta Anaphen Nerei pia numina Nymphas
Deponas pelagi: nullo pede poſtera ducet
Ad Phœbi radios me lux ſublimis olympi.
Aeſonides docto Phœbi reſponſa uolutans
Pectore: ſollicitos dictis affatur amicos.
O ſocii præclara quidem: nec parua paratur
Gloria. Di ſuperi iactatam in cærula glebam
In terram uertent: quæ fertilis inſula fiet.
Hanc iuuenes: noſtriq; colent per ſecla nepotes.
Occurrens nobis Triton dedit hoſpita dona
In libya: et nobis præſenti numine fulſit.
Sic ait. At uanum Aeſoindæ non cogitat heros
Iudicium Euphemus. Quin dictis lætus: et ore
Vaticino: paruam demerſit in æquora terram.
Emicat illla repens: ſurgitq; leuata profundo.
At primi Lemni Sintiados ante coloni
Illinc expulſi tyrrhenum fortibus armis
Tum Sparten coluere ipſam: quam linquere adactos

preſſa dicta: qualis ẽ in uirgine: quę ne creſcat indecenter: Strophio hoc eſt faſceola pectorali ſolet adſtringi: de qua ſic Epigrammatarius. Strophiũ.

Faſcea creſcenteis dominę compe/ſce papillas:
Vt ſit quod capiat noſtra: tegatq; manus.

Dulci murmure. Quale in coitu eſſe ſolet: de quo Naſo. Me uoces au dire iuuat ſua gaudia faſſas. Alibi. Et quę prętera publica uerba iuuãt. Geſtit. Mouetur murmurans et ululans. ut ait Apollonius. ὀλοφύ/ρετο δ' ἠύτε κούρην ζευξάμενος. ululabat ut uirginem iungens. Lacte ſuo. Proprio. eam proprio lacte nutrire uidebatur Euphemus. Apollonius. τὴν αὐτὸς ἑῷ ἀτί/ταλλε γάλακτι. Natorũ tuo/rum. Poſteros tuos nutriam. Sed me. Sed me inter Nerei uirgines ac ꝓpe Anaphen depone. Nullo pe/de. Ego die craſtini ſine tuis pedib⁹ ferar: ad ſplendores ſolis parata. Vi/detur ſignificare Rhodius glebam illam admouere principem Euphe/mum ut eam deponat in mare: quo facto recuperatis pedibus prodibit in lucem ac enaſcetur: quod eſt ire: operte ac hyperbolicos: ad ſolem ut fecit. Illud ſine pedibus uel nullo pe de Νεπόδεσσιν inquit Rhodius. Lux olympi. Diei ſequentis pe/riphraſis: qui nil ẽ aliud q̃ lux cœli. In terram. Inſulam. Hoſpita. Hoſpitalẽ. Hoc donũ una et abſo/luta dictione ξεινήιον uocat a Rho/dio. Terra hoſpita dicit a Papinio: a Marone ęquora hoſpita. Pręſen ti. Vel auxiliari uel q̃d ſe minyis oſtẽ dit et allocutus ẽ. Fulſit. apparuit. Aeſonidę iudicium. Credidit Eu phemus quod audiuerat ab Iaſone diuinitus eſſe prolatũ: proinde Tri/tonis glebam: cui in Libya manus inieceꝛat: miſit in mare. Vatici/no. Fatiloquo: uaticinia canente. Paruam. Glebam illam: cui lo/quẽte i Libya Tritone manus inie/cerat. Emicat. Repẽte enatat. Repens. Repẽtina. nomen pro aduerbio. Lemni Sintiados. Lem/nos ab Homero Sintias appellat. Lemnios Sinties primum dictos auctore Strabone Stephanus utiq; teſtatur: et Apollonius. σιντιάδα λῆμνον appellat. Ante Sintiados. Quę ante Sintias dicebatue. Significat Rhodius Lemnios prius Calliſten incoluiſſe: mox a Tyrrhenis eiectos habitaſſe ſpartam: un/de eiecti Theras incoluerunt; quę et Calliſte dictę ſunt. Adactos, Coactos uertere ſolum. Lemnos Sintias.

Autesionides auſus traducere theras
In terram pelagi Calliſten: nomina luce
Ex illa ſumpſit There: poſt funera cuius
Euphemi facta eſt hæc inſula tota ſuperbi.
Inde relinquentes celeri freta turbida curſu
Littora curua legunt Aeginæ Aſopidos. illic
Lite uiri certare parant uter hauriat undas.
Cogebat duris populos in rebus egeſtas.
Myrmidonum pueri memores certaminis acti
A proauis: currunt celeri per littora planta:
Turbaq́ nunc priſci contendit imagine ludi:
Quorũ humeros grauis unda ꝑmit: ꝑmit et cadus in/
(gens.

g Audete Heroum felix genus: impia quando
Vis maris: et crebris ceſſabunt flabra procellis.
Lætitiæ: cantuſq́ aderunt. mox pectine Phœbi
Dulcior attollet ueſtros ſuper aſtra labores
Annorum ſuperans uoluentia ſecula Clio.

Auteſio/nides. Auteſionides. Auteſionis filius noie Theras: ut ait interpres Apollonii. Traducere. Deducere ex
Sparta in Calliſten. Theras. Nomé filii Auteſionis ꝓpriũ: unde inſula Calliſte Thera dicta eſt. Ap/
Theræ. ἔνθ᾽ ἐλιπόντας σπάρτην αὐτεσίωνος υἱὸς παῖς
Calliſte. ἤγαγε θήρας καλλίστην ἐπὶ νῆσον. Cuius. Theræ Auteſionis filii. Aeginæ Aſopidos. Inſulæ
Aegina. ab Aegina dictæ Aſopi filiæ. Aſopus fuit Aeginæ pater: qui nomen dedit Aſopo Achaiæ fluuio. Dicta
Aſopus. Aegina auctore Stephano: ab Aegi
na Aſopi filia Aeaci matre. Ciuis
æginetus .i. αἰγινήτης. Tres fuerunt
Myrmido/nes. Aeginæ eodem auctore. Myrmi/
donũ pueri. Aeginei ciues ita dicti
qđ Ouidio referente a formicis orti
Myrmix. ſunt. κοῦροι μυρμιδόνων inquit
Rhodius. μύρμηξ eſt formica: unde
Myrmice. Catullo myrmice et moleſte. Ima/
gine. Similitudine ludum illũ ima/
ginarium refert. Quorum. Pue/
rorum. Grauis. Prægnans: aqua
plena. Cadus. Amphora aqua xe/
dans. Pueri cócertát amphoras hu/
merorum ferentes altrinſecus uter
prior ad aquas hauriendas currat:
colludentes.

Epilogus. Audete. Epilogus hic quidã
g eſt totius operis: in quo Rho/
dius uatũ græcorũ præcellen/
tiſſimus Argonautis applaudit iam
oram patriæ legẽtibus: quo nihil na/
uigatione diutina preſſi nautæ: Mar/
co Sarſinate auctore: Fortunatius
Heroes. ducunt. Heroũ felix genus. Bo/
norum ac beatorum genus ait Rho/
dius uidelicet. ἵλατ᾽ ἀριστήων
μακάρων γένος. Cum poetæ dicũt
Haſta. heroa nobilem: fortem: ac diuitem: etiam prudenté intelligũt: quales antiquitus reges eligebantur: quorũ
Sceptrũ. regum duo erant inſignia haſta et ſceptrum. Haſta fortitudinis: ſceptrum iuſtitiæ fuerunt inſignia. Sym/
Taurorum bolis enim ac occultis ſignificationibus priſci loquebantur: quæ me ſummopere iuuát: ac animũ titillát.
capita. Hæc in monimentis antiquis crebra reperies: ut taurorum capita: quæ aratorem hoc eſt nobilem ruſticis
Arietũ ca/ uectigalibus reditibuſq́ uiuentem ſignificant: uel robuſtum ut horus. Arietum capita quæ uiſuntur uel
pita. frequentiſſima militem: qđ Aries Marti dicatus: ut in Apuleianis commẽtariis: quos uniuerſos lucubra/
uit Pius: ſed non edidit: a Pio traditum eſt. Vel Arietum capita innuunt principem uirum a demẽtia re/
Veruecum motum: ut ait Apollo ægyptius. Viſuntur et ueruecum in monimentis capita: ut ſignificetur finis funeſtæ
capita. familiæ: qđ genus ſacrificii lari ueruecibus fiat. Auctor Cicero libro de legibus. Quin proxime dũ ædẽ
Tranſtyberinam magnæ matri dei dicatam ecelites ſalutaturus inuiſo: urnam cinerum cuſtodem conſpi/
cor. Legi hos characteres antiquitatem redolentes: non hanc ſemibarbaram: ſed illã canam: graphicam:
ac perdoctam. Epigramma hoc eſt. Hoſtiæ. C. F. Propinquæ. Vixit. an. vii. M. ix. Huic uirgunculæ cõ/
Columbu ditorio ſubſcripta eſt columbula paſſis alis· uelut euolatura angue mordicus latus dextrum appetente.
la. Schema perplacuit. Quid enim aliud per columbam niſi uirginem ab ætatulæ puritate dulciſſima ſignifi/
Anguis. cabitur? cuius ætas uiolenter moritur: uel Virgilio ſic adſtipulante. Vitaq́ cũ gemitu fugit indignata ſub
Canis. umbras. Anguis nimirum uim ac uenenum mortis indicat. Subeſt quoq́ ſemilacer canis: qui ceruum
Ceruus. morſu per clunes arripit et ſiſtit. Canem furiam et parcam dici .i. mortem uel auctore Rhodio a nobis in
ſuperioribus declaratum. Lucanus. vi. Pharſaliæ. Stygiaſq́ canes in luce ſuperna Deſtituam. Albius.
Sola feros Hecates perdomuiſſe canes. Ceruum ſymbolũ ætatis ac temporis eſſe conſtat. Sed iam a diuer
ticulo repetatur fabula: et interpretationis opus peragatur. Vis maris. Maris uiolentia ceſſabit. Fla/
bra. Venti. Lætitiæ. Quales ſunt lætiſſimæ cum quiſpiam portum ſperatum ſubit. Pectine Phœbi.
Lyra melliflua: qua Phœbus Iouis citharedus utitur. Imitatᵉ Papiniũ in poemate Thebaidos ita canẽtẽ.
Dulcior et ſenibus cycnis: et pectine Phœbi
Vox media de puppe uenit. Voluentia. Vertentia in futurum ex præterito. Voluẽdis mẽſibus inquit
Clio. Maro pro futuris. Clio. Muſa quæ κλέα φώτων hoc eſt geſta heroica canit: de qua ab Ouidio in
arte amandi dictum eſt.

Non mihi ſunt uiſę Clio: Cliuſq; ſorores
Seruati pecudes uallibus Aſcra tuis.

Aſpera bella. Deinceps quieſcet Argo: nec ulla ferarum gẽtium ut Aeetę: et Colchorũ proſequẽtium uis Abſyrto duce: aut uentorũ exercebit Argo: ſeuitẽtiſq; maris bella ſubibit ulla. Turbinis. Venti et aquarum maris in girum rotati. Immanis. Scelerati atq; pręcipitis. Strata. Pacata: placida: ſine tempeſtate leniſſima. Zephyris. A Zephyris uentis placidiſſimis ἐυπλοίαν facientibus.

Ruſus ab Aegina redeuntibus aſpera bella
Nulla ratem preſſura manent: nec turbinis atri
Immaniſq; noti rabies: ſed ſtrata quietis
Vnda maris Zephyris leni uos prouehet aura:
Cecropios portus: emenſiq; Aulidis oram:
Euboiæq; ſinus, et opuntia mœnia locrum
Littora mox ſacra Pagaſeia puppe legetis.

Prouehet. Longe in patriam uehet. Aulidis. Aulis ciuitas Boeotię e regione Euboię iacens. Sinus. Sinuoſum Euboię litus aut mare. Aulis.

Mœnia. ἄστεα inqt Apollonius. i. urbes. Opũtia. Locrẽſia. Opus. i. ὀπεῦς fluuius locridis. Opuntia uocat quoniam olim fuere ſub Opunte Iouis et Protogenię filio. Emenſi. Pręterẽuntes. Qui pręterit quaſi uiam mẽſurat. μετρήσαντες grę- ce ſcriptum eſt. Poetę latini latiniſſime ac pergraphice dicunt emenſos. Opus. Protogenia. Emenſi. Metriſantes.

Pagaſeia. Theſſalica: unde enauigare Minyę cœperunt. Rhodius. ἀσπασίως ἀκτὰς παγασηΐδας εἰσαπέβητε. Legetis. Apprehẽdetis: intrabitis. uerbũ nauticũ eſt lego. Maro. Ades et primi lege littoris orã. Fictũ uerbũ uel qd ora portuoſior legit̃. i. eligit̃: uel qd' iã portũ capiẽtes legũt. hoc ẽ colligũt uela: et inſtrumẽta nautica.

Finis Decimi et Vltimi Argonauticon
Pio Bononienſi interprete.

Finis Commentarii in Valerium Flaccum et in Apollonii Quartum Argonauticon a Pio Bononienſi Latinitate Douatum. Excuſſore Hieronymo Platonico Bonon. Leone. x. ſedẽte. M. D. XIX. Cal. Maiis.

REGESTVM.

Aa iii Bb iii Cc iii Dd iii Ee Ff iii Gg iii Hh iii Ii iii Kk iii Ll iii Mm iii Nn iii
Oo iii Pp iii Qq iii Rr iii Sſ iii Tt iii Vu iii Xx iii Yy iii Zz iii

AA iii BB iii CC iii DD iii EE iii FF iii GG iii HH iii II ii



## Dominicus Fonteius Brixiēſis Ad Lectorē.

Eſſe ergo heroas uateſq; regentia fata
  Quis neget? atq; acies, magnanimoſq; duces?
Flacce per Elyſios, et tecum Theſſala pubes:
  Errabatq; omni mortua fama polo,
Hæſerat Aeſonides cum nupta Abſyrtidas inter
  Argo nec patrium uiſere Pindon erat:
Felſina ſi Vatis Genius neſciſſet alumnum:
  Cuius ob ingenium ſtat Pagaſæa manus,
Quanta Venus fuerit: quantuſq; incepit Apelles
  Hanc Mars, hunc nouit græcia docta uirum:
Semideos Flaccumq; Pius ſic doctus, et Oſſam
  Nouit, et ut Latium Phaſin et illa ſciat,
Tantalidæ potior pars eſt ſuffecta poetæ:
  Qua priſcæ ætatis gloria uicta iacet.

## Ad Pium Idem.

Merſerat Aemoniam, Nephelæaq; uellera Flaccus:
  Heroaſq; ſuos fleuerat Appidanus,
Nomina nec poterat regum Bebeidos altæ
  Vir latius, patrios uel memoraſſe lares:
Tu niſi per latias iſſes præſtantior oras
  Et cæco uati lux tua fixa foret.
Europam atq; Aſiam uinxiſti munere: priſca
  Secla pudet, noſtra eſt æmula poſteritas.

## Dominicus Fonteius Brixiēſis Ad Lectorē.

Eſſe ergo heroas uateſq; regentia fata
  Quis neget? atq; acies, magnanimoſq; duces?
Flacce per Elyſios, et tecum Theſſala pubes:
  Errabatq; omni mortua fama polo,
Hæſerat Aeſonides cum nupta Abſyrtidas inter
  Argo nec patrium uiſere Pindon erat:
Felſina ſi Vatis Genius neſciſſet alumnum:
  Cuius ob ingenium ſtat Pagaſæa manus,
Quanta Venus fuerit: quantuſq; incepit Apelles
  Hanc Mars, hunc nouit græcia docta uirum:
Semideos Flaccumq; Pius ſic doctus, et Oſſam
  Nouit, et ut Latium Phaſin et illa ſciat,
Tantalidæ potior pars eſt ſuffecta poetæ:
  Qua priſcæ ætatis gloria uicta iacet.

## Ad Pium Idem.

Merſerat Aemoniam, Nephelæaq; uellera Flaccus:
  Heroaſq; ſuos fleuerat Appidanus,
Nomina nec poterat regum Bebeidos altæ
  Vir latius, patrios uel memoraſſe lares:
Tu niſi per latias iſſes præſtantior oras
  Et cæco uati lux tua fixa foret.
Europam atq; Aſiam uinxiſti munere: priſca
  Secla pudet, noſtra eſt æmula poſteritas.

# ORPHEI ARGONAVTI-
# CA LATINA.

## Ad Clariſſimũ Ac Ornatiſſimũ Senatorem. D. Franciſcum Elephantutiũ Bonon. Ioannes Baptiſta Pius.

PIndarus Articus olor Senator ampliſſime tẽpus oium patrẽ potens operibus imponere finẽ uocat, hoies laudãs eos, quibus parca lætã cũ felicitate fortunã ſeruat. Pindarica ſententia nobis impræſentiarũ cõuenit qui ſecũdis tẽporis auſpiciis uſi Apollonii Flacciq; noſtri pelagus eremigauimus. Felicitas quoq; tempeſtiua ſubuenit. Etenim inter muſas noſtras ſecretiores Orphei Argonautica latio trãſcripta, opus Adeſporon, nõ ingratũ tamẽ, inuenimus per me quidẽ ſcriptũ, nõ ex me. Sunt qui id poema putãt et cõſtãter aſſerũt Orphei Oeagrii fœtũ eſſe perantiquum, quod nõ ſemel ipſe teſtat. Nonnulli credulitatis impiæ criminant auctorẽ, et ad metempſychoſin pythagoricã referre ſolẽt ut ſcilicet anima Thracis Orphei in hũc Orpheũ trãſuolauerit. Hi Sudã græcũ interpretẽ ſequunt, qui ex ſentẽtia Aſclepiadis diuerſum tamẽ ab illo Theologo et Argonauta hũc Orpheũ poetã faciẽtis, Tẽpore tyrãni Piſiſtrati floruiſſe aiũt ſcripſiſſe quæ extãt argonautica, Decæterias multaq; id genus. Aelianus falſa ſuper Orpheo cũcta cenſuit et fabuloſa, quoniã Biſalta fuit Orpheus Thracũ gẽtis, cuius nationis propriũ eſt ignorare literas. Sed Aelianus de Calliopes filio meminit. Hic noſter, ſiue Thrax ut ipſe aſſerit, ſiue Crotoniata ut alii malunt, ſiue Ariſtoteli credimus, qui Orpheũ poetã nunq̃ fuiſſe dicit, et hoc orphicũ carmen pythagoræi refert cuiuſdã fuiſſe Cercopis M. Tullio auctore, heroico ac epico uerſu ſublimis aſſurgit, dignũ prorſus munus quod ad Heroẽ ueniat Elephãtutiũ, cãdida care, et romana toga, lyrã tenẽs latiã, quæ neſcio quomodo grauius tonat et magis heroicũ. Tu meorũ Bononæorũ nobiliſſimus ſtemma gentilitiũ cõdecoras, unde Senatorũ, Equitũ, Iuriſperitorũ legiones profluxerunt, nulliq; maiorũ tuorũ ſecũdus Franciſcũ gentilẽ, cognominẽq; tuũ, nouũ Camillũ Romanũ, aſſertorem libertatis et uindicem uel ſuperas uel æquas. Tu ingenũi præſens et in numerato habes, cõiecturã nunq̃ fallacẽ, uerba preſſa nõ oppreſſa, cõſiliũ et animi uim humanis anguſtiis auguſtiorẽ. Vitam Theſmotheticã in feriis ſilẽnũ Ariopagiticũ: Dotes interiores reliquas quãtæ nemini ullo ſæculo cõtigerũt. Mẽſam elegãtẽ et nitidã Cultũ ornatũ nõ ſupinũ. Faciẽ uirilẽ ac ſenatoriã. Et, ſi quid ad rẽ facit, uirtuti fortuna mater adeſt indulgentiſſima: Quæ cũ pro tempore nouercata ſit, neruis ingenii tui domita faſſa eſt in ſapiẽtẽ longas nõ habere manus. Mores ac heroicã uirtutẽ magnanimi genitoris exſcribũt et ſpirant: corporis et animi tui dulces imagines filii præſtãtes. In primis Charolus Antonius, qui merã, ut nomine præſefert granã refert: Pius, Candidus, Phœbo et muſis amicus, Tito ſuauior et amabilior. Camillus alter ingenuitatẽ: quã nomine profitetur, re maxime præſtat. Caſtalidũ ſororũ alumnus, et Charitũ proles Vertũnus alter et Proteus. In foro Lælius. Domi Auguſtus. In templo Numa. In cõuiuio Alexãder. In amicorũ cõgreſſu et conſociatione, Philippus. et ut ſummatim loquar, in omni uitæ colore terſiſſimus, qui tot uirtutib9, ut ſideribus, coruſcus. R. Laurẽtiũ Campegiũ laureã uirtutis emeritũ inter Senatores apoſtolicos eruditiſſimũ atq; ſanctiſſimum allexit ut eum legitimo ſanguini uirũ ſibi in domino, filiũ optaret. Vale ergo ac ſalue ſenatorum optime ac maxime, Orpheumq; iam nõ Thracem non Græcum. ſed Latinũ, lyram melliſluam, ac eburnum plectrum tenentem dulci ac longo amplexu foue, ut labores ſenatorios, et pro republica ſuſceptos ad illius modulatiſſimam cantilenam componas et exhaurias. Iterum uale terfelix Pii clientis memor.

# ORPHEI ARGONAVTICA.

Rex et uates Pythonis maxime Princeps:
o Cuiq; ſacræ ſummũ parnaſia petra cacumen:
Virtutẽ cano Phœbe tuã: Tu præmia famæ:
Veridicamq; mihi toto de pectore uocem
Vt teneam dulci mortalia pectora cantu
Cum iubeant plenis muſæ me ſcribere chartis.
Nam mihi Phœbe pater citharæ pergrata canenti
Carminibus flagrat mens. nondum dicta referre
Tempus adhuc ullis. Tunc cum bacchiq; tuiq;
Percuſſus ſtimulis horrentia tela canebam:
Quæq; iuuent homines: et quæ myſteria genti:
Nec non prima chaus antiqui urgentia fata:
Deinde per innumeras Saturni ſemine uires
Aethera: et excelſum duplex cui robur amorem:
Quiq; frequens genitæ eſt noctis pater inclytus hũc ſe
Quod prior oſtendit noſtri dixere Phaneta:
Vnde potens fluctu tellus: et bella gigantum
Impia: qui in ſuperos aciem ſtruxere nefandam.
Ex ipſis hominum mortalis manat origo..
Immenſæ claudunt quotquot confinia terræ:
Diuinumq; iouis cultum: latriamq; parentis
Montanæ Cybeles: quæq; illa in montibus olim
Perſephonen patris: docuit iam forte puellam:
Herculis et laceri: famoſaq; uulnera Mæli
Sacra quod Idæis et uis corybantibus ingens
Errantiq; Ceres: raptæq; exinde dolores.
Vtq; dedit leges: quam ſplendida dona Cabirum.
Quæq; canat nullus nocturna oracula Bacchi,
Diuinam lemnon: et littoream Samothracen:
Sublimemq; cyprum: uenetemq; ut amauit Adonis,
Orgia Praxidicesiarines cum Pallade noctis,
Aegypti luctus: et oſiris dolia ſacra.
Quid de uenturis præcordia uiſa ferarum:
Et uolucrum doceant: quo ritu uiſcera ſpectes.
Quanta etiam ſomno captæ pulcherrima rerum
Prædicant animæ uatum de mente profunda.
Et quæ ſit ſignis, monſtris, aſtroq; minaci
Caſta hominum generi luſtrata perutilis unda:

Quæq; deos placent,hominumq; in funere dona.
Multaq; præterea mihi uiſa et cognita dixi
Cum peterem tenebras pallentis Tænaron orci
Confiſus cithara cara pro coniuge noſtra:
Et cecini qua ſacra nitent ægyptia pompa
Accedens memphin præclaram:atq; Apide terras
Inſignes:rapidi nili quas unda coronat.
Vera tibi noſtro cuncta hæc de pectore manant.
Nunc quoniam flagrans in nobis euolat oeſtrum
Corpoream linquens molem ſuper æthera longe
Non audita prius noſtro de carmine diſces:
Pieriam ut quondam:libethraq; uenit ad alta
Semideum:pariterq; Heroum primus Iaſon:
Et ſibi pro reditu rogat auxiliator ut irem
Puppe ſecans altum crudelia regna petenti
Diuitiis gentem ſcelerum quoq; mole grauatam:
Sole quibus genitus Aeætes regnat in oris:
Nam timuit Pelias præſagia:ne ſibi regni
Auferat Aeſonides uenturis ſceptra diebus:
Fraudibus inde uias fallaci corde ſtruebat.
Vellera de colchis nam iuſſerat aurea ferri
Theſſaliam ad pinguem.Sed uox ut perculit aures
Impia:Iunonem manibus uocat ille leuatis.
Hanc colere e cunctis ſolitus cæleſtibus unam.
Illa fauens iuſtis precibus pia uota ſecuta eſt.
Nanq; hominum magis unus erat dilectus ab illa
Heroum intrepidus ſuper inclytus Aeſone natus.
Cogitur hinc ad opus Pallas Iunone uocante.
At dea fagineam celeri ſtruit ordine puppim:
Remigioq; aptat:ſalſum quæ prima profundum
Præterit:et pleno tenuit ſua littora curſu.
Ergo ubi magnanimos reges collegit Iaſon
Impiger ad Thracen celerat ueſtigia noſtram.
Illic me cithara ſinuantem plectra canora
Inuenit: ut ſacros facerem tibi Delphice cantus:
Qua traherem uolucres:ſerpentes uoce:feraſq;.
Sed poſtquam greſſus optato fixit in antro:
Protulit e calido mellitam pectore uocem.

Orpheu Calliopes Oeagro nate parente:
Atq; in Biſtonia Ciconum rex optime ſalue.

Tu nanq; Hæmonias princeps das Iura per Alpes:
Strimoniaſq; undas: Rhodopeſq; cacumina ſumma.
Ipſe ego ſum Minyes regali ſanguine cretus
Theſſalus Aeſonides: hoſpes tibi certus habendus.
At tu quæſo faue cæptis: et percipe grato
Quæ loquar auditu: nec inexorabilis eſto.
  Euxini pontiq; ſinus: et phaſida tutum
Te petere: et monſtrare maris quo nauiget Argo
Indomitis littus uotum eſt Heroibus unum.
Expectatur ab his tua uox diuina: chelisq;
Quem ſperant comitem pelago: ſociumq; laborum.
Nam neq; mens dare uela uiris in barbara regna
Te ſine: qui tenebras de tot mortalibus unus
Acceſti horrentes: et quæ rudis ultima rerum
Abdita ſepoſuit tellus: atq; inde rediſti.
Hanc igitur molem communis ferre laboris:
Nominaq; ipſa uelis tua clara nepotibus eſſe.
Inde ego ſum tali reſpondens uoce locutus.
  Aeſonida quid tanta mouens hortaris et urges
Ire procelloſas armata puppe per undas
Vt ueniam colchon Minyis adiutor ad urbem:
At mihi iam ſatis eſt operum: ſatis atq; laborum
Ex quo terrarum uidi loca plurima et urbes
Aegypti: libyeſq; uiris oracula promens:
Et me ſollicito tandem reuocauit ab æſtu
Errantem: in patriamq; parens ueneranda reduxit:
Vt teneam tardos morientis tempore canos.
Sed neq; fatales fas eſt mihi ſoluere leges:
Parcarum me iuſſa trahunt. magno mihi conſtent
Per numerum quæſita Iouis: iam iamq; ſequemur:
Inter et Heroas noſtri numerabimur æui.
Tunc quoq; digrediens antrum peramabile liqui
Dulciſona comitante lyra: Minyaſq; ſecutus
Alatis pedibus pagaſarum ad littora ueni.
Hic tum bellaces anguſto in littore graii
Cum fremitu ad ripas condenſabantur Anauri.
Atq; ubi iam greſſus ſpectant me ferre propinquos
Exultant animis: et gaudia plurima carpunt.
Ipſe ſuper tantis quærens Heroibus ibam:
Herculis ac primum conſpexi fortia diui

Pectora: quem peperit de magno Alcmena tonante
Liquiſſent triduum ſolis cum lumina terras:
Torpentiſq; forent gratiſſima tempora noctis:
Tiphynq; Agniaden longe qui Lintea puppis
Dirigeret: tunc ſe exercens confinia iuxta
Theſpiaca, et pelago, et Telmiſi nauigat undis.
Is fuit horriſonis: ſæuiſq; obſtare procellis
Doctus: et ad tutos Argo perducere portus.
Pollucem atq; equitum domitorem caſtora noui,
Et te Mopſe adii Titareſie, ſplendida cultu
Chaoniam peperit quem ſubter Aregonis alnum.
Præterea Aeaciden illuſtrem Pelea partu
Aegines dolopum, phthia qui regnat in urbe.
Mercurii generoſa patris tria pignora uidi
Aethaliden ſibi quem genetrix tulit Eupolemia.
Myrmidonis ſaxoſæ Alopes in montibus urbis
Euriton, egregium ꝗ Enchiona, quos ſibi quondam
Laothoe Mereti genuit commiſta puella
Mercurii ſoboles Cyllenia regna tenentis.
Tu ſimul Actoride, Tu Buphage nate Corono,
Iphiclus et Phylaci diuum genus affuit una.
Tuq; etiam Aeneade: Phœboq; ſimillime Butes.
Tranſit Abantiades Euripi littora Canthus,
Quem Parcæ domuere graues: libyeſq; per arua
Immemorem reditus mors intempeſta peremit.
Venit et Alconis æſepo abs amne Phalerus:
Gyrtonem ualidis muris qui condidit urbem.
Iphitus hos ſequitur de te patre Nabole natus
Phocenſis retinens turritæ ſceptra Tanagres:
Laodocuſq; Alauſq;: et Areius inclyta proles
De Pero geniti, et præclari germen Abantis:
Iphidamaſq; Alei uenit. Nam iuſſa parentis
Magnanimi urgebant. Tegees tellure relicta
Venit et Erginus Branchi, cultiſſima linquens
Et patriam celſis cum mœnibus arua Mileti,
Mæandri in ſeſe quæ uerberat unda recurrens.
Deinde Periclymenus Nelides affuit una
Pellenen iuxta linquens: madidamq; Lipezon:
Aſty ſuum diues, poſitaſq; in monte colonas.
Tu Calydone uenis fortis Meleagre relicta,

Quem tulit in roſeis Altheæ Amplexibus Oeneus.
Iphiclus alta ſecans Atraceſia ſtagna reliquit,
Altheæ qui frater erat, præqꝫ omnibus uni
Intentus Meleagre tibi laudanda monebat.
Tranſit et aſterion genitus de patre Comete,
Tireſien linquens, ubi miſtus Apidanus undis
Penei fluctus communes mittit in æquor.
Liquit et Eurydamas properans Bœbeidos algam
Peneo illapſæ Meliboeæ mœnia iuxta.
 At poſtquam ælatides Polyphemus proſilit ingens
Viribus, heroaſqꝫ inter ceu flamma refulgens
Enæus uenit, Cænei quem fama rapacis
Vrgentem lapithas centaurica tela tuliſſe
Tranſfixum trabibus abiegnis corpora longis,
Suſtinuiſſe tamen genua incuruata furentem,
Et uiuum manes, tenebraſqꝫ acherontis adiſſe.
Venit et ipſe Pheris Admetus Apolline quondam
Perfunctus ſeruo patrias dum diffugit iras.
Nanqꝫ ille indomitis cyclopas morte ſagittis
Pro nato impatiens affecerat ante perempto.
Actorionqꝫ illi, qui filius Actorionis
Saxoſum linquens Opoenta. Acceſſit et Idas.
Quiqꝫ procul longe trans æthera, trans mare Lynceus
Et ſubter Plutum, terræqꝫ barathra profundæ
Solus in humanis uiſu penetrauit acuto.
Conſequitur Telamon: Fortis pater Aeacus illi,
Splendida cui nubens ægina potentis Aſopi
Nata dedit pulchrum ſalaminæ in littore partum.
Martius his Idmon nothus annumeratur Abantis,
Quem de concubitu generauit Apollinis olim
Circum diuinos animoſa Pheretia fluctus.
Huic præſcire dedit, huic promere uoce futura
Phœbus ut utiliter genti memoranda loquatur.
Affuit et linquens opoenta Menœtius agrum.
Vicinus Minyes uenit quoqꝫ diuus oileus.
Inclytus his aderat Phloeias, quem propter amœni
Aeſepi ripas Baccho eſt enixa puella
Inſignem forma, et prudenti pectore clarum.
Cepheus Arcadia conceſſit et ipſe relicta,
Ancæuſqꝫ ſenex Euxini ad littora ponti,

Iuſſit ab Arcadia pater una Heroibus ire.
Hic humeris nullos ualidis induxit amictus.
Sed rigidum pellis latus urſo texit adempta.
Nauplius inſequitur Amymones cara propago:
Quem tulit illuſtri Neptūno ſubdita pulchro
Corpore dis ſimilem:et præſtanti robore clarum.
Vertice Tænareo uenit Meleatidos alto
Aulonas linquens ſimul:undiſonaſq; Therapnas.
Venit et Ancæus cui Cyclos cuiq; planetas
Noſſe datum,et ſummis quod iter Pleuronius aſtris:
Vnde quod et præſens:et quæ uentura canebat.
Deinde Palæmonius Lerni nothus:utraq; uenit
Læſus crura licet:pedibuſq; nec ambulat æquis:
Vulcanoq; ideo genitum de patre uocabant.
Venit et Alphæi ripis:Piſiſq; relictis
Patre ſatus magno Augeas de ſole coruſco.
Quinetiam gemini fortiſſima pectora Rami
Amphion ſimul:Aſterius Pellene relicta
Cultibus et patriis alacres in prælia fratres.
Agnoui duplicem boreæ de germine ſpicam:
Quos peperit nubens Illiſi ad fluminis undam:
Regis Erechthei diuum genus Orithia
Quiq; etiam plumis circum talaria fuſis
Corpore dis ſimilis Zetes:Calaiſq; uolabant.
Venit ab urbe Pheris Pelia quoq; principe natus
Anchiſteus:præcelſa duci cui pareat Argo.
Euxinum et Phaſim Minya ut cum remige poſcat:
His ſimul acceſſit dilectus ab Hercule diuo
Pulcher Hylas:nondum cui circuncinxerat ora
Candida:flaueſcens roſei lanugo decoris:
Amphitryoniadæ intonſus ſic ille placebat.
Sic illi ad puppim:ſic in ſermone frequentes
Circum aderant :aliuſq; aliud clamore iubebat:
Prandiaq; haud parci præbebant hoſpite menſa.
Sed poſtq̃ ſat cuiq; fuit potuſq;:cibiq;
Ordine quiſq; ſedens ad opus iam uota ferebat.
Hinc ſeſe ex alta conſurgens quiſquis harena
Adſtantem glomerant ſpatioſo in littore nauem.
Certatimq; ſtupent omnes.ſed protinus Argus
Subnectens ualidos alta de puppe rudentes

Artis ope:et trabibus ſubter conuexa dolatis
Roſtra mouere parat:uocat atq; hortatur honorans
Infeſſi ut ſubeant.ſtudioſos occupat ardor:
Arma quoq; exuti prolixum pectora circum
Succincti funem:ſupremis uiribus inſtant.
Et ſtatim ad fluctus ſtridens.Propellitur Argo.
Illa ſed exiliens nudas dum calcat harenas
Terram inter fluctuſq;:in ſicca reſiſtit Alga.
Nec forti Heroum dextra impellente mouetur.
Obriguit gelido tum rurſus pectore Iaſon:
Et me reſpiciens ut noſtri carmine plectri
Vires atq; animos defeſſis innuit addam.
Aſt ego cum cithara meditatus carmina noſtra:
Melliſluaſq; mea reſonans cum matre camœnas
Ex imo dulces produxi pectore uoces.
Egregii Heroes Minyæ generoſa propago
Eia agite inuictis alacres impellite funes
Pectoribus:ſolido et ueſtigia figite greſſu
Summa pedum geminis innixi extendite plantis:
Et læti in fluctus Argo proferte ſerenos:
Quæ trabibus quernis compacta eſt,phagineiſq;.
Pergite uoce mea.prius eſt ea cognita uobis
Cum traherem quercus nemoroſa in ualle Colones:
Et pontum peterent cantus de uertice montis
Saxa ſecuta meos.Sic tu procliuis in undas
Me ſequere æquoreas:moueat fiducia noſtræ
Vt properes citharæ:uox et diuina canentis.
Nec mora proſiluit ſtridens:ſenſitq; carinæ
Subdita concuſſæ callenti phagus ab Argo
Palladias artes.Stetit ocyus illa per undas:
Congeſtiemq; leuat.Vaſto natat ardua ponto
Et trabium denſas diſiecit mota phalanges:
Vno protenſæ ſubter quæ fune iacebant:
Ingreditur portum gaudens.iam littore cedit
Vnda repercuſſo:lætuſq; exultat Iaſon.
Argus init ſaltu puppim.Tiphyſq; ſecutus
Et ſua quæq; uiris dant armamenta lociſq;.
Erigitur malus uelum ſuper.hinc quoq; clauum
Sub puppim nectunt:et loris fortiter urgent.
At poſtquam remis inſtructa eſt nauis utrinq;

Accelerar · iubent: Minyaſq; inſidere tranſtris:
Ad quos tum uolucri ſermone locutus Iaſon.
Vos ait illuſtres proceres aduertite, nanq;
Ipſe ego me nolim regem melioribus eſſe.
Ergo ducem quecunq; animis perſuaſerit unus
Proferte heroes. Illi ſint omnia curæ:
Qui rebus modus, et quæ ſit ſententia dictis
Cum terræ accedent, et cum tranabimus æquor,
Siue etiam colchos. alias ſeu poſcimus oras:
Eſtis enim numero ſimul, et uirtute priores,
Et manet a ſuperis naſcendi gloria uobis,
Vt labor hic nulla communis laude canatur.
Sed neq; qui ſuperet: uel ſit præſtantior ullum
Hercule rege putem: ſimul et cognoſcitis ipſi.
Sic ait, et cuncti laudarunt dicta tumultu,
Et clamor ſequitur. regem placet eſſe, ducemq;
Alciden, longe ſocios qui excelleret omnes.
Non tulit Alcides prudens. nanq; ille ſciebat
Aeſonidæ per iuſſa dari Iunonis honorem;
Vt decus in longos illius prorogет annos.
Inde ducem clara decernit Iaſona uoce.
Quinquaginta Argus remis terraq; mariq;
Tum quoq; collaudant Alcidæ iuſſa tumultu
Sublato, et principes his eſſe uidetur Iaſon.
Sed iam uectus equis cum ſcanderet æthera Titan
Immenſum et tenebras inferret noctis opacæ,
Tum ſecum Aeſonides intra præcordia cautus,
Fœdera iuratos ſtatuit firmare fidemq;
Heroas, ſtabili ſeruentur ut omnia uoto.
Tunc muſææ patris carum genus Antiophemi,
Me properare iubes pulcherrima ſacra parantem.
Ipſe pyras igitur ſpatioſo in littore ſtruxi,
Frugiferæ quercus, tum ueſtes deſuper amplas
Ordine compoſui dis conuenientia dona.
Tunc quoq; mugitu præſtantem et robore taurum
Viuentem ad ſuperos dura ceruice reflexa
Occidi iugulans. circum cruor undiq;. manat.
Impoſui ſuper: et confringens corda placentis:
Vna oleæ librans agnæ cum lacte liquorem.
Tunc iuſſi denſa proceres adſtare corona:

Agglomerare enſes:infigere tela iuuenco:
Viſceraꝗ:et pellem nixu tranſfigere dextræ.
In medio patulam collectis omnibus urnam
Conſtitui:inde manu commiſcens omnia docta
In primis adipem cerealia dona farinæ
Et ſalſos pelagi fluctus:taurıꝗ cruorem
Inde coronatos oleis ad ſacra uocaui.
Ipſe meis phialam manibus·fuit aurea:ſumens
Impleui miſtis epulis:atꝗ ordine cuiꝗ
Heroum guſtare dedi uirtute potentum:
Et picis arentis immittere lampada iuſſi
Ignibus æſonidem. Facis ingens flamma coruſcat.
Extendens tum deinde manus reſonantis ad undas
Sed uoco te primum ſeniorem Nerea cunctis
Quo patre formoſæ ſunt quinquaginta puellæ
Et Glaucen Phocas quæ concipit Amphitritem,
Proteaꝗ et phorcum:et late Tritona ſonantem.
Et celeres uentos:quibus aurea iungitur aura:
Splēdidaꝗ aſtra procul:tenebras quoꝗ noctis opacæ:
Præꝗ ducem pedibus fulgorem ſolis equorum
Dæmonas amplexus:heroidas uſꝗ marinas:
Littoreoſꝗ deos:fluuiorum et ſalſa fluenta:
Et fuſco terras Saturnum crine mouentem:
Extantemꝗ undis ad iuramenta uenire:
Deſerat ut nullus communes ante labores:
In patria rediens donec ſit quiſꝗ receptus:
Læſerit at iuriſiurandi fœdera quiſquis
Numina contemnens ſuperum:teſtentur in illum
Vltrix iuſtitia:et pœnas quæ præbet erinnys.
Hæc ego. Tunc omnes: periuria nanꝗ timebant:
Adſpirant nutu:manibus quoꝗ ſic fore ſignant.
Atꝗ ubi conſenſere:et iuſiuranda dedere:
Proſilit in medium nauis tunc quiſquis aduncæ:
Ordineꝗ adſedit:iuga ſubter et arma ligabant,
Aptabantꝗ manus remis:iubet hic quoꝗ Tiphys
Nexilibus longam chordis ſubnectere ſcalam:
Vela dare in uentos portaꝗ auellere funem.
Tunc etiam leuibus Iuno Iouis uxor eundum
Significat uentis,impulſaꝗ nauigat Argo.
At poſtquam remos haud feſſi mente:manuꝗ

Exercent proceres et amarum ſcinditur æquor,
Spumea de prora deſerbuit unda tumeſcens.
Sed cum mane ſacrum ſurgens a periret eoo
Oceano terras, iam iamq; aurora ruberet
Dulce hominum generi lumen:ſuperiſq; reportans:
Tunc ſeſe nobis nemoroſa cacumina et altis
Rupibus umbroſo de uertice Pelion offert.
Hic propter terram Tiphys temone remiſſo
Remigibus lentis impelli iuſſerat Argo.
Tunc propere littus contingimus, haud mora iacta
Ad terram ſcala:portis intramus amicis.
Egreſſi Heroes Minyæ dant membra quieti:
Ad quos tunc omneis Peleus eques eſt ita fatus.
Cernitis excelſo collem ſub uertice amici
In medio umbroſum ſpatio?iuſtiſſimus illic
Centaurorum habitat ſpeluncæ in margine Chiron
Quicunq; in pindo aut pholoe uerſantur in urbe,
Iuſtitiæ ſtudet et morbis medicamina præbet.
Quinetiam Phœbi citharam quandoq; canoram
Mercurii ue lyram plectro pertentat amœno.
Iudicia in rebus mortales edocet omneis:
Vſque adeo Thetis ut niueis argentea noſtrum
Quemq; enixa recens natum.complexa ſub ulnis
Pelion aſcendens tulerit chironis ad antrum:
Quo ſciat et prudenter ali:et conſtanter amari.
Sed iam certa tenet pueri me cura uidendi:
Antrum igitur poſcamus:ut hinc uideamus amici
Quis puero cultus:morum quis fulgor in illo.
Sic dicens callem ingreditur:ſectamur euntem.
Aſt ubi centauri uaſtæ ſucceſſimus aulæ
Ipſe recumbebat tenui prope limina lecto.
Ingens atq; humeros ſuſtentat petra:pedeſq;
Præpetibus membris extendebantur equini.
Tum prope Pelides Thetidos quoq; filius adſtans
Increpuit citharam.tenuit ſua gaudia Chiron.
Aſt ubi præclaros reges ad limina uidit
Excipit adſurgens et lætus ad oſcula quemq;:
Inde epulas profert:et plenis uina lagenis:
Subſternenſq; humiles multa:diſcumbere iuſſit,
Fronde thoros:fert exuperans.incompta paropſis
Porcorum

Porcorum, atq; agiles ceruorum in prandia carnes.
Deinde tulit dulcis gratiſſima pocula Bacchi.
Cum iam menſa ilares animos fœcunda dediſſet
Applauſu ſtrepuere manus. me nanq; iubebant
Cum cithara argutos cantus conferre Chironi.
At mihi non ideo perſuaſum eſt. nanq; rubore
Perfuſus iuuenis ſenis æmulus eſſe uerebar.
Ipſe ſenex donec cupiens cantanſq; coegit
Inuitum alternis modulis contendere Chiron.
Increpuit prior ergo lyra centaurus eburna
Quamq; ſuis geſtans manibus porrexit Achilles.
Et canit ut fuerint non æquo marte feroces
A lapithis iuxta centauri morte perempti.
Et temere Alciden auſos irrumpere contra
In pholoe pugnaſſe: mero faciente furores.
Aſt ego tum cithara poſt illum ex ordine ſumpta
Mellifluum reſonans emiſi gutture cantum.
Nigrantis tunc ergo Chaus prædiximus hymnum.
Vt conuerſa elementa, poluſq; apparuit horrens.
Quodq; genus uaſtis terris pelagiq; profundum.
Conſilio et prudens: atq; antiquiſſimus horum
Cuncta ſuo generauit amor, ſecreuit et ipſa
Saturnumq; grauem, ſummiq; ut denique cœli
Excepere iouem regalia ſceptra tonantem.
Cantabamq; genus iuuenum, et ius omne deorum,
Pugnacem Bacchum, et crudelia facta gigantum.
Mortalis ſuper hæc hominum memorata propago
Eſt mihi, et anguſtum ueniunt cantata per antrum
Prædulces plectro reddente per atria uoces.
Obſtupuere apices montiſq; et uallis opaca
Pelionos, quercuſq; alte de carmine motæ
Conuulſis properant ad eam radicibus aulam,
Auditoq; feræ cantu, petræq; ſtrepentes
Speluncæ ſtabant informes agmine facto.
Quin etiam feſſis ſtabula ad centaurica pennis,
Immemoreſq; ſui nidi uenere uolucres.
Centaurus ſtupet aſpiciens, ferienſq; trementis
In ſeſe ipſe manus terram pede pulſat equino.
Sed uenit a puppi Tiphys Minyaſq; repente
Imperio cogit. Cantus ego deinde remiſi.

Conſurgunt Proceres:ſua quiſquis et induit arma.
Sed natum Peleus patriis complexus in ulnis
Attiſit lachrymans, gaudens excepit Achilles.
Ipſe ſuis pellem manibus Centaurus honorans
Hoſpita dona dedit pardi mihi munus habere.
Aſt ubi ſpelunca diſceſſimus inde relicta
Extendens ſenior tumuli de uertice utraſq;
Phyllirides in uota manus:ſuperoſq; precatur
Dent reditum Minyis.ueniat quoq; regibus orat
Gloria magnanimis tardos uiſura nepotes.
Ergo ubi iam ad nauem et littus deſcendimus omnes
Conſedere ſuis in tranſtris quiſq;:manuſq;
Impliciti ualidis pulſabant æquora remis.
Pelion ex oculis abit:et uis ſpumea uaſto
Exultans pelago canentes fecerat undas.
Piſæus latet:et tua ſæpia littora uertex.
Ante oculos Sciathos ueniūt dolopiſq; ſepulchrum.
Plana quoq; Anchialos:et aquis præſalſus Enaulus:
Qui rapido uaſtis ſtrepitum dat flumine terris.
Prætereunt ualles Minyæ quoq; montis olympi
Excelſi obſtruſas:et Athon cum frondibus altis;
Pellenen latam:necnon Diam Samothracem.
Hinc quoq; mortali nulli dicenda deorum
Sacra meis moniti ſermonibus horrida uitant
Heroes:illinc nanq; inſatiabile luctum
Incola de nautis factorum uindicat uſu.
Inde ad compoſitos uultus appellimus Argo
Diuinæ lemnos .Scelus illic auſa nefandum
Fœminei rabies odii iurata maritos
Exitio dedit.Aſt deinde uolentibus ipſis
Imperat hypſipyle cunctis formoſior una.
Sed tibi quid multis referam dea Cypria quanto
Fecerit igne graui ſplendentia pectora noſtrum
Lemniadum Minyis ſociare cubilia iunctis?
Reginam Hypſipylen ardens compreſſit Iaſon;
Aſt alias alii:pelagi nec cura manebat:
Donec me tardos animo indignante receſſus:
Et monitis miſcente minas:referuntur ad Argo
Remigio intenti patriæ quoq; cura ſubiret:
Sub lucem Zephyro puppim feriente ſereno

Helleſpontus habet: noſq; arta relinquit Abidos.
Dardanium a dextris: Pytieq; erat: Ilion ingens:
Pulcher ubi Aeſepus Percoten: Abarniadanq;
Frugiferas terras ſplendentibus alluit undis.
Læta ferebatur uentis ſtridentibus Argo.
Atq; ubi iam littus compreſſimus. ipſe magiſter
Aemoniæ puppis: ſimul et præceſſus Iaſon:
Atq; una Minyæ reliqui monimenta Mineruæ
Erecto ædificant ſaxo. pulcherrimus unde
Manat ab Artacie nympharum muñere gurges:
Dona deæ quoniam per concaua littora ponti
Helleſpontiacis facies arriſit in undis:
Et nullo introrſum motis aquilone procellis
Iactanda in medios non hæc fluit anchora fluctus:
Porrectoq; illic tentoria littore figunt,
Et pranſi expectant uenientis tempora cœnæ:
Iamq; recumbebant uenit cum Cyzicus heros.
Imperat hic Dolopum genitq; Perictionumq;
Aenei carum pignus: quem filia clari
Eudori Aenippe peperit formoſa puella.
Hic igitur menſa Minyas fouet hoſpite cunctos:
Flexipedeſq; boues: pinguiſq; dat. eſſe iuuencos:
Agreſteiſq; ſues: et rubri pocula uini:
Et panum cumulos dono dat ferre per altum.
Inſuper et ueſtes, tunicas: pictoſq; tapetas.
Fecerat ætatis par illos gratia caros,
Appoſitiſq; ſuum eſt dapibus teſtatus amorem.
Sed poſtquam oceani latuit ſol merſus in undis,
Lunaq; nocturnum ſtellis induxit honorem,
Proſilit Arctois pubes tunc martia ſiluis,
Perſimiliſq; feris facies fuit horrida quales
Titanas referunt, fortes ue fuiſſe gigantes.
Nam ſex cuiq; inerant cum duris brachia dextris,
Quos ſimul ut toruo uiderunt lumine reges
In pugnam et duros aſſumunt arma labores.
Pugnabant illi piceis, haſtiſq; abiegnis.
Et Minyas tenebris inuadunt noctis opacæ:
Sed temere inſtantes natus Ioue fortiter arcu
Stridente occidit, iuuenem quoq; perdidit una
Cyzicon, inuitus licet, atq; errallet in illo:

Fata ſed urgebant Alcidæ occumbere dextra:
Cum ſubito in puppim ſaltu referuntur aduncam
Armati Minyæ:atq; omnes ſua tranſtra tenebant.
Tiphys ab excelſa dat ſibila puppe:iubetq;
In nauem,ſcalamq; trahi,ſoluiq; rudentes.
At non ſoluuntur funes.ſed naue retenta
Arctius hærebant ſubitæ de more procellæ
Vincula nodorum.Stupuit tum nauita Tiphys
Egregius.Iam uoce carens et liquerat Argus
Temonem,fluctus expes euadere tantos,
Indignante Rhea populum per uulnera cæſum.
Sed cum iam medios curſus nox atra teneret,
Iret et occiduai aſtrorum fulgor in undas,
Altior inuaſit nautæ tum lumina ſomnus.
Inde deæ mandata graui non uana ſopore.
Horriſonæ inſtantis comprenſum Palladis urgent,
Fataq; diuinum ſic eſt ea fronte minaci.
Agniada dormis ſomno percuſſe profundo
Pelle tegens oculos:ſed iam conſurgito Tiphy,
Et tutum ad littus ſaltu de puppe iubeto
Ire duces,informe tenent ubi corpus harenæ.
Hoſpitis,inferiaſq; dari,et ſua funera cæſo,
Dis Rhea nanq; iubet ſacra et libamina ferri
Infernis,largoſq; oculis ſtillantibus imbres.
Faſq; pium,atq; huius ſic hoſpita menſa colatur
Quem iaculo inuictus traiecit noctis in umbra
Alcides:iraq; deam concuſſit amara.
Aſt ubi iuſtus honos habitus de more ſepulchri:
Inde deæ ad ſedem uenietis Dyndimon altam.
Hic placanda ſacris Telluris filia pulchris.
Tunc funes trahere:et uentis dare uela iubebat.
Hæc ubi fata dea eſt:abiit conuerſa ſagitta
Ocyor ad ſuperos.Oculis huic pellis abacta eſt
Qui propere exiliens populum clamore uocabat
Hinc atq; inde mouens.illos ſopor altus habebat.
At tremor hinc animi.ſed poſtq̃ uoce uocatos
Heroas docuit per ſomnum uera locutus
Surrexere Citi:et ſaltu iam littora poſcunt.
Tum croceas aurora faces iam nocte fugata
Prætendens:rutilo ſpargebat lumine cælum.

Cum celſi proceres Minyæ uidere cadauer
Puluere fœdatum:liuentiq; ora cruore.
Vtq; feras alias ingentia corpora circum:
Ipſi autem denſa regem cinxere corona
Cynzicon:et ſecto iuuenem ſub marmore claudunt:
Et fodiunt tumulum,factoq; ex more ſepulchro
Agglomerant truncos propere.Iam magna ſub antris
Viſcera defoſſis condunt.Aſt ipſius umbram
Idem ego perfectis placaui in funere ſacris,
Dulcis aquæ:et niuei lactis libamina miſcens
Illimo de fonte:meis et laudibus ornans.
Tum uero Aeſonides ſociis ad uota uocatis
Eſſe ſpulchrali ſua præmia dixit agoni.
Hypſipyle dederat fetri quæ munera lemno
Ancæo calicem dedit aurea dona paleſtræ
Gibboſum:manibuſq; grauem.uerum tibi Peleu
Victori in ſtadiis propri certamine curſus
Inſignem:rutilam:textam quoq; Pallade ueſtem:
Et fuit argento Crater grauis,arte ſuperbus:
Alcide pretium pro teſtibus aurea Caſtor
Dona tulit phaleras præſignes uictor equeſtris:
Polluciq; dedit ſplendentes ferre tapetas.
Nam fuit hic pugilum celebri certamine uictor.
Ipſe autem flexo ui multa ſtrenuus arcu
Sublimem ante omnes emiſit in alta ſagittam.
Hinc oleam Aeſonides Minyis donatus ab ipſis
Intextam uario tenuit cum flore coronam.
At mihi pro cantu dat munera dius Iaſon
Ex auro extenſis alis utrinq; cothurnos:
Hic pugnæ modus:at celer implet fama penates
Cyzicon extinctum:quod poſtq̃ ſenſit et uxor
Infelix altum reſonat,laceratq; pectus:
Et collo inuoluens funem,ſuſpenſa pependit.
Suſcipiens autem lachrymas has terra perennes
Emiſit latices.Saxiſ fons uitreus inde
E mediis manat.fontem uocat incola Clyten.
Tunc ergo oracli memores tenuere cacumen
Diuinum auditi reges,et dyndimon altum.
Vt ueneranda ſacris annoſæ deniq; placent
Corda Rheæ,ſumatq; animas regina calentes.

Ipſe autem cithara ſemper comitante ſequebat.
Præuenit hic etiam nos argus puppe relicta:
Qui pius obliqua intortum cum cortice ramum
E ferro arentem uitem præcidit acuto:
Effigiem q́ ſacram ſeclis monimenta daturam
Omnibus egregia fixit, formauit et arte:
Reginæq́ aram ſculpto de marmore ſtruxit.
Hic igitur properi Minyæ: præq́ omnibus unus
Aeſonides ſectis ponunt altare lapillis.
Hoc ſuper et tauros libant, et uictima quæq́
Grata fuit: proceresq́ iuuant libamina diua.
Nos cultus: laudesq́ deæ celebrare iubemur
Supplicibus reditum quo ſic placata miniſtret.
Ergo ubi deſierant libamina ſacra: pioſq́
Argoam ad nauem deſcendimus, hinc quoq́ Tiphys
Heroas de puppe uocat. Tum protinus omnes
Irruimus quo quiſq́ prius per tranſtra reſedit.
Ordine tunc etiam remorum cura ſubibat.
Sponte ſua funes terra uenere ſoluti.
Velaq́ tenduntur. nobis Rhea Dyndimo ab ipſo
Magnipotens miſit uentos de puppe ſecundos.
Nos autem ruſum ſpectanda nepotibus olim
Sacra coronata de naui mittimus aras:
Implicitæq́ Argus duri ceſſere rudentes.
At poſtq̃ nauis complerunt carbaſa uenti
Subſiliens ſalſas ponti prætereuolat undas
Et prope Myſorum terræ confinia tranſit:
Rhindaciumq́ cito curſu tum præterit amnem.
Hinc iam littus amans gaudenti remige portus
Intrat arenoſos. manibus tunc ergo rudentes
Colligere: et loris ſubnectere uela iubemur.
Hinc ſcala egredimur ſubducta in littore pulchro:
Quiſq́ cibi potuſq́ memor: nemoroſa uideri
Organti hic circum præcelſa cacumina montis.
Tum uero armatus ſiluas properabat in altas
Alcides arcu: teloq́ tricuſpide dextram.
Venando ut prædam ſociis: cœnam q́ pararet.
De ſue uel caprea, cornuta ſiue iuuenca.
Dum p̃ ſubit late ſiluas clam puppe relicta
Poſt ſecutus hylas, prauiſq́ erroribus actus

Peruenit infelix habitant ubi forte paluſtres
Speluncam nymphæ,uiſum quæ protinus illum
Imberbem.ſimilemq; deis:rapuere ſub undas
Vt ſecum totus ſenii ſit neſcius annos.
Iam medio curſu rapidis altiſſimus ibat
Phœbus equis.reſonant ualidæ de montibus auræ,
Carbaſaq; alta petunt.iubet ergo intrare carinam
Exclamans Tiphys,et ſoluere littore funes.
At citus Elatides ſyluas Polyphemus inibat
Vt uocet Alcidem,celeremq; reducat ad Argo.
Verum haud occurrit.Robur nam fata uetabant
Alcidem indomitum contingere phaſidos undas.
Ergo ubi telluris infauſtæ liquimus oras
Hic iam Amycus Bebrycenſis habet crudelia regna
Gentis:et ætherium contemnens faſq;,Iouemq;:
Immane inſtituit contra hoſpita iura duellum
Vt ſtabulum quiſquis uel regia tecta ſubiret
In pugilem duris ineat certamina pugnis.
Hunc igitur ſtrauit ui uaſta robore Pollux
Percuſſa extemplo loris ceruice tremendis.
At Minyæ ferro Bebrycenſia corpora cædunt.
Soluimus hinc,urbemq; in lato littore magnam
Remigibus laſſis Bithynia tecta ſubimus.
Hinc iam fontis aquas,et ſiluis ligna niuoſis
Poſcimus hoſpitio,et ſub noctem cœna paratur.
Perdidit hic geminos uibratis corde tumenti
Infelix Phineus petris ſua pignora natos:
Obiecitq; feris inſano uxoris amore.
His autem uitam reddunt:et lumina nati
De borea:Phineum grauis eſt iactura ſecuta.
Nanq; indignantes oculorum lumine cæcant
Cum ſubito ualidis borea ſpirante procellis
Curuantur denſæ nemoroſa cacumina ſiluæ
Vt lueret lue Biſtonia lachrymabile fatum.
Hinc igitur miſeri crudelia tecta tyranni
Linquimus:et uaſtas pelagi conſcendimus undas.
Cyaneas iuxta petras:quas optima matrum
Annumerans docuit quondam me Calliopæa.
Hic ergo exitii uitandi nulla facultas:
Nanq; ille aduerſis uentorum flatibus actæ

Occurſuq; graues allidunt ſaxa gementi.
Hic ſtrepitus late pelago:cœloq; gementis:
Præcipites reſonant perruptis fluctibus undæ.
Aſt ego tum tali ad Tiphym ſermone locutus.
Ad puppim conuerte oculos et cautius ito.
Senſit ubi hæc gelidus tenuit præcordia ſanguis.
Quidquid agat tamen archano ſub pectore cœlat.
Tum ſecum.ſed enim Pallas conſiſtere ſumma
Imperat antenna uolucrem:ſic Iuno monebat:
Quæ uolat,et Minyis ſe triſtis Erodios infert:
Illa dehinc alis circa ultima ſaxa leuatis
Circuit:aſt petras concurſu mutuus horrens
Impetus alliſit,uolucri s pars ultima caudæ
Attrita eſt:Minyæq; illam clamoribus urgent.
Tiphys ubi exitio uolucrem iam uidit ademptam
Dat ſignum tacitis heroibus.Ocyus omnes
Accenſi fluctus acri tum remige pulſant.
Aſt ego diuinis ingentia ſaxa camœnis
Mulcebam,ſubita illa procul ſecedere uiſa.
Tunc exundarunt fluctus,ſublataq; noſtro
Carmine tunc Argo uaſti tulit æquoris undæ.
Ergo ubi iam tranſgreſſa freti fuit ora tremendi
Cyaneaſq; Argo petras:ſe protinus ægre
Ex imo ſtabiles monſtrant ſuper æquora fundo.
Sic nanq; e tetrica parcarum lege iubetur.
Tunc igitur læti fatum exitiale timentes
Cæruleas petimus Rhœbani fluminis undas.
Hinc procul in longum tractæ Tyneidos arua
Tembrius irriguis fluuius facit humida ripis.
Sangarius ſubit hinc Euxini littora pulſans.
Aſt ubi remigio adiuti conſedimus oras
Vicinas Lyce magne tibi:quo nomine genti
Imperat:amplexu qui nos in tecta recepit
Rex Lycus,et Minyas fouit ſimul hoſpita menſa:
Ipſe dies,noctesq; ſuum teſtatus amorem.
Hic quoq; parca duos Orco damnauit iniqua
Idmonaq; Ampyciden,clarūq; per æquora Tiphyn
Illum equidem morbi uis intempeſta peremit.
Aſt aper occidit ferus hunc. Nos iuſta ſepulchri
Soluimus,et canas tum deinde repoſcimus undas.

Credimus Ancæo puppim. Nam quiſq; magiſtrum
Nauigii et pulchras callentem dixerat artes.
Suſcipit hic igitur Temonum lora:manuq;
Parthenium ipſe regens Argô direxit in amnem
Incola quem nitidis ſplendentem dicit ab undis.
Alloquor hunc Tiphym fueram qua uoce locutus.
Emenſa hic apicem ſcopuli tendentis in æquor
Cappadocas præter curſu quoq; puppis eodem
Acta carambiacæ tenuit confinia terræ.
Illic Thermodoon:et Halys perlabitur ingens:
Qui magno ſalſos inuadit turbine fluctus:
Lapſus ab arctoæ boreali uertice plagæ.
Longa Themiſcyres regio:et Bœantidos oræ.
Hinc et Amazonidum turmæ panduntur equeſtres:
Et Chalybes:ſociæq; manus Stybarena frequentant
Regna,et Moſynes iunguntur in urbibus una.
Conuerſi ad leuam maurorum acceſſimus oræ
Et Mariandinis uicinos uidimus agros.
Hinc Helices longum protenditur æquore collum.
Hinc quoq; littoreis ingens uallatur harenis
Campus,et excelſæ deſpectant æquora ualles:
Mons Symus eſt. Vrbs his. Viridanti gramine pratū
Arua ſecant uaſto ſtrepitu deuectus Araxes:
Thermodon,rapidis Phaſis,Tanaiſq; fluentes:
Inclyta ubi Colchi gens,Heniochiq; et Araxæ
Progreſſi extremos portus,populoſq; uidemus.
Vros:Chidnæoſq;:Charandæos:Solymoſq;:
Et iuxta Aſſyrios:dorſumq; immane Sinopes:
Et Philyras,Netaſq;,atq; oppida denſa ſapirum.
Byzeras ſuper hos,et inhoſpita rura Sigymnum.
His impulſa locis uentis afflantibus Argo
Fertur in immenſum tenebris fugientibus orbem.
Euxinum occiduo dehinc Phaſida ſole uidemus.
Admonitos iubet hic Ancæus candida multo
Stringere demiſſis antennis carbaſa nexu.
Malum æquare rati,puppimq; impellere remis.
Fluminis at poſtquam tranquilla per ora recepti
Venimus hinc.muris Aeetæ cincta ſuperbis
Regia ſpectatur,nemus et quo uellere pellis
Fuluo glandineæ fago ſuſpenſa nitebat.

Sic illi his cunctis intenti rebus agebant.
At ſecum Aeſonides animo q̃multa uolutans
Ad Minyas fidos comi ſic uoce locutus:
Præſtet an Aeetæ properare ad mœnia ſolum
Ab reliquis:blandoq; homini ſuadere laboret:
An ſecum ſociis iunctis heroibus iret.
Tum uero haud placuit Minyis ire omnibus una
Iuſſerat hoc etenim Iuno formoſa timentes
Contanteſq; ſuas fatis permittere habenas.
Quæ cito tunc etiam ferri per ſomnia iuſſit
Aeetæ exitium:uehemens hinc protinus omnem
Regalem cum mente domum concuſſerat horror.
Viſus enim ſpectare ſibi eſt ex æthere ſummo
Præfulgens caris occumbere uirginis aſtrum
Medeæ in ſinibus:propria quam nutriat aula.
Illa autem peplo accepto:gauiſaq; tota
Mente ferens illud:latum peruenit ad amnem
Phaſidos. aſt raptum fluuii iam fluctibus aſtrum
Longius Euxini ponti de littore ferri.
Talia per ſomnum fuerant ubi uiſa:repente
Erigitur:ſtygiuſq; tremor iam pectus obibat.
Exilit ſtrato famulos iam frena iubebat
Conſtratis imponere equis:et iungere currus:
Vt ueniens placet peramati fluminis undas
Phaſidos,atq; ipſi patrias cum gurgite nymphas:
Heroumq; animas quot quot per flumen oberrant.
Inde ſuis iubet e thalamis accedere natas
Chalciopem et natos Phrixo iam coniuge adempto:
Et teneram forma inſignem:uultuſq; rubore
Medæam,ut curru uectæ comitentur euntem.
Nam media Abſyrtus procul hinc habitabat in urbe:
Aureus una ipſum currus:nataſq; ferebat
Aeetem.huic rapido curſu ſublimis equorum
Fertur arundinei fauces ad fluminis:illic
Ferre preces patriis undis:et ſacra ſolebat.
Has autem ad ripas curſu peruenerat Argo.
Hanc ergo Aeetes conſpexit:et ordine multos
Heroas una in mediis conſidere tranſtris.
Dis ſimiles.Nam pectora erant ſua ſplendida cuiq;.
Verum inter cunctos præſtans excellit Iaſon.

Huic etenim Iuno diuinum afflarat honorem
Et dederat formam, et procero in corpore robur:
Cum propius ſtarent: alternaq; lumina ferent
Aeetes: Minyæq;: grauem tulit ira dolorem.
At prius Aeetes ſplendenti Phœbus ut alter
E curru aurato longe radiabat amictu.
Serta caput circum radiis ardentibus illi,
Ambibant, ſceptrumq; manu quatiente mouebat
Ceu fulgur: geminæq; latus cinxere puellæ
Præluſtres. gaudebat enim comitantibus illis:
Terribilis uero: et toruo quoq; lumine ſpectans:
Crudeleſq; minas clamanti excuſſit ab ore.
Dicite qui nam eſtis: uel quæ uos duxit egeſtas?
Vnde etiam cauſæ fuerunt mea regna petendi?
Nam neque iura mei regni: nec ſceptra timetis
Colchorum, aut ſludio flagrantia pectora noſtri
Qui marte indomiti quoties ad bella uocantur,
Collatis patriam tutantur fortiter armis.
Sic ait. At cuncti tenuere ſilentia triſtes.
Tum uero Aeſonidæ fidentia pectora Iuno
Attulit: Heroas nanq; ingens mœror habebat,
Nos neq; latrones ut uenimus, ulla ue noſtro
Sæua laceſſitos iniuria reddidit hoſtes:
Mortales odio quæ iam fecere priores.
Haud pauci, rapto lucrum ſibi turpe parantes.
Sed neq; Neptunni brauium cariſſima proles
Conſtituit primus Pelias et uellera nacti
Aurea felices patriam repetamus Iolchon.
At nonnulla tenent ſocii mihi numina iuncti.
Nam ſumus Heroum: aut nati de ſanguine diuum.
Sed neq; bellorum ignari: duri ue laboris
Hoſpitio iungi petimus. nam deniq; præſtat.
Sic ait. Aſt animum concuſſit flamma procellæ
Aeetæ ſimilis, oculoſq; intorſit acerbos:
Exitiumq; dolo Minyis meditatur iniquo.
Ad quos eſt tandem tali ſermone locutus.
Si tanta in uobis animi uis martia ſurgit
Vt contra inſtantes pugnaces fundere colchos
Speretis, uobiſq; ingens erit inde Tropæum,
Vellera tollentes patrias depoſcite terras.

Sin autem pauci noſtra ſuperante phalange
Cædetis: pœnas ſoluet confracta carina.
At mihi ſi qua fides, et erit magis utile uobis
Deligere e cunctis qui ſit præſtantior unum
Mens erit: ut ſubiens ego quæ certamina dicam
Aurea dona ferat: et uos honor iſte manebit.
Sic dicens urgebat equos. Veſtigia retro
Illi iuſſa ferunt. Minyas dolor occupat altus.
Tunc ergo Alcides uotis depoſcitur: Illi
Non inuicta darent colchorum pectora pœnas.
Nunc autem Muſæ tibi præſtrinxero: mœſti
Qualia pertulerint Minyæ. Tum regis ab aula
Aeetæ rediens pugnax quæ dixerit Argus:
Quem Phrixo de patre tulit ſibi iuncta puella
Chalciope in patriis laribus: quo tempore uectus
Arietis in tergo colchorum ad littora uenit.
Nuntiat hic Minyis quæ ſunt uentura ſuperbi
Stultitia Aeetæ ſcelerato et pectore regis.
Vtq; puellam infelix uratur amore
Medæa: atq; aſtu Iunonis capta feratur.
Nanq; cupidineo torquet Venus igne medullas:
Proximaq; hanc ſtygio telo traiecit erinnys.
Vtq; boues ignem ſpirantes ſub iuga miſit
Quadrifida: ut ſulco dederit quæ ſemina Phrixus
Geſſerat Aeetæ ueniens bellator ad aulam
Anguigenis dotem bellacem e dentibus actam.
Exoſam ut ſegetem ſummas occidit ariſtas
Funeſta Medea manu. ſed gloria facti
Ceſſerit Aeſonidæ, tenebris ut noctis opacæ
Venerit infauſtis pullo uelamine tecta
Auſpiciis furtim flammæ data uirgo furenti,
Et petiit celſam fatis urgentibus Argo
Cum nullius erat non iræ cura paternæ.
Vt complexa nouas diuerſa per oſcula formas:
Pectoraq; attrectans perſonæ baſia fixit:
Humectans lachrymis ſtagnantibus ora: pudorq;
Omnis abit, cupit heroas, percuſſaq; philtris:
Virgineum ſtrauit poſcens hymenæa pudorem.
Plura etiam fient poſthac ubi cognita rurſum.
Ergo ubi tecta ferox Medea paterna reliquit

Venit et ad puppim greſſu ſuſpenſa latenti,
Tunc multa inter nos quo pacto aut arte locuti
Aurea de ſacra ferremus uellera fago,
Quam facile is menti noſtræ labor. At neq; quiſq̄
Tantum auſus ſperare, noui nam plena timoris
Cuncta uidebantur, ſerieſq; immenſa malorum.
Nam primum ante domos Phaſis prælabitur ingens,
Deinde nouem denſus paries erectus in ulnas,
Turribus et ſolidis munitus uectibus ambit.
Septeni claudunt orbes, tripliceſq; tuentur
Aeratæ ingentes portæ, ſupereminet altus
Murus, et auratæ decorant faſtigia pinnæ.
Spargit inextinctas portarum limine in ipſo
Sublimis regina faces: atq; inde Dianam
Oſtia ſeruantem Colchi coluere, uiaſq;.
Ipſa oculis horrenda uiros, atq; auribus arcet
Ni fuerit precibus ſacris placata peractis.
Quæ Medea ſciens libamina ſola ſacerdos,
Et ſociæ magno celant Cytæides aſtu.
Nec ciuis ueniens illuc quicunq; uel hoſtis
Interiora ſubit mortali limina greſſu.
Nam prohibet quacunq; uiæ dux, et dea cuſtos
Immittens rabiem catulis irata ſerenis.
Interior ſepes murorum circuit hortum
Vmbroſum arboribus late creſcentibus, illic
Cum cornis pulchræ laurus: plataniq; decoræ.
Hic etiam paruis tectæ radicibus herbæ
Aſphodelus, Clymenuſq;, et pulchrior his Adiantus
Et Thryon imbellis: Ariſtereonq; Cypironq;,
Hormion: Iryſimon: deuotaq; Cyclamos aris.
Stœchas: Pæoniæq;: et ramo diuite creſcens
Mãdragora, et Polion: ſubtilis Dictamus una. (mus
Hic et odora Crocus: hic Cardamõ: hic quoq; Ce-
Cũq; Chamæmelo Smilax, Mecon quoq; nigra,
Alcyaq; et Panaces, et Capaſon atq; Aconitum.
Et quæ dira ſuis fert gramina terra uenenis.
In medio ſtipes fagi ſacer: arduus altum
Denſatur nemore: et ramis ſpatiantibus exit.
Hic igit̃ Phrixæa omni de parte refulgens
Aurea pendet ouis. ſerpens hic uellera circum
Peruigilat, dictu monſtrum mortalibus horrens.

Nam tegitur fuluo corio:multiſq; ſuperbum
Amplexus truncum ſpiris ingentibus ambit.
Inferniq; Iouis ſignum pro uellere uexat
Indomitus cuſtos:et ſomni neſcius anguis
Sordida conuoluens humenti lumina tabo.
Aſt ubi de cunctis ut erant ueriſſima rebus
Nouimus et tenebris Hecates cuſtode dracone:
Omnia quæ nobis prudens Medea reſoluit.
Poſcimus in tanto et ſine ſpe diſcrimine:ſæua
Quo dea ſit placanda modo:faueatq; rogata
Vt ſit iter nemus in uaſtum:tandemq; recepto
In patrias læti redeamus uellere terras.
Tunc Mopſus iubet e cunctis heroibus unus:
Nam fuit ingenio uates. Is doctus et arte
Vt me ſupplicibus adigant ad munera uerbis:
Placantemq; deam:monſtrumq; immane trahentem.
Sic illi orantes facta cinxere corona.
Iuſſi igitur geminos:fortem quoq; Iaſona:fratres
Pollucem pugilem:præſignem et caſtora equeſtrem:
Mopſonq; Amphicyden loca poſcere plena laboris.
At me tum ab reliquis ſolum Medea ſecuta eſt.
Poſt ubi contigimus aras diuamq; Therapnen
Effodi triplicem campi ſuper æquora foſſam.
Arceuthi truncos: fragmenta quoq; arida cædri:
Et Rhamni ſtimulos:et ſtridula ab arbore ramos
Quaq; legens ſtruxiq; pyras in margine foſſæ.
Multa quoq; ipſa mihi callens Medea ferebat:
Et ſacri ex adyto capſam geſtabat odoris.
Tum propere ſubter ueſtem ſimulacra peregi
Impoſuiq; ignem:congeſtaq; uiſcera ſacram
Rem faciens:catulos nigra tris pelle locaui.
Sanguine miſcebam calchantum et ſtruthion illo:
Et ſciſſam Cnecum:deforme his Pſyllion addo
Chalcimon Anchuſamq; rubram truncique ſubinde
Appoſui uentres ſecto de corpore plenos:
Succinctus pullas ferrumq; hoſtile lacernas.
Pulſabamq; rogans dant illæ protinus aures
Lurida rumpentes funeſti clauſtra barathri.
Tiſiphone Alectoq; furens et dia Megera
Succenduntq; faces in cœdem et uulnera terras.
Inuaditq; pyram flammis ſtridentibus ignis.

Et fumum ingentem flagrans dat in æthera nidor.
Cum ſubito inferna per flammam ſede feruntur,
Crudelis nec uiſa lues,faciniuſq; ſtupendum.
Corpora ſunt illi de duro immitia ferro
Pandorenq; uocant,uariis dehinc horrida formis
Immanis nec mente capax monſtroſaq; ditis
Nata triceps Hecate.leua nam parte iuboſus
Hinnit equus,dextra rabido canis æſtuat ore
Exitiale malum:medio fera ſurgit agreſtis
Enſis utraq; manus acie diſtringit acuta.
At circa foueam uarios ſinuantur in orbes
Pandore atq; Hecate.pœnarum hinc turba ſubibat
Quæq; faces cuſtos piceas immunda Dianæ
Mittit humi ſternens oculos:nec ad æthera tollit.
Lambunt ora canes innati.Argentea iam iam
Clauſtra patent,pulchraſq; fores tum ſponte recludi
Portarum aſpiceres.oculi nemus omne pererrant.
Aſt ego tunc ipſo greſſus in limine fixi.
Medea inſequitur,et ſplendidus Aeſone natus,
Tyndaridæ:atq; una celerant ueſtigia Mopſus.
Cum prope iam tanto fagus quæſita labore
Staret:et hic fundus ſtygio facer,araq; regi.
Ecce draco immenſos ſpiris facientibus orbes
Attollens immane caputq;,genaſq; frementes
Sibilat horrendum.ſtrepuit conterritus aer,
Inſonuitq; arbor radicibus omnis ab ipſis
Hinc atq; hinc concuſſa.ſtrepit nemus undiq; denſũ:
At me tum ſocioſq; ſimul tremor occupat ingens:
Medeæ tantum mens uni interrita manſit:
Fruſtaq; cum triſti manibus radice reuellit.
Tunc ego diuinum modulatus pectine carmen,
Supremamq; chelim plectens et pollice chordam
Dulcia de noſtris emiſi murmura labris,
Et ſomno laudes regiq; hominumq;,deumq;
Molliat ut ualidi,cecini,fera membra draconis.
Protinus audito uenit Cyteida cantu
In patriam:ſopitq; hominum mortalia corda,
Ventorum et ſtrepitus uaſtos,fluctuſq; marinos:
Vndantes fluuios,curſumq; e fonte perenni.
Cumq; feris uolucres,quod uiuit,repit,et omne
Collocat in lecto,et pennis præteruolat aureis.

Hic igitur Colchos, florentiaq; arua popoſcit
Somnus, et horrentis inuaſit lumina monſtri
Haud morti abſimilis. preſſum caput applicat armis
Subiacens folles ingentia colla: ſtupetq;
Medea infelix. Tum protinus Aeſone natum
Incendens propere ex alto iubet aurea ramo
Vellera detrahere. accelerat non ſegnis Iaſon:
Exceptæq; humeris fert pondera pellis ad Argo.
Exultant Minyæ heroes: alteq; leuarunt
Ad cœlum: ſuperoſq; manus: et ſidera iunctas.
Vellera ſic illi circũſtant. protinus ergo
Medeam e ſeruis Aeetes audit abiſſe.
Hinc uocat Abſyrtum: populũq; et ad arma uocare:
Germanamq; una dat quærere iuſſa ſororem.
Phaſidos is rapido greſſu properabat ad undas:
Heroaſq; petit: audax ubi uirgo reperta.
Et iam nox medias curſu tranſegerat umbras:
Cum Medea dolis inſtructa, et amoribus ardens
Exitium fratri Abſyrto meditatur iniquum:
Et cæſum uaſti iaciunt in fluminis undas.
Gurgite quem merſum rapiunt Nereides alto.
Illum autem ſæuis e fluctibus, inſula tandem.
Alliſum excepit, quam nunc Abſyrtida dicunt.
Sed neq; fas, neq; cuncta deum latuere uidentem.
Tunc propere inſiliunt puppim: ferroq; rudentes
Vtrinq; abſcindunt trepidi. ſed deuius errat:
A ponto auertit, nec fluminis ora deorſum
Poſcimus, ac ſcelere obducti contraria duro
Remigio ſulcant Colcho tellure relicta
Lymphati Minyæ, cæcoſq; profunda premit nox:
Et medios fluxus ſtulti ignariq; locorum.
Currimus. At loca plena colunt ea maxima circum
Gymni, Bunomiæq;, et agreſtes Arcyes una:
Cerceticiq;, ferox ea gens, Sintiq; ſuperbi.
Sparſa Charandæas per ualles tecta frequentant
Caucaſeas iuxta rupes, artamq; Erythiam.
Sed cum mane rubens orbis proferret eous
Inſula pœanthe feſſos excepit. at illam
Aduerſos remis circundant flumine curſu
Ingenti Phaſis, tranquilloq; amne Saranges,
Quem ſtagnante palus Mæotis gurgite latum

Sparſa per irriguos tranſmittit in æquora campos.
Tunc ergo obnixi remis noctesq; diesq;
Currimus, hinc fauces cogentem Boſporon arctas
Tranſilimus tauro Titan ubi fortiter uſus
Traiecit fluuium facientia ſtagna paluſtrem,
Hinc iam remigio longos faciente labores
Mæotas tunicis primo contingimus altis:
Finibus et uaſtis immenſo crine gelonos:
Sauromataſq;:Getaſq;:Gymnæos Cecryphaſq;,
Arſopaſq; feram gentem ſæuoſq; Arimaſthas:
Qui poſitas habitant circum Mæotida terras.
Aſt ubi inexhauſto contriſtauere labore
Nos ſuperi, et uaſtæ uada ſunt tranſmiſſa paludis
Vix tandem exitio eripimur, pulſantibus Argo
Demiſſis tabulis, et iam ſtridente carina.
Inde ſub arctois anguſto rapta meatu
Finibus oceanum uerſus prolabitur Argo.
Defeſſi noctesq; nouem, totidem quoq; ſoles
Linquimus hinc atq; hinc ignotas nomine gentes
Pactæon Actonq; genus, Lelioſq; feroces:
Belligeroſq; Scythas:deuotaq; pectora Marti:
Funeſtos tauros crudelia ſacra ferentes
Diuæ Hecatæ:humano complent cratera cruore.
Quin et Hyperboreos Nomadas, et Caſpia clauſtra.
Atq; ubi diua diem iam clarum aurora reuexit:
Rhipæas ualles attingimus, inde repente
Proſilit anguſti puppis per littora ponti:
Oceanumq; intrat. Saturnius ipſe uocatur
Pontus Hyperboreis a gentibus, et mare mortuum
Vnde etiam lethum fugiendi nulla fuit ſpes:
Ni puppim ualidis Ancæus uiribus actam
Innixus pulchra temonibus arte, dolatis
Dextra coegiſſet curſum per littora ferre.
Proſilit hinc geminis ſudanti remige palmis.
Sed domitos longo remorum deniq; pulſu
Linquebat iam feſſa manus, iam triſtia corda:
Brachiaq; innexum durata fronte plicamus.

In mare de ſumma ſaliunt per littora naui:
Funibus ac ſubito longis a puppe reductis
Extremo annexam deducunt molliter Argo
Argus et Ancæus. Minyis dant deinde rudentes
Tendendos reliquis. Rapiunt per littora curſu
Veloces, ſequiturq; illos non tarda carina:
Stagnanteſq; undas lapidoſo in littore ſulcat.
Nanq; illud nulli feriunt ſpirantibus auris
Indomiti pelagus uenti. perſtat mare ſurdum:
Dictaq; pars Helices, et Thethyos ultima regni.
Aſt ubi ſexta dies roſeo cum lumine uenit:
Venimus ad dites, omniq; ex parte beatos
Macrobios, facilem qui uitam in longa trahentes
Sæcula, millenos implent feliciter annos,
Immunes uitiiq; omnis: ſortiſq; malignæ.
Verum ubi fatales æquarunt tempore parcas:
Tum ſomno capiunt, et dulci morte quietem.
Non illis hominum ſunt ulla negocia curæ.
Sed capiunt dulceſq; cibos terreſtribus herbis
Ambroſiumq; bibunt ſuccum de rore perenni.
Pars illos decorat ætatem ſplendor in omnem:
Arridentq; illis facies, oculiq; ſereni
Patribus ac pueris. Tum uero menti animoq;
Iuſtitiæ cultus: et ineſt prudentia uerbis.
Hoc igitur denſos percurrimus. ipſa pedeſtri
Littora tranſigimus greſſu. Tum cimmeriorum
Velocem ad littus nauem propellimus. hi ſunt
Phœbææ totos expertes lampadis annos.
Nam mons Rhiphæus, et uertex Calpius illinc
Naſcentem auertunt ſolem denſiſſima phlegræ
A medio uaſtas conſurgens porrigit umbras
Vſq; die, radioſq; omnis regionibus illis
Continua immerſis adimunt caligine ſolis.
Digreſſi hinc igitur, pedibusq; ea littora menſi
Venimus ad ſcopulum fortem, littuſq; ſerenum:
Vorticibus fluiuus decurrens inde profundis
Aureus egelidis Acheron perlabitur oris.
Hunc primum uitreis currentem interſecat undis
Nigra palus, raucoq; ſonant hinc murmure ripæ.
Denſa per has uiridi ſunt fronde arbuſta, feruntq;
Aſſiduos fluctus nocteſq; dieſq; per omnes,

Stantq; humilis circum ueſci utilis Hermioniæ:
Ornat et hic muris uicos appenſa:uiaſq;.
His quoq; gens oris hominum iuſtiſſima uiuit
Ipſa quibus ſatis eſt nauis morientibus una.
Nanq; animæ tenui uectæ per flumina cymba
Traiiciunt ripas, uiſuntur protinus urbes:
Inferniq; fores ualidæ:ſomnuſq; profundus.
Aſt ubi iamq; hominum mores, et nouimus urbem
Magno infelices ea menſi littore damna,
Tum propere Ancæus nauem petit ocyus omnes
Defeſſos quamuis conſcendere iuſſit amicos.
Ad quos eſt uerbis blandis quoq; pauca locutus.
  Nunc etiam durate uiri. labor ultimus hic eſt,
Quo nec iam grauior ſuccedet. Iamq; ego claros
Aſpicio Zephyri flatus, ſtridentq; per undas
Oceani mihi non ignotæ fortius auræ.
Sed propere malum media firmate carina,
Soluite uela ſuis de funibus arma parantes
Ordine dextra, latus prudens exornet utrumq;.
Sic illi peragunt certatim cuncta. ſed imo
E fundo reſonans dat uocem concita fagus,
Argolica Pallas ſecuit quam diua bipenni.
Atq; ait. Aſt circum ſtupor inde inuaſerat omnes.
Heu me nanq; utinam eoliſa et perdita dudum
Cyaneas petris euxini in fluctibus eſſem,
Qam nunc ſtultitia regum hæc opprobria nunq̃
Credita perferrem. Nam me fera ſemper Erinnys
Abſyrti effuſo cognati ſæua cruore
A tergo inſequitur, damnis quoq; damna grauantur.
Has igitur cæſi pœnas, ſceleriſq; nefandi
Perfero fatales nunc huc impulſa per undas.
Quin uos me ſcopulis ſacris immittite terræ,
Inq; ſinus noſtros pelagi perducite noſtri:
Oceanumq; extra, atq; atlantica monſtra feratis.
Sic effata premit uocem. Tum funditus omnis
Vis animi Minyis obtorpuit. horrida fata
Aeſonidæ nimios paſſuri propter amores:

Digitized by Google

Flexiſſetq; iram:atq; animos cuiuſq; precando.
Poſtq̃ Argus uocem uera audiuere loquentis,
Conſedere citi in tranſtris:remoſq; tulere.
At multa Ancæus temonem dirigit arte:
Inſulaq; ante omnes offertur Iernis,et Argo
Inſequitur metuens atram non ſtulta procellam,
Velaq; franguntur.Curri t tamen illa per æquor
Anxia:nulla iterum fugiendi deniq; lethi
Spes erat:et duodena dies iam fluxerat:ex quo
Ignari uehimur quibus erraremus in oris.
Sed tamen oceani extremo nos margine ferri
Cognorat Lynceus:conſpecta quoq; eminus illi
Inſula Peuceeſſa.Cereris regalia ſunt hic
Ampla deæ:et nubes hæc circũfuſa coronat,
Quorum quæcunq; eſt ex me tibi fabula conſtet.
Perſephonen ſoliti ut teneram dum ſedula flores
Colligit in magno germani fallere luco
Nauigio uectus.ſed equis ubi frena iuboſis
Imponens,uidit parcarum fœdere Pluto
Vt flentem rapuit,traxitq; Atlantis in æquor.
Nunc deſperatum eſt nos poſſe optata tenere
Littora:ſiue ullos contingi hic deniq; fines,
Ad quæ non ullæ uertunt ſua lintea puppes,
Nam neq; clauſa palus pontum uenientibus offert.
Sed ſcopuli circum,porrectaq; ſaxa feruntur
In pelagus.generat fluctus pulcherrima dona.
At non Ancæum rectorem puppis aduncæ
Spes tua deſtituit circum.ſed obambulat errans
Nunc latus in leuum flexo temone,nec illic
Viſo aditu in dextram direxit lintea partem.
Tertia lux tandem perduxit in atria circes
Lintea,tumq; loci petere interiora iubemus.
Nos quoque nos leto iam littora poſcimus auſu,
Et denſis funes ſaxis conuoluimus,Illinc
Emiſit ſocios,et quærere iuſit Iaſon
An colat ignotas,ſemotaq; littora terras
Gens ulla,et mores hominum cognoſcere et urbem.
Verum illis propere uenientibus obuia ſolis
Filia,quam dicunt proprio de nomine Circen:
Affuit Aeetæ iuſto ſociata iugali,
Quam tulit Aſterope ſplendenti Hyperione mater.

Hæc igitur curſu ad puppim peruenit. at omnes
Inſpecta ſtupuere: pares de uertice ſummo
Et radiis ſimiles ſpargebat nanq; capillos
Emittens gratas ſplendenti corpore flammas.
Verum ubi Medeam tenui uelamine tectam
Inſpexit, nanq; illa genas perfuſa rubore
Velabat uiridiſq; dolor tunc corda premebat.
Sic fatur gemitus natæ miſerata latentes
O miſera in quantos iecit te Cypria luctus.
Iam facinus ueſtrum non ulla aboleuerit ætas
Qđ ſenis huc profugos fruſtra genitoris ab ore
Nunc agit ob cæſi fratris crudeliter umbram.
Nam neq; uos patriis fas eſt ſuccedere tectis
Pollutos tetra peccati labe recentis
Ni prius inuiſum Malææ in littore iuſta
Purgetis per ſacra nefas. Libamen et Orphei.
Atq; ideo noſtras nunq̄ uos uiſere terras
Credite turbatos tam tetro crimine ſordis.
Hoſpita dona tamen uobis ſtudioſa parabo:
Et panem: et multas carnes: et dulcia uina.
Sic ait. et tetro conuerſa eſt. Vaſa ſed ipſam
In mediam puppim potuſq; cibiq; feruntur:
Et tulit hinc uentus properos a puppe ſecundus.
Soluimus hoc igitur tenſos de littore funes
Sulcantes fluctus Thermeſia littora iuxta.
Mox et ad herculeas peruenimus inde columnas.
At circum ſcopulos, atq; alta cacumina Baccho
Sacratos tenuere diu ieiunia triſtes.
Tunc quoq; ſol nitidum cum ſe proferret eous
Directo pelagus ſulcamus remige glaucum.
Sardiniam hinc petimus tandemq; ſinuſq; lacinos:
Et quos Auſonium, tyrrhenumq; alluit æquor.
At freta Trinacriæ tua iam Lilybæe tenentes
Aequora ſentimus: flammamq; per alta uidemus
Aetnæi enceladi nobis infeſta minantem.
Tum propere ſuper inſultans exæſtuat unda:
Ebullens: altoq; fremit torrente charibdis.
Tunc etiam Antennas inuaſit gurgite uaſto.

Digitized by Google

Tunc etiam pręceps ſummergi cœperat Argo:
Hi ueneranda uirum ſenis inclyta nata marini
Viuentem optaſſet contingere,Pelea magnum,
Blandaq; de thalamis ueniſſet ad alta paternis,
Argoam et puppem cœno eduxiſſet ab imo.
Haud procul hinc uecti ſcopulo ſuccedimus altum
In mare porrecto,geminis hinc inde recurrens
Vnda,repercuſſo reſonat per littora ſaxo:
Fluctibus et gratæ ueniunt a cautibus auræ.
Illic mellifluam reſidentes ore puellæ
Dant uocem:reducq; tacent pręe carmina nautæ.
Et iam tum Minyas inuaſit gratia cantus
Sirenum,ualidiſq; ſonos tranſcurrere remis:
Lethales mens nulla fuit,manibuſq; remittunt.
Quinetiam Ancæus Temonem ad littora uertit.
Ipſe ego ni citharæ uerſis in carmina cordis
Quos mater docuit miſiſſem pectore cantus:
Pangebamq; modis ſuauem reſonantibus hymnum
Vt quondam Aeripedum cauſa certarit equorum
Iuppiter aſtrorum deus:et Neptunus aquarum.
Vtq; Lycaoniam terram deus æquoris aureo
Iratus fratri percuſſerit inde tridente:
Impulſuq; illo ſeſe oſtendere per alta
Aequorea diuerſa quæq; inſula nomine terræ.
Sardinia:Euboea,et Salamis,uentoſaq; Cyprus.
Obſtupuere nouo cantu de colle niuoſo
Sirenes,uictæq; tacent,et carmine noſtro
Et Chelin,et citharam ſuſpiria pectore ab imo
Ducentes iecere manu,ſupremaq; lethi
Tempora fatalis ueniunt:et ab obice ſaxi
Pręcipites ſe ſe in pelagus miſere profundum.
Sed formam in petras generoſaq; corpora mutant.
Ergo ubi et hæc etiam curſu iam pręterit Argo
Naufragium,latoſq; ſinus petit æquoris alti.
Iamq; pręe optatos producit carbaſa uentos
Cercyreos petimus portus.ea tecta colebant
Artifices operum pelagi:puppiſq; regendæ
Phæaces,uirtute animi quibus inclytus heros
Imperat Alcinous regum iuſtiſſimus unus.
Subductis illinc de littore ſacra ferebant
Funibus,ætherioq; Ioui,et tibi delphice Phœbe:

Cum ſubito in portum delati claſſe uehuntur
Remigio Aeetæ regis manus alta uirorum
Colchorum Errayonꝗ,Charandæon,Solymonꝗ.
Et Minyas quærunt:reddant ſibi deinde ferendam
Medeam patris ante oculos,in Phaſide cæſi:
Perferat ut meritas fratris pro ſanguine pœnas.
Cum iam igitur portus intraſſent ſtagna profundi
Alcinoi poſcunt præcones atria regis.
Medeæ genua ægra labant;pallorꝗ timorꝗ
Occupat:inuitam retrahant ne uincula Colchon:
Phæacum et faciat non ante audita Tyrannus.
Sed non cuncta mouens fore iuſſerat ordine tali
Parca prius Peliæ q̄ funeſtaſſet et aulam:
Regnantiꝗ ipſi cædis foret auctor Iaſon:
Arete Alcinoi clemens,formoſaꝗ coniunx.
Ipſe autem Alcinous duci de puppe puellam:
Quam peterent Colchi tanto pro crimine ſontem:
Reſtituiꝗ ſuo dicit debere parenti.
Sed mouit pietas reginæ uiſcera mitis:
Admonuitꝗ uirum blandis ſermonibus uſa.
Scilicet O coniunx ſocii data fœdera lecti:
Haud dulce,et Thalami iunctas diuellere flammas:
Et quoties quiuis hæc audeat,Alma Dione
Irruit,inꝗ uiros ultrix,irataꝗ matres:
Qđ ſi uirgineum ſeruat non tacta pudorem:
Nauiget ad patrem,et patrios Medea penates.
At ſi concubitu fœdauit clauſtra iugali
Abdita,iure ſuo ducat quocunꝗ maritus.
Sic ait,ac regis uerba hæc præcordia tangunt.
Atꝗ ita cuncta ſuis ſtatuit decernere dictis.
At Minyas non hæc latuit ſententia.Iuno
Nam ſubito ſeruo aſſimilis deuecta per auras
Nuntiat archanum reges quodcunꝗ locuti.
Tum ſubito thalamos Medæa,thoroſꝗ parare
Excelſa in puppi,circūꝗ aulæa coruſcant;
Velleraꝗ effixis dependent aurea ſetis.
Poſtquam igitur fulcris nituere cubilia lautis.

Colchiꝗ et Minyæ quicquid uoluere locuti:
Traditur Alcinoi decreto iam ſua coniunx
Aeſonidæ. ſoluunt Minyæ de littore puppem:
Ocyus et remis ſtridens propellitur Argo,
Ambraciiꝗ ſinus celeri ſecat æquora curſu.
Hic tibi quid Muſæe canam memorande labores,
Quos dederint iunctæ cum ſyrtibus uſꝗ procellæ:
Et Minyæ incolumes quātis erroribus acti.
Quin etiam quantos incuſſit Creta dolores,
Aereus ut trigigas acceſſu horrendus in ipſo
In portum uetuit Minyas ſubducere puppem.
Vt tandem æquoreis uexati tempore longo
Fluctibus: ac ſubito triſti male nube grauati
Credidimus nauem quoties allidere ſaxis.
At Pæan lucem per nubila ſæua coruſcam
Montibus e ſummis ſuperintulit: inde repente
Ex multis quæ nos claudebant: inſula uiſa eſt:
Quam Cranaen dicunt: loca qui uicina frequentant.
At non Aeſonidæ q̄uis contingere terram
Parte licet: redimendus enim deſertur: at illum
Mors auerſa fugit. Vis tanta Hyperionis iræ.
Aſt ubi tranſuecti Maleotidos alta tenemus
Admonitu Circes purgent ubi ſacra: rogatus
Infauſtum Aeetes, quicquid ue ingeſſit erinnys.
Tunc ego ſacrorum Minyis libamina pulchra
Struxi: et Neptunum ſuprema uoce rogaui
Det reditum feſſis, dulceſꝗ uidere parentes.
Illi igitur uentis acti referuntur Iolchon
In patriam. Sed fronde uirens me Tænarus alta
Excipit, ut referam magnis ſacra regibus orci,
Vaſta quibus parent immenſi clauſtra barathri.
Inde celer petii Thracem per ſumma niuoſam
Libethras gaudens terram tetigiſſe paternam.
Hic antrum ſubii peramabile. protulit hic me
Magnanimi in lectis Oeagri ſplendida mater.

Τέλος

REGESTVM.

A iii B iii C iii